Δέδεικται τοίνυν, ὡς οἶμαι, σαφῶς, οὐκ εἶναι ταυτὸν ἀλλήλοις τὰ προτεθέντα, κατὰ τοὺς τοῦτο νομίζοντας. Εἰ δὲ φαῖεν ἀλλήλοις πάντως εἶναι ταυτὸν, διὰ τὸ πάντων ἐπίσης, ὡς γένος κατηγορεῖσθαι τὴν ὄρεξιν, ἤγουν τὴν ὀρεκτικὴν τῆς φύσεως δύναμιν· εἰπάτωσαν ἀλλήλοις εἶναι ταυτὸν καὶ πάντα τὰ εἴδη, τά τε χερσαῖα, καὶ πτηνὰ καὶ ἔνυδρα, διὰ τὸ πάντων ἐπίσης ὡς γενικώτερον, κατηγορεῖσθαι γένος τὸ ζῶον, καὶ φροῦδος αὐτοῖς ἡ τοῦ παντὸς γενήσεται διακόσμησις· πραγμάτων οὐκ οὖσα διαφόρων ὑπόστασις, ἀλλὰ μόνον ψιλῶν ὀνομάτων ἔκφανσις.

C Perspicue igitur probatum est, ut existimo, hæc quæ proposita sunt, non eadem inter se esse, uti opinantur qui in eam adducti sententiam sunt. Sin autem dicant, idem omnino inter se esse, eo quod appetitus tanquam genus peræque de omnibus prædicetur; id est, vis appetendi quæ 9 natura inest; dicant etiam idem inter se omnes species animalium, terrestrium, volucrum, aquatilium, quod animal de omnibus æqualiter ut generalius ac superius prædicetur: sicque fiet ut evanescat universi ornatus, non ipse vere rerum exsistentia ac distinctione constans, sed qui nudorum duntaxat verborum inanis apparatus ac pompa sit.

Ὅτι κατὰ πάντα τρόπον οὐκ ἔσται μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἓν τὸ θέλημα τῶν ἁγίων πρὸς ἀλλήλους καὶ τὸν Θεὸν, κἂν ἓν πᾶσι τὸ θεληθέν, ὡς τινες λέγουσιν.

Non fore modis omnibus post resurrectionem, unam sanctorum inter se, et cum Deo voluntatem, ut quidam dicunt, quamvis quod ii volent, unum omnibus futurum sit.

D

Οὐκοῦν ἡ προαίρεσις προσλαβοῦσα τὴν ἐπὶ τοῖς ἐφ' ἡμῖν ὁρμήν τε καὶ χρῆσιν, πέρας τῆς κατ' ὄρεξιν ἡμῖν λογικῆς ὑπάρχει κινήσεως. Τὸ γὰρ φύσει λογικὸν, δύναμιν ἔχον φυσικὴν τὴν λογικὴν ὄρεξιν, ἣν καὶ θέλησιν τῆς νοερᾶς καλοῦσι ψυχῆς· ὀρέγεται καὶ λογίζεται· καὶ λογισάμενον βούλεται. Βούλησιν γὰρ εἶναί φασιν, οὐ τὴν ἁπλῶς φυσικὴν, ἀλλὰ τὴν ποιάν· τουτέστι, τὴν περί τινος θέλησιν· καὶ βου-

Igitur electio assumpta aggressione et usu iis in rebus quæ in nostra sunt facultate, rationalis in nobis motus terminus ac finis exsistit. Quod enim natura rationale est, cum naturali rationis appetitu præditum sit (quem et intelligentis animi voluntatem dicunt), appetit ac ratiocinatur seu cogitat: ratiocinandoque ac cogitando, vult. Voluntatem enim (βούλησιν) non simpliciter naturalem dicunt, sed

Digitized by Google

hanc talem; quæ scilicet circa rem aliquam versatur: volendoque quærit; quærendo, considerat; considerando, consultat ac deliberat; deliberando, judicat; judicando, eligit seu præoptat; præoptando ac eligendo, aggreditur motuque incitatur; aggrediendo motusque incitatione, utitur; utendo, a motu cessat quo in rem illam appetitu incitabatur. Nemo enim utitur, quin prius aggressus sit; nemoque aggreditur, quin prius eligat; nemoque eligit, quin prius judicaverit; nec quisquam judicat, quin consultaverit; nec ullus consultat ac deliberat, quin consideraverit; nec vero quis consideret, quin quæsierit; nec aliquis quærit, quin voluerit; vultque nemo, quin cogitaverit; nec ullus cogitat, quin appetat; nemoque ratione appetit, quin natura præditus ratione sit. Cum igitur homo sit animal natura ratione præditum, etiam appetendi vi præditus est, et ratiocinandi et volendi et quærendi et considerandi et eligendi et aggrediendi seu conandi et utendi.

Sin autem homo cum reliquis, etiam animal est vi eligendi natura præditum, electio autem eorum est, quæ in nostra sunt potestate, et per nos fieri possunt, habentque incertum finem atque exitum; estque in nostra potestate virtutum ratio **10** (naturalium scilicet facultatum exercita lex) earumdemque facultatum modus, qui ab usu est, innaturalium affectuum ex aberratione causa est; plane quisquis natura eligendi vi præditus est, etiam contrariorum capax, ac judicandi facultate præditus est. Quod si judicandi opposita facultate pollet, omnino etiam eligendi: eligendi vero facultate cum polleat, ut in cujus arbitrio sit motus ad utrumlibet, haudquaquam natura immutabilis est. Igitur quando quidem consilium ut et judicium et electio corum sunt, quæ ambigua sunt (quippe eorum quæ in nostra sunt potestate), quando nulla jam ambigua erunt ac incerta, ipsa per se veritate manifeste cunctis patefacta, nulla futura electio est, quæ per res medias moveatur et in nostra positas facultate; nam neque judicium futurum opposita secernens, ex quibus quod præstantius est, præeo eligamus, quod deterius est. Sin autem, pro legis naturæ ratione, quæ nunc viget, nulla tunc futura electio est, omni a rebus dubietate amota; unus duntaxat intelligentis animi efficax vigensque erit appetitus, iis, qui sic natura appetendi vi sunt præditi; solam ejus, quod natura appetibile est, ineffabili ratione mysticam nactus fruitionem ac possessionem, ad quam per ea, quæ recensita sunt,

A λόμενον ζητεῖ· καὶ ζητοῦν σκέπτεται· καὶ σκεπτόμενον βουλεύεται· καὶ βουλευόμενον κρίνει· καὶ κρίνον προαιρεῖται· καὶ προαιρούμενον ὁρμᾷ· καὶ ὁρμῶν, κέχρηται· καὶ χρώμενον παύεται τῆς ὀρεκτικῆς ἐπ' ἐκεῖνο κινήσεως. Οὐδεὶς γὰρ κέχρηται, μὴ πρότερον ὁρμήσας· καὶ οὐδεὶς ὁρμᾷ, μὴ προαιρούμενος· καὶ οὐδεὶς προαιρεῖται, μὴ κρίνας· καὶ οὐδεὶς κρίνει, μὴ βουλευσάμενος· καὶ οὐδεὶς βουλεύεται, μὴ σκεψάμενος· καὶ οὐδεὶς σκέπτεται, μὴ ζητήσας· καὶ οὐδεὶς ζητεῖ, μὴ βουληθείς· καὶ οὐδεὶς βούλεται, μὴ λογισάμενος· καὶ οὐδεὶς λογίζεται, μὴ ὀρεγόμενος· καὶ οὐδεὶς λογικῶς ὀρέγεται, μὴ ὑπάρχων φύσει λογικός. Λογικὸν οὖν φύσει ζῶον ὑπάρχων ὁ ἄνθρωπος, ὀρεκτικός ἐστι, καὶ λογιστικὸς, καὶ βουλητικὸς, καὶ ζητητικὸς, καὶ σκεπτικὸς, καὶ προαιρετικὸς, καὶ ὁρμητικὸς, καὶ χρηστικός.

Εἰ δὲ μετὰ τῶν λοιπῶν καὶ προαιρετικὸν φύσει ζῶον ὁ ἄνθρωπος· ἡ δὲ προαίρεσις τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ δι' ἡμῶν γίνεσθαι δυναμένων, καὶ ἄδηλον ἐχόντων τὸ τέλος (*f*) ἐστίν· ἐφ' ἡμῖν δὲ, καὶ ὁ τῶν ἀρετῶν λόγος, τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων ὑπάρχων ἐνεργούμενος νόμος· καὶ ὁ κατὰ παράχρησιν τῶν αὐτῶν δυνάμεων τρόπος, τὰ παρὰ φύσιν πάθη παρυφιστῶν· ἄρα πᾶς φύσει προαιρετικὸς, τῶν ἀντικειμένων ἐπιδεκτικός τε καὶ κριτικός. Εἰ δὲ τῶν ἀντικειμένων κριτικὸς, καὶ προαιρετικὸς πάντως· εἰ δὲ προαιρετικὸς, ὡς ὑπ' αὐτῷ κειμένης τῆς ἐπ' ἄμφω κινήσεως, οὐκ ἄτρεπτος φύσει καθέστηκεν (3). Οὐκοῦν ἐπειδὴ τῶν ἀμφιβόλων ἐστὶν, ὡς ἐφ' ἡμῖν, ἥ τε βουλὴ καὶ ἡ κρίσις καὶ ἡ προαίρεσις, ὅταν οὐκ ἔστι τὰ ἀμφίβολα, τῆς αὐθυποστάτου πᾶσιν ἐμφανοῦς ἀληθείας δειχθείσης, προαίρεσις οὐκ ἔστι διὰ τῶν μέσων καὶ ἐφ' ἡμῖν ὄντων κινουμένη πραγμάτων· ὅτι μηδὲ κρίσις, ἀφορισμὸν ποιουμένη τῶν ἀντικειμένων, ὧν τὸ κρεῖττον πσιούμεθα πρὸ τοῦ χείρονος αἱρετόν· εἰ δὲ τότε κατὰ τὸν νῦν κρατοῦντα νόμον τῆς φύσεως, προαίρεσις οὐκ ἔστι, πάσης ἀπογενομένης τῶν ὄντων ἀμφιβολίας, ὄρεξις ἐνεργὴς ἔσται μόνη νοερὰ, τοῖς οὕτω κατὰ φύσιν ὀρεκτικοῖς· μόνης ἀφράστως ἐπειλημμένη τῆς τοῦ κατὰ φύσιν ὀρεκτοῦ (*g*) μυστικῆς ἀπολαύσεως, πρὸς ἣν ἔσχε διὰ τῶν ἀπηριθμημένων τὴν κίνησιν· ἧς κόρος ἐστὶν, ἡ ἐπ' ἄπειρον ἐπίτασις αὐτῆς τῆς τῶν ἀπολαυόντων ὀρέξεως· ἑκάστου τοσοῦτον ὑπερφυῶς μεθέξοντος, ὅσον ἐπόθησε· καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ φύσει ποθούμενον ἄμεσος συνανάκρασις[9]. Εἰ δὲ ὅσον τις ἐπόθησε, το-

[9] Tur. cod. σύγκρασις.

NOTÆ.

(*f*) *Καὶ ἄδηλον ἐχόντων τὸ τέλος*· Sic Dufrenii cod. pro quo errore Venet. Εὔδηλον· quod etiam habuit Turriani, dum reddit, *et certum finem habent*; imo certe *incertum*: sic enim ipse Maximus, Περὶ ὧν βουλευόμεθα· *De quibus deliberamus* (quæ ipsa sunt circa quæ electio versatur) non satis esse ait, ut in nostra sint facultate, et per nos fiant; sed necessario addendum, καὶ ἄδηλον ἐχόντων τὸ τέλος· *et incertum habent finem*: cujus debuit vir doctus non sic facile oblivisci; eum præcipue res sic plana sit, et sic habeat Nem. textus, quem Maximus sublegit.

(*g*) *Τῆς τοῦ κατὰ φύσιν ὀρεκτοῦ*. Venet. ὀρεκτικοῦ, habuitque Turr. cod. plane mendose, nec ipse ullum commodum sensum elicere potuit. Nempe, qui per naturam ὀρεκτικοὶ sunt (*appetendi facultate præditi*) ejus nanciscentur mysticam fruitionem seu possessionem, qui per naturam τὸ ὀρεκτὸν est (*ipsum natura appetibile*) Dei scilicet.

Digitized by Google

σῦτον μεθέξει τοῦ ποθουμένου· τῷ μὲν τῆς φύσεως λόγῳ, μία δειχθήσεται πάντων ἡ θέλησις· τῷ δὲ τῆς κινήσεως τρόπῳ, διάφορος.

A motu ferebatur; cujus satietas, eorum qui fruuntur in infinitum aucta cupiditas est; tanta scilicet eximie futura cujusque participatione, quanta vis cupiditatis atque amoris fuit; ac cum eo quod natura desiderium amoremque habet, immediata contemperatio exsistit. Sin autem quantum quis desiderii amorisque habuit, tantum desiderati atque amati particeps erit; naturæ quidem ratione una omnium elucescet. Voluntas sic absolute (id est, θέλησις) quæ tamen ipsa motus ratione et modo distincta sit.

Εἰ δὲ τρόπῳ τῷ κατὰ τὴν κίνησιν οὐ μία πάντων ἀνθρώπων ἡ θέλησις· οὐδέποτε μία τοῦ τε Θεοῦ καὶ τῶν σωζομένων, ὥς τισιν ἔδοξε, κατὰ πάντα τρόπον γενήσεται θέλησις· κἂν ἓν τὸ θεληθέν ἐστι τῷ τε Θεῷ καὶ τοῖς ἁγίοις, ἡ σωτηρία τῶν σωζομένων· σκοπὸς ὑπάρχουσα θεῖος, ὡς τέλος πάντων προεπινοηθὲν τῶν αἰώνων· περὶ δ, τῶν τε σωζομένων πρὸς ἀλλήλους καὶ Θεοῦ τοῦ σώζοντος, κατὰ τὴν θέλησιν γενήσεται σύμβασις· ὅλου ἐν πᾶσι γενικῶς, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον ἰδικῶς χωρήσαντος τοῦ Θεοῦ, τοῦ τὰ πάντα πληροῦντος τῷ μέτρῳ τῆς χάριτος· καὶ ἐν πᾶσι πληρουμένου, μελῶν δίκην, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως αὐτῷ συμφυεῖσιν. Εἰ γὰρ τοῦ μὲν Θεοῦ τὸ θέλημα φύσει σωστικὸν, τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων φύσει σωζόμενον ταυτὸν οὐκ ἂν εἴη ποτὲ τὸ φύσει σῶζον, καὶ τὸ φύσει σωζόμενον· κἂν εἷς ἀμφοτέρων σκοπὸς, ἡ σωτηρία τῶν ὅλων καθέστηκεν· ὑπὸ μὲν τοῦ Θεοῦ προβεβλημένη· ὑπὸ δὲ τῶν ἁγίων προῃρημένη.

Quod si penes modum motus, non una omnium hominum futura voluntas est; nunquam fiet, ut quidam opinati, ut tum Dei, tum eorum qui donandi salute sint, una modis omnibus voluntas sit; quan quam unum est quod et Deus et sancti volunt, eorum scilicet salus, qui eam nanciscuntur; quæ sit divini propositi destinatio, tanquam finis ante omnia sæcula provisus: in quo, et eorum qui salvi erunt inter se, Deique salutem præstantis, futura voluntatis consensio est; ipso toto Deo cunctis generatim ac singulis speciatim immeante, qui per gratiæ mensuram cuncta implet [b], et in 11 omnibus membrorum instar impletur, pro certa fidei cujusque ratione illi necessitudine conjunctis. Si enim Dei quidem voluntas natura vim præstandæ salutis habet; hominis autem voluntas a natura habet ut salute impartiatur; nunquam fiat idem esse, quod natura salutem præstat, et cui natura præstatur salus; tametsi utrorumque idem scopus est, destinatio ac finis; universorum nimirum salus [c], quam Deus, ejus auctor, promoverit; sancti autem voluntate elegerint.

Εἰ δὲ ταυτὸν ἔσται καὶ ἓν ἀριθμῷ τό τε θεῖον καὶ τὸ ἀνθρώπινον θέλημα, κατὰ τοὺς λέγοντας, ἐπειδὴ θελήματι πάντας ὁ Θεὸς ὑπέστησε τοὺς αἰῶνας, ἔσται τῷ αὐτῷ θελήματι δημιουργὸς καὶ ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, εἴτε φυσικῷ, εἴτε γνωμικῷ· καὶ ἁπλῶς, ᾧ πεφύκασι πρὸς τὸ θεῖον ταυτίζεσθαι· ὅπερ ἄτοπον, καὶ μόνης, ὡς οἶμαι, ῥεμβαζομένης ἔργον διανοίας ἐστίν. Ἕως γὰρ ἂν μὴ πάντες δημιουργοὶ, ἢ μόνον ἀπόστολοι, ἢ μόνον προφῆται· καὶ οὗτοι πάλιν, ἢ Πέτρος μόνον, ἢ Μωσῆς μόνον· καὶ οὐ μία, πολλαὶ δὲ παρὰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ μοναὶ τοῖς ἁγίοις εἰσί· ᾗ τε κατὰ φύσιν ἀγαθῷ θελήματι, τὸ κατὰ μίμησιν πρὸς αὐτὸ κινηθὲν ἀνθρώπινον, ποιότητί τε φυσικῇ καὶ ποσότητι εἴη ταυτὸν, ὅπερ ἀμήχανον (πῶς γὰρ ἂν τῷ φύσει μεθεκτικῷ, τὸ φύσει μεθεκτὸν εἴη ταυτόν;) μίαν γνώμην κατὰ πάντα τρόπον εἶναι τοῦ τε Θεοῦ καὶ τοῦ τῶν ἁγίων χοροῦ, ἀδύνατον· κἂν, ὡς εἶπον, ἓν ἐστιν ἀμφοτέροις τὸ θεληθὲν, ἡ σωτηρία τῶν ὅλων· περὶ ἣν τῶν θελημάτων ἡ ἕνωσις. Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ἀγνοοῦντες οἷος αὐτοῖς ἐξ ὧν λέγουσιν ἀτοπίας ἀναφύεται λόγος, ἀσκόπως ἐφ' ἃ μὴ δεῖ φέρεσθαι τὴν σφῶν αὐτῶν συγχωροῦσι διάνοιαν. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι θέλημα, ὁπωσοῦν νοούμενον ἢ λεγόμενον ἄσχετον, καὶ τὸ πρός τι γένος οὐκ ἔχον κατηγορούμενον· ποιότης ἐστὶν, ἀλλ' οὐ τῶν καθ' αὐτὰ, ὡς ἐν ἑτέρῳ δηλαδὴ θεωρούμενον. Εἰ δὲ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεωρουμένων ἐστὶ τὸ θέλημα, συμβεβηκὸς πάντως ἐστίν· εἰ δὲ συμβεβηκὸς, ἡ οὐσία; (4), ἡ ὑποστάσεως ἔσται χαρακτηριστικόν (τούτων γὰρ

Sin autem una eademque numero futura est cum divina voluntas tum humana, uti loquuntur qui ita sentiunt; cum Deus omnia sæcula voluntate condiderit, etiam sanctorum chorus eadem voluntate rerum conditor erit, sive illa naturalis, sive ex sententia atque arbitraria sit; ac omnino, qua illis voluntate comparatum est, ut idem cum Deo sint: quod quidem absurdum est, vagique animi ac errantis, ut existimo, opus. Interim enim dum non omnes conditores sunt, vel solum apostoli, vel solum prophetæ [d]; atque hi rursus, vel Petrus tantum, vel Moses tantum; nec una, sed multæ apud Deum et Patrem sanctis mansiones sunt [e], nec cum voluntate per naturam bona, quæ per imitationem ad eam mota sit, humana voluntas, qualitate et quantitate naturali idem exstiterit; quod sane fieri nequit (quomodo enim quod natura participabile est, idem erit cum eo quod natura vi præditum est participandi?), ut una modis omnibus tum Dei, tum chori sanctorum voluntas sententia ac arbitraria sit, impossibile est; tametsi, ut dicebam, unum est quod utrique volunt, nimirum ut omnes salutem consequantur, in quo salutis omnium voto contingit ut voluntates jungantur. Hi enimvero, ut videtur, quos lateat quanta illis vis absurditatis ex his quæ loquuntur proveniat, mentem temere ferri sinunt quo non decet. Cum enim nulla sit voluntas, quovis tandem modo intelligatur atque dicatur, quæ sit absoluta, ac de qua, quod genus ad aliquid

[b] Ephes. I, 23. [c] 1 Tim. II, 4. [d] 1 Cor. XII, 29. [e] Joan. XIV, 2.

Digitized by Google

dicitur, non prædicetur : planc qualitas est, non ex illis rebus quæ per se ac vere exsistunt; ut quæ nimirum in alio intelligatur. Quod si voluntas eorum est quæ in alio considerantur, omnino accidens est. Sin autem est accidens, vel ejusmodi ut substantiam, seu essentiam, vel ut personam, insigniat (horum enim nihil medium quod per se consideretur; quod scilicet neutrum participet, aut ex utrisque compositum sit). Ac siquidem substantiam insignit, seu essentiam, unam de Deo ac sanctis naturam prædicabunt, **12** cunctis per unam voluntatem, in unam substantiam ac essentiam contractis. Quod enim generatim de aliquibus peræque prædicatur, substantiam significat, seu essentiam, sub qua illa exsistunt. Sin autem personam, una et Dei et sanctorum futura persona est, cunctis in idem inter se conflatis. Quod enim sic alicui proprie, ea ratione qua persona est, innatum est, ut nulla dissimilitudine in aliis intelligatur, omnes alios aliis miscet ac inter se confundit, facitque ut cujusque ratio singularis, qua se ratione habeat, dignosci non possit.

A οὐδὲν μέσον ἐστὶ καθ' αὐτὸ θεωρούμενον, ἤτοι μηδετέρων μετέχον, ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον)· καὶ εἰ μὲν οὐσίας, μίαν τοῦ τε Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων φύσιν κατηγορήσουσι· πάντων διὰ τοῦ ἑνὸς θελήματος, τὴν εἰς μίαν οὐσίαν παθόντων συναίρεσιν. Τὸ γὰρ γενικῶς τινων ἐπίσης κατηγορούμενον, οὐσίας, ὑφ' ἣν τελοῦσιν, ὑπάρχει δηλωτικόν. Εἰ δὲ ὑποστάσεως, μία πάντων ἔσται, τοῦ τε Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων ὑπόστασις, πάντων ἀλλήλοις εἰς ταυτὸν συγχωνευθέντων. Τὸ γὰρ ἰδικῶς τινι καθ' ὑπόστασιν ἐμπεφυκὸς, ἄλλοις ἀπαραλλάκτως ἐνθεωρούμενον, πάντας ἀλλήλοις συγχεῖ· καὶ τὸν ἑκάστου τοῦ, πῶς[10] εἶναι λόγον, ποιεῖ παντελῶς ἀδιάγνωστον.

Non posse dici in Christo unam voluntatem, sive illa voluntas naturalis dicatur, sive electionis, ut nonnullis placuit.

Igitur, si in his illorum vacillavit disputatio atque ratio; nec si in Dominum ac Deum universorumque Salvatorem Christum transferatur, unamque in eo voluntatem probare connitantur (quomodocunque tandem voluntas dicatur) ullarum unquam virium erit. Si enim hanc Christi voluntatem naturalem dicant, inde palam Manichæorum fictionis errore illos laborare liquebit, qui unam Christi, quæ neque sit, nec vero futura sit, naturam profiteantur, quam illi conveniens aptaque voluntas velut indice prodat : simulque Arii furorem, nec non Apollinarii æmulati confusionem, substantiarum velut conflato, deprehendentur; ut qui nimirum a Deo et Patre, purissimaque Matre, substantiæ ratione Christum extraneum fecerint. Voluntas enim naturalis, naturam insignit ut ejus propria nota; nec quæ eat inficias, ulla ratio aut sermo erit. Sin autem hæc naturam insignit ejusque nota propria est, liquet, eos qui hæc dicant, Christum naturam profiteri. Quod si Christus natura est, neque Deus natura, neque vere natura homo est. Quod si Christus natura Deus est, quatenus est natura Christus; qui hoc dicit, multorum deorum assertor est; professus scilicet aliam naturam Patris, ut Deus est, cum non sit natura Christus; aliamque naturam Christi, ut Deus est, cum sit natura Christus; ex quo demum istorum monstro improbaque loquacitate, invecta multorum deorum damnata opinio emerget.

B *Ὅτιπερ ἓν θέλημα οὐ δυνατὸν ἐπὶ Χριστοῦ λέγεσθαι· εἴτε φυσικὸν, εἴτε προαιρετικὸν λεχθῇ, καθώς τισιν ἔδοξεν.*

Οὐκοῦν, εἴπερ ἐν τούτοις αὐτῶν ὁ λόγος ἠσθένησεν· οὐδὲ ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν, καὶ Σωτῆρα τῶν ὅλων Χριστὸν μεταβαίνων, καὶ ἓν ὁπωσοῦν λεγόμενον ἐπ' αὐτοῦ θέλημα κατασκευάζων εὐσθενήσοι[11] ποτ' ἄν. Εἰ μὲν γὰρ φυσικὸν εἴποιεν τοῦ Χριστοῦ τοῦτο τὸ θέλημα, τὴν Μανιχαϊκὴν αὐτόθεν νοσήσαντες δειχθήσονται φαντασίαν, ὡς τὴν οὐκ οὖσαν, οὔτε γενησομένην μίαν Χριστοῦ φύσιν, καταλλήλῳ θελήματι δηλουμένην πρεσβεύοντες· τήν τε μανίαν Ἀρείου κατὰ ταυτὸν, καὶ τὴν Ἀπολιναρίου ζηλώσαντες φωραθήσονται συνουσίωσιν· ὡς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τῆς ἀχράντου Μητρὸς, τὸν C Χριστὸν κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλοτριώσαντες. Τὸ γὰρ φυσικὸν θέλημα, φύσιν χαρακτηρίζει· καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος. Εἰ δὲ φύσιν χαρακτηρίζει, δῆλον ὡς φύσιν, οἱ τοῦτο λέγοντες, τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσι. Εἰ δὲ φύσις ὁ Χριστὸς, οὔτε Θεὸς φύσει, οὔτε μὴν ἄνθρωπος φύσει ἐστὶν ἀληθῶς· εἴπερ μὴ φύσει Χριστὸς ἀληθῶς ὁ Πατὴρ, ἢ φύσει Χριστὸς ἀληθῶς ἡ μήτηρ. Εἰ δὲ φύσει Θεὸς ὁ Χριστὸς, καθὸ φύσει Χριστὸς, πολύθεος ὁ τοῦτο λέγων· ἄλλην Πατρὸς ὡς Θεοῦ φύσιν, οὐκ ὄντος φύσει Χριστοῦ· καὶ ἄλλην Χριστοῦ φύσιν, ὡς Θεοῦ πρεσβεύων, ὄντος φύσει Χριστοῦ· καὶ πέρας αὐτοῖς τῆς τοιαύτης τερατολογίας, ἡ πρὸς πολυθεΐαν ἔσται κατάκρισις.

Sin autem eam voluntatem electionis ponunt, quam ex sententia (γνωμικὴν) vocant, aut omnino secundum naturam **13** erit, modum usus rerum agendarum in Christo per omnia rationi naturæ convenientem habens; sicque Christus non ab omni immunis affectu extraque eorum alcam, sed continens affectuum seu passionum, istorum palam opinione erit, ac bonus secundum progressum, quidquid tandem natura exsistat. Tale enim quid est,

D Εἰ δὲ προαιρετικὸν, ὅπερ καλοῦσι γνωμικὸν, ἢ κατὰ φύσιν ἔσται πάντως, τὸν τρόπον τῆς τῶν ἐπὶ Χριστῷ πρακτῶν χρήσεως ἔχον διὰ πάντων συννεύοντα τῷ λόγῳ τῆς φύσεως· καὶ οὐκ ἀπαθὴς, ἀλλ' ἐγκρατὴς οὕτω γε παθῶν κατ' αὐτοὺς ὁ Χριστὸς ὑπάρχων δειχθήσεται· καὶ κατὰ προκοπὴν ἀγαθὸς, ὅ τί ποτε τὴν φύσιν ἐστί. Τοιοῦτον γὰρ ἡ κατὰ φύσιν προαίρεσις τῶν ἐπὶ τῷ αἱρουμένῳ πρακτῶν, τὸ κρεῖττον ποιουμένη πρὸ τοῦ χείρονος αἱρετόν· ἢ

[10] Fr. Τὸ, πῶς. [11] Fr. εὐσθενήσει.

Digitized by Google

παρὰ φύσιν, καὶ τὸν τρόπον τῆς τῶν ἐπ' αὐτῷ χρή- A
σεως δείξει φθαρτικὸν τοῦ λόγου γεγενημένον τῆς
φύσεως· τοιοῦτον γὰρ ἡ παρὰ φύσιν προαίρεσις,
τῶν ἐπὶ τῷ αἱρουμένῳ πρακτῶν, τὸ χεῖρον ποιουμένη
πρὸ τοῦ κρείττονος προαιρετόν. Κατορθωθείσης γὰρ
ἢ παρασφαλείσης τῆς τοῦ αἱρουμένου τῶν ἐπ' αὐτῷ
πρακτῶν κατὰ τὴν βούλευσιν κρίσεως, ἧς οἱονεὶ
ψῆφός ἐστιν ἡ προαίρεσις, ἢ ὁ κατὰ φύσιν αὐτῷ διὰ
τῆς εὐχρηστίας ὑφίσταται λόγος (*h*), ἢ ὁ παρὰ φύσιν
διὰ τῆς ἀχρηστίας παρυφίσταται τρόπος· ὁ μὲν,
τῆς κατὰ φύσιν· ὁ δὲ, τῆς παρὰ φύσιν προαιρέσεως
γινόμενος ἄγγελος.

quæ ex naturæ rationibus illique consentanea electio est, agendorum in eligente; id præstans, ut quod melius est eligatur præ eo quod deterius est: sin autem præter naturam illique dissentanea, etiam modum usus eorum quæ sunt in ipso ejusmodi exhibebit, qui naturæ rationem corrumpat. Talis enim est, quæ præter naturam illique dissentanea electio est, agendorum, quæ sunt in agentis potestate, id præstans, ut præ meliori eligatur, quod deterius est. Peracto enim recto aut pravo falsoque de agendis, quæ sunt in potestate, per deliberationem seu consultationem eligentis judicio, cujus velut calculus ac sententia electio est, aut per bonum usum, quæ secundum naturam illique consentanea est, consistit ratio; aut per abusum, qui præter naturam ab eaque abhorrens est, modus vitio emergit ac quasi aberratione: quorum scilicet, illa naturalis, hic vero innaturalis nuntius ac præco electionis exsistit.

Καὶ εἰ μὲν κατὰ φύσιν ἡ τοῦ Χριστοῦ προαίρεσις B
ἦ, οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πάλιν αὐτοὺς αἰτιασόμε-
θα, φύσιν ἄλλην Χριστοῦ θεότητος μέσην καὶ κτί-
σεως τολμηρῶς σχεδιάζοντας· ἀλλὰ καὶ ληροῦντας
γελάσομεν, φύσει τῶν ἀντικειμένων κατὰ προαίρε-
σιν ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον κατὰ Νεστόριον τὸν Χριστὸν
δεκτικὸν ποιουμένους. Εἰ δὲ παρὰ φύσιν, σιωπῇ πα-
ρατρέχων τὸ βλάσφημον, μήπως λαθὼν τοῖς κατ'
αὐτῶν ἐλέγχοις τὴν γλῶτταν χρανθήσομαι. Προαιρε-
τικὸν γὰρ ἐπὶ Χριστοῦ θέλημα φάσκοντες, ὑπόστασιν
Χριστοῦ πάντως ὑπέδειξαν κατὰ φύσιν κινεῖσθαι καὶ
παρὰ φύσιν δυναμένην. Τοιοῦτον γὰρ, ὡς ἔφθην εἰ-
πὼν, ἡ προαίρεσις· εἰ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ [12] χαρα-
κτηριστικόν ἐστιν ὑποστάσεως, ἀφώρισαν αὐτὸν, κα-
τὰ δὴ τοῦτο τὸ θέλημα, τοῦ τε Πατρὸς καὶ τοῦ
Πνεύματος ἑτερόβουλόν τε καὶ ἑτερόγνωμον. Τὸ γὰρ C
τῷ Υἱῷ καθ' ὑπόστασιν ἰδικῶς ἐνθεωρούμενον, Πα-
τρὶ καὶ Πνεύματι καθ' ὑπόστασιν παντελῶς ἀκοινώ-
νητον. Ὅσοι τοίνυν τῶν ἁγίων Πατέρων (5) ἐπὶ τῆς
κατὰ Χριστὸν ἀνθρωπότητος προαιρέσεως ἐπεμνή-
σθησαν, τὴν ὀρεκτικὴν τῆς φύσεως δύναμιν οὐσιω-
δῶς· ταυτὸν δὲ φάναι, τὴν φυσικὴν θέλησιν, ἢ τὴν
ἡμῶν αὐτῶν προαίρεσιν τῷ σαρκωθέντι [13] Θεῷ κατ'
οἰκείωσιν ἐνυπάρχουσαν, παρεδήλωσαν.

Ac quidem, si secundum naturam sit Christi voluntas, non solum eos rursus iisdem nominibus accusabimus, qui aliam Christi naturam, divinitatis ac creaturæ intermediam, velut e re nata temere inducant; verum etiam delirantes eos ridebimus, qui Nestoriano errore Christum velut purum hominem, contrariorum per animi electionem capacem faciant. Sin autem præter naturam, blasphemiam silentio transeo, ne imprudens quibus illos arguo ac reprehendo, linguam ipse commaculem ac inficiam. Dicendo enim in Christo voluntatem, quæ sit eligendi facultas, omnino Christi personam secundum naturam ac præter naturam moveri posse statuerunt. Ejusmodi enim est electio, ut in superioribus dicebam. Quod si Christi personæ insigne ac nota est voluntas eligens, penes eam utique voluntatem, et a Patre et a Spiritu, tanquam diversæ voluntatis ac sententiæ, eum sejunxere. Quod enim proprie ac privatim, idcirco quod persona est, in Filio intelligitur, nullo modo Patri et Spiritui commune esse potest ratione personæ. Omnes igitur sancti Patres, qui in Christi humanitate electionis meminerunt, vim appetendi [14] substantialiter naturæ inditam (perindeque est ac dicas naturalem animi voluntatem) aut nostram ipsorum electionem, quæ in Deo incarnato exsistat secundum arrogationem, significaverunt.

Ὁ δὴ μάλιστα σκοπήσας ὁ σὸς δοῦλος καὶ μαθη-
τὴς, ἐν τοῖς πρὸς τὸν ἁγιώτατόν μου κύριον καὶ δι-
δάσκαλον περὶ τῶν ἀπόρων τῆς ἁγίας Γραφῆς ἐκ- D
τεθεῖσι Θαλάσσιον [15], εἶπον προαίρεσιν· εἰδὼς, ὡς
εἴπερ ἡμῖν γέγονεν ἄνθρωπος ὁ ποιητὴς τῶν ἀνθρώ-
πων, ἡμῖν δηλονότι καὶ τὴν ἀτρεψίαν κατώρθωσε
τῆς προαιρέσεως, ὡς ἀτρεψίας δημιουργός· τὰ μὲν
τῆς ἡμῶν ἐπιτιμίας (*i*) δι' αὐτῆς τῆς πείρας, οὐσιω-

Quod quidem maxime cum servus tuus ac discipulus considerassem, in Quæstionibus de locis Scripturæ sacræ difficilioribus ad sanctissimum dominum meum ac magistrum Thalassium expositis, electionem dixi; gnarus scilicet, ac cum me minime lateret; siquidem hominum conditor nobis factus est homo, utique etiam eligentis animi immutabilitatem (ut qui ipse immutabilitatis sit auctor),

[12] Electio Maximo, quæ est ad utrumlibet: sicque in nobis; at non in Christo. [13] Tur. Λόγῳ. [14] Qu. 42, ubi paulo latius sumit hoc nomen προαίρεσις, et τὸ προαιρετικὸν pro sola libera voluntate, absque defectibilitatis labe, quæ nostræ jam libertati comes est.

NOTÆ.

(*h*) *Ὁ κατὰ φύσιν ὑφίσταται λόγος.* Huic opponit quod vitii est, παρυφίσταται· quasi *umbra quadam ac simulacro exsistit.* Id enim mali est, quod non tam ens sit, quam ab eo defectus. Sic Basil. in Hexaem. Οἱονεὶ ἀποσκίασμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ὄντα, αὐτομάτως παρυφίσταται· de illis qui mundum ab æterno ac illi coæternum ponebant. Sic et pas sim Dionys. Proprie itaque ac delectu verborum locutus est Maximus, etsi Turrianus una voce, nec satis expressa, utraque involvit. *Eradit ratio, aut modus.*

(*i*) *Τὰ τῆς ἡμῶν ἐπιτιμίας.* Pœnas scilicet pec-

Digitized by Google

nobis adimplesse; qui nempe inditas nobis peccati reatu passiones rei ipso periculo essentialiter vereque arbitrii potestate susceperit; quæ autem ignominiam probrumque habent, per summam humanitatem sibi ipse arrogaverit; quarum ipsam arrogationem, ac quod sua hæc deputavit, eligentis animi imperturbationis (voluntatis scilicet ἀπαθείας) humano generi causam fecerit; ipsum vero periculum, ejus, quæ illi comes est, naturalis incorruptionis certum arrhabonem donaverit. Humana enim Dei voluntas non nostro more eligendo mota est, ita scilicet ut consultatione judicioque contrariorum dispectionem iniret, deque illis decerneret, ne electionis ratione natura mutabilis esse existimaretur: quin potius mox atque unione cum Deo Verbo ut esset accepit, nihil ancipitem; magis vero firmum ac stabilem, naturalem appetitionis motum (id est voluntatis) habuit: vel (ut magis proprie loquar) immobilem in ipso Deo ac Verbo, per verissimam exsistentiam ac substantiam omnino deitate imbutam, quietem ac sedem; quam naturaliter, ut propriam animæque suæ naturalem, informans ac movens, nulla fictione aut spectro, magnum assumptæ pro nobis dispensationis mysterium implevit; nullo prorsus naturalium assumptæ naturæ subtracto, uno duntaxat excepto peccato, cujus nulla penitus ulli rei inserta ratio est.

A δῶς κατ' ἐξουσίαν πάθη δεχόμενος, τὰ δὲ τῆς ἀτιμίας, κατ' οἰκείωσιν φιλανθρώπως ἀναδεχόμενος· ὧν τὴν μὲν οἰκείωσιν, τῆς προαιρετικῆς ἀπαθείας αἰτίαν τῷ γένει πεποίηται· τὴν δὲ πεῖραν, τῆς ἐπομένης φυσικῆς ἀφθαρσίας πιστὸν ἀρραβῶνα δεδώρηται. Τὸ γὰρ ἀνθρώπινον τοῦ Θεοῦ, κατὰ προαίρεσιν ὡς ἡμεῖς οὐ κεκίνηται, διὰ βουλῆς πεποιημένον καὶ κρίσεως τὴν τῶν ἀντικειμένων διάγνωσιν· ἵνα μὴ φύσει κατὰ προαίρεσιν νομισθείη τρεπτόν· ἀλλ' ἅμα τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον ἑνώσει τὸ εἶναι λαβὸν, ἀδίστακτον, μᾶλλον δὲ στάσιμον τὴν κατ' ὄρεξιν φυσικὴν ἤτοι θέλησιν, κίνησιν ἔσχεν· ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, τὴν στάσιν ἀκίνητον ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀκραιφνεστάτην οὐσίωσιν τῷ Θεῷ καὶ Λόγῳ παντελῶς θεωθεῖσαν· ἣν φυσικῶς τυπῶν τε καὶ κινῶν (6), ὡς B οἰκείαν, καὶ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς φυσικὴν, ἀφαντασιάστως πεπλήρωκε τὸ μέγα τῆς ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίας μυστήριον· μηδὲν τοῦ προσλήμματος φυσικὸν παντελῶς ἀπομειώσας, πλὴν τῆς ἁμαρτίας· ἧς οὐδεὶς οὐδενὶ τῶν ὄντων καθάπαξ ἐνέσπαρται λόγος.

Patefacta igitur nobis nominum distinctione, ex descriptione cuique discrete ac seorsim accommodata, ne turbemur eos audiendo, qui ad ea confundenda quæ significata intelliguntur indiscrete nomina usurparunt (non enim veritas in nominibus nobis posita est, sed in rebus): neque idem esse, quod non est idem, existimemus: quin potius pie religioseque credentes, Christum **15** vere perfectum Deum ac vere perfectum hominem, eumdem reipsa proprie ac veritate, non sola nudaque hoc eum appellatione, confiteamur; duasque adeo naturas, quarum ipse persona est (quippe non carnis expertem) ipsum profiteamur: duas item voluntates naturales, uti Patres sentiunt (quippe cum non anima ac mente careret) ipsum habere, clare ac libere astruamus; nec vocem nova mutare, ad quam ut confugiamus, nulla cogit Patrum auctoritas, præfidamus. Unam enim in Christo naturalem, seu etiam eligentis

Τῆς οὖν διαφορᾶς τῶν ὀνομάτων φανερᾶς ἡμῖν γεγενημένης, διὰ τῆς εὐκρινῶς ἑκάστῳ προσαρμοσθείσης ὑπογραφῆς, μὴ ταρασσώμεθα τῶν ἐπὶ συγχύσει τῶν νοουμένων πραγμάτων, ἀδιακρίτως τοῖς ὀνόμασι κεχρημένων ἀκούοντες· εἴπερ ἐν πράγμασιν ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ὀνόμασιν ἡ ἀλήθεια· καὶ νομίσωμεν ταυτὸν εἶναι τὸ μὴ ταυτόν· ἀλλ' εὐσεβῶς πιστεύοντες, ὁμολογήσωμεν τὸν Χριστὸν Θεὸν τέλειον ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν πράγματι κυρίως κατ' ἀλήθειαν ὄντα, καὶ οὐ μόνῃ ψιλῇ κλήσει τοῦτο λεγόμενον· καὶ διὰ τοῦτο φύσεις δύο, ὧν αὐτός ἐστιν ὑπόστασις, εἴπερ οὐκ ἄσαρκος, αὐτὸν καταγγείλωμεν· καὶ δύο θελήματα φυσικά, κατὰ τοὺς Πατέρας· εἴπερ οὐκ ἄψιλος καὶ ἄνους, ἔχειν αὐτὸν παῤῥησιασώμεθα· καὶ μὴ θαῤῥήσωμεν καινίσαι φωνὴν, ἐφ' ᾗ καταφυγὴν οὐκ ἔχομεν τὴν πατρικὴν αὐθεντίαν. Ἓν γὰρ θέλημα Χριστοῦ φυσικὸν, ἢ προαιρετικὸν, οὐ μόνον διὰ τὴν δειχθεῖσαν ἀτοπίαν δέος εἰπεῖν τοὺς εὐσεβεῖν ἐσπουδακότας,

NOTÆ.

cati reatu, exque Adæ prævaricatione universo humano generi invectas; quas Maximus illa quæst. 24, alterum peccatum, quod Christus factus est, Paulina phrasi, exponit: nempe τὸ παθητὸν naturæ, citra omnem culpæ reatum, quo et nobis incorruptionem ac immortalitatem paravit ἀδιάβλητα πάθη vocat Damasc., et alii, quibus sponte factum obnoxium Christum fides docet. Non bene Turr. vir alioqui doctus, *passiones nostræ honestatis;* nec ipse ubique libratissimas viri θεολογικωτάτου voces, qualis est Maximus, assecutus. Τὰ ἐπιτίμια, vox vel tironibus, in re præsertim ecclesiastica, notissima. Sic passim Græci pœnas omnes ecclesiasticas vocitant, ac quas nos dicimus censuras, scita paranomasia in vocibus, τὰ τῆς ἐπιτιμίας, καὶ τὰ τῆς ἀτιμίας· quæ sunt Latinis, *pœna et culpa*. Primum certe Christus assumpsit, eoque alterum (quod et sibi arrogavit) sanavit, eque natura

D sustulit; quomodo nobis τῆς ἐπομένης φυσικῆς ἀφθαρσίας ἀρραβῶνα δεδώρηται, *donavit arrhabonem incorruptionis quæ sequitur ac comes est* illis in Christo pœnis: quæ ipsa naturæ innovatio est, sic Maximo, Nysseno, Damasceno, aliisque Patribus Græcis celebrata; naturæ scilicet rectitudo, qualis in Adamo condita est, ipsa in Christo præcedens, ut in capite, ac futura in nobis, ut ejus membris; cujus et nobis in eo arrhabo est. Nec bene Turr. *fecit munere suo esse pignus naturalis immortalitatis;* quam Christus non assumpsit, sed contrarium, τὸ παθητὸν carnis, ejus *vim patiendi ac moriendi*; ex Adamo scilicet reo unum hoc mutuatus, ad ejus alterum in nobis reparandum; priorem scilicet ipsius rectitudinem, quæ est illa ejus incorruptio naturalis; summa nempe immunitas ab omni eo quod ex peccato nobis inolevit.

Digitized by Google

ἀλλ' ὅτι καὶ μηδεὶς τῶν ἁγίων διδασκάλων πώποτε τοῦτο φήσας πέφανται · ἀληθῶς εἰδότες, ὡς ἡ προαίρεσις τῶν ἐπ' ἄμφω · τὰ καλά τε λέγω καὶ τὰ κακά, κινεῖσθαι δυναμένων ἐστίν · ὅπερ ἐπὶ Χριστοῦ τῆς ὄντως οὐσίας τῶν ἀγαθῶν καὶ πηγῆς, κἂν ἐννοεῖν, μὴ ὅτι γε λέγειν, πάσης ἀσεβείας πληρέστατον. Καὶ περὶ μὲν τούτων ταῦτα.

A animi voluntatem, ut dicat, verendum ei, qui ex pietate rite sentire velit, nedum ob eam quæ ostensa est absurditatem, sed quod etiam nullus unquam sanctorum Patrum dixisse repertus sit; qui nempe vere sciant, electionem eorum esse, qui ad utrumque (tum scilicet bona tum mala) moveri possunt; quod in Christo, ipso vere bonorum essentia et origine, seu fonte, vel cogitare, omni impietate abundat, nedum et dicere. Ac de his quidem hactenus.

Περὶ δὲ τῆς ἐν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τῶν ἀπόρων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου [18] κειμένης μιᾶς ἐνεργείας, σαφὴς ὁ λόγος. Τὴν ἐσομένην γὰρ κατὰ τὸ μέλλον τῶν ἁγίων ὑπογράφων κατάστασιν, ἔφην μίαν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων, τὴν πάντων ἐκθεωτικὴν τῶν ἁγίων, τῆς ἐλπιζομένης μακαριότητος · τοῦ μὲν Θεοῦ κατ' οὐσίαν ὑπάρχουσαν, τῶν ἁγίων δὲ κατὰ χάριν γεγενημένην. Μᾶλλον δὲ, μόνον Θεοῦ, προσεπήγαγον (*j*) · ἐπειδὴ μόνης ἀποτέλεσμα τῆς θείας ἐνεργείας ἐστὶν (7), ἡ κατὰ χάριν τῶν ἁγίων ἐκθέωτις, ἧς ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν ἐγκατεσπαρμένην τῇ φύσει τὴν δύναμιν. Ὧν δὲ τὴν δύναμιν οὐκ ἔχομεν, τούτων οὐδὲ τὴν πρᾶξιν, φυσικῆς δυνάμεως οὖσαν συμπλήρωσιν. Ἔχεται οὖν ἡ μὲν πρᾶξις, δυνάμεως· ἡ δὲ δύναμις, οὐσίας. Ἥ τε γὰρ πρᾶξις, ἀπὸ δυνάμεως · καὶ ἡ δύναμις, ἀπὸ τῆς οὐσίας καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ. Τρία οὖν ταῦτά ἐστιν, ὥς φασιν, ἀλλήλων ἐχόμενα · δυνάμενον, δύναμις, δυνατόν. Καὶ δυνάμενον μὲν λέγουσι, τὴν οὐσίαν · δύναμιν δὲ, καθ' ἣν ἔχομεν τὴν τοῦ δύνασθαι κίνησιν · καὶ δυνατὸν, τὸ παρ' ἡμῖν κατὰ δύναμιν γίνεσθαι πεφυκός. Εἰ δὲ τὸ παρ' ἡμῖν γίνεσθαι πεφυκὸς, κατὰ δύναμιν ἔχομεν φυσικήν. Οὐκ ἔστι δὲ τῶν παρ' ἡμῶν κατὰ δύναμιν γίνεσθαι πεφυκότων ἡ θέωσις, οὐκ οὖσα τῶν ἐφ' ἡμῖν · οὐδεὶς γὰρ ἐν τῇ φύσει, τῶν ὑπὲρ φύσιν λόγος. Ἆρα τῆς ἡμῶν οὐκ ἔστι δυνάμεως πρᾶξις ἡ θέωσις, ἧς οὐκ ἔχομεν κατὰ φύσιν τὴν δύναμιν · ἀλλὰ μόνης τῆς θείας δυνάμεως, οὐκ ἔργων ὑπάρχουσα δικαίων τοῖς ἁγίοις ἀντίδοσις (8) · ἀλλὰ τῆς τοῦ πεποιηκότος ἀφθονίας ἀπόδειξις · τοῦτο θέσει ποιήσαντος τοὺς ἐραστὰς τῶν καλῶν, ὅπερ αὐτὸς ὑπάρχων φύσει δειχθήσεται, καθ' οὓς αὐτὸς ἐπίσταται λόγους · ἵνα καὶ τελείως γνωσθῇ, καὶ μείνῃ παντελῶς ἀκατάληπτος. Οὐκ ἀνεῖλον οὖν τὴν φυσικὴν τῶν τοῦτο πεισομένων ἐνέργειαν, ὧν ἀποτελεῖν πέφυκε πεπαυμένην, καὶ μόνην ἐμφήνας τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν πάσχουσαν (*k*)· ἀλλὰ μόνην ὑπέδειξα

Una Dei et sanctorum operatio, id est, deificatio, quod supra naturam, Deoque auctore in nobis est. — De una autem operatione posita in septimo capite Quæstionum magni Gregorii, aperta ratio est. Describens enim sanctorum statum in futuro, unam B dixi operationem Dei et sanctorum; eam scilicet quæ sanctos omnes in beatitudine, quam speramus, deificat : ipsa quidem Dei operatio secundum essentiam, facta vero sanctorum per gratiam. Imo potius *solius Dei esse*, adjunxi, quod nimirum, quæ per gratiam est, sanctorum deificatio, divinæ solum operationis atque afflatus effectus sit, nec ejus nos ullam naturæ insertam facultatem habeamus. Quorum autem facultas non suppetit, eorum nec actio inest, quæ naturalis facultatis complementum exsistit. Pendet igitur actio ex facultate seu potentia; potentia vero et facultas, ab essentia. Tum enim actio ex facultate ac potentia est, cum facultas et potentia ab essentia, inque essentia est. Hæc igitur tria aiunt esse inter se connexa; utentem C facultate ac potentia, facultatem ac potentiam, quodque facultati subest ac possibile est. Ac quidem utentem facultate ac potentia, essentiam dicunt seu substantiam : facultatem vero ac potentiam, qua motum habemus ut sit agendi facultas : δυνατὸν (id est, possibile) quod ut a nobis secundum facultatem fiat, comparatum est. Sin autem quod est comparatum ut a nobis per facultatem naturalem fiat, ejus nos per facultatem 16 naturalem sumus compotes; non autem est deificatio ejus generis rerum, quæ ut fiant a nobis per facultatem comparatum est, quæ non sit in nostra potestate (nulla enim naturæ inest ratio eorum quæ sunt supra naturam). Non igitur deificatio nostræ facultatis actio est, cujus per naturam nulla nobis facultas suppetat; sed divinæ duntaxat potentiæ, quæ nimirum, non justorum operum sanctis retributio

[18] Or. de amore pauperum.

NOTÆ.

(*j*) *Προσεπήγαγον*. Non bene Turr. in tertia persona, *solius Dei esse adjunxerunt*. Ipse enim Maximus est, qui pro se ibi excusat; uti etiam aliis locis, quibus ullo modo favere novæ doctrinæ visus sit. Hic clare aperit, quomodo unam solius Dei in beatis operationem, deificationem dixerit; quod nempe actio illa quæ est beatitudo (Dei scilicet visio ac fruitio), ex Deo sit in nobis operante supra totum naturæ ordinem; etsi vere ipsi operemur et vitaliter, at non quasi ipsi nobis actionis principium ac auctores; sed quasi Deo trahente ad id quod divinum est : quo ipso modo dixerit Maximus, non esse illam δικαίων ἔργων τοῖς ἁγίοις ἀντίδοσιν · quod omnino excedat operum merita, quæ ipsa in nobis Dei sint munera, ut loquitur Augustinus. Sed de his theologi.

(*k*) *Τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν πάσχουσαν*. Quasi scilicet passive, divino quodam Dei experimento, et quo unus ipse agens videatur; veluti se res habet in principali agente motum imprimente, et in instrumento recipiente; cujus ipse motus instrumenti efficitur. Sic alte Maximus altum adeo pertractat θεώρημα, nec quidquam Christi mysterio officere ostendit : quod non ea motione ac afflatu illapsuque explicandum, sed quod Verbum vere homo factum est, ac quidquid hominis erat, uno

Digitized by Google

sit; sed ejus qui fecit, munificentiæ specimen ac largitatis; hoc ipsum gratuito munere ac adoptione facientis, eos qui bonorum amatores exsistunt (quibus nempe novit, rationibus) quod ipse per naturam esse monstratur; ut et perfecte noscatur, ac maneat prorsus incomprehensus. Non igitur eorum, quibus sic affici continget, naturalem operationem sustuli; qua scilicet etiam nactam ac vacantem ostendi, ab iis, quæ ut faciat comparatum habet; solamque beatam bonorum pati possessionem : sed unum hoc monstravi; solam nimirum essentia omni majorem virtutem, deificationis esse effectricem, eorum effectam per gratiam, qui deificationis munus consecuti sunt.

A θεώσεως ἀπεργαστικὴν τὴν ὑπερούσιον δύναμιν, καὶ τὰ χάριν τῶν θεωθέντων γεγενημένην.

Ac nemo suspicetur, prædicari his unam Christi operationem. Non enim Christum prædicamus hominem deificatum, sed Deum perfecte hominem factum, quique adeo ineffabilem deitatis suæ infinitam infinities infinite supra quam infinitam potentiam, per carnem natura efficacem intelligentium more animatam, manifestam fecerit; Deum totum eumdem atque hominem vere; utrumque natura eumdem perfectum ac plenissimum, nulloque desiderato habentem quidquid utroque comparatum ut habeat, uno duntaxat excepto peccato, cujus nulla ratio est. Quarum enim ipse naturarum persona erat, harum quoque essentiales natura rationes recipiebat. Sin autem eorum, quorum persona erat, essentiales natura rationes recipiebat, etiam naturalem carnis animatæ merito operationem, cujus naturæ essentialis inserta ratio erat, habebat. Si autem naturalem, ut homo, operationem habebat, cujus ratio naturam insigniebat; plane etiam ut Deus naturalem habebat operationem, cujus ratio superessentialis deitatis index erat. Nam cum Deus perfectus, idemque homo perfectus esset, secundum utrumque, quorum erat persona, natura indivisus operabatur. Sin autem secundum utrumque, quorum erat persona, indivisus natura 17 operabatur; utique una cum naturis, quarum erat persona, essentiales quoque ac constituentes, seu insignientes earum operationes habebat, quarum ipse unio erat; sic operans ut eum natura decebat, ac quibus operabatur, veritatem astruens eorum ex quibus, et in quibus, ac quæ exsistebat.

B C

Unus igitur ex duabus naturis est Christus (deitate scilicet et humanitate) unigenitus Sermo et Filius, et Dominus gloriæ, in quibus noscitur, ac quas eum vere esse credimus; duosque naturales ac generales, eorumque quorum erant indices, motus (id est, operationes) quorum effectus erant quæ singulatim operabatur; quæ utique et ex ipso procederent, et ab ipso peragerentur, citra omnem eorum, ex quibus erat, divisionem, ullamve prorsus confusionem. Nullam enim subit divisionem aut confusionem, qui nullis unquam obnoxius est mutationibus, cunctisque rebus ut sint, ac tali modo sint, perennitatem atque exsistentiam præbet.

D

Καὶ μηδεὶς ὑπονοήσει τούτοις μίαν καταγγέλλεσθαι Χριστοῦ τὴν ἐνέργειαν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα τὸν Χριστὸν καταγγέλλομεν, ἀλλὰ Θεὸν τελείως ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τῆς οἰκείας ἀφράστου θεότητος τὴν ἄπειρον, ἀπειράκις ἀπείρως ὑπεράπειρον δι' ἐνεργοῦς φύσει σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης ἐμφανῆ ποιησάμενον δύναμιν· ὅλον Θεὸν τὸν αὐτὸν, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς· ἄμφω τε φύσει τέλειον τὸν αὐτὸν καὶ πληρέστατον· καὶ πᾶν εἴ τι κατ' ἄμφω πεφυκὸς ἀνελλιπῶς ἔχοντα πλὴν ἁμαρτίας, ἧς λόγος οὐδείς. Ὧν γὰρ αὐτὸς φύσεων ὑπόστασις ἦν, τούτων καὶ τοὺς οὐσιώδεις φυσικῶς ἐπεδέχετο λόγους. Εἰ δὲ τοὺς οὐσιώδεις ὧν αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, ἐπεδέχετο λόγους, καὶ φυσικὴν ἔμψυχον σαρκὸς εἰκότως εἶχεν ἐνέργειαν, ἧς οὐσιώδεις τῇ φύσει κατέσπαρται λόγος. Εἰ δὲ φυσικὴν ὡς ἄνθρωπος ἐνέργειαν εἶχεν, ἧς ὁ λόγος τῆς φύσεως ὑπῆρχε συστατικὸς, καὶ ὡς Θεὸς δηλονότι φυσικὴν εἶχεν ἐνέργειαν, ἧς ὁ λόγος τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὑπῆρχεν ἐκφαντικός. Θεὸς γὰρ ὑπάρχων τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, καθ' ἑκάτερον ὧν ὑπῆρχεν ὑπόστασις, φυσικῶς ἐνήργει μὴ διαιρούμενος. Εἰ δὲ καθ' ἑκάτερον ὧν ὑπῆρχεν ὑπόστασις φυσικῶς ἐνήργει μὴ διαιρούμενος, δῆλον ὅτι μετὰ τῶν φύσεων, ὧν ὑπόστασις ἦν, καὶ τὰς οὐσιώδεις αὐτῶν καὶ συστατικὰς ἐνεργείας εἶχεν, ὧν αὐτὸς ἕνωσις ἦν· ἑαυτῷ προσφυῶς ἐνεργῶν, καὶ οἷς ἐνήργει πιστούμενος, τὴν τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ὑπῆρχεν, ἀλήθειαν.

Εἷς οὖν ἐκ δύο φύσεων ὁ Χριστός· θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· μονογενὴς Λόγος καὶ Υἱὸς καὶ Κύριος τῆς δόξης· ἐν αἷς γνωρίζεται, καὶ αἷς ἀληθῶς ὑπάρχων πιστεύεται· δύο τε φυσικὰς καὶ γενικὰς, καὶ τῶν ἐξ ὧν ἦν συστατικὰς κινήσεις, ἤγουν ἐνεργείας ἔχων, ὧν ἀποτελέσματα τὰ κατὰ μέρος ἦν ἐνεργήματα· ἐξ αὐτοῦ τε προβαλλόμενα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τελειούμενα, χωρὶς τομῆς τῶν ἐξ ὧν ὑπῆρχε, καὶ τῆς οἱασοῦν δίχα συγχύσεως. Οὐ γὰρ ὑπομένει τομὴν ἢ σύγχυσιν, ὁ μηδέποτε τροπαῖς ὑποκείμενος, καὶ πᾶσι τοῖς οὖσι τήν τε τοῦ εἶναι, καὶ πῶς εἶναι διαμονήν τε καὶ σύστασιν παρεχόμενος.

NOTÆ.

dempto peccato assumpserit. Turriano desunt una fere aut altera linea; nec quæ habet, ipsa illi satis expedita sunt. Quem ultimo scholio perstringit Nilum, Dufrenii codicis Antiquarius, idem sæpius sugillat quasi non ecclesiastice de Christo ejusque mysterio sentientem. Quis vero hic Nilus sit, ac num cujus exstat libellus adversus primatum papæ, Nilus Thessalonicensis, cui erudite respondit Matthæus Caryophilus archiepiscopus Iconiensis, vir egregie orthodoxus, incertum est. Si tamen is ipse est, et hoc observatu dignum, quod sic Romanæ infensus Ecclesiæ ac schismaticus, nec in exploratis dogmatis sanæ fidei est : videantque nostri novatores quem tanti hominem faciant, suæque velint aciei præstantem ducem.

Digitized by Google

Ταῦτα τῆς σῆς χάριν ἐπιτόμως, ἡγιασμένε Πάτερ, εἰρήσθω κελεύσεως· ἵνα ἔχοις εἴπερ τι χρήσιμον φέροιεν, πῶς διακρούσασθαι τὴν τῶν φιλολάλων ἀδολεσχίαν, ἄδειαν λαβοῦσαν τὴν τῶν καιρῶν δυσκολίαν. Καὶ μὴ παρίδῃς τὸν σὸν δοῦλον πενόμενον· ἀλλὰ θείῳ πλούτισον Πνεύματι, τῆς εὐπειθείας ἀντιδοὺς τὰς εὐσθενεῖς σου δεήσεις· καὶ παρατιθέμενος Χριστῷ τῷ μεγάλῳ Θεῷ καὶ Ποιητῇ τῶν ὅλων μὴ διαλείποις, τῷ παρὰ πάσης προσκυνουμένῳ τῆς κτίσεως, σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A Hæc hactenus brevi compendio, quod ita jusseris, Pater sancte, dicta sunto; ut habeas, si commodum aliquid attulerint, unde eorum, qui ad libidinem loquuntur, nugas excutias; ex temporum scilicet difficultate licentiam nactas. Et ne pauperculum servum tuum despicias, sed divino Spiritu dita; ejus quod propense obsecutus sum, mercedem, quarum vis quædam eximia, orationes ac preces reponens; nec me Christo magno Deo, universorumque Conditori commendare unquam desinas; quem adorat omnis creatura, cum Patre et Spiritu sancto in sæcula. Amen.

ΣΧΟΛΙΑ [16].

SCHOLIA.

B

α'. Λόγῳ μὲν ἡ φύσις περιγράφεται τῶν ὄντων πρὸς ἀρετῆς γένεσιν, κατὰ πρόοδον· ἥτις ἐστὶ παντελὴς κατ' ἀρετὴν τῆς φύσεως ἄρνησις. Νῷ δὲ περιορίζεται ἡ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου κίνησις, πρὸς σύστασιν ἁπλανοῦς ἑνώσεως, κατὰ ἀνάβασιν· ἥτις ἐστὶ τῶν ἐν οἷς ἐστιν ἡ φύσις ὑπέρβασις· λέγω δὲ τόπον καὶ χρόνον, ἐν οἷς ἡ τῶν ὄντων ὑπόστασις. Ἡ δὲ πρὸς τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ καὶ εἰς ὃν ὡς πέρας τῶν ὅλων, κατὰ χάριν ἀποκατάστασις, κατ' ἀνάληψιν γίνεται· ἥτις ἐστὶ τοῦ μὲν ἀναλαμβανομένου πάθος· ἐνέργεια δὲ τοῦ ἀναλαμβάνοντος.

1. Ratione quidem ad progignendam virtutem, secundum processum, rerum natura circumscribitur, in eo scilicet positum, quod natura secundum virtutem ejusque præstatione, penitus abnegetur. Mente vero, ad certam, omnique errore vacantem constituendam scientiam, secundum ascensum, sæculi omnis atque temporis motus secernitur: qui utique, eorum, in quibus natura versatur (loci scilicet ac temporis, in quibus rerum substantia) supergressio exsistit. Quæ autem ad eum ex quo omnia et per quem et in quo, tanquam universorum finem, per gratiam in integrum restitutio est, assumptione præstatur; quæ videlicet, ejus qui assumitur, passio est; assumentis vero, operatio atque actio.

β'. Πρόσωπον, ἤτοι ὑπόστασις· φύσις, ἤτοι οὐσία. Οὐσία γὰρ, τὸ κατ' εἰκόνα, ὁ λόγος· τὸ καθ' ὁμοίωσιν δὲ, ὁ βίος, ὑπόστασίς ἐστιν, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ἡ ἀρετὴ συμπεπλήρωται. Ὑπόστασιν γὰρ σοφίας, τὴν ἀρετήν· οὐσίαν δέ φασιν ἀρετῆς εἶναι τὴν σοφίαν. Διὸ τῆς μὲν σοφίας ἁπλανὴς ἔκφανσίς ἐστιν, ὁ τρόπος τῆς τῶν θεωρητικῶν ἀγωγῆς· τῆς ἀρετῆς δὲ βάσις, ὁ λόγος τῆς τῶν πρακτικῶν θεωρίας καθέστηκεν. Ἀμφοτέρων δὲ χαρακτὴρ ἀψευδέστατος, ἡ πρὸς τὸ κυρίως ὂν ἀκλινὴς ἐνατένισις.

2. Persona, id est, substantia; natura, id est, essentia. Essentia enim, quod ad imaginem est, scilicet ratio: quod vero ad similitudinem, vita scilicet, substantia est; ex quibus ambobus virtus completa est. Sapientiæ enim substantiam, aiunt esse virtutem; virtutis vero essentiam, sapientiam. Quamobrem, sapientiæ quidem certa veritate explanatio est, eorum qui contemplationi student, compositis moribus vitæ institutio: virtutis vero basis, ratio contemplationis eorum, qui actionem colunt. Utrorumque vero certissimus character ac intentio.

γ'. Ὅτι οὐκ ἄτρεπτος φύσει ὁ ἄνθρωπος· καὶ πῶς.

18 3. Non esse hominem natura immutabilem, ac qua id ratione.

δ'. Ὅτι τὸ θέλημα, ἡ οὐσίας, ἢ ὑποστάσεώς ἐστι χαρακτηριστικόν· καὶ μέσον τούτων οὐκ ἔστιν, οὔτε κοινὸν καὶ σύνθετον ἐξ ἀμφοῖν· οὔτε οὐδετέρου μετέχον.

4. Esse voluntatem, aut essentiæ notam propriam, aut personæ: nec horum quidquam medium esse; vel commune ac compositum ex utrisque, vel quod utriusque sit expers.

ε'. Ὅτι ἡ προαίρεσις ἐπὶ Χριστοῦ, τὴν φυσικὴν σημαίνει θέλησιν· ἤτοι τὴν ὀρεκτικὴν τῆς φύσεως δύναμιν.

5. Electionem in Christo, naturalem voluntatem significare, id est naturæ vim appetendi.

ς'. Βλέπε τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον.

6. Vide dispensationis (Christi scilicet incarnationis) mysterium.

ζ'. Εἰς τὸ, *Δι' αὐτοῦ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν*· ἤτοι περὶ οὐσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ ἐνεργείας.

7. In illud, *In ipso enim vivimus et movemur et sumus* [f]; id est, de essentia, et facultate seu potentia et operatione.

η'. Περὶ θεώσεως. Ἀκούσαις· δὲ τούτων καὶ σὺ, Νεῖλε· καὶ φρονήσαις ἃ φρονοῦσιν οἱ τῆς ἀληθείας διδάσκαλοι.

8. De deificatione. Audias hæc et tu, Nile; ac quæ sentiunt veritatis doctores, ipse sentias.

[f] Act. XVII, 28.

[16] Ex V. cl. Raph. Dufrenii cod. nunc Regio.

Digitized by Google

EJUSDEM AD EUMDEM MARINUM,

Ex tractatu de operationibus et voluntatibus, cap. 50.

Quod Severus malitiose idem esse hypostasim sive personam cum natura dicat, ut unius naturæ nomine confusionem statuat; ac dicendo, se naturæ nomine hypostasim ac personam intellexisse, reprehensionem vitet; rursusque divisionem inducat, asserendo unionem ex hypostasibus ac personis, videaturque latere, dicendo, se hypostases ac personas pro natura accipere. Ac rursus si accusetur, eo nomine, quod naturas tollat, per simplicem distinctionem et quæ ipsa vere non exsistat, qua se tueatur ac excuset, simplicem in qualitate naturali distinctionem inveniat. Quod item, sicut Nestorius, dicendo simplicem, ac quasi nomine tenus, unionem, divisionem quæ revera sit, introduxit; sic Severus, simplicem dicendo ac nomine tenus naturarum distinctionem, confusionem quæ est revera, faciat.

Verum his Severus argumentis in angustum adductus, nec veritatis vim ac probationem ferens, ex more rursus mendacium sibi socium asciscit, dicendo, in mysterio Incarnationis (in dispensatione) idem esse cum natura hypostasim ac personam; ac, quæ in qualitate naturali distinctio est, cum ea, quæ reipsa est ac naturalis; quod etiam omnis qualitas naturalis sit, et res appelletur: quo nimirum, si per unam naturam compositam, quam ponit, deprehendatur argumentis plane convictus, tum Manetis inane spectrum ac fictionem, tum Apollinarii confusionem, ac demum Eutychis, post unionem, eorum quæ unita sunt, in unam essentiam contractionem docere, 19 chamæleontis instar colores mutantis, vocem propriam mutet, dicendo naturæ nomine hypostasim se ac personam intellexisse. Sin autem rursus dicendo factam esse unionem ex hypostasibus, seu personis, cum Ebione Pauloque Samosatensi et Nestorio, quod attinet ad divisio-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΜΑΡΙΝΟΝ.

Ἐκ τῆς περὶ ἐνεργειῶν καὶ θεληµάτων πραγµατείας, κεφάλ. ν' (*l*).

Ὅτι Σευῆρος κακούργως ταυτὸν εἶναι λέγει τῇ φύσει τὴν ὑπόστασιν, ἵνα τὴν σύγχυσιν διὰ τῆς µιᾶς κυρώσῃ φύσεως, καὶ φύγῃ τὸν ἔλεγχον, ὑπόστασιν λέγων νενοηκέναι τὴν φύσιν· καὶ πάλιν τὴν διαίρεσιν εἰσηγήσηται, τὴν ἐξ ὑποστάσεως πρεσβεύων ἕνωσιν· καὶ δόξῃ λανθάνειν ἀντὶ φύσεων ἐκδέχεσθαι φάσκων τὰς ὑποστάσεις. Καὶ οὕθις τὴν ἀνυπαρξίαν τῶν φύσεων, διὰ τῆς ψιλῆς διαφορᾶς ἐγκαλούµενος, εὕρῃ καταφυγὴν ἀπολογίας, τὴν ψιλὴν ἐν ποιότητι φυσικῇ διαφοράν. Καὶ ὅτι καθάπερ Νεστόριος ψιλὴν λέγων τὴν ἕνωσιν, πραγµατικὴν εἰσῆγε διαίρεσιν· οὕτω καὶ Σευῆρος ψιλὴν λέγων φύσεων διαφορὰν, πραγµατικὴν ποιεῖται τὴν σύγχυσιν.

Ἀλλὰ τούτοις Σευῆρος στενοχωρούµενος τοῖς λόγοις, καὶ µὴ φέρων τῆς ἀληθείας τὴν βάσανον, πάλιν ἑαυτῷ συνήθως τὸ ψεῦδος προβάλλεται σύµµαχον· ταυτὸν εἶναι φάσκων ἐπὶ τῆς οἰκονοµίας τῇ φύσει τὴν ὑπόστασιν· καὶ τὴν ἐν ποιότητι φυσικῇ διαφοράν, τῇ πραγµατικῇ καὶ κατὰ φύσιν· διὰ τὸ καὶ φυσικὴν εἶναι πᾶσαν ποιότητα, καὶ πρᾶγµα προσαγορεύεσθαι· ἵνα, εἰ µὲν ἁλοὺς τοῖς ἐλέγχοις φωραθῇ, σαφῶς διὰ τῆς µιᾶς συνθέτου φύσεως, τήν τε Μάνεντος φαντασίαν, καὶ τὴν Ἀπολιναρίου σύγχυσιν, καὶ τὴν Εὐτυχοῦς µετὰ τὴν ἕνωσιν εἰς µίαν οὐσίαν τῶν ἑνωθέντων πρεσβεύων συναίρεσιν, χαµαιλέοντος δίκην τὰς χρόας ὑπαλλάσσοντος, τὴν οἰκείαν µεταβάλοι φωνὴν, φάσκων, ὑπόστασιν νενοηκέναι τὴν φύσιν. Εἰ δὲ πάλιν ἐξ ὑποστάσεων ἤγουν προσώπων λέγων γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν, τὴν Ἐβιῶνος, Παύλου τε τοῦ Σαµωσατέως καὶ Νεστορίου διαίρεσιν ἀποδειχθῇ φρονῶν, καὶ τὴν ὡς ἐν προφήτῃ τοῦ Λόγου κατὰ χάριν ἐνέργειαν θεσπίζων, ἕτοιµον αὖ-

NOTÆ.

(y) *Τῇ κενώσει τοῦ Λόγου. Verbi exinanitione*, qua ejus nos plenitudinem nancisci rite ait: τὸ κατ' αὐτὸν πλήρωμα. Mendose Turr. ἐνώσει legit, *unione Verbi*. Infra quoque, τέλος ἱερὸν ἐκομίσω τὴν σωτηρίαν, non satis apte, *salutem, quæ extremum est, reportasti*. Est certe finis, non quodvis extremum, sed quod intentum, et in quo quiescatur; quod sic sine addito *extremum* dicere, eaque voce τὸ τέλος reddere, uti non raro Turr. factitat, non satis grammaticum est.

Digitized by Google

mea vis ac facultas, edisseram. Aio itaque, non aliam esse natura, quam Salvator humanitatem induit, quam qua nos homines sumus; sed eamdem secundum essentiam ac per omnia similem; quippe ex eadem nostra substantia, per arcanam nullisque verbis explicabilem ex castissimæ Virginis Deique Matris purissimis sanguinibus assumptionem: quibus Verbum instar seminis unitum, cum Deus esse secundum essentiam non destiterit, caro factum est, atque homo perfectus nostri similis, uno duntaxat excepto peccato, exstitit; propter quod nos non raro dissidemus, ac voluntate Deo adversamur, ut qui in utramque partem propensa ejus momenta nacti simus. Ipse autem ab omni natura peccato liber, utpote non nudus ac simplex homo, sed Deus factus homo; quod esset contrarium, nihil habuit; quin potius intemeratam ac vere omnino incontaminatam nostram naturam servavit. Unde etiam dicebat: *Nunc venit princeps mundi hujus, et in me non invenit quidquam* [k]; ex iis scilicet, quibus nos naturam depravantes, voluntatis dissidentiam pugnamque ostendimus: ratione cujus, ipse Christus nostra humanitate ac quod homo est, non subjectus dicitur, quousque nos etiam, assumptæ humanitatis potentia, ab ea nos labe liberaverit: cujus veritatis confirmandæ gratia, omnia propter nos factus est, fecitque sponte in nostri gratiam, ita sane ut quod ad nostram spectat substantiam, eaque quæ illi innoxia competunt, ac naturalia sunt, nihil ementito habuerit; tametsi eam cum illis omnibus deitate imbuit, instar candentis ferri; totam divinam ac divinorum effectricem reddens, ut qui in totum summe illi per unionem immearit, unumque cum ea citra omnem confusionem unius ejusdemque personæ ratione, effectus sit.

A φύσιν ὑπάρχει τὸ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀνθρώπινον, καὶ ἄλλο τὸ καθ' ἡμᾶς· ἀλλὰ ταυτὸν τῇ οὐσίᾳ καὶ ἀπαράλλακτον, εἴπερ ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐλήφθη, κατὰ τὴν ἐκ τῶν παρθενικῶν τῆς πανάγνου καὶ Θεομήτορος ἀχράντων αἱμάτων ἄῤῥητον πρόσληψιν· οἷς δίκην σπορᾶς ἐνωθεὶς ὁ Λόγος, γέγονε σὰρξ, μὴ ἐκστὰς τοῦ εἶναι κατ' οὐσίαν Θεός· καὶ τέλειος καθ' ἡμᾶς ἐχρημάτισεν ἄνθρωπος, πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας· δι' ἣν ἡμεῖς μὲν πολλάκις στασιάζομεν, καὶ ἀντιπαλαίομεν τῷ Θεῷ κατὰ τὴν θέλησιν, ὡς ἐφ' ἑκάτερα τὴν ταύτης κεκτημένοι ῥοπήν· αὐτὸς δὲ πάσης κατὰ φύσιν ἐλεύθερος ὢν ἁμαρτίας, ὡς ἄνθρωπος οὐ ψιλὸς, ἀλλ' ἐνανθρωπήσας Θεὸς, οὐδὲν ἐναντίον εἶχεν· ἀλλ' ἄχραντον, καὶ πάντη κυρίως ἀμόλυντον τὴν ἡμετέραν φύσιν διέσωζε· καθὸ καὶ
B ἔλεγε· *Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἔρχεται, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρίσκει οὐδέν*· τῶν οἷς ἡμεῖς δηλαδὴ τὴν φύσιν παραχαράττοντες, τὴν ἐναντίωσιν τοῦ θελήματος ἐπιδείκνυμεν· δι' ἣν τῷ καθ' ἡμᾶς ἀνυπότακτος λέγεται καὶ Χριστὸς [10], ἕως ἂν ταύτης καὶ ἡμᾶς ἀπολύσῃ τῇ δυνάμει τῆς ἐνανθρωπήσεως· ἧς ἐπικυρῶν τὴν ἀλήθειαν, πάντα γέγονε δι' ἡμᾶς, καὶ δέδρακεν ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν, μήτε τὴν ἡμετέραν οὐσίαν, μήτε τι τῶν αὐτῆς ἀδιαβλήτων καὶ φυσικῶν· τὸ παράπαν ψευσάμενος· εἰ καὶ ταύτην μετ' ἐκείνων ἁπάντων ἐθέωσε, πυρακτωθέντος δίκην σιδήρου, πᾶσαν θεουργὸν ἀποφήνας (z), ὡς διόλου
C κατ' ἄκρον αὐτῇ περιχωρήσας διὰ τὴν ἕνωσιν· καὶ ἓν μετ' αὐτῆς ἀσυγχύτως κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν γεγονώς.

Quo fit, ut ejus humanitas, non ratione naturæ a nostra differat, sed quod novo modo procreata sit; eadem quidem, quod ad essentiam attinet; at non eadem qua ratione ex nullo propagata semine est; cum non simplex ac nuda esset, sed ejus qui vere propter nos homo factus est. Quemadmodum etiam ejus voluntas, vere quidem naturalis nobis similis; divine tamen informata, superiori nobis ratione. Liquet enim, progigni non ex semine, et ex semine, naturam non scindere, sed circa eamdem scindi naturam ac dividi, uti etiam se res in innascentia et nativitate habet.

Ὅθεν τὸ κατ' αὐτὸν ἀνθρώπινον, οὐ διὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως, ἀλλὰ διὰ τὸν καινοπρεπῆ τῆς γενέσεως τρόπον, πρὸς τὸ ἡμέτερον παραλλάττει· ταυτὸν μὲν ὑπάρχον κατὰ τὴν οὐσίαν· οὐ ταυτὸν δὲ κατὰ τὴν ἀσπορίαν· ἐπεὶ μὴ ψιλὴ, ἀλλ' αὐτοῦ κατ' ἀλήθειαν τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος ἦν. Ὥσπερ οὖν καὶ τὸ θέλειν αὐτοῦ κυρίως μὲν ἦν φυσικὸν καθ' ἡμᾶς, τυπούμενον δὲ θεϊκῶς ὑπὲρ ἡμᾶς. Δῆλον γὰρ ὡς ἀσπορία καὶ σπορὰ, φύσιν οὐ τέμνει· περὶ δὲ τὴν αὐτὴν τέμνεται φύσιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἀγεννησία καὶ γέννησις.

30 Nam si hoc dederimus, differre Verbum quatenus homo a nostra natura, eo quod ex nullo semine, plane fiet ut et a Patris substantia differat, eo quod natum est. Non enim idem sunt, ingenitum et natum esse. Quin nos etiam a veteri Adamo ac Eva differemus, qui ex nullo orti sint semine:

D Ἐπεὶ τυχὸν εἰ διαφορὰν πρὸς τὴν ἡμετέραν φύσιν ὡς ἄνθρωπος εἶχεν ὁ Λόγος διὰ τὴν ἀπορίαν· ἕξει γε πάντως, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν, διὰ τὴν γέννησιν. Οὐ γὰρ ταυτὸν ἀγεννησία καὶ γέννησις. Ἕξομεν δὲ καὶ ἡμεῖς πρός τε τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, δίχα σπορᾶς γενομένους·

[k] Joan. XIV, 30.

[10] Cf. Greg. orat. 36, quæ est 2 de Filio.

NOTÆ.

(z) *Πᾶσαν θεουργὸν ἀποφήνας.* Non satis bene Turr. *Reddens totam deificatam*: vox enim illa activum quid sonat, ac quam Christi humanitas ex unitione cum Verbo mutuata est, divinorum operum vim ac miraculorum. Sic Budæus in Com. Θεουργίας vocata ait Christi opera, quæ divinitatem ejus significabant: ipsumque Novum Testamentum Dionysio Θεουργία est, ob eamdem causam. Maximo ipso interprete, Θεουργικὴ ἐπιστήμη· *Sacerdotalis, pontificia scientia.* Θεουργικὸν μύρον· *divinæ virtutis unguentum* nempe sanctificans; Θεουργοὶ, *qui sacris operantur.*

Digitized by Google

ὁ μὲν γὰρ, πλάσμα τοῦ πλάσαντος· ἡ δὲ, τμῆμα τοῦ πλάσματος. Ἀλλὰ μὴν ταυτὸν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ διὰ τὴν Θεότητα· Θεὸς γὰρ καὶ ὁμοούσιος· ὥσπερ οὖν καὶ ἡμεῖς, πρός τε τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, καὶ αὐτὸν τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα Θεὸν, συγγενεῖς διὰ τὴν ἀνθρωπότητα καὶ ὁμοούσιοι. Ὡς γὰρ οὐκ οὐσία Θεοῦ τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητόν (τίς γὰρ ὁ λέγων), οὕτως οὐδὲ σπορὰ καὶ ἀσπορία φύσις καθοτιοῦν ἀνθρωπότητος.

Οὐδεμίαν οὖν ὁ μέγας θεολόγος Γρηγόριος ἔμφασιν παρέχει, τοῦ ἄλλο εἶναι κατὰ τὴν φύσιν τὸ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀνθρώπινον, καὶ ἄλλο τὸ καθ' ἡμᾶς, εἰ καί τισιν ἐνομίσθη, τῷ φάσκειν αὐτὸν [11], « Εἴπαμεν ἂν ὡς παρὰ τοῦ ἀνθρώπου τυποῦσθαι τὸν λόγον· οὐ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου· τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, οὐδὲν ὑπεναντίον Θεῷ θεωθὲν ὅλον· ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς· ὡς τοῦ ἀνθρωπικοῦ θελήματος, οὐ πάντως ἑπομένου τῷ θείῳ, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀντιπαλαίοντος. » Αὐτοῦ γάρ ἐστιν κυρίως καὶ λέγεται, οὐχ ὡς ἑτέρας ἢ ἐξ ἑτέρας ὂν πάρεξ τῆς ἡμετέρας οὐσίας καὶ φύσεως· ἀλλ' ὡς δι' ἐκεῖνον καὶ ἐν ἐκείνῳ, κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν γεγονός· καὶ οὐ καθ' ἑαυτὸ χωρὶς, ἢ δι' ἑαυτὸ παραχθὲν, ὥσπερ ἡμεῖς. Ὅθεν καὶ σπορὰν οἰκείαν καινοτομοῦντα τὸν ἐπεισαχθέντα τῆς γεννήσεως τρόπον αὐτὸν ἔσχε τὸν Λόγον, ἅμα τῷ εἶναι φυσικῶς, καὶ τὸ ὑποστῆναι θεϊκῶς ἐν αὐτῷ κληρωσάμενον· ἵνα καὶ τὸ ἡμέτερον κυρωθῇ· καὶ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς πιστευθῇ. Δεῖ γὰρ ἐν πᾶσιν καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος καὶ τελείως δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ Λόγου, καὶ τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν μετὰ τῶν αὐτῆς φυσικῶν συντηρεῖν· ὧν ἄνευ τὸ παράπαν οὔτε φύσις ἐστὶν, ἀλλὰ φαντασία μόνη διάκενος, καὶ τὴν ἕνωσιν διαφυλάττειν· τὴν μὲν, ἐν ἑτερότητι φυσικῇ σωζομένην· τὴν δὲ πάλιν, ἐν ὑποστατικῇ γνωριζομένην ταυτότητι· καὶ οὕτω τε σοφῶς ἅμα καὶ εὐσεβῶς, ὅλον διόλου τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ἄφυρτον ὁμοῦ καὶ ἀδιαίρετον ἀποφαίνειν.

Ὃν αὐτὸς ὀρθοδόξως κηρύττων, ἕξεις ἀνακηρύττοντα κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῶν οἰκείων δωρούμενον ὥσπερ δι' ἐλπίδος ἐνταῦθα, οὕτω διὰ πείρας ἐκεῖ τὴν ἀπόλαυσιν· ἧς κἀμὲ μετασχεῖν ἱκέτευσον, Πάτερ ἡγιασμένε, διὰ τῆς σῆς μεσιτείας προσάγων αὐτῷ τῷ καλοῦντι καὶ σώζοντι· καὶ μισθὸν τῆς εἰς ἀλλήλους τῶν ὁμογενῶν συμπαθείας, τῷ σὺν αὐτῷ καὶ παρ' αὐτῷ δοξασθῆναι χαριζομένῳ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Adamus quidem ipse Dei figmentum; Eva vero, decisum quid a figmento. Quin vero idem cum Patre Filius est, ob deitatis naturam; quippe qui Deus sit ac consubstantialis uti etiam nos, cum Adamo et Eva, ipsique propter nos incarnato cognati sumus ac consubstantiales ob humanitatis naturam. Quemadmodum enim non est Dei substantia, ingenitum esse atque genitum (nam quis hoc dicat?), sic nec ex semine procreari ac sine semine ullo modo natura humanitatis est.

Nihil ergo cogitandum ingerit magnus Gregorius Theologus, quo sensisse putetur alium natura esse Salvatoris hominem, aliumque qui nostræ naturæ est, etsi nonnullis ita visum sit, quod dixerit, « Dicere possemus hæc verba velut ab homine exprimi, non qui de Salvatore intelligatur (illius enim voluntas nihil Deo contraria, quod tota deificata), sed qui noster est. Humana namque voluntas non omnino divinam sequitur, verum ut plurimum ei resistit et obluctatur. » Ejus enim vere est atque dicitur, non quasi diversæ substantiæ, aut ex diversa substantia extra substantiam nostram et naturam; sed quod illius causa, inque illo secundum unam eamdemque personam exstiterit; at non ipse per se seorsim, aut sui causa, veluti noster, ejus homo productus sit. Idcirco etiam semen proprium, ipsum Verbum nactus est, adjectitie inductum innovans nativitatis modum; mox atque esse naturaliter accepit, hoc sortitus, ut in illo divine subsisteret: ut tum quod nostrum est firmaretur; tum quod nobis superius est, fidem obtineret. Necesse enim est in omnibus, ut et assumptam ab ipso Deo Verbo incarnato, ac perfecte nostri causa facto homine, naturam, una cum illis quæ natura illi competunt, conservemus (quibus ablatis, ne natura quidem prorsus est, sed inanis quædam fictio) et unionem sartam tectam retineamus: illam quidem in naturali diversitate incolumem; hanc vero rursus, quæ in personali identitate (ut vocant) intelligatur; atque in hunc modum sapienter simul pieque omnem omnino dispensationis rationem inconfusam pariter indivisamque profiteamur.

31 Quem tu recta fide prædicans, te vicissim prædicantem, juxta quod pollicitus est [1], nancisceris, suorumque bonorum fructu munerantem, quemadmodum in hoc sæculo, spe; sic et in futuro, rei ipso usu ac periculo. Pro me vero, Pater sancte, ora, ut ejus consors efficiar; me tuis precibus illi admovens, qui vocat et salutem præstat; eoque præmio muneratur, qua se generis necessitudine conjuncti, alii alios misericordia prosequuntur, ut eis una secum, et apud se, gloriam tribuat; cui gloria et potestas cum sanctissimo Patre ejusque vivifico Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Marc. x, 30.

[11] Greg. orat. 36, supra cit.

Digitized by Google

EJUSDEM,

Adversus eos qui dicunt dicendam unam Christi operationem secundum victoriam ; eo quo divina operatio tanquam efficacior prævaleat humanæ, sic est respondendum.

Primum quidem duas operationes vos quoque conceditis ; unam quæ vincat et prævaleat (nempe divinam) et alteram quæ vincatur et cui prævaleatur (nimirum humanam); quod quidem eorum est, quæ sunt *Ad aliquid*. Quæ vero sunt *Ad aliquid*, omnino etiam una secum ea inferunt, contra quæ dividuntur.

Deinde si unam operationem dicitis secundum victoriam, tanquam humana operatione sublata, eo quod victa sit ac superata, extenuationem operationibus inducitis. Quod enim superat ac victoria potitur, ipsum quoque omnino patitur : nam et ipsum ab eo quod cadit victoria vincitur. Etsi enim minus, omnino tamen vincitur. Sicut aurum, verbi gratia, vincit quidem ac exsuperat commistum sibi argentum aut æs, vincitur tamen et ipsum, licet minus, pro quantitatis scilicet ratione, quæ illi admiscetur.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι μίαν Χριστοῦ χρὴ λέγειν ἐνέργειαν κατ' ἐπικράτειαν· διὰ τὸ ὡς δραστικωτέραν τὴν θείαν αὐτοῦ, κατεπικρατεῖν τῆς ἀνθρωπίνης, οὕτω χρὴ ἀπολογεῖσθαι.

Πρῶτον μὲν δύο ἐνεργείας καὶ ὑμεῖς ὁμολογεῖτε· μίαν ἐπικρατοῦσαν· τὴν θείαν φημί· καὶ μίαν κρατουμένην· τὴν ἀνθρωπίνην δηλονότι· ὅπερ ἐστὶ τῶν *Πρός τι*. Τὰ δὲ *Πρός τι*, πάντως συνεισάγουσιν ἑαυτοῖς καὶ τὰ ἀντιδιαιρούμενα.

Ἔπειτα δὲ, ὅτι εἰ κατ' ἐπικράτειαν λέγετε τὴν ἐνέργειαν, ὡς τῆς ἀνθρωπίνης διὰ τὸ ἐπικρατηθῆναι ἀναιρουμένης, μείωσιν αὐταῖς εἰσάγετε. Τὸ γὰρ B ἐπικρατοῦν, πάντως καὶ αὐτὸ τῶν πασχόντων ἐστί· καὶ αὐτὸ γὰρ κρατεῖται ὑπὸ τοῦ ἐπικρατουμένου. Εἰ γὰρ καὶ ἔλασσον, ὅμως δὲ κρατεῖται πάντως· ὥσπερ χρυσὸς ἐπικρατῶν μὲν τοῦ καταμιγνυμένου αὐτῷ ἀργυρίου, φέρε εἰπεῖν, ἢ χαλκοῦ· κρατούμενος δὲ καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ ἧττον, δῆλον δὲ ὅτι κατὰ τὴν ποσότητα τὴν προσμιγεῖσαν.

—

Adversus eos, qui dicunt, quod sicut instrumenti et moventis una est operatio, sic quoque divinitatis et humanitatis una operatio est.

Si quidem naturale instrumentum dicitis, erit Verbum opinione vestra coævum carni, aut caro illi C coæterna. Quidquid **32** enim naturali instrumento utitur, illud habet coævum, uti anima, corpus; atque adeo, aut divinam naturam creaturam dicatis necesse est, aut corpus increatum. Sin autem instrumentum artificiale dicitis, inanime ipsum inducitis, seorsimque diremptum atque divisum ; quodque non semper moveatur, sed tum demum cum artifici videbitur ut in manus illud sumat ac operetur : deincepsque, aut dementis Nestorii sensum sequi videbimini, dividentis ac dirimentis quæ in unam hypostasim unamque personam ambæ Christi Dei naturæ coiverunt ; aut impii Apollinarii eritis discipuli, Christi corpus inanime mentisque expers dicentis.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι Ὥσπερ ὀργάνου καὶ τοῦ κινοῦντος μία ἐνέργεια, οὕτως καὶ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μία ἐνέργεια.

Εἰ μὲν φυσικὸν τὸ ὄργανόν φατε, σύγχρονος ἔσται καθ' ὑμᾶς ὁ Λόγος τῇ σαρκὶ, ἢ ἡ σὰρξ τῷ Λόγῳ συναΐδιος· πᾶν γὰρ κεχρημένον φυσικῷ ὀργάνῳ, σύγχρονον τοῦτο ἔχει· ὥσπερ τὸ σῶμα, ἡ ψυχή· καὶ ὥρα ἡμᾶς καὶ κτίσμα τὴν θείαν φύσιν λέγειν, ἢ τὸ σῶμα ἄκτιστον. Εἰ δὲ τεχνικὸν τὸ ὄργανον λέγετε, ἄψυχον τοῦτο εἰσάγετε, καὶ ἰδίᾳ διεστηκὸς καὶ μεμερισμένον· καὶ οὐκ ἀεὶ κινούμενον, ἀλλ' ὅτε τῷ ἐργαζομένῳ δόξει τοῦτο μετὰ χεῖρας λαβεῖν καὶ ἐργάζεσθαι· καὶ λοιπὸν ἢ Νεστορίου τοῦ παράφρονος σύμφρονες δειχθήσεσθε, διαιροῦντος καὶ διιστῶντος τὰς εἰς μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον συνελθούσας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ δύο φύσεις· ἢ Ἀπολιναρίου τοῦ ἀσεβοῦς φοιτηταὶ, ἄψυχον καὶ ἄνουν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ λέγοντος.

—

Adversus eos qui unam dicunt Christi operationem compositam.

Composita operatio, prorsus naturæ compositæ est. Omnis autem natura composita partium ortum coævum habet, et non voluntarium : est enim creata, et loco mundoque suo circumscripta, ac

D *Πρὸς τοὺς λέγοντας, μίαν σύνθετον τοῦ Χριστοῦ ἐνέργειαν.*

Ἡ σύνθετος ἐνέργεια, πάντως συνθέτου φύσεώς ἐστι. Πᾶσα δὲ σύνθετος φύσις, ὁμόχρονον καὶ ἀκούσιον ἔχει τὴν γένεσιν· κτιστὴ γὰρ ὑπάρχει, καὶ τόπῳ καὶ κόσμῳ ἰδίῳ (*a*) περιγραφομένη· καὶ ἀτόμων

NOTÆ.

(*a*) *Καὶ τόπῳ καὶ κόσμῳ ἰδίῳ*· pauloque inferius, καὶ κόσμῳ ἰδίῳ καὶ τόπῳ· quo utroque loco Turr. vocem κόσμῳ reddit *ornatu*. Malui ego *mundo* reddere, eadem Latinæ vocis Græca amplitudine. Aliis passim locis, Maximus τῷ τόπῳ χρόνον adjungit, quæ sint ea, sine quibus nulla creata possint intelligi, præsertim composita, et quæ constant materia; quibus proinde intelligantur circumscripta. Quid igitur, si Maximus hic mundum pro rei ævo ac tempore accepit, sicque definita exsistentia, quo suum illa mundum constituit, eo circumscripta quasi intrinsece, uti et loco extrinsece? Alius ornatus, qui loco componatur, ad rei circumscriptionem, nullus videtur, nec Græci extra mundum muliebrem ac ejusmodi. facile voce κόσμος utantur : διακόσμησιν proclivius vocant, distinctionis

Digitized by Google

πολλῶν ἐστι περιληπτική. Ὥρα οὖν ὑμᾶς μίαν Χριστοῦ σύνθετον λέγοντας ἐνέργειαν, καὶ σύνθετον Χριστοῦ φύσιν λέγειν, ἧς καὶ ἔστιν ἀφοριστική, σύγχρονα τὰ μέρη ἔχουσαν· καὶ τούτων τὴν σύνοδον ἀκούσιον καὶ ἠναγκασμένην· κτιστήν τε καὶ κόσμῳ ἰδίῳ καὶ τόπῳ περιγεγραμμένην· λοιπὸν δὲ καὶ πλῆθος Χριστῶν καθ' ὧν αὕτη κατηγορεῖται.

A quæ multa complectatur individua. Atque ita necesse erit, ut qui unam Christi operationem compositam dicitis, Christi etiam naturam compositam dicatis, cujus discernendæ vim habeat, partes habentem coævas; harumque conjunctionem non voluntariam, ac necessariam, creatamque, ac mundo suo locoque circumscriptam. Postremo etiam esse Christorum turbam, de quibus illa prædicetur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Περὶ τοῦ, « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον (b). »

Εἰ τὸ, *Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον*, συστολῆς ἔμφασιν ἔχον, ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου λαμβάνεις, « οὐ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου[21] (τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, οὐδὲν ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον), ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς, ὡς τοῦ ἀνθρωπικοῦ θελήματος οὐ πάντως ἑπομένου τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀντιπαλαίοντος, » ἢ φησιν ὁ θεῖος Γρηγόριος· τὸ ἑξῆς τῆς εὐχῆς, ἤγουν τὸ, *Οὐχ ὅ ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τὸ σὸν ἰσχυέτω θέλημα*, τί σοι δοκεῖ; συστολῆς ὑπάρχειν, ἢ ἀνδρείας; συννεύσεως ἄκρας, ἢ διαστάσεως;; Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀντιπτώσεως, οὔτε δειλίας[21*], συμφυΐας δὲ μᾶλλον ἐντελοῦς καὶ συννεύσεως, οὐδεὶς ἀντερεῖ τῶν νοῦν ἐχόντων.

Καὶ εἰ συμφυΐας, ἐντελοῦς καὶ συννεύσεως, ἐκ τίνος ταύτην προσδέχῃ (c); τοῦ καθ' ἡμᾶς, ἢ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου ἀνθρώπου; ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς, ἡμάρτηται περὶ αὐτοῦ διαγορεύων ὁ τοῦ διδασκάλου λόγος· « Ὡς τοῦ ἀνθρωπικοῦ θελήματος οὐ πάντως ἑπομένου τῷ θείῳ θελήματι, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀντιπαλαίοντος. » Εἰ γὰρ ἕπεται, οὐκ ἀντιπίπτει· καὶ εἰ ἀντιπίπτει, οὐχ ἕπεται. Θατέρῳ γὰρ θάτερον ὡς ἀντικείμενον ἀναι-

EJUSDEM,

De eo quod scriptum est, « Pater, si fieri potest, transeat a me calix[m]. »

Si illud, *Pater, si possibile est, transeat a me calix*, B quod fugæ speciem habet ac formidinis, de homine accipis, « non qui de Salvatore intelligatur (illius enim voluntas, nihil Deo contraria, quæ tota deificata esset), sed de homine, qui nostræ conditionis sit; quippe cum humana voluntas non omnino divinam sequatur, sed ut plurimum ei resistat ac obluctetur, » uti beatus Gregorius ait; quod sequitur in oratione, id est, *Verumtamen non quod ego volo, sed tua obtineat voluntas*, quid tibi videtur; formidinis esse, an fortitudinis? summæ consensionis, **33** an dissensionis? At quod non sit renitentiæ neque timoris, sed magis perfectæ concordiæ ac consensionis, nemo, qui sanæ mentis exsistat, contra cat inficias.

Quod si perfectæ concordiæ ac velut dicas necessitudinis coaliti animi) et consensionis est, ex C quo tibi ea proficisci videtur? ex homine, sicut nos sumus, an ex homine sic intellecto, uti Salvator erat? Verum si ex homine, sicut nos sumus, falsum est quod de eo magister loquitur: « Quippe cum humana voluntas non omnino divinam sequatur, sed ut plurimum ei resistat ac obluctetur. » Si enim sequitur, non resistit: et si resistit, non

[m] Matth. xxvi, 39.

[21] Greg. orat. 36, p. 585. [21*] Fr. ἢ δειλίας.

NOTÆ.

ornatum atque ordinem, qui a creatione accessit. Quod item Turr. partium coævarum σύνοδον ἠναγκασμένην, *coactam* reddit, non placet: nihil certe in naturalibus coactum (quod violentum usus communis vocat) vera admittit philosophia; cujusmodi est partium illa conjunctio; seu magis *coitus*, ut Græca vox sonat, ac qua potius naturalis quædam mutua propensio designari videatur. Necessaria ergo illa conjunctio, quippe non voluntate quæsita, sed ex naturæ ipsa inclinatione (supposita efficientis actione) secuta; non ipsa coacta aut violenta.

(*b*) *Τὸ ποτήριον.* Videtur Turr. codex hic habuisse τοῦτο, dum reddit: *Transeat a me calix iste;* quod etiam habetur cap. illo 51 ex majori lucubratione Maximi ad Marinum supra. Nec forte sit aliud hic ipse tractatus, quam caput aliud ex eadem. Codex Raph. Dufrenii et Turr. subnectunt sequenti tomo dogmatico ad Marinum diaconum, ad quem ipsum scripta major illa lucubratio, etsi in titulo Marinus ille presbyter, hic diaconus prænotatur, nihilque vetat eumdem ex diacono exinde presbyterum initiatum esse, quo utroque gradu vir φιλομαθέστατος ac egregie orthodoxus. sic epistolarum dogmaticarum officio a Maximo cultus sit. Ac forsan major illa lucubratio de operationibus ac voluntatibus, cum titulus solum habeat, πρὸς τὸν αὐτὸν Μαρῖνον in Turr. codice, ex quo una habemus inscriptam Marino, ipsa adhuc diacono scripta sit, tametsi superior epistola, ad quam refertur illud, πρὸς τὸν αὐτόν, diserte Μαρίνον πρεσβύτερον habeat. D

(*c*) *Ἐκ τίνος ταύτην προσδέχῃ.* Hanc nimirum συμφυΐαν· velut dicat, *coaliti animi necessitudinem ac concordiam*: sic enim recte Bud. ex Basil. cui adjunxit et συμφυΐαν, ejusdem seu affinis significationis. Turr. quasi explicationis causa: *De quo hanc voluntatem accipis?* cum Græca vox significans Maximo voluntatem, sit, τὸ θέλειν et θέλημα, uti et Gregorio: quod utrumque neutrius generis est. Potius ergo συμφυΐαν refert ac σύννευσιν, quod ita feminine dictum Maximo, ταύτην. Mihi ipse reddebam: *Ex quo tibi ea proficisci videtur?* Hæc enim vis τοῦ, ἐκ τίνος, cum illud magis postulet ἐπὶ aut περὶ τίνος.

Digitized by Google

sequitur. Alterum enim altero, ut contrarium, perimitur ac submovetur. Sin autem non de homine, ut nos sumus, sed de homine sic intellecto ut erat Salvator, istud accipias, *Non quod ego volo, sed tua obtineat voluntas*, summam humanæ voluntatis cum ejus ac Patris voluntate consensionem confessus est; duasque duplici natura præditi, naturales tum voluntates tum operationes repræsentasti; ejus nimirum qui in neutra ne quid minimum contrarium haberet, etsi naturalem in omnibus, eorum, ex quibus, et in quibus, ac quæ erat, distinctionem servaret.

Sin autem his argumentis explosus, eo processeris, ut dicas, istud, *Non quod ego volo*, neque hominis esse, quales nos sumus, nec cujusmodi Salvator intelligitur; sed neganter de principio B carente Unigeniti deitate ferri, hoc excludens, ne quid ille præter Patrem proprie velit atque privatim: igitur et quod voluit (quod nimirum calicem recusavit) ad ipsam necessario principii expertem deitatem reducis. Etsi enim eam vim negationis ais, ut hoc tollat, ne quid ille proprie ac privatim velit; non tamen ut inficietur atque excludat id quod voluit. Non enim in utroque horum potest poni negatio; tum scilicet ut Unigenitus privatim aliquid præter Patrem velit, tum vero in re quam voluit. Omnino enim quod Patris ac Filii communem voluntatem velis, id quod Deus voluit (scilicet nostram salutem) tollis. Id enim est quod ille natura velit. Sin autem fieri non potest ut in utroque ponatur negatio; liquet, si hanc in eo ponis, quod C est proprie ac privatim velle, ut communem astruas voluntatem, fore ut non tollas id quod voluit; quod nempe calicem recusavit; sed de communi ac principii experte deitate affirmes, ad quam etiam neganter velle retulisti. Sin autem vel hoc **34** cogitare exsecrabile est, igitur hic loci palam negatio, id est, *Non quod ego volo*, qua omnino renitentiam tollit, humanæ Salvatoris voluntatis cum divina ejus ac paterna voluntate summam concordiam ac necessitudinem ostendit; ut quod totam totum Verbum naturam vere induerit, totamque (quam sic vere ac essentialiter induit) deificaverit. Ideirco, velut qui propter nos, homo nobis similis exstiterit, humano more ad Deum ac Patrem dicebat: D *Non mea, sed tua obtineat voluntas;* ut qui nimirum ipse, etiam ut homo, qui Deus natura esset, paternam impleri voluntatem vellet. Quocirca secundum ambas naturas ex quibus, et in quibus, ac quarum persona erat, natura præditus volendi facultate ac operandi salutem nostram noscebatur; alterum quidem, tanquam eam una cum Patre et Spiritu sancto propense volens; alterum vero, ut ejus causa *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* [n], magnumque dispensationis in nos per carnem mysterium ipse exsequens.

ρεῖται καὶ ὑπεξίσταται. Εἰ δὲ μὴ τοῦ καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου ἀνθρώπου λαμβάνῃς τὸ, *Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τὸ σὸν ἰσχυέτω θέλημα*, τὴν ἄκραν τοῦ ἀνθρωπικοῦ πρὸς τὸ θεῖον αὐτοῦ θέλημα καὶ πατρικὸν ὡμολόγησας σύννευσιν· καὶ δύο τοῦ διπλοῦ τὴν φύσιν· τάς τε θελήσεις καὶ ἐνεργείας κατὰ φύσιν οὔσας, παρέστησας· ἐν οὐδετέρᾳ τὴν οἱανοῦν ἐναντίωσιν ἔχοντος· εἰ καὶ τὴν φυσικὴν ἐν πᾶσι διαφορὰν τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς τε, καὶ ἅπερ ἦν ὁ αὐτὸς κατὰ φύσιν.

Εἰ δὲ τούτοις ἐξειργόμενος τοῖς λογισμοῖς, ἐπὶ τὸ λέγειν προάγῃ, μήτε τοῦ καθ' ἡμᾶς, μήτε τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου ἀνθρώπου τυγχάνειν τὸ, *Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ'* ἀρνητικῶς, ἐπὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἀνάρχου θεότητος φέρεσθαι· τοῦ, τί θέλειν αὐτὸν ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα διεῖργον· οὐκοῦν καὶ τὸ θεληθὲν (1), ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ ποτηρίου παραίτησις, ἐπ' αὐτῆς ἀνάγκῃ φέρεις τῆς ἀνάρχου θεότητος. Εἰ γὰρ καὶ τοῦ τί θέλειν ἰδίως ἀναίρεσιν φῂς ἔχειν τὴν ἄρνησιν, ἀλλ' οὐ τοῦ θεληθέντος ἀποσκευήν· οὐ γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν τίθεσθαι τὴν ἄρνησιν δυνατόν· καὶ τοῦ τι θέλειν ἰδίως τὸν Μονογενῆ παρὰ τὸν Πατέρα, καὶ τοῦ θεληθέντος. Ἐπεὶ πάντως ἡ τοῦ κοινοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θέλησις θελήματος, ἀναίρεσις ἔσται τοῦ θεληθέντος Θεῷ, ἤγουν τῆς ἡμῶν σωτηρίας. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ φύσει καθέστηκε θελητόν. Εἰ δὲ μὴ δυνατὸν ἐπ' ἀμφοῖν τιθέναι τὴν ἄρνησιν, δῆλον ὡς εἰ ταύτην ἐπὶ τοῦ τι θέλειν ἰδίως ἄγεις, ἵνα τὴν τοῦ κοινοῦ θέσιν ποιήσῃς θελήματος, οὐκ ἀναιρήσῃς τὸ θεληθὲν, ἤγουν τὴν τοῦ ποτηρίου παραίτησιν· ἀλλὰ κατὰ τῆς κοινῆς ἐποίσεις καὶ ἀνάρχου θεότητος, ἐφ' ἧς ἀρνητικῶς καὶ τὸ θέλειν ἀνήγαγες. Εἰ δὲ τοῦτο κἂν ἐννοεῖν ἀπευκτὸν, ἆρά γε σαφῶς ἐνταῦθα ἡ ἄρνησις, ἤγουν τὸ, *Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω*, πάντη τὴν ἐναντίωσιν ἀποσκευαζομένη, τὴν τοῦ ἀνθρωπικοῦ τοῦ Σωτῆρος πρὸς τὸ θεῖον αὐτοῦ θέλημα καὶ πατρικὸν συμφωνίαν παρίστησιν· ὡς ὅλην ὅλου τὴν φύσιν οὐσιωθέντος τοῦ Λόγου, καὶ ὅλην τῇ οὐσιώσει θεώσαντος. Ὅθεν ὡς δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, ἔλεγεν ἀνθρωποπρεπῶς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα· *Μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν ἰσχυσάτω θέλημα*· ἅτε θέλησιν καὶ ὡς ἄνθρωπος ἔχων αὐτὸς ὁ φύσει Θεὸς, τὴν τοῦ πατρικοῦ θελήματος πλήρωσιν. Διὸ κατ' ἄμφω τὰς ἐξ ὧν, καὶ ἐν αἷς, καὶ ὧν ὑπόστασις ἦν, φύσει θελητικὸς καὶ ἐνεργητικὸς τῆς ἡμῶν ὑπάρχων ἐγνωρίζετο σωτηρίας τὸ μὲν, ὡς ταύτην συνευδοκῶν Πατρὶ καὶ Πνεύματι· τὸ δὲ, ὡς Πατρὶ διὰ ταύτην *ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ* καὶ τὸ μέγα τῆς εἰς ἡμᾶς οἰκονομίας, διὰ σαρκὸς αὐτουργήσας μυστηρίου.

SCHOLIUM.

Qui dicunt illud, *Non quod ego volo*, neganter

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Fr. Ὅτι οἱ λέγοντες τὸ, *Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω*,

[n] Philipp. II, 8.

Digitized by Google

ἀρνητικῶς ἐπὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἀνάρχου θεότητος φέρεσθαι· σημαῖνον, ὡς αὐτοί φασι, τὸ, μή τι θέλειν αὐτὸν ἴδιον παρὰ τὸν Πατέρα, ἀνάγκην ἔχουσι, καὶ τὸ θεληθὲν, ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ ποτηρίου παραίτησις, ἐπ' αὐτῆς ἀνάγειν τῆς ἀνάρχου θεότητος· καὶ ὅτι ἐπειδὴ μὴ δυνατὸν ἐπ' ἀμφοῖν τίθεσθαι τὴν ἄρνησιν, καὶ τοῦ τι θέλειν ἰδίως τὸν Μονογενῆ παρὰ τὸν Πατέρα, καὶ τοῦ θελητοῦ, πάντως ἐπὶ τοῦ τι θέλειν ἰδίως μόνον ταύτην ἀνάγωσιν, οὐκ ἐπὶ τοῦ θελητοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ ποτηρίου παραίτησις, ἤγουν ἡ σωτηρία ἡμῶν· οὗ τί γένοιτο παραλογώτερον; Συμβαίνει γὰρ ἐθέλειν παρελθεῖν τὸν Θεὸν, ὃ φύσει αὐτῷ καθέστηκε θελητόν. Ἐπεὶ οὖ ἐστι τὸ, *Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω*, τούτου πάντως καὶ τὸ, *Παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ ποτήριον.*

de Unigeniti principii experte deitate ferri, cum hoc significent nihil eum præter Patrem proprium velle, necesse habent, ut et id quod voluit (quod nempe calicem recusavit) ad eamdem principii expertem deitatem reducant. Cumque fieri non possit ut in utroque ponatur negatio, et in eo ut Unigenitus proprie aliquid ac privatim præter Patrem velit, et in re quam voluit, omnino in eo solum ponant, necesse habent, quod est velle aliquid proprie ac privatim, non in re quam voluit, quæ est calicis recusatio, nostra scilicet salus. Quo quid absurdius? Contingit enim ut Deus velit transire quod ipse natura velit. Nam cujus est, *Non quod ego volo*, ejus omnino est, et, *Transeat a me calix.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Τόμος δογματικὸς σταλεὶς ἐν Κύπρῳ πρὸς Μαρῖνον διάκονον.

Οὐ μᾶλλόν σου τῆς πολλῆς εὐλαβείας κατεπλάγην τὸ κόσμιον (*d*) ἢ τοῦ μεγίστου ζήλου τὸ ἀνδρικὸν ἀπεθαύμασα, πανάγιε Θεοῦ θεράπον, καὶ τῶν αὐτοῦ πάνσοφε μύστα καὶ μυσταγωγὲ μυστηρίων. Τῇ γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ἱερᾷ συμπλοκῇ, τὴν ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς ἐκτήσω τελείωσιν· κατ' ἐκείνην μὲν, ὅλος ἐν ὅλῳ διόλου γενόμενος τῷ Θεῷ, διὰ τῆς τῶν αὐτοῦ θείων ἐντολῶν ἐκπληρώσεως, ὅλος εἶναι λογίζῃ δι' ἄκραν πτωχείας ὑπερβολὴν ἐν τοῖς κατ' ἐμὲ προσύλῳ ψυχῆς διαθέσει, τῷ ἰχῶρι τῶν ἀκαθάρτων ἰλυσπώμενοι παθῶν· ὁμοῦ τε τὸ ἀσφαλὲς ἐντεῦθεν ἑαυτῷ κατὰ λόγον περιποιούμενος· οὐδὲν γὰρ αὐθαιρέτου πτωχείας εἰς πῆξιν τῶν καλῶν καὶ συντήρησιν, ἰσχυρότερον θεμέλιος γὰρ τῶν ἐν ψυχῇ θείων οἰκοδομημάτων καθέστηκεν ἀβράγης, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷς τὸ καλὸν διεσπούδασται, σωτηρίας γενόμενος πρόξενος· τῷ ἄγειν ἐξ ὑποδείξεως ἐνεργοῦς μᾶλλον, ἢ διδακτικῆς προσφωνήσεως, εἰς μέγεθος ἀρετῆς δι' ὑφέσεως ὑψηλῆς, τοὺς πρὸς σὲ τόν τε νοῦν ὁμοίως καὶ τὸν βίον σοφῶς ἀπευθύνοντας. Κατὰ τοῦτον δὲ, φημὶ, τὸν ζῆλον, ὃν ἔχων τὴν ζέσιν τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ πῦρ ἐν τῇ γῇ τῆς καρδίας κτησάμενος, ὃ ἦλθεν ἐν αὐτῇ βαλεῖν, ὁ πᾶσαν ἡμῶν ἐκδαπανῶν μοχθηρὰν ἕξιν καὶ κίνησιν, φιλάγαθος φύσει καὶ φιλάνθρωπος Λόγος, φλογίζεις μὲν τοὺς ἐξ ἀπάτης τε καὶ ἀνοίας [11] ὑλομανοῦντάς τε καὶ ὑλομανοῦντας, ἔν τε πράξεσι φαύλαις καὶ κιβδήλοις λόγοις (*e*), τούτων ἀπελέγχων

EJUSDEM,

Tomus dogmaticus, missus in Cyprum insulam ad Marinum diaconum.

Non magis ingentis pietatis tuæ præcautique timoris modestiam stupui, quam zeli maximi fortitudinem admiratus, sanctissime Dei famule, ejusque mysteriorum sapientissime auditor doctorque. Utriusque enim sacro complexu ac nexu, in omnibus bonis perfectionem adeptus es. Nam illa quidem, cum totus in totum ex toto Deum, divina illius implendo mandata concesseris, totus ob summam paupertatis excellentiam, tibi ipse inter eos versari videris, qui mei similes, **35** terrena animi dispositione, in immundarum passionum ac libidinum tabo volutantur ac reptant; hinc nimirum tum tibi ipse tutum simul consulta ratione parans præsidium (nihil enim ad virtutes alta radice figendas easque conservandas, fortius voluntaria paupertate; ut quæ eorum quæ in animo ædificantur, firmam infractumque fundamentum exsistat), tum cunctis aliis virtutis cultoribus auctor salutis effectus; qua scilicet, non tam docentis allocutione, quam efficaci exemplo, ipsaque rerum exhibitione, per sublimem submissionem, ad amplissimam virtutem illos provehis, qui ex tuis rationibus mentem pariter vitamque sapienter dirigunt. Hoc autem zelo sive æmulatione totum nactus Spiritus fervorem, ignemque illum in cordis terra adeptus, quem Sermo in eam missum venit [o], qui natura benignissimus ac humanissi-

[o] Luc. XII, 49

[11] Legit Turr. ἀγνοίας.

NOTÆ.

(*d*) *Τῆς πολλῆς εὐλαβείας τὸ κόσμιον.* Vox εὐλαβείας hoc loco, modestia est, cauta formido; ipsa humilitas et paupertas spiritus, quam Maximus omnibus fere commendat, qui ad eum quæstiones referebant, quibus præfatur ad suas ad eos responsiones. Non satis bene Turr. *ornamentum pietatis et reverentiæ tuæ*: ut nec cum sequentibus ad illa verba, τῇ ἐξ ἀμφοῖν ἱερᾷ συμπλοκῇ, *Utriusque cum (illius nempe εὐλαβείας*, fortisque zeli seu æmulationis) *sacro nexu*, ita supplet, *disciplinæ scilicet et doctrinæ mysticæ*; quorum nihil Maximi textus habet, nec ad ejus intentum attinet.

(*e*) *Κιβδήλοις λόγοις.* Quod habet Dufrenii cod. κενοφωνίαις, Paulina vox est I Tim. VI, 20, nec aliam forte Maximus scripserit, cujus alterum quædam expositio sit. Latinus interpr. in Paulo καινοφωνίας legit, *vocum novitates*; Græca et Maximus, κενοφωνίας, *vocum inanitates*, quod utrumque hæreticorum est. nec liquet quid magis Paulus scripserit.

Digitized by Google

mus, pravum omnem habitum motumque nostrum absumit; illos quidem qui errore seducti ac dementia acti terrena depereant seque nugis oblectent, eorum, pravis actionibus, falsisque ac adulterinis sermonibus, vanum futileque ingenium ac doctrinam redarguens, objecta inexstinguibilis in te ardoris, divinæ scientiæ atque virtutis lampade, incendis; eosque qui algidæ illucisque contentionis hujus gelu magnopere obriguerunt, divinorum sermonum micantibus radiis concalefacis, tum penitus tenebras dispellens atque dissolvens, tumque summam formidinem ac torporem in summam fortitudinem virtutemque transferens. Rursus vero illuminas a montibus æternis P (iis nimirum quæ nihil terreni habent, omnemque omnium sensuum cognitionem vimque superant, Patrum verbis atque dogmatis) eos qui lucis oppido desiderio tenentur: quique demum sapientiæ gustu, illud ipsum manifeste, probe jam spei præsidio animo informarunt, quod ipsum natura desiderabile est; ad eam, quæ ipso experimento est, adducens pieque admovens, quæ ex integro est, plenam transmutationem. Nihil enim sic divini tui sacerdotii opus munusque repræsentat, ac divinus ille pietate modestaque cautione contemperatus, rigidusque ac tenax propositi, zelus, ac qui hunc in nobis continet simul accenditque, insitus sermo atque ratio præstans ut illa faciamus, ac sapienter regens, quæ præstanda ipse natura primusque sermo ac ratio jubet, ut ad ipsum ascendamus, sanctisque operibus ac veris dogmatis perfectam in integrum **36** restitutionem nanciscamur: eaque demum fugiamus ac aversemur, quibus fiat ut sacro ascensu frustremur.

Et quid vero aliud, iter istud ad sermonem rationemque vehementer disturbat; ac velut interjecto muro, illo inhibet, nisi illius tremenda proditio, eorum, qui nunc temporis iis infensi ingruunt, qui via regia divinorum paternorumque dogmatum incedunt; quique nulla devia itinera, ex iis quæ utrinque infausto exitu in confusionis

A το σαθρόν τε καὶ εἰκαῖον, τῇ προβολῇ της ἀσβέστως ἐν σοὶ καιομένης κατὰ θείαν γνῶσιν καὶ ἀρετὴν μακαρίας λαμπάδος· θερμαίνεις δὲ, τοὺς τῇ πήξει λίαν κατεψυγμένους, ταύτης δὴ τῆς κρυμώδους καὶ ἀφεγγοῦς προβολῆς (*f*), ταῖς ἀκτινοφανέσι τῶν θείων λόγων αὐγαῖς· τό τε νύχος πάμπαν ἐλαύνων καὶ διαλύων, καὶ τὴν ἄκραν συστολὴν πρὸς ἄκραν ἀνδρείαν μετάγων καὶ δύναμιν· φωτίζεις δὲ πάλιν ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων· τῶν ἀΰλων φημὶ (*g*), καὶ πᾶσαν πασῶν αἰσθήσεων ὑπερβεβηκότων γνῶσιν καὶ δύναμιν, πατρικῶν λόγων τε καὶ δογμάτων, τοὺς ἐφιεμένους φωτός· καὶ τῇ κατὰ τὴν σοφίαν γεύσει, τοῦτο σαφῶς ἐκεῖνο δι' ἐλπίδος εἰκονισθέντας ἤδη καλῶς, ὅπερ αὐτὸ φύσει καθέστηκε τὸ ποθούμενον· πρὸς τὴν διὰ πείρας ἄγων αὐτοὺς, καὶ προσάγων εὐσεβῶς ὁλικὴν μετα-

B ποίησιν (*h*). Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῆς κατὰ σὲ θείας ἱερωσύνης (*i*) εἰκονίζει τὸ ἔργον, ὡς ὁ κατὰ Θεὸν εὐλαβείᾳ σύγκρατος, καὶ ἀνένδοτος ζῆλος· καὶ ὁ τούτου συνεκτικὸς ἅμα καὶ ἐξαπτικὸς ἐν ἡμῖν ἔμφυτος λόγος, ἐκεῖνο δρᾷν παρασκευάζων, καὶ σοφῶς οἰακίζων, ἅπερ ὁ φύσει καὶ πρῶτος διακελεύεται, πρὸς τὴν ἡμῶν ἄνοδον εἰς αὐτὸν, καὶ τελείαν δι' ἔργων ὁσίων καὶ δογμάτων ἀγαθῶν ἀποκατάστασιν· ἀποφυγὴν δὲ καὶ ἀποστροφὴν, τῶν ταύτης ἡμᾶς ποιούντων διαμαρτεῖν τῆς ἱερᾶς ἀναβάσεως.

C Καὶ τί γε ἄλλο διαλύει ταύτην σφοδρῶς, καὶ οἷον ἀποτειχίζει· φημὶ δὲ τὴν πρὸς τὸν Λόγον πορείαν, πλὴν τῆς αὐτοῦ φοβερᾶς προδοσίας τῶν νῦν ἐπιφυέντων τοῖς τὴν βασιλικὴν ὁδὸν τῶν θείων καὶ πατρικῶν δογμάτων ὁδεύουσι· καὶ μηδεμίαν τῶν παρ' ἑκάτερα δυστυχῶς φερομένων ἐν βαράθροις συγχύσεως καὶ φάραγξι διαιρέσεως παρεκτροπὴν γινω-

P Psal. LXXV, 5.

NOTÆ.

(*f*) *Τῇ πήξει λίαν κατεψυχωμένους ταύτης δὴ τῆς κρυμώδους καὶ ἀφεγγοῦς προβολῆς.* Duf. cod. προσβολῆς, ut supra. Haud dubie spectant hæc ad Monothelitarum et Severianorum hæresim, cujus grassationem hac metaphora Maximus exprimit, et cui lucidos sanæ Marini doctrinæ radios concalefacientes opponit. Mihi Turrianus magnopere vagari videtur, dum ita reddit: *Qui maximopere frigent in hac frigida et tenebricosa statione fixi.* πῆξις, *congelatio* est. *glacies, gelu.* Difficilior hic vox προβολή, quam habuit Turr. habetque Venet. cod. vel προβολή, quam cod. Dufr. Nihil felicior Turr. dum *stationem* reddit, quam dum πήξει, voce *fixi.* Προβολῆς magis arridet, quam vocem optime exponit Budæus in Comment. ut sit quasi pugnæ incursus, aggressio, etc., a cujus significatu nec altera vox multum abest, quod attinet ad propositum: indeque nata earum permutatio, et quod ipsæ parum voces distant. Est ergo hæreticorum ἀφεγγὴς pugna et grassatio, velut andabatarum more, tota in tenebris, ipsa quoque κρυμώδης, quasi gelida, ab Aquilone, quo abest veritatis Sol, nimio gelu constringens, qui eorum afflatum recipiant.

(*g*) *Τῶν ἀΰλων φημί.* Epithetum est ejus quod sequitur, πατρικῶν λόγων. Turr. quasi absolutum ponit; aliaque non satis cohærentia habet, quod forte Græca illa variaverint, aut luxata fuerint. Certe quod hic προβολὴν marg. ascriptum, extra locum est. Erat αἰσθητῶν in ἀπογράφῳ R. Ger. Blaech. sed errore cum feminino puto.

(*h*) *Πρὸς τὴν ὁλικὴν μεταποίησιν.* Ea voce idem Maximus significat, quod voce θεώσεως, ac quod D postmodum ἀποκατάστασιν vocat. Fit enim suprema illa animi intelligentis perfectio, quod totus in Deum velut transmutetur, ut jam non aliæ quam divinæ in eo dotes elucescant; uti aliis locis idem luculenter explicat. Non satis placet quod reddit Turr. *ad totam possessionem obtinendam*, etsi enim quandoque τὸ, μεταποιεῖσθαι, *vindicare* est, *sibique asserere*, ἀντιποιεῖσθαι. Hic tamen proclivior ejus vocis acceptio, ἀντὶ τοῦ, μετασκευάζεσθαι· quod beatitudo passionis voce passim Maximo soleat explicari.

(*i*) *Τῆς κατὰ σὲ θείας ἱερωσύνης.* Videtur hac voce significari Marinum vere jam sacerdotem fuisse et presbyterum, non solum diaconum, quod titulo prænotatur, tametsi ἱερατικὸς ordo, quasi *sacerdotalis*, etiam diaconos complectatur, qui ipsi sacris muniis fungantur, etsi ut ministri, non ut ipsi offerentes, aliave peragentes quæ sunt omnino presbyteri propria vel episcopi.

Digitized by Google

σκοντων ; ἢ γνῶναι καθοτιοῦν βουλομένων, χάριτι τοῦ σαφῶς ὁδηγοῦντός τε καὶ χειραγωγοῦντος παναγίου Πνεύματος, εἰς τὴν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τελείαν ἐπίγνωσίν τε καὶ μύησιν αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος τῶν ὅλων Χριστοῦ, τοὺς κατ' εὐχὰς δι' εἰλικρινοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἐπειγομένους. Πρόδοσις γάρ ἐστι, ἡ τῆς εὐσεβοῦς αὐτοῦ τε καὶ περὶ αὐτοῦ δόξης παραλλαγή, τῇ προσλήψει τῆς τῶν ἑτεροδόξων ὁμολογίας καὶ διδαχῆς ἀπεμπολοῦσα αὐτὸν, εἰς ἀναίρεσιν τῆς ἐξ ἡμῶν παναγίας αὐτοῦ σαρκός· μᾶλλον δὲ τῆς ὅλης οἰκονομίας ἀνατροπήν· καὶ προδοσία τῆς ἐν πρώτοις, ὅτε σαρκὶ μεθ' ἡμῶν ὑπῆρχεν ὁ Λόγος, γεγενημένης, βαρυτέρα τοσοῦτον, ὅσῳ τελειωτέρα τοῖς πᾶσιν ἡ τε τῆς θεότητος αὐτοῦ γνῶσις, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος ἡ ἀλήθεια προδήλως γεγένηται· τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης διαλαβοῦσα τῇ μεγαλοφωνίᾳ τῶν αὐτὴν κηρυττόντων ἁγίων Πατέρων. Πᾶσι γὰρ πανταχοῦ βεβαίως ὁμολογουμένου, καὶ ὀρθοδόξως πιστευομένου, κατὰ τὴν αὐτῶν, φημὶ δὴ τῶν θεοκρίτων ὑφήγησιν διδασκάλων, ὡς ὁ εἷς τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ὁ μονογενὴς Υἱὸς, τέλειος κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, τέλειος κατὰ θέλησιν ἄνθρωπος γέγονε, σάρκα τὴν ἡμῶν ὁμοούσιον ἐκ τῆς ἁγίας Θεομήτορος Ἀειπαρθένου κατ' ἀλήθειαν προσλαβών, λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένην, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑαυτῷ κυρίως ἀδιασπάστως ἑνώσας, εἷς τε μετ' αὐτῆς ὑπάρχει καθὰ καὶ πρότερον· πλὴν οὐκ ἀσύνθετος τὴν ὑπόστασιν· εἰ καὶ τὴν φύσιν ἁπλοῦς· ἅτε διαμείνας Θεὸς καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος· καὶ αὖθις διπλοῦς ὡς γενόμενος σάρξ· ἵνα τῷ μὲν διττῷ τῆς φύσεως, συγγενὴς ᾖ κατ' οὐσίαν τοῖς ἄνθρωποις, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα φυσικὴν τῶν οἰκείων μερῶν σώζῃ διαφοράν· τῷ δὲ μοναδικῷ τοῦ προσώπου, τὴν ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς ἴσοις ἔχων ταυτότητα, καὶ τὴν πρὸς τὰ ἄκρα προσωπικὴν, ὡς εἷς καὶ μόνος, κέκτηται διαφοράν· καὶ τῷ ἀνελλιπεῖ τῆς πρὸς αὐτὰ (φημὶ δὲ τὰ ἄκρα) φυσικῆς καὶ οὐσιώδους ἀπαραλλαξίας, τέλειος ᾖ τὰ ἑκάτερα· Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· ἀτελῆ τοῦτον εἰσάγουσι, καὶ τῶν κατὰ φύσιν παθόντα τὴν ἔκπτωσιν, οἱ τὴν τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς ἀπομείωσιν ἀσεβῶς δογματίζοντες. Εἰ γὰρ ἑκατέρας φύσεως ἀνελλιπῶς οὐ φυλάττει τὴν ἰδιότητα, χωρὶς μόνης ἁμαρτίας, κατὰ τοὺς θείους Πατέρας, τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς κυρίως ἐστὶν ὁ σαρκωθεὶς Λόγος καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐλλιπὴς ὑπάρχει Θεός· εἴπερ ὅλως Θεὸς ἀτελής· καὶ ἐλλιπὴς αὖθις ἄνθρωπος, εἴπερ ὅλως ἄνθρωπος μείωσιν τῶν φυσικῶν κεκτημένος.

barathrum, divisionisque deturbant voragines, cognoscunt, vel ut cognoscant ullo modo se induci sinunt; gratia nimirum sanctissimi Spiritus, eos sapienter ducentis ac dirigentis, qui ad perfectam facie ad faciem [q] agnitionem initiationemque, magni ipsius Dei ac universorum Salvatoris Christi [r], per veram rectamque fidem auspicato festinant. Proditio enim est, piæ de ipso, ad ipsumque spectantium opinionis in diversum mutatio; sic nimirum admissa hæreticorum confessione atque doctrina, vendens, ut sanctissima ejus caro ex nobis assumpta interimatur; quin potius dispensationis (Christi scilicet mysterii) vis omnis evertatur : proditio, inquam, prima illa, quæ tunc accidit, cum Verbum nobiscum carne versaretur, tanto gravior, quanto utique perfectior illius tum deitatis cognitio, tum humanitatis ipsius veritas, universis palam invecta est; jam scilicet orbis fines, magnificis vocibus sanctorum Patrum eam prædicantium, complexa. Cum enim omnes ubique firmiter profiteantur, rectaque fide credant, pro eo ac iidem divino judicio electi probatique doctores exposuerunt, unum e sancta et consubstantiali Trinitate, unigenitum scilicet Filium, qui per naturam Deus perfectus esset, quod sic libuit, hominem perfectum factum esse, assumpta vere ex sancta Dei Genitrice semperque Virgine, carne, ejusdem nobiscum substantiæ, intelligentium ac utentium ratione more animata, eaque vere in persona ac individe illi copulata, tum unam cum illa, uti et prius (personæ tamen ratione) haud compositionis expertem exsistere; tum natura simplicem esse (quippe qui Deo ac Patri consubstantialis perstiterit), ac rursus duplicem, velut qui caro factus sit; ut nimirum, duplici quidem natura, affinitatem essentialem cum extremis habens, naturalem suarum partium inter se distinctionem servet; **37** unaque ac singulari persona, etsi perfecta cum partibus identitate, personalem ab extremis, velut unus ac singularis, distinctionem obtineat : nulloque, ad naturalem ac essentialem cum ipsis (nempe extremis) invariabilem similitudinem, quod attinet, illi desiderato, ipse idem utrumque, Deus simul et homo exsistat; ipsi contra, velut ei naturalium facta jactura, imperfectum eum inducunt; dum ea, quæ illi naturaliter insunt, diminuta esse impie docent ac tradunt. Nisi enim ambarum naturarum (uno duntaxat peccato, ut divini Patres tradunt, nulloque alio desiderato), ex quibus ac in quibus vere est Verbum incarnatum, post etiam unionem, servat proprietatem; Deus est qui aliquo deficiatur (siquidem prorsus Deus imperfectus est), ac rursus homo cui aliquid desit; siquidem omnino homo est, qui naturalibus mancus exsistit.

Οὐ χρὴ τοιγαροῦν προφάσει δῆθεν ἑνώσεως μηδενὶ [23] λυμαινομένης, ἀλλὰ μόνον εἰς ἓν καθ' ὑπόστασιν συνδεούσης τὰ πράγματα, τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν παραφθείρειν, τῇ ἀναιρέσει τοῦ τε φυσικοῦ θελήμα-

Cavendum igitur, ne unionis scilicet ratione, quæ neutram naturarum lædat, sed in unum duntaxat personæ momentis cogat, carum convellamus substantiam ac veritatem, tum nativa ipsarum volun-

[q] I Cor. XIII, 12. [r] Tit. II, 13.

[23] Fr. μηδὲν.

Digitized by Google

tate, tum essentiali operatione perempta. Sive enim tanquam ex partibus totum quoddam, essentiales ambas voluntates totidemque naturales operationes secundum compositionem in unam voluntatem unamque operationem, velut forsan eliquaverimus ac conflaverimus, fabulosum ejusmodi, atque a Patris nostraque prorsus extraneum communione monstrabitur; quippe cum nec ille natura compositam voluntatem habeat aut operationem; neque rursus ejusmodi voluntas aut operatio nobis competat. Nulla enim earum rerum compositio est, quæ sunt in subjecto; cum neque ipsæ res prorsus per se exsistere intelligantur, extraque subjectam substantiam. Adde inscitum valdeque spernendum esse, quod susdeque jactant atque admittunt, ob naturalem cum ambobus extremis necessitudinem et affinitatem, secundum distinctionem dimidiate partibus scindi atque secari; idque indivulsam, quæ in persona est, unionem: sive rursus, divinæ Verbi incarnati naturæ tum naturalem voluntatem, tum quæ essentialiter competit, operationem, incolumem servemus, hasque adeo humanæ ejus substantiæ demamus eique detrahamus, sic quoque eximiam illam unionem lædimus, quam deficiat quod tandem una in persona conjungat, cum scilicet caro utentium ratione ac intelligentium **38** more animata (nostra scilicet substantia ac natura) haud prorsus perfecte in Verbo earum passa jacturam, quæ illi insunt a natura?

Si igitur his, earumve aliqua naturalium proprietatum, Dominus carne deficiebatur, neque penitus caro ac homo erat (aut sane hujus assertores dogmatis, qui extra hæc atque his carens homo natura, aut prorsus homo sit, ostendant), aut, si nusquam omnino exstat, palam est, Verbum incarnatum haud reipsa exstitisse hominem, cum his aut horum aliquo natura deficeretur. Quomodo enim, quave ratione, cum nihil ejusmodi naturam deficiat? sed aliud quid prorsus extraneum a nostra substantia esse atque ignotum: aut si ab initio illi essentialiter concretum, ac cum eo e cœlo descendente pariter delapsum, id quod palam exstitisse perhibetur; ecquid tandem nostra attinet, quod in nostrum se usum inclinavit atque in terras descendit, cum nullo modo per sanctam carnem non ex nobis assumptam ac in persona unitam, cum eo illud palam, quod is factus esse dicitur, ascenderit? Nonne res tota fictio est, inaneque spectrum sensum deludens, non carnis substantia; quippe quæ non sit primitiæ humani generis, quæ naturam per gratiam in unum redigant, ab omnibusque dividentibus liberent quorum causa veteris Adæ transgressio exstitit: ob quam etiam indicta naturæ mortis damnatio ac multa fuit. Quid igitur perfectam nobis salutem invident ac confessionem? Quid scilicet ratiocinationes tanquam inenodabiles, ac a quibus se nemo expediat, contra nos intorquent? Exque operationibus sequi aiunt voluntates; ac cum his rursus consequi contrarietatem et pugnam, ex qua etiam contraria volentes abunde inducunt.

A τος καὶ τῆς οὐσιώδους ἐνεργείας. Εἴτε γὰρ ὡς ἐκ μερῶν ὅλον τι, τά τε οὐσιώδη δύο θελήματα καὶ τὰς ἰσαρίθμους φυσικὰς ἐνεργείας κατὰ σύνθεσιν εἰς ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐκτήξομεν τυχὸν καὶ χωνεύσομεν, μυθικὸν τὸ τοιοῦτον, καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα καὶ ἡμᾶς ξένον τε πάντη καὶ ἀλλότριον δειχθήσεται κοινωνίας· ὡς οὐ σύνθετον ἐκείνου κατὰ φύσιν ἔχοντος θέλημα, ἢ ἐνέργειαν· οὐδὲ πάλιν ἡμῶν. Οὐδεμία γὰρ τῶν ἐν ὑποκειμένῳ σύνθεσις· ὅτι μηδὲ καθ' ἑαυτὰ τὸ παράπαν ὕπαρξις θεωρεῖται, καὶ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας ἐκτός. Πρὸς γὰρ τῷ ἄχαρι καὶ λίαν κατάπτυστον, ἄνω τε καὶ κάτω (ᾗ διὰ τὴν φυσικὴν πρὸς ἄμφω συγγένειαν κατὰ διαστολὴν ἐξ ἡμισείας μερίζεσθαί τε καὶ τέμνεσθαι, προσομολογούντων· καὶ ταῦτα τὴν καθ' ὑπόστασιν
B ἀδιάσπαστον ἕνωσιν. Εἴτε πάλιν τῆς θείας τοῦ σαρκωθέντος Λόγου φύσεως ἀλώβητον, τό τε φυσικὸν θέλημα, καὶ τὴν οὐσιωδῶς προσοῦσαν ἐνέργειαν συντηρήσομεν, τῆς δὲ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπίνης οὐσίας ἀνέλωμεν ταῦτα καὶ ἀποσκευάσομεν· καὶ οὕτως τὴν ὑπερφυᾶ παραβλάπτομεν ἕνωσιν, οὐκ ἔχουσαν ὅ τι καὶ δήσει πρὸς μίαν ὑπόστασιν, τῆς λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένης σαρκὸς, ἤγουν τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας καὶ φύσεως, ἐν τῷ Λόγῳ τὸ παράπαν οὐκ οὔσης τελείως καὶ σωζομένης. Ποῦ γὰρ καὶ ποία φύσις, τῶν κατὰ φύσιν παθοῦσα τὴν ἔκπτωσιν;

ac incolumis exsistat. Ubi enim aut qualis natura,

C Εἰ οὖν τούτων, ἢ τινος τούτων ἐλλιπὴς ἦν κατὰ σάρκα τῶν φυσικῶν ἰδιωμάτων ὁ Κύριος, οὐδὲ σὰρξ ὅλως ὑπῆρχε καὶ ἄνθρωπος· ἢ γὰρ δείξωσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, ἄνθρωπον ὄντα κατὰ φύσιν τούτων ἐκτὸς, ἢ ὅλως ἄνθρωπον· ἢ, εἴπερ οὐδαμῶς τὸ παράπαν ἐστὶ, δῆλον ὡς οὐκ ἄνθρωπος, τούτων ἢ τινος αὐτῶν κατὰ φύσιν ἐστερημένος, σαρκωθεὶς ὁ Λόγος γεγένηται. Πῶς γὰρ καὶ τίνι λόγῳ, μηδεμίαν ἔλλειψιν τῶν τοιούτων ἐχούσης τῆς φύσεως; ἀλλ' ἕτερόν τι ξένον παντάπασι τῆς ἡμετέρας οὐσίας ὑπάρχει καὶ ἄγνωστον· καὶ, ἢ ἀπ' ἀρχῆς συνουσιωμένον αὐτῷ, καὶ ἄνωθεν κατελθόντι συγκατελθὸν αὐτῷ, ἐκεῖνο σαφῶς ὅπερ λέγεται γεγονέναι· καὶ τί λοιπὸν πρὸς ἡμᾶς ἡ κατάβασις, οὐδαμῶς συνελθόντας διὰ τῆς οὐκ ἐξ ἡμῶν προσληφθείσης, καὶ καθ' ὑπόστασιν
D ἑνωθείσης ἁγίας σαρκός; ἡ φαντασία τὸ πᾶν, καὶ σχῆμα μόνον φαινακίζον τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' οὐκ οὐσία σαρκὸς, ὡς οὐκ ἀπαρχὴ τοῦ ἡμετέρου γένους, τὸ φύραμα κατὰ χάριν ἐνίζουσα, καὶ τῶν διαιρετικῶν ἀπολύουσα πάντων, ὧν ἡ τοῦ παλαιοῦ παράβασις Ἀδὰμ αἰτία γεγένηται· δι' ἣν καὶ ὁ θάνατος κατεκρίθη τῆς φύσεως. Τί τοιγαροῦν βασκαίνουσιν ἡμῖν τῆς τελείας σωτηρίας καὶ ὁμολογίας; Τί τοὺς ἀφύκτους ὄῆθεν καθ' ἡμῶν διατείνουσι συλλογισμοὺς, καὶ ταῖς μὲν ἐνεργείαις ἕπεσθαί φασι τὰ θελήματα, καὶ τούτοις συνέπεσθαι πάλιν τὴν ἐναντίωσιν, ἐξ ἧς καὶ τοὺς τἀναντία θέλοντας ἐπεισάγουσιν;

Digitized by Google

Ἵνα δὲ τὰς συστάσεις εὐθύνειν παρῶ· πόθεν, καὶ πῶς τὰ τοιαῦτα σοφίζονται; Πυθέσθαι μόνον ἤθελον καὶ μαθεῖν, ὡς ἄρα δράσαντες αὐτοὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τὴν καινὴν ἔκθεσιν ἐνεργήσαντες (*j*), ἀθελήτως τοῦτο πεποίηκαν, καὶ τίς ὁ βίαν ἐπενεγκών; Εἶτα μετὰ τὴν πρᾶξιν, οὐκ ὂν πρότερον παντελῶς, ὕστερον τοῦ γενομένου τὸ θέλημα προσεκτήσαντο, πόθεν, κἀκ τίνος ἐλθόν; Καὶ τίς ὁ τοῦ πραχθέντος ἔχειν τὸ θέλημα βιασάμενος;, ἵνα καὶ παρὰ θέλησιν πραχθῇ, καὶ παρὰ βούλησιν στερχθῇ τὸ πραττόμενον; Πῶς δὲ πάλιν, εἰ μήτε φυσικῶς ὡς ἄνθρωπος ἤθελε, καὶ ἐνήργει τὰ κατὰ φύσιν, αὐτὸς ὁ σαρκωθεὶς Λόγος, ἐκουσίως τήν τε πεῖναν καὶ δίψαν, τόν τε πόνον, καὶ κόπον, καὶ ὕπνον, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα προσίετο θέλων; Οὐ γὰρ Λόγος μόνον ταῦτα κατὰ φύσιν ἤθελεν ἢ ἐνήργει, τὴν φύσιν ἔχων μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ὑπερούσιόν τε καὶ ὑπεράπειρον· εἰ καὶ πάλιν « ἐξουσιαστικῶς ὡς Θεὸς, ἐδίδου τῇ φύσει καιρὸν, ὅταν ἐβούλετο, τὰ ἑαυτῆς ἐνεργῆσαι· » καθάπερ φησὶν ὁ Θεῖος τῆς Νυσσαέων καθηγητὴς καὶ μέγας Γρηγόριος (*k*). Εἰ γὰρ ὡς μόνον Θεὸς ταῦτα, καὶ οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἤθελεν, ἢ σῶμα φύσει τὸ θεῖον, ἢ τὴν οὐσίαν τραπεὶς, σὰρξ κατ' ἔκπτωσιν τῆς οἰκείας θεότητος γέγονεν· ἢ πάντως λογικῶς ἡ κατ' αὐτὸν οὐκ ἐψύχωτο σάρξ· ἀλλ' ἄψυχος ἦν κατ' αὐτὴν διόλου καὶ ἄλογος· ἢ εἴπερ ἐψύχωτο λογικῶς, καὶ θέλημα ἐκέκτητο τὸ φυσικόν. Πᾶν γὰρ φύσει λογικὸν, καὶ φύσει θελητικὸν πάντως ἐστί. Καὶ εἰ θέλημα φυσικὸν εἶχεν ὡς ἄνθρωπος, ἐκεῖνα πάντως ἤθελε κατ' οὐσίαν, ἅπερ αὐτὸς ὡς Θεὸς τῇ φύσει πρὸς σύστασιν δημιουργήσας ἐνέθετο φυσικῶς. Οὐ γὰρ ἦλθε παραχαράξαι τὴν φύσιν, ἣν αὐτὸς ὡς Θεὸς καὶ Λόγος πεποίηκεν· ἀλλ' ἦλθε διόλου θεῶσαι τὴν φύσιν, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ θέλων, εὐδοκίᾳ Πατρὸς καὶ συνεργείᾳ Πνεύματος, κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν ἥνωσε, μετὰ πάντων τῶν προσόντων αὐτῇ φυσικῶς, καὶ δίχα τῆς ἁμαρτίας.

Ut autem quibus hæc probant confutare omittam, unde, aut quomodo talia argutantur? Unum hoc sciscitari ac nosse velim, velut qui ipsi talia egerint, novamque ecthesim (fidei scilicet formulam) ediderint, num invite ac nolentes rem fecerint? quisve vim intulerit ut facerent? Ad hæc post actionem, cum antea prorsus non esset, ejus quod factum est, postea nacti sunt voluntatem; unde, aut ex quo illa processit? Quis vero ejus quod sic gestum est coegit habere voluntatem; ut et contra voluntatem ageretur, quod fiebat, et contra sententiam probaretur? Quomodo autem rursus, si neque natura tanquam homo **39** volebat, ac operabatur quæ ex natura erant, ipsum Verbum incarnatum famem et sitim, laboremque et lassitudinem et somnum, ac reliqua omnia, sponte volensque admittebat? Non enim quatenus duntaxat erat Verbum, hæc natura volebat et operabatur, quippe cujus cum Patre ac Spiritu supersessentialis ac supra quam infinita natura erat; tametsi rursus « arbitratu suo tanquam Deus, cum liberet, humanæ naturæ tribuebat tempus operandi, quæ erant ipsius, » ut quodam loco divinus Nyssensium episcopus ac magnus Gregorius locutus est. Si enim ut solummodo Deus, non ut idem etiam homo, ista volebat, aut corpus Deus natura erat; aut Deus mutata substantia amissaque propria deitate, caro effectus erat; aut omnino ejus caro non animata erat anima utente ratione, sed secundum eam Christus prorsus inanimis expersque rationis erat. Vel si fuit animata anima rationis participe, etiam voluntate naturali pollebat. Quidquid enim natura rationis particeps est, omnino etiam voluntate præditum est. Sin autem voluntatem naturalem tanquam homo habebat, ea prorsus essentialiter volebat, quæ ipse natura ut Deus, condendo, ad ipsam conflandam et constituendam, naturæ indiderat. Non enim venit ut naturam adulteraret, quam ut Deus ac Verbum ipse condidisset; sed venit, ut quam sibi ipse naturam volens, propensa Patris voluntate ac Spiritus sancti cooperatione, secundum unam eamdemque personam, cum omnibus quæ illis natura insunt, uno dempto peccato, copulaverat, deitate prorsus imbueret.

Οὐκοῦν ὡς φύσει Θεὸς ἤθελε τὰ κατὰ φύσιν θεῖα καὶ Πατρικά. Συνθελητὴς γὰρ ὑπῆρχε τοῦ ἰδίου

Igitur tanquam natura Deus volebat, quæ per naturam divina erant et paterna (unius enim vo-

NOTÆ.

(*j*) *Τὴν καινὴν ἔκθεσιν ἐνεργήσαντες.* De fidei Formula Heraclio edita sermo est, sic peculiarius dicta: quam damnante Joanne IV, acriusque insectante Sophronio, Heraclius in Sergium retulit, ut auctorem; cujus ille suggestione ediderit seu publicarit, ut auctor est ipse Maximus Collat. cum Theodosio Cæsareæ episcopo: quam ipsam tergiversationem, qua alii in alios rem sint amoliti, istis suggillare videtur atque notare. Quod reddit Turr. *novam doctrinæ explicationem*, communis est.

(*k*) *Ὁ θεῖος τῶν Νυσσαέων καθηγητὴς καὶ μέγας Γρηγόριος.* Eadem verba relata in Sophronii Synodica, ex qua aucta, quæ hic minus plena videbantur lib. IV *in Joan.* Ἐπιτρέπει γε μὴν, ὡς ἐν σαρκὶ γεγονὼς, ὑπομένειν τὰ ἴδια τῇ σαρκί· *Sinebat carnem propria sustinere, ut qui eam induisset.* Turr. sibi hic duos divinat, Gregorium Nyssenum et Gregorium Magnum, quem velit Gregorium Theologum: sed nihil apte. Itaque sic reddit, *sicut Gregorius Nyssenus, et Magnus Gregorius aiunt.* Faveret aliquid, si esset καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος, quod tamen non est, nec ejus habuerit codex. Res sane plana, ut mirum cespitasse virum doctum, ubi nec tironi facile obrepat. Est et Gregorius Nyssenus Magnus, quanquam eo forte titulo crebrius decoretur Gregorius Theologus; cujus etiam unus hic singularis Græcis est titulus. In Magni titulo valde liberales sunt, ubi præsertim tanta suppetunt nomina, quanta in Gregorio Nysseno, Patrum eloquentissimo ac disertissimo, longeque eruditissimo, præclaroque antistite et fidei probatissimæ; ejusque denique per Orientem instauratore ac egregio vindice, Ecclesiarum in eam rem visitatore.

Digitized by Google

luntatis cum suo Genitore erat), idemque rursus ut natura homo volebat quæ natura erant humana (ab omni fictione mundam dispensationem servans), quæ scilicet Patris voluntati nequaquam obstabant. Nihil enim naturalium, ut nec ipsa prorsus natura, Auctori unquam naturæ obsistit aut renititur. At neque animi voluntas atque sententia, ac quæcunque illius sunt, tunc tamen cum et ipsa consentiunt cum ratione naturæ. Sin autem forte aliquis dicat, aliquid eorum, quæ sunt ex natura, Deo repugnare; Dei potius crimen est, quam naturæ: qui bellum natura rebus indiderit, ut contra ipsum, aliæque in alias tumultuent ac pugnam habeant.

Quod enim nihil naturalium Deo contrarium **40** sit, inde liquet, quod hæc vi generationis ipsoque ortu nativitatis ab eo condita sint, nulloque nobis crimini detur, eorum in nobis essentiale conflatum ac exsistentia: secus vero palam obnoxii simus, eo nomine, quod hæc evertamus ac depravemus. Sic quidem evertendo ex serpentis mali auctoris rationibus, vitiis omnibus animi voluntate addīcimur: illorum vero in nobis incolumitate, Dei figmentum præstansque creatura ac nobilis natura exsistimus. Idcirco juxta divinos Patres, nec naturales voluntates, at neque operationes, neque vero ipsas naturas, in uno eodemque Deo Verbo incarnato quidquam prorsus extenuamus: qui eumdem ipsum perfectum Deum simul et hominem recta fide credamus, eo quod perfecte divina humanaque naturaliter haberet, eique velle et operari competeret; divinaque simul atque humana proprie essentia et voluntate et operatione præditus esset: ne scilicet, dum aliquid utrinque naturalium proprietatum desiderari dederimus, utriusque naturæ, ex quibus, et in quibus exsistit, interitum, absurde atque impie doceamus.

Quod enim humanam natura, uti et essentia, divinam voluntatem haberet, clare Verbum ipsum demonstrat, ea, quam humanitus nostri causa secundum dispensationem iniit mortis, fuga, dicendo: *Pater, si possibile est, transeat a me calix*[a]; ut scilicet ostenderet suæ carnis imbecillitatem; quodque non inani spectro, ficteque sensum ludificans, videntibus caro appareret; sed revera homo proprie esset, cui rei naturalis voluntas fidem astruebat, ex qua sic certa consilii ratione mori recusabat.

Quod autem rursus in totum deificata esset divinæ consentiens, ex qua, ejusque rationibus semper moveretur ac informaretur, ex eo liquet quod paternam duntaxat voluntatem perfecte ratam habuerit et probaverit, quo ex judicio tanquam homo aiebat: *Non mea, sed tua fiat voluntas;* in hoc quoque se nobis normam ac exemplum præbens, ut nostram ipsi voluntatem spernamus, ad perfecte explendam divinam; vel si inde mortem nobis impendere videamus. Nisi enim velut qui

[a] Matth. xxvi, 39.

A Γεννήτορος · καὶ ὡς ἄνθρωπος φύσει πάλιν ὁ αὐτὸς, ἤθελε τὰ κατὰ φύσιν ἀνθρώπινα · πάσης καθαρὰν φυλάττων φαντασίας τὴν οἰκονομίαν, μηδαμῶς ἀντιπίπτοντα τῷ θελήματι τοῦ Πατρός. Οὐδὲν γὰρ τῶν φυσικῶν, ὥσπερ οὐδ' αὐτὴ καθάπαξ ἡ φύσις, τῷ αἰτίῳ ποτ' ἂν ἀντιπίπτει τῆς φύσεως · ἀλλ' οὐδὲ γνώμη καὶ ὅσα γνώμης ἐστὶν, ὁπηνίκα μέντοι τῷ λόγῳ συννεύει τῆς φύσεως. Καὶ γὰρ εἴ τυχόν φαίη τις, ὡς ἀντιπίπτει Θεῷ τι τῶν κατὰ τὴν φύσιν, αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῆς φύσεως ὑπάρχει τὸ ἔγκλημα · πόλεμον φυσικῶς ἐνθεμένου τοῖς οὖσι, πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ καὶ ἀλλήλων στάσιν καὶ μάχην.

Ὅτι γὰρ οὐδὲν ἀντίκειται Θεῷ φυσικὸν, δῆλον ἐκ τοῦ ταῦτα κατὰ γέννησιν ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθῆναι, B καὶ μηδεμίαν ὑπὲρ τῆς οὐσιώδους ἐν ἡμῖν τούτων συστάσεως αἰτίασιν ἔχειν · πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον, διὰ τὴν τούτων παρεκτροπὴν τὰς ἐγκλήσεις σαφῶς ὑπομένειν. Κατὰ ταύτην μὲν γὰρ, πάσης τε γνωμικῶς κακίας γινόμεθα κατὰ τὸν ἀρχαίκακον ὄφιν · κατ' ἐκείνην δὲ, πλάσμα Θεοῦ καὶ τίμιον κτίσμα κατὰ φύσιν ὑπάρχομεν. Διά τοι τοῦτο κατὰ τοὺς θείους Πατέρας, οὔτε θελημάτων φυσικῶν, οὔτε μὴν ἐνεργειῶν, ὥσπερ οὐδ' αὐτῶν φύσεων μείωσιν ἐργαζόμεθα τὸ παράπαν, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένου · τέλειον τὸν αὐτὸν κατὰ πάντα Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον ὀρθοδόξως πιστεύοντες, ἐκ τοῦ τελείως τά τε θεῖα καὶ ἀνθρωπικὰ, καὶ ἔχειν φυσικῶς, καὶ θέλειν καὶ ἐνεργεῖν · καὶ θείαν ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνην ἔχειν κυρίως οὐσίαν καὶ θέλησιν C καὶ ἐνέργειαν · ἵνα μὴ τῇ περὶ ἑκάτερον τῶν φυσικῶν ἰδιωμάτων ἐλλείψει, τὴν ἑκατέρα; τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ὑπάρχει φύσεων, μείωσιν, μᾶλλον δὲ τελείαν ὑπαρξίαν, παρὰ τὸ εἰκὸς δογματίσωμεν.

diminutionem; imo vero perfectam abolitionem ac

Ὅτι γὰρ θέλημα κατὰ φύσιν εἶχεν ἀνθρώπινον, ὡσπεροῦν καὶ κατ' οὐσίαν θεῖον, αὐτὸς ἐπιδείκνυται προδήλως ὁ Λόγος, διὰ τῆς ἀνθρωποπρεποῦς ὑπ' αὐτοῦ δι' ἡμᾶς γενομένης οἰκονομικῆς τοῦ θανάτου παραιτήσεως, καθ' ἣν ἔλεγε · *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον* · ἵνα δείξῃ τῆς οἰκείας σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν · καὶ ὡς οὐ φαντασίᾳ σαρκὸς ἐγνωρίζετο τοῖς ὁρῶσι, τὴν αἴσθησιν παρακλέπτων · ἀλλ' ἀληθείᾳ κυρίως ἄνθρωπος ἦν, τῆς D φυσικῆς τοῦτο μαρτυρούσης θελήσεως, ἧς ἡ κατὰ οἰκονομίαν ὑπῆρχε παραίτησις.

Ὅτι δὲ πάλιν διόλου τεθέωτο, πρὸς αὐτὸ τὸ θεῖον θέλημα συννεύων, ἐξ αὐτοῦ καὶ κατ' αὐτὸ κινούμενον ἀεὶ καὶ τυπούμενον, δῆλον ἐκ τοῦ μόνην τὴν τοῦ Πατρικοῦ θελήματος ἐπίκρισιν τελείως ποιήσασθαι, καθ' ἣν ὡς ἄνθρωπος ἔφασκε · *Μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν γινέσθω θέλημα* · τύπον ἡμῖν ἑαυτὸν καὶ παράδειγμα κὰν τούτῳ δεδοὺς, πρὸς ἀθέτησιν τοῦ ἡμετέρου θελήματος, διὰ τὴν τοῦ θείου τελείαν ἐκπλήρωσιν, εἰ καὶ θάνατον ἐπηρτημένον διὰ τοῦτο κατίδοιμεν. Εἰ γὰρ μὴ ὡς ἄνθρωπος φύσει γενό-

Digitized by Google

μενος, καὶ φυσικὸν ἦγουν ἀνθρώπινον θέλημα κεκτημένος, τοῦτό τε κατ' οἰκονομίαν ὑποκλίνων, καὶ πρὸς ἕνωσιν τοῦ πατρικοῦ συνελαύνων θελήματος, ἔλεγεν αὐτῷ τῷ Πατρί· *Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γινέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν*· δῆλον ὡς φύσει Θεὸς τοῦτο ἔλεγε· κἀκ τούτου λοιπὸν ἑαυτὸν ἐδείκνυ, μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἴσον θέλημα τῷ Πατρὶ κεκτημένον, ἀλλ' ἕτερον καὶ κατὰ φύσιν διάφορον· ὃ καὶ ὑποτάσσων, ἤτει γενέσθαι μόνον τὸ πατρικόν. Καὶ εἰ ἄλλο παρὰ τὸ τοῦ Πατρὸς φυσικὸν ἐκέκτητο θέλημα, δῆλον ὡς καὶ τὴν οὐσίαν εἶχε παρηλλαγμένην. « Μιᾶς γὰρ οὐσίας, ἐν δὴ καὶ τὸ θέλημα, » κατὰ τὸν σοφώτατον Κύριλλον [24]. Διαφόρου δὲ τοῦ φυσικοῦ θελήματος ὄντος, διάφορος πάντη τε καὶ πάντως ἡ φύσις.

A homo natura factus esset, ac naturalem (humanam scilicet) voluntatem haberet, eamque secundum dispensationem submitteret, atque ad unionem cum paterna voluntate **41** adigeret, Patri dicebat : *Non mea voluntas fiat, sed tua* ; utique ut natura Deus id dicebat ; hincque adeo non eadem se ac pari cum Patre voluntate præditum, sed alia atque natura diversa monstrabat ; quam et subjiciendo, paternam duntaxat fieri voluntatem petebat. Sin autem alia ac Pater naturali voluntate præditus erat, utique etiam essentiam æque diversam ac dissimilem habebat. « Unius enim essentiæ, una profecto voluntas est, » ait sapientissimus Cyrillus [24]. Diversa autem cum sit naturalis voluntas, diversam prorsus et naturam esse necesse est.

Δυοῖν οὖν θάτερον· ἢ γὰρ ὡς ἄνθρωπος εἶχε θέλημα φυσικόν, καὶ δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς παρῃτεῖτο θέλων τὸν θάνατον· καὶ πάλιν ὥρμα κατ' αὐτοῦ διὰ τῆς πρὸς τὸ πατρικὸν θέλημα τελείας συννεύσεως· ἢ μὴ ἔχων ὡς ἄνθρωπος θέλημα φυσικόν, ὡς Θεὸς φύσει τὰ τοῦ σώματος εἰς ἰδίαν οὐσίαν ἔπασχε πάθη, συστελλομένην φυσικῶς τὸν θάνατον, καὶ ἄλλο κατ' οὐσίαν πρὸς τὸν Πατέρα θέλημα φυσικὸν κεκτημένην· ὃ καὶ μὴ γενέσθαι δι' εὐχῆς ἐζήτει καὶ παρεκάλει. Καὶ τίς Θεὸς θάνατον κατὰ φύσιν σαρκὸς δεδιὼς, καὶ διὰ τοῦτο παρελθεῖν τὸ ποτήριον ἐξαιτούμενος, καὶ ἄλλο παρὰ τὸ πατρικὸν θέλημα φυσικὸν κεκτημένος ;

Duorum igitur alterum ; aut enim ut homo naturali præditus voluntate erat, volensque nostri causa dispensatione mortem recusabat ; ac rursus adversum eam aggrediebatur, qua illi perfecte cum divina voluntate conveniebat : aut cum naturali ut homo voluntate careret, ut Deus natura affectus corporis ac passiones in essentia ipse sua perpetiebatur, quæ mortem naturaliter recusaret, aliamque essentialiter a Patre naturalem voluntatem haberet ; quæ ipsa ne fieret, precibus exquirebat ac obsecrabat. At quisnam Deus, qui natura mortem carnis formidet ; eamque ob rem transire calicem efflagitet, ac qui aliam ac Pater voluntatem habeat ?

Ταύτην οὖν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἀποσκευαζόμενοι τὴν ἀτοπίαν, τὴν εὐσεβῆ τῶν Πατέρων ὁμολογίαν κατέχωμεν· καὶ ὅταν λέγει· « *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο*, καθώς φησιν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ Σαρκώσεως αὐτοῦ καὶ Τριάδος λόγῳ [25]· *πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής*· νοοῦμεν ὡς δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι· τὸ μὲν ἀνθρώπινον· ὅπερ ἐστὶ τῆς σαρκός· τὸ δὲ θεῖκόν. Τὸ γὰρ ἀνθρώπινον διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς παραιτεῖται τὸ πάθος· τὸ δὲ θεῖκὸν αὐτοῦ πρόθυμον. Ταύτῃ καὶ ὁ μέγας θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ [26] σαφῶς ἐκδιδάσκει, λέγων· « Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, οὐδὲν ὑπεναντίον, θεωθὲν ὅλον. » Ὥστε θέλειν εἶχεν ἀνθρώπινον, κατὰ τὸν θεῖον τοῦτον διδάσκαλον· οὐ μὴν Θεῷ καθοτιοῦν ὑπεναντίον· ὅτι μὴ γνωμικὸν τοῦτο καθάπαξ, ἀλλὰ φυσικὸν κυρίως ἐτύγχανεν, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ κατ' οὐσίαν θεότητος τυποῦμενον ἀεὶ καὶ κινούμενον πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας ἐκπλήρωσιν· καὶ ὅλον δι' ὅλου τῇ πρὸς τὸ πατρικὸν συννεύσει τε καὶ συμφυΐᾳ τεθεωμένον, καὶ θεῖον τῇ ἑνώσει κυρίως [27], ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, καὶ γενόμενον ἀληθῶς καὶ λεγόμενον· μηδαμῶς τῷ θεωθῆναι, τοῦ κατὰ φύσιν ἐκστᾶν.

Hac igitur ex animis nostris absurda opinione ejecta, piam sanctorum Patrum confessionem retineamus ; et cum dicit : « *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* (quemadmodum ait magnus Athanasius, in eo quem de Incarnatione ac Trinitate scripsit libro), *verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua : Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, duas hic voluntates ostendere intelligimus ; unam quidem humanam, quæ est carnis ; aliam autem divinam. Nam humana propter infirmitatem carnis refugiebat passionem ; divina autem ejus voluntas, prompta erat. » Sic quoque magnus Gregorius Theologus in secunda oratione de Filio aperte docet, inquiens : « Illius enim voluntas nihil Deo adversatur, cum sit tota deificata. » Itaque, ut hic divinus Magister sentit, habebat humanam voluntatem, quæ tamen nullo modo ulla in re Deo adversaretur ; idcirco nimirum quod voluntas hæc non omnino ex sententia, sed proprie naturalis erat, quam ejus divinitas essentialiter semper informaret, atque ad explendam dispensationem (humanæ nimirum salutis in carne mysterium) moveret ; totaque ex toto consensu ac unione seu necessitudine **42** cum paterna voluntate deificata esset ; divinaque, proprie copulatione, non tamen natura, tum vere evasisset, tumque audiret : quæ nimirum idcirco quod deificata est nihil excesserit ab eo, quod ex natura est.

Τῷ γοῦν *θεωθὲν ὅλον* εἰπεῖν, τὴν τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπίνου θελήματος πρὸς τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ πα-

Dum igitur doctor dicendo *voluntatem totam deificatam*, humanæ ejus voluntatis cum divina

[24] Tom. x, in Joan. Refertur in VI synod., act. 10. [25] Refertur act. illa 10 sextæ synodi. [26] Orat. 56. Refertur etiam act. illa 10. [27] Marg. Ὅτι ἡ θέωσις τὴν ἕνωσιν σημαίνει. Deificationem unionem significare.

Digitized by Google

ipsius ac paterna voluntate unionem declaravit, quidquid contrarium est ac contraria volentes a Christi mysterio perfecte abegit. Cum autem ait, « Illius omnis voluntas, » innatum humanæ ejus voluntatis motum, essentialemque ac naturalem a divina ipsius paternaque voluntate distinctionem ostendens, confusionem una cum fictione penitus ablegavit. Hanc enim, illique impietate parem, divisionem, Christi in carne mysterii doctrinam convellere, cum divinus hic Pater [vir], tum ei similes idemque sentientes sancti Ecclesiæ catholicæ doctores, intelligentes, magnificis vocibus distinctionem pariter et unionem de utraque dicendas voluntate sanxerunt; illam quidem, quæ in naturali reipsa ac perfecte ratione servetur; hanc vero rursus, quæ in dispensationis modo firmiter ac personaliter consistat, ad eas res astruendas, quæ in uno soloque Christo secundum unionem individuam exsistunt, omniaque naturalia quæ eis insunt. Omnes enim sicut aliam atque aliam (divinam scilicet atque humanam) duplicemque naturam in uno eodemque docuerunt; sic clare etiam aliam atque aliam voluntatem (divinam atque humanam) duasque voluntates; tumque aliam et aliam operationem (divinam pariter atque humanam) ac duplicem rursus operationem, hoc est, duas prædicaverunt. Sic enim et substantias palam numero designarunt, ac voce extulerunt. Cernitur enim idem tanquam homo, quanquam esset natura Deus, velle humanitatis indulgentia ut calix transiret, hactenusque quod nostrum ac humanum est, repræsentare, ut nos sapientissimus Cyrillus docuit, quo omnem mortis formidinem a natura abigeret, atque ad aggrediendum fortiter adversus eam (mortem scilicet) duraret ac excitaret. Cernitur vero rursus ut Deus, tametsi essentialiter homo erat, ex Patris voluntate, velle dispensationem explere, nostrumque omnium salutem operari. Conspicitur vero, etiam ut homo, cum esset Deus natura, humanitus operans, ac sponte propter nos passiones ac cruciamenta reipsa subire **43** sustinens : vicissimque conspicitur ut Deus, etsi erat homo natura, divine operans, divinaque signa ac miracula naturaliter edens : ex quibus idem simul Deus et homo noscebatur, pari numero voluntates ac operationes, cum illis substantiis, ex quibus, et in quibus exsistebat, naturaliter habens, ad eorum quæ proprie ac vere erat astruendam exsistentiam.

Sin autem quispiam ad hæc confutanda contentiosiusque neganda, *Deivirilem* divini Dionysii operationem objiciat, sapientissimique Cyrilli *operationem* cognatam et ex amborum munere editam, sciat, nullas hinc sibi vires conflatum iri, quibus piam confessionem convellat. Quam enim Dionysius apta voce *Deivirilem* operationem vocavit, duplicem operationem circumlocutionis figura significat, ejus

A τρικὸν ἕνωσιν ὁ διδάσκαλος παραστήσας, πᾶσαν ἐναντίωσιν, καὶ τοὺς τἀναντία θέλοντας ἐκ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τελείως ἀπήλασε· τῷ δὲ φάσκειν, « Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, » τήν τε τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπίνου θελήματος ἔμφυτον κίνησιν, καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ πατρικὸν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν διαφορὰν ἐπιδεικνύμενος, τὴν σύγχυσιν μετὰ τῆς φαντασίας ὁλικῶς ἀπεσκεύασε. Ταύτην γὰρ καὶ τὴν ὁμότιμον αὐτῇ ἐπ' ἀσεβείᾳ διαίρεσιν πολεμοῦσας εἰδότες τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ὅ τε θεῖος οὗτος Πατὴρ [48], καὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἅγιοι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, μεγαλοφώνως τήν τε διαφορὰν καὶ τὴν ἕνωσιν καθ' ἑκατέρας αὐτῶν ἐδογμάτισαν· τὴν μὲν, ἐν τῷ φυσικῷ λόγῳ πραγματικῶς καὶ τελείως συντηρουμένην (2), τὴν δὲ πάλιν, ἐν τῷ B οἰκονομικῷ τρόπῳ παγίως καὶ ὑποστατικῶς σωζομένην, εἰς πίστωσιν τῶν ἐν τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ Χριστῷ τῷ Θεῷ καθ' ἕνωσιν τὴν ἀδιάσπαστον οὐσιωδῶς ὄντων πραγμάτων καὶ πάντων τῶν προσόντων αὐτοῖς φυσικῶν. Πάντες γὰρ ὥσπερ ἄλλην καὶ ἄλλην, θείαν φημὶ καὶ ἀνθρωπίνην, καὶ διπλῆν φύσιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ἐδογμάτισαν· οὕτως διαπρυσίως τοῖς πᾶσιν ἐκήρυξαν καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο θέλημα, θεῖόν φημι καὶ ἀνθρώπινον, καὶ δύο θελήματα· καὶ ἄλλην καὶ ἄλλην ἐνέργειαν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην· καὶ διπλῆν αὖθις ἐνέργειαν, τουτέστι δύο. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν οὐσιῶν τὴν ἐν ἀριθμῷ σημασίαν προδήλως ἐξεφώνησαν. Φαίνεται γὰρ ὁ αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, θέλων οἰκονομικῶς παρελθεῖν τὸ ποτήριον· καὶ μέχρι τούτου τυπῶν τὸ C ἡμέτερον, ὡς Κύριλλος ἡμᾶς ὁ σοφὸς ἐξεπαίδευσεν· ἵνα τῆς ἡμῶν φύσεως πᾶσαν θανάτου συστολὴν ἀπελάσῃ, καὶ πρὸς ὁρμὴν ἀνδρικῶς τὴν κατ' αὐτοῦ, φημὶ τοῦ θανάτου, στομώσῃ τε καὶ διεγείρῃ. Φαίνεται δὲ πάλιν ὡς Θεὸς, καίπερ ἄνθρωπος ὢν κατ' οὐσίαν, θέλων τὴν οἰκονομίαν πατρικῶς ἐκπληρῶσαι, καὶ τὴν πάντων ἡμῶν σωτηρίαν ἐργάσασθαι· δείκνυται δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος, φύσει τυγχάνων Θεὸς, ἀνθρωπίνως ἐνεργῶν, καὶ τὴν πεῖραν τῶν παθημάτων δι' ἡμᾶς ἑκουσίως δεχόμενος· δείκνυται δὲ πάλιν ὡς Θεὸς, καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἄνθρωπος ὤν, θεϊκῶς ἐνεργῶν, καὶ τὰς θεοσημείας φυσικῶς προβαλλόμενος· ἐξ ὧν ὅτι καὶ Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ἦν ὁ αὐτὸς ἐγνωρίζετο, ταῖς ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ὑπῆρχεν οὐσίαις D ἰσάριθμα τὰ θελήματα, καὶ τὰς ἐνεργείας φυσικῶς κεκτημένος, εἰς βεβαίωσιν τῆς τῶν ἅπερ κυρίως ἦν τελείας ὑπάρξεως.

Εἰ δέ τις πρὸς τὴν τούτων ἀθέτησιν ἀντιφατικῶς, τήν τε τοῦ θεοφάντορος Διονυσίου [49] *Θεανδρικὴν* ἐνέργειαν, καὶ τὴν τοῦ σοφωτάτου Κυρίλλου συγγενῆ καὶ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεδειγμένην εἰς μέσον τῷ λόγῳ προΐσχεται, γινωσκέτω μηδεμίαν ἐντεῦθεν ἐρανισόμενος ἑαυτῷ κατὰ τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας ἰσχύν. Ἡ μὲν γὰρ *Θεανδρικὴ* προσφόρῳ φωνῇ πρὸς τοῦ διδασκάλου φρασθεῖσα, διπλῆν τοῦ διπλοῦ τὴν φύσιν ἐνέργειαν

[48] Fr. ἀνήρ, emendatum marg. πατήρ. [49] Epist. 4, ad Caium.

Digitized by Google

περιφραστικῶς δηλονότι σημαίνει. Θεΐαν γὰρ καὶ ἀνδρικὴν, ἤγουν ἀνθρωπίνην, διὰ τῆς κατὰ τὴν ἐκφορὰν συναφείας προδήλως ἐκήρυξεν· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς· ὅθεν οὐδὲ δι' ἀριθμοῦ ταύτην ὠνόμασεν [10], εἰ καὶ μοναδικῶς τὴν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ἕνωσιν ἐπισημαίνων, ταύτην ἐδίδαξεν· ἥτις οὐ λυμαίνεται τῇ φυσικῇ τούτων διαφορᾷ· καθάπερ οὐδ' αὐτῇ τῇ τῶν οὐσιῶν, ἡ τούτων ἀδιάσπαστος ἕνωσις· ἐπειδὴ κατὰ τοὺς λέγοντας, Εἰ μίαν εἶχεν ἐνέργειαν, καὶ ταύτην *Θεανδρικήν*· εἰ μὲν φυσικὴν μίαν ὁ σαρκωθεὶς Λόγος ἐκέκτητο ταύτην, πρὸς δύο ἡ μία κατὰ φύσιν ἐνέργεια, πῶς μερισθήσεται; καὶ ποίῳ λόγῳ τὰς διαφόρους οὐσίας ἡ μία κατὰ τὸ αὐτὸ συστήσει καὶ ἀφορίσει ἐνέργεια; πρός τε τὰ ὁμογενῆ τὴν κατ' οὐσίαν ἀπαραλλαξίαν ἔχειν ἑκατέραν ποιοῦσα, καὶ πρὸς τὰ ἑτερογενῆ πάλιν τὴν κατ' οὐσίαν διαφοράν. Καὶ παρῶ λέγειν, ὡς τῆς πρὸς τὸν Πατέρα καὶ ἡμᾶς φυσικῆς συγγενείας ἐκπέπτωκεν, ὡς μήτε παντελῶς ἐκείνου, μήτε ἡμῶν *Θεανδρικὴ* τὴν ἔμφυτον καὶ οὐσιώδη κεκτημένων ἐνέργειαν. Εἰ δέ γε πάλιν ὑπόστατικὴν, πρὸς τῇ καινῇ δόξῃ· τίς γὰρ ὁ λέγων ὑποστατικὴν ὑπάρχειν ἐνέργειαν (3); Καὶ οὕτως ἀλλότριον τοῦ Πατρὸς κατ' ἐνέργειαν αὐτὸν ὁ τοιοῦτος ἀποφαίνει λόγος, εἴπερ ὑποστατικὴν, καὶ οὐ φυσικὴν ἔχει παρὰ τὸν Πατέρα ἐνέργειαν. Τοῖς γὰρ ὑποστατικοῖς ἰδιώμασι, τὴν πρὸς αὐτὸ κέκτηται διαφορὰν προδήλως ὁ Λόγος.

A qui natura duplex sit. Divinam enim atque virilem (id est, humanam) copulatæ vocis prolatione, palam prædicavit : non tamen simpliciter et absolute : unde nec numerato hanc nominavit, etsi singulariter, ut naturalium operationum conjunctionem significaret, eam docuit. Neque vero hæc naturali horum distinctioni quidquam officit, uti neque ipsam substantiarum distinctionem indivulsa earum unio lædit. Nam alioqui, ad eos qui hæc loquuntur quod attinet, si unam habuit operationem, eamque *Deivirilem;* siquidem naturalem unam hanc operationem incarnatum Verbum habebat, quæ una naturalis operatio sit, quomodo in duas dividetur, quave ratione distinctas essentias seu naturas, una secundum idem operatio constituet atque discernet? B Ita scilicet ut utrique summam cum rebus ejusdem generis essentialem incommutabiliter similitudinem, atque ab eis rursum, quæ non sunt ejusdem generis, essentialem distinctionem tribuat. Mitto dicere, a naturali cum Patre ac nobiscum cognatione excidisse; quippe cum nec ille prorsus, neque nos *Deivirilem* insitam ac essentialem operationem habeamus. Sin autem rursus unam hanc personalem operationem habebat; præterquam quod nova opinio est; quis enim personalem operationem dicat? Sic etiam ejusmodi doctrina ac sententia, extraneum eum a Patre operandi ratione constituit; siquidem personalem, et non naturalem, secus ac Pater, operationem habet. Personalibus enim proprietatibus Verbum ab eo palam distinctum est.

Καὶ « ἡ συγγενὴς δὲ καὶ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεδειγμένη μία » πάλιν « ἐνέργεια, » κατὰ τὸν ἀοίδιμον Κύριλλον, οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν οὐσιώδους διαφορᾶς· τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ὑπάρχει ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστὸς ὁ Θεός· ἀλλ' ἐπὶ συστάσει τῆς ἄκρας τούτων ἑνώσεως εἴρηται τῷ διδασκάλῳ. Καὶ ἔοικέ πως δι' ἄλλων φωνῶν, τὸν θεοφάντορα Διονύσιον ἐκμιμεῖσθαι. Ἵνα γὰρ δόξῃ μὴ γυμνὸν ὄντα τοῦτον Θεὸν, μήτε ψιλὸν αὖθις ἄνθρωπον· μήτε ἰδίᾳ Θεὸν ἀσωμάτως ἐνεργοῦντα, μήτε ἰδίᾳ ἄνθρωπον τὰ κατὰ γνώμην πράττοντα· ἀλλὰ Θεὸν σεσαρκωμένον καὶ τελείως δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα, θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς τὸν αὐτὸν ἐνεργοῦντα, ἔφησεν, ὡς οὐ λόγῳ μόνον, καὶ τοῖς θεοπρεπέσιν ἐπιτάγμασιν, ἐνεργὸς εὑρίσκεται ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ τοὺς νεκροὺς διανιστᾷν καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν· ἀλλὰ συνεργάτιν ὥσπερ τινὰ πρὸς τοῦτο δὴ μάλιστα τὴν ἁγίαν αὐτοῦ παραλαμβάνειν ἠπείγετο σάρκα· τοῦτο ποιῶν μὲν ὡς Θεὸς τῷ παντουργῷ αὐτοῦ προστάγματι· ζωοποιῶν δὲ αὖ πάλιν καὶ τῇ ἁφῇ τῆς ἡνωμένης αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν ἁγίας σαρκὸς, ἵνα δείξῃ καὶ ταύτην ζωοποιεῖν δυναμένην διὰ τῆς οὐσιώδους αὐτοῦ ἐνεργείας, ἧς ἐστι κυρίως ἡ ἁφὴ, ἡ φωνὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Εἶτα, ὡς ἔδειξε τὰς φυσικὰς ἐνεργείας αὐτοῦ, τοῦ ἐξ ἀμφοῖν συγκειμένου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, σωζομένας τελείως· τὴν τῆς θεότητος αὐτοῦ, διὰ τοῦ παντουργοῦ

C Quin et « cognata, exque amborum munere edita **44** una » rursus « operatio, » ex inclyti viri Cyrilli sententia, non ab eo dicta est, ad essentialem naturalium operationum distinctionem tollendam, earum ex quibus et in quibus unus solusque Christus Deus exsistit, naturarum; sed ad summam earum astruendam unionem. Ac videtur hic doctor, aliis propemodum vocibus divinum Dionysium imitatus. Ut enim doceret non esse hunc Deum nudum, neque rursus simplicem hominem; neque seorsim Deum nullo corporis commercio operantem, neque seorsim hominem suo arbitratu agentem; sed Deum incarnatum nostrique causa perfecte factum hominem, divinis humanisque rationibus eumdem operantem, ait, nedum sermone D divinisque jussionibus efficacem inveniri Salvatorem, suscitando mortuos, omnemque morbum atque omnem curando languorem [1]; verum etiam ad hoc maxime velut sociam ac adjutricem, sanctam carnem suam adhibere studuisse : ita nimirum, ut illud quidem tanquam Deus jussu suo omnipotente præstaret; rursusque etiam sanctæ carnis ipsi personaliter unitæ contactu, vitam præberet; ut scilicet eam quoque vivifica vi pollere essentiali sua operatione, ad quam proprie contactus, voxque ac similia attinent, monstraret. Deinde postquam ostendit naturales ejus operationes (Christi scilicet Dei ex ambobus compositi) perfecte incolumes esse

[10] Non enim dixit μίαν τινά, uti Cyrus mutavit. *unam quamdam*, sed καινήν τινα, *novam*.

[1] Matth. IX, 35.

Digitized by Google

ac consistere; deitatis quidem operationem per jussionem vim omnium efficacem habentem; ejus vero humanitatis, per tactum; has omnino mutua conjunctione ac velut reciproca immeatione copulatas ostendit; ita nimirum, ut tum ipsius Verbi, tum ejus sanctissimæ carnis unionis vi, operatio eniteret : non naturalis, nec vero personalis (nihil enim ejusmodi Cyrillus locutus est), sed partibus affinis; per quas, ut dictum est, tum contactu Christus exhibebatur.

A προστάγματος, τὴν δὲ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτου, διὰ τῆς ἁφῆς· παρέττησε ταύτας ἡνωμένας διόλου τῇ πρὸς ἀλλήλας συμφυΐᾳ καὶ περιχωρήσει· ὡς μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν αὐτοῦ τε τοῦ Λόγου καὶ τῆς παναγίας αὐτοῦ σαρκὸς δείκνυσθαι τὴνἐνέργειαν· οὐ φυσικὴν, οὐχ ὑποστατικήν· οὐ γάρ τι τοιοῦτον εἴρηκεν ὁ διδάσκαλος· ἀλλὰ συγγενῆ τοῖς μέρεσι· δι' ὧν, ὡς εἴρηται, κατά τε πρόσταγμα παντουργὸν, κατά τε ἁφὴν χειρὸς ἐπεδείκνυτο. jussione omnium vim efficacem habente, tum manus

Itaque ex ipsa sacra sapientissimi doctoris sententia ostensum est tradere ipsum naturalium quoque operationum, ut et ipsarum, ad quas et spectant, naturarum, post etiam unionem, distinctionem incolumem; ipsamque rursus unionem statuere; alterum quidem, dicendo, « Jussionem omnium vim efficacem habentem tactumque; » alterum vero, dicendo, « tum unam, tum cognatam atque affinem; » qua utraque omnem a Christi mysterio tum contractionem magnifice removet, tum divisionem. Qui autem 45 non sic interpretantur, sed velut unam Verbi simul ac carnis cognatam atque affinem operationem intelligunt, Eutychis et Apollinarii substantiarum conflatum docent. Necesse igitur est, ut in omnibus illæsam et rationem, et modum dispensationis inviolabilem servemus, ne quem, par illud pessimum (divisio scilicet ac confusio) adversum veritatem aditum nanciscatur.

Δέδεικται τοίνυν πρὸς αὐτῆς τῆς ἱερᾶς τοῦ σοφοῦ διδασκαλίας, ὡς καὶ τὴν διαφορὰν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν, ὥσπερ οὖν καὶτῶν τῶν φύσεων ὧν καὶ εἰσὶ, διαγορεύει φυλαττομένην καὶ μετὰ τὴνἕνωσιν· καὶτὴν τὴν ἕνωσιν αὖθις ὁρίζεται· τὴν μὲν, ἐν τῷ B λέγειν, πρόσταγμα παντουργὸν καὶ ἁφήν· τὴν δὲ, τῷ λέγειν, μίαν τε καὶ συγγενῆ· δι' ὧν πᾶσαν συναίρεσίν τε καὶ διαίρεσιν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου μεγαλοφυῶς ἀποπέμπεται· οἱ δὲ μὴ οὕτω λαμβάνοντες, ἀλλ' ὡς μίαν Λόγου τε καὶ σαρκὸς τὴν συγγενῆ νοοῦντες ἐνέργειαν, τὴν Εὐτυχοῦς καὶ Ἀπολιναρίου συνουσίωσιν δογματίζουσι. Δεῖ τοιγαροῦν ἐν πᾶσι καὶ τὸν λόγον ἀλώβητον διασώζειν, καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας τρόπον διατηρεῖν ἀπαράφθαρτον· ἵνα μηδεμίαν ἡ πονηρὰ ξυνωρὶς, ἡ διαίρεσις, φημὶ, καὶ ἡ σύγχυσις, κατὰ τῆς ἀληθείας σχοίη παρείσδυσιν.

Juxta hanc igitur, eodemque pio sensu exponendæ sunt, si quæ aliæ Patrum voces occurrant unum significantes; nec prorsus committendum, ut velut contradicant sanctorum vocibus, quæ duo significant, eas accipiamus; qui nimirum, cum has validas ad distinctionem adversus confusionem, tum et illas ad unionem adversus divisionem tutas, non nesciamus; sed utrasque, has pariter illasque, animo et ore læti amplectamur, rectaque fide confiteamur; iisque vocibus, quæ specie tenus prolatæ contrariæ videantur, eos qui ipso reipsa sensu perœque ipsi sibi, aliique aliis ac veritati adversantur, sapienter fundamus, atque a nostra caula (catholica scilicet ac apostolica Dei Ecclesia) fortiter arceamus; ac ne vel minimum aditum contra rectam fidem illis præbeamus, qui latronum more, Patrum terminos transferre moliuntur [u], ut eorum, cum armorum tum pietate nitentium dogmatum disturbent aliquid, quibus eis proclive ut evertantur intercantque.

Κατὰ ταύτην οὖν, καὶ τὰς ἄλλας, εἴπερ εὑρεθεῖεν, μοναδικὰς τῶν ἁγίων Πατέρων φωνὰς, τὴν εὐσεβῆ C διάνοιαν ἐκληπτέον· καὶ μηδαμῶς εἰς ἀντίφασιν ταύτας, πρὸς τὰς τῶν ἁγίων δυϊκὰς ἐκδεξώμεθα· γινώσκοντες, ὡς καὶ αὗται πρὸς τὴν διαφορὰν κατὰ τῆς συγχύσεως ἰσχυραὶ, κἀκεῖναι πρὸς τὴν ἕνωσιν κατὰ διαιρέσεως ἀσφαλεῖς· ἀλλ' ἄμφω, καὶ ταύτας κἀκείνας, ψυχῇ τε καὶ στόματι περιχαρῶς ἀσπασώμεθα, καὶ ὀρθοδόξως ὁμολογήσωμεν· καὶ διὰ τῶν κατὰ προφορὰν δοκούντων πως ἐναντίων φωνῶν, τοὺς κατὰ διάνοιαν ἐναντίους ἐπίσης ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις, καὶ τῇ ἀληθείᾳ, σοφῶς τροπωσώμεθα· καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, ἤγουν τῆς καθολικῆς τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ἀνδρικῶς ἐξελάσωμεν· καὶ μήθ' ὅλως τὴν οἱανοῦν πάροδον κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τοῖς λῃστρικῶς ὅρια πατρικὰ μηχανωμένοις μεταίρειν, παράσχωμεν, τῷ διαρ- D ῥίπτειν τι τῶν εὐσεβῶν ὅπλων τε καὶ δογμάτων, δι' ὧν γίνεσθαι πέφυκεν ἡ ἐκείνων καταστροφὴ καὶ ἀναίρεσις.

Cæterum illud etiam advertamus operæ pretium est, quod ad naturas ac naturales operationes attinet, sanctorum Patrum voces occurrere, quæ nedum duo, sed et quæ unum significent, ut est, « Una natura Dei Verbi incarnata; » et, « Deiviriiis operatio; » et, « Cognata ac amborum munere obita : » ad naturales autem voluntates quod attinet, nulla puto, quantum assequi licuit, prolata vox unius

Πλὴν κἀκεῖνο γινώσκειν χρεών, ὡς ἐπί τε φύσεων καὶ φυσικῶν ἐνεργειῶν, καὶ μοναδικὰς πρὸς ταῖς δυϊκαῖς φωναῖς τῶν ἁγίων Πατέρων εὑρίσκομεν· ὡς, « τὴν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην [31], » καὶ, « τὴν Θεανδρικὴν ἐνέργειαν, » καὶ, « τὴν συγγενῆ καὶ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεδειγμένην· » ἐπὶ δὲ φυσικῶν θελημάτων, οὐδεμίαν μοναδικὴν, ὡς ἐμὲ γινώσκειν, τὸ παράπαν ἐκφώνησιν εὑρεῖν δυ-

[u] Prov. xxii, 28.

[31] Cyrill. Epist. 2 ad Successum.

Digitized by Google

νατον, ἀλλὰ τὰς ἐν ἀντωνυμίαις καὶ ἀριθμῷ δυϊκὰς σημασίας. Πῶς οὖν καὶ τίνι λόγῳ, κἂν προσεξετάσαι δεχώμεθα παντελῶς, ἓν ἢ δύο θελήματα χρὴ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τῆς τῶν Πατέρων νομοθεσίας καὶ διδασκαλίας δύο φυσικὰ θελήματα παρακελευομένης ὁμολογεῖν ἐπ' αὐτοῦ καὶ πρεσβεύειν, καθὰ καὶ φύσεις αὐτὰς, καὶ τὰς τούτων φυσικὰς ἐνεργείας, μέχρι τοῦ γινώσκειν τὴν διαφοράν; A

Τούτων μοι παρεκβατικῶς νῦν λελεγμένων πρὸς τὴν σὴν θεοτίμητον ἁγιστείαν, παρακαλῶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς, ἢ μὴ προσηκόντως ῥηθεῖσιν, ἢ μὴ νοηθεῖσι καλῶς, συγγνώμην ὁμοῦ καὶ διόρθωσίν μοι χαρίσασθαι, φιλαγάθῳ πατρικῆς εὐσπλαχνίας στοργῇ καὶ μιμήσει· καὶ Χριστῷ τῷ Θεῷ με παραθέσθαι, τῷ σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι ἁγίῳ δοξαζομένῳ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. B

occurrerit, sed quæ pronominibus atque numero, duo significent. Quo igitur modo, quave ratione jam deinceps, unane in Christo Deo, an duæ sint dicendæ voluntates, vel omnino in quæstionem atque examen vocari sinemus, cum Patrum decretis atque doctrina, duas in eo naturales voluntates confiteri jubeamur, ac profiteri, perinde ac ipsas naturas, earumque naturales operationes, hactenus dum earum distinctionem noscamus?

Hæc in præsentiarum ad tuam in Deo colendam sanctitatem per digressionem prolocutus, rogo, ut in illis vel non apte **46** dicta, vel minus recte intellecta, et humanitate excuses, et emendare satagas, benignissima paternorum viscerum amoris vi ac imitatione; meque Christo Deo commendes; qui cum Patre et Spiritu sancto glorificatur, in sæcula sæculorum. Amen.

—

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Fr. Ἄτοπον, φησὶ, τὸ ἓν θέλημα μερίζεσθαι. Τοῦτο γὰρ ἀναγκάζει ἡ φυσικὴ συγγένεια· καὶ τὸ μὲν ἥμισυ τῇ μιᾷ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ λοιπῇ φύσει δίδοσθαι· καὶ οὕτως ἀλλοτριοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῶν, ὡς οὐκ ἐχόντων σύνθετον θέλημα.

β'. Fr. Ὅτι τὴν διαφορὰν, καὶ τὴν ἕνωσιν οἱ Πατέρες κατὰ τῆς συγχύσεως, καὶ τῆς ὁμοτίμου αὐτῇ διαιρέσεως ἐδογμάτισαν.

γ'. Fr. Ὁ Νεῖλος. Ἔστιν ὑποστατικὴ, ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν ἡ παράλογος, δι' ἣν ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, ἵν' ἐπανασώσῃ τὸν ἄνθρωπον· ἀπαλλάξας ταύτης, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας· ἤγουν ὅσοι φοβούμενοι τὴν ὀδύνην, τὴν ἡδονὴν περιεποιοῦντο, τὴν μητέρα τῆς ὀδύνης· τὴν τῆς φθορᾶς ἀρχηγόν· τὴν τοῦ θανάτου προαγωγὸν καὶ προμνήστριαν.

SCHOLIA.

1. Absurdum ait unam dividi voluntatem. Hoc enim cogit naturalis affinitas; ac mediam quidem partem uni naturæ, reliquam vero tribui alteri, atque in eum modum Christum a Deo ac nobis extraneum facere, ut qui voluntatem compositam minime habeamus.

2. Docuisse Patres distinctionem ac unionem adversus confusionem, paremque ei divisionem.

3. Nilus scilicet. Est personans operatio, sed in nobis, aliena a ratione, ob quam Deus factus est homo, ut homini salutem præstaret; ab ea liberans omnes qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti [v]: omnes nimirum, qui doloris metu, voluptatem doloris parentem (nempe corruptionis auctorem; mortisque productricem ac conciliatricem) colebant, eique obsequebantur. C

—

ΙΣΟΝ

Ἐπιστολῆς (l) γενομένης πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον κύριον Νίκανδρον, παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Μαξίμου, περὶ τῶν δύο ἐν Χριστῷ ἐνεργειῶν.

Αὐτὸς, θεοτίμητε καὶ παμμακάριε Πάτερ, φερωνύμως ἔχων μετὰ τῆς ἀνδρείας, τὴν κατὰ πάντων ἀφανῶς, ἢ φανερῶς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν πολεμούντων ἐχθρῶν ἱερωτάτην νίκην [32]· καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀειθαλῆ τοῖς χαρίσμασι, καὶ ταῖς ἐνεργείαις τοῦ Πνεύματος ἀμαράντινον στέφανον, ἤδη κατ' ἐλπίδας λαβὼν παρ' αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐν χερσὶ κτησάμενος τοῦ κατὰ φύσιν ἐφετοῦ, διὰ τῆς πρὸς αὐτὸ τελείας συννεύσεως τὴν μακαρίαν ἀπόλαυσιν· κἀκ τούτου σαφῶς, εἰ καί τις D

EXEMPLUM

Epistolæ missæ a sancto Maximo ad sanctissimum episcopum dominum Nicandrum, de duabus in Christo operationibus.

Qui ipse, in Deo colende ac beatissime Pater, pro nominis ipsa ratione, una cum virilis animi fortitudine, sacratissima adversus omnes hostes qui vel occulte exque insidiis, vel palam atque aperte sanctam Dei catholicam et apostolicam Ecclesiam bello fatigant, victoria fultus sis; jamque ab eo, ejusque fungendo certamine, donis semper virentibus, Spiritusque operationibus immarcescibilem coronam, spei munere adeptus; ac velut in manus, ipsius natura desiderabilis, perfecta cum eo con-

[v] Hebr. II, 15.

[32] Scita allusio ad etymon nominis Νίκανδρος, *fortis victor*.

NOTÆ.

(l) Ἴσον ἐπιστολῆς. Venet. erat, τοῦ αὐτοῦ· sed malui ex Dufr. cod. illa addere, παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Μαξίμου, quod magis cohæreant cum voce γενομένης, pleniorque oratio sit. Reliqua ex Turr. mutuatus sum, περὶ τῶν δύο ἐν Χριστῷ ἐνεργειῶν, quod non habuere alii codd. cum epistolæ tota præfatio, ipsa fusa, illi desideretur.

Digitized by Google

sensione, beatam jucunditatem consecutus; quique demum inde manifeste, si quis alius, ipsius Domini fruaris deliciis, quomodo unquam, ac qua ratione, nudo etiam sermone hanc ascribere, nedum per venerabiles ac beatas litteras tuas deferre sustines imbecilli timidoque; ei denique qui prorsus in Dei aciem, ejusque ac pro eo sacrum defungendo prælium ac bellum [x], actuosas mentis vires; aut velut manuum quosdam digitos, animi movere rationes necdum didicerit; eaque ratione eos strenue fundere atque fugare, qui adversus Dominum omnipotentem verbis pariter atque dogmatis **47** extolluntur; bonaque eos terra (ipso nimirum Domino Deoque nostro), quodque idem sit, recta fide; firma nimirum vere piorum dogmatum sede ac coagmento; jugi denique virtutum ubertate naturaque eliminare. Quod vero sic feceris, Christi imitatio fuit, qua nimirum ejus plane in me, qui ab ipso animi voluntate recesserim, ac ceu regionem quamdam, quam longe ab eo remotam [y], pravitatis atque vitii habitum mentis proposito colam, turpissimasque passiones seu affectus [z] velut porcos ipso opere pascam, benignissimam exhibens exinanitionem, divinarumque in te dotum ac operum potentiam propensæ inclinationis magnitudine ostendens, in illius amorem excitares, atque ad sacram quamdam ac beatam æmulationem immutabili firmitate durares; abjecta nimirum pro virili, quæ præ cunctis maxime gravet et opprimat, socordiæ ac negligentiæ sarcina. Tuamque adeo sapientem erga me pauperem indulgentiam, propensiorisque rationem consilii (vir beate) admiratus sum; longeque plurimos annos, divinioribus auctum virtutibus, probum te bonumque pastorem ac patrem, mihi pariter cunctisque incolumem, in lacrymas effusus, tametsi sum valde peccator ac obnoxius, a Domino nostro et Deo enixe supplexque deprecatus sum : quo scilicet nunc maxime nacti te, quando ejus quæ natura reque ipsa Veritas est, prædictionem, verus ipse rerum eventus aperte confirmavit, ac afflictio, qualis nulla prorsus exstitit a mundi constitutione, neque est futura [a], omnes ubique propter scelera apprehendit : qui nempe robustissima piarum precum virga corrobores atque confirmes, sacratissimaque divinæ doctrinæ fistula præclare ducas ac illumines, inque pascuæ loco [b] (vivacis scilicet virtutum habitus) actionis cultu colloces; ac super aquam refectionis (jugem nimirum sacrorum doctrinæ fluentorum subministrationem) scientiæ fulgoribus educes, atque in locum munitum sublimemque mandram (Ecclesiam scilicet catholicam, ac qui eam sibi proprio ac vivifico sanguine per voluntatem Dominus despondit) tuto salvos recipias; ab adversariorum aggressione liberemur : qui nempe opportuni temporis, quo turbata sunt omnia

A ἄλλος, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου κατατρυφῶν, πῶς ποτε, καὶ τίνι τρόπῳ ταύτην προσάπτειν, κἂν λόγῳ ψιλῷ, μή τί γε διὰ τιμίων σου καὶ μακαρίων προσάγειν καταδέχῃ γραμμάτων τῷ ἀδρανεῖ καὶ δειλῷ, καὶ μηδόλως εἰς παράταξιν Θεοῦ, καὶ τὸν αὐτοῦ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ, ἅγιον πόλεμον, τὰς τοῦ νοῦ πρακτικὰς δυνάμεις, ἢ τοὺς κατὰ ψυχὴν ὡσεί τινας δακτύλους χειρῶν, λογισμούς, μέχρι καὶ νῦν δεδιδαγμένῳ κινεῖν, καὶ ταύτῃ τροποῦσθαι γενναίως τοὺς κατέναντι Κυρίου παντοκράτορος ῥήμασί τε καὶ δόγμασιν ἐπαιρομένους· καὶ τῆς ἀγαθῆς γῆς ἐξελαύνειν, ἥτις ἐστὶν αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς, καὶ ἡ ταυτὸν ὀρθόδοξος πίστις· ἡ ὄντως παγία τῶν εὐσεβῶν δογμάτων ἕδρα καὶ σύστασις· καὶ τῶν ἀρετῶν
B ἡ ἀένναος καρποτογονία καὶ φύσις. Ἀλλὰ τοῦτο χριστομιμήτως πεποίηκας· ἵνα τὴν τούτου προδήλως εἰς ἐμὲ, τὸν γνωμικῶς αὐτοῦ διεστηκότα, καὶ τὴν μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ τῆς κακίας ὥσπερ τινὰ χώραν ἕξιν, ἐμπροθέτως οἰκοῦντα, καὶ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας καθάπερ χοίρους δι' ἐνεργείας ἐκτρέφοντα, φιλάγαθον ἐπιδειξάμενος κένωσιν, καὶ τῶν ἐνόντων σοι θείων κατορθωμάτων τῷ μεγέθει τῆς συγκαταβάσεως ὑποδείξας τὴν δύναμιν, εἰς ἔφεσιν ταύτης ἐγείρῃς, καὶ πρὸς ἱερόν τινα καὶ μακάριον ζῆλον, ἀτρέπτως στομώσῃς, τῆς πάμπολύ με παρὰ πάντας βαρούσης νωθείας τε καὶ ἀμελείας τὸν φόρτον εἰς
C δύναμιν ἀπορριψάμενον· καί σε τῆς περὶ ἐμὲ τὸν πτωχὸν σοφῆς οἰκονομίας καὶ προμηθείας χάριν ἀποθαυμάσας, μακάριε, τὴν ἐν πλείοσιν ἔτεσι καὶ ἀρεταῖς θειοτέραις διατήρησιν, σοῦ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ποιμένος τε καὶ πατρὸς, μετὰ δακρύων, καίτοι λίαν ὑπάρχων ἁμαρτωλὸς, χαρισθῆναί μοι καὶ πᾶσιν ἐντεύξεσι καθικέτευσα τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν· ἵνα ἔχοντές σε μάλιστα νῦν, ὅ τε τῆς φύσει καὶ ὄντως ἀληθείας τὴν πρόῤῥησιν, ἡ κατὰ τὴν ἔκβασιν τῶν πραγμάτων ἀλήθεια σαφῶς ἐπιστώσατο· καὶ θλῖψις, οἵα καθάπαξ οὐ γέγονεν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, οὐδ' οὐ μὴ γένηται, πάντας πανταχῇ διὰ τὰς ἁμαρτίας κατέλαβε· τῇ τε πανσθενεῖ βακτηρίᾳ
D τῶν θεοπειθῶν προσευχῶν δυναμοῦντά τε καὶ ῥωννύοντα, καὶ τῇ πανιέρῳ σύριγγι τῆς θεοσόφου διδασκαλίας ὁδηγοῦντα καλῶς καὶ φωτίζοντα, καὶ εἰς τόπον χλόης τῆς ἀειζώου τῶν ἀρετῶν ἕξεως κατασκηνοῦντα διὰ τῆς πράξεως· καὶ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως τῆς ἀειβλύστου τῶν ἱερῶν ἐν τοῖς δόγμασι χορηγίας ναμάτων ἐκτρέφοντα διὰ τῆς γνώσεως· καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν καὶ μάνδραν ὑψηλὴν τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὸν ταύτην δι' αἵματος οἰκείου καὶ ζωοποιοῦ κατὰ θέλησιν ἁρμοσάμενον Κύριον ἀσφαλῶς διασώζοντα, τῆς τῶν ἐναντίων ἐλευθερωθῶμεν καταδρομῆς· οἱ προσφόρου καιροῦ τῆς τοῦ παντὸς δραξάμενοι ταραχῆς καὶ συγχύσεως, τὸ μέγα τῆς τῶν ἁπάντων σωστικῆς οἰκονομίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀπόῤῥητον, ὡς πάντας αἰῶνας καὶ χρόνους, καὶ τοὺς ἐν αἰῶσι καὶ χρόνῳ [33] φυσικῶς περιγρά-

[x] Psal. CXLIII, 1. [y] Luc. XV, 13. [z] Rom. I. 26. [a] Matth. XXIV, 21. [b] Psal. XXII, 2.

[33] αἰῶσι καὶ χρόνοις.

Digitized by Google

φην (m), συγχεῖν μηχανῶνται μυστήριον· οἷα τῆς ἐξ ἡμῶν νοερῶς τε καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης, ὑπ' αὐτοῦ κατ' εὐδοκίαν Πατρὸς καὶ συνέργειαν ἁγίου Πνεύματος προσληφθείσης, καὶ αὐτῷ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἑνωθείσης ἁγίας σαρκὸς, οὐκ ἐχούσης μετὰ τὴν ἕνωσιν τὰ προσόντα κατὰ φύσιν αὐτῇ, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας· ὅτι μηδὲ τῆς φύσεως ἦν· μᾶλλον δὲ, αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος Λόγου, καὶ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, τὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν οὐσιωδῶς χαρακτηρίζοντα καθ' ἡμᾶς τελείως οὐ σώζοντα· ἀλλ' ἢ ταῦτα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θείαν μεταskευάσαντος φύσιν· καὶ ταύτῃ, τὸ ἐλλιπὲς τῆς οἰκείας θειότητος δείξαντος, δεομένης παρενθήκης τινὸς πρὸς τὴν κατ' οὐσίαν ἐντέλειαν· ἢ πάμπαν εἰς ἀνυπαρξίαν μεταχωρῆσαι ποιήσαντος, ὡς οὐ λίαν καλὰ, καὶ τῆς αὐτοῦ δημιουργίας τὸ ἔργον ἐξαφανίσαντος τῷ μὴ κατὰ λόγον τινὰ καὶ σοφίαν αὐτὰ ποιῆσαι, καὶ ἑνῶσαι πρὸς ἑαυτὸν καθ' ὑπόστασιν· ἐπεὶ πῶς, τὸ λόγῳ καὶ σοφίᾳ γενόμενον, ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ καὶ τῇ σοφίᾳ καθ' ἕνωσιν ἀδιασπάστως οὐ σώζεται; ἢ πῶς σωζόμενον καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὐχ ὁμολογεῖται; καὶ δι' ἥντινα αἰτίαν, ἵνα διὰ τῆς ὁμολογίας ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ φύσει Θεὸς πιστευθῇ κατ' ἀλήθειαν; Ἢ τυχὸν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ τὰ φύσει προσόντα τῇ φύσει προσλαβὼν μετὰ τῆς φύσεως; Ἀλλὰ ἄψυχόν τινα· καὶ ἄλογον, καὶ οὐδαμῶς ἐξ ἡμῶν, ἢ ἡμῖν ὑπάρχουσαν ὁμοούσιον σάρκα λαβών· ἢ οὐδὲ λαβὼν, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἀπ' ἀρχῆς συνουσιωμένην αὐτῷ (n) κατενέγκας, ἥνωσεν ἑαυτῷ· καὶ τὴν δι' ἡμᾶς καὶ πρὸς ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐφάντασεν, ἀνθρωπίνῳ σχήματι προσπελάσας ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνῃ φύσει προσομιλήσας, ἵνα τὸ γένος ἅπαν τοῦ παλαιοῦ παραπτώματος ἀνασώσηται, καὶ τοῦ δι' αὐτὸ κατακρίματος ἐλευθερώσῃ.

A atque confusa, occasione arrepta, magnum Christi Dei dispensationis cunctis salutaris, atque arcanum mysterium, ut quod omnia sæcula atque tempora, quique illis continentur, cunctos natura circumscribat, 48 confundere machinantur; tanquam scilicet sancta caro, anima rationis participe ac intelligente prædita, propensa Patris voluntate ac Spiritus sancti cooperatione ex nobis a Christo assumpta, ac cum ipso in unam eamdemque personam copulata, post unionem, his, qui illi natura insunt (excepto duntaxat peccato, cum nec illud ad naturam spectet) careat : seu potius, divinum ipsum Verbum, quod incarnatum ac nostri causa homo factum est, ea, quæ nostram naturam essentialiter insigniunt, perinde ac se res in nobis habet, non B perfecte servaverit, sed hæc, vel in divinam suam naturam mutaverit; eaque ratione, divinitatis suæ defectum monstraverit, cui interjici aliquid ad essentialem ipsius perfectionem necesse fuerit; vel omnino tanquam non valde bona in nihilum redegerit, suæque opus creationis deleverit, quod nulla hæc ratione sapientiaque condiderit, nec sibi personaliter copulaverit. Alioqui, quomodo id quod ratione et sapientia conditum est, non in ipsa ratione et sapientia secundum unionem indissolubilem incolume est? vel si post unionem est incolume, quid causæ est cur non confiteantur, ut per confessionem, ipse qui Deus natura esset, vere factus homo credatur? An forte ne a principio quidem, iis, quæ naturæ insunt ex natura, cum natura C assumptis; sed inanimi quadam ac rationis experte nec prorsus ex nobis, aut ejusdem nobiscum substantiæ, assumpta carne; aut ne assumpta quidem, sed ex origine et a principio cum ipso substantia confusam, devehens, sibi ipse univit; nostrique causa, atque ad nos susceptam dispensationem, figmento larvaque gessit; humana scilicet figura, ac specietenus nobis propinquans, non humana ipsa natura, ad universum humanum genus a veteri delicto reparandum, atque a damnatione ejus causa illata liberandum, nobiscum versans

Ταῦτα γὰρ, καὶ τούτων πλείω δοξάζουσιν, ὅσοι μὴ παντελείως ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ τὰ φυσικὰ, καὶ δίχα τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ καὶ τὰς φύσεις αὐτὰς σώζε-

Hæc enim, atque his plura opinantur, quicunque ex sanctorum Patrum sensu ac sententia non orthodoxe profitentur, perfecte omnino in Christo Deo

NOTÆ.

(m) *Τοὺς ἐν αἰῶσι καὶ χρόνοις φυσικῶς περιγράφον.* Incipit hic Turr. Tantis desideratis: nec placet, quod vocem περιγράφον, reddit, *circumscribit et terminat :* altera enim ac prior vox, una sufficit, verumque sensum Græcæ illius reddit, prout a Cicerone, Cæsare, aliisque usurpatur, relatis a Bud. in Comm. Est ergo ἄῤῥητον τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, *arcanum nullis verbis explicabile ;* et ut reddit ipse Turr. *nullos explicatus habens ;* quod *ævum omne ac sæculum, et qui eis continentur, natura circumscribat ;* tanquam scilicet eis eminens, id est, *excludat, e numero auferat.* Similis lapsus notatus n. 1, in vocibus περιγράφειν et περιορίζειν.

(n) *Ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἀπ' ἀρχῆς συνουσιωμένην αὐτῷ.* Turr. *Sed superne et a principio deferens copulavit eam secum secundum substantiam :* quasi unum Valentini errorem hæc sufficant, delati e cœlo corporis, cœlestisque materiæ, non ex nobis assumpti; quod toto cœlo a Maximi mente abest. Τὸ, ἄνωθεν, ut hic sumendum, ipsa Maximi correctio notat, ἢ οὐδὲ λαβὼν, quæ nec Turriano defuit, dum reddit, *aut neque sumpsit.* Sumpsit certe, etsi *superne*, sive e cœlo devexit. Ἄνωθεν ergo, ipsum est quod ἀπ' ἀρχῆς, *a principio*, ex ipsa origine ac processione; quomodo usurpavit Greg. in hoc carmine, Ὧν τὸ μὲν ἦεν ἄνωθεν· *Quorum hoc quidem erat a principio*, ex origine; uti etiam Demosth. τὸ συνουσιωμένην, *secundum substantiam unitam ;* longe est a viro theologo. συνουσιασμός, Eutychianorum est et Severianorum; unitio secundum substantiam, et substantialis, sive etiam naturalis, Christi Ecclesiæ, auctore præsertim Cyrillo. Illud, substantiarum confusio, altera ab altera absorpta, vel etiam ex ambabus una tertia effecta, uti passim Maximus exprimit, et qui eam confundentium hæresim impugnant : istud, vera essentiarum seu naturarum, καθ' ὑπόστασιν, *sustinendi ratione* (quæ et post unitionem distinctionem retineant, ac quod unaquæque nata est) copulatio. Nec in re sic trita morandum, nisi quantum adegit tanta illa superioris interpretis vere ἀθεόλογος oscitantia.

Digitized by Google

incolumia esse post etiam unionem, ut et naturas, etiam naturalia; idque sine peccato. Nam neque divinam et increatam naturam non vere exsistentem videmus, voluntatisque ac operationis expertem; at neque rursus creatam nobis similem atque humanam substantiam, ipsam non vere exsistentem novimus, et voluntate sive operatione carentem. Sin autem neutram defici scimus **49** vera naturali exsistentia ac substantia, necnon voluntate ac operatione; atque ex his (divina scilicet humanaque natura) et in his, atque harum vere persona est, unus ac solus Christus atque Filius; quomodo, ac cum natura proprie Deus, idemque natura proprie homo esset, non etiam divinam natura proprie voluntatem et operationem, humanamque natura proprie voluntatem et operationem habebat, neutrorum natura carens; quibus, faciendo ut nomina rebus vere convenirent, atque his rursus easdem astruendo, manifeste idem ipse, cum divina tum humana naturaliter habens, volensque ac operans noscebatur; ac qui inde, ea, ex quibus, et in quibus, et quæ erat, crederetur? Naturali enim voluntate ac essentiali operatione sublatis, ejus, qui ex his, ac hæ est, servatque in una persona, quomodo Deus et homo futurus est? Ac quomodo hoc illudve essentialiter esse monstrabitur, qui utriusque naturæ proprietatem, absque omni peccato, indefectibiliter non servet? Quod enim excessit iis quæ sunt ex natura, ab ipsa quoque essentia, nullam exsistentiam habens ac substantiam (quod neque motum), extraneus factus est. Nam ut divini magnique doctoris beati Dionysii sententia est : « Quod nullam habet motum, neque est, neque aliquid est, nec ulla prorsus ejus affirmatio est. » Igitur, qui Christi Dei naturas (tum scilicet divinam, tum quæ nostri similis est, humanam) confiteamur, ad earum exsistentiæ certam astruendam fidem, veramque nostram de illis confessionem, omnino quoque naturales ipsarum pari numero voluntates profiteamur necesse est, totidemque essentiales operationes; nec harum aliquid prorsus minuamus aut negemus, eo prætextu, hincque nobis fucum facientes, quod in persona divinitus unitæ sint; cum nos minime lateat, quæ in persona unio est, nihil illis quæ naturalia sunt, uti nec naturis ipsis officere; tametsi illa vi sua, unius personæ ratione, in unum eas cogat (haud tamen eximat, quin naturæ ipsa ratione duæ exsistant), uti etiam naturales ipsas proprietates, earum inter se cohæsione ac necessitudine, unius rursus prorsus nexu astringens, neutramque sine altera, extrave alterius communionem, ullo modo, uti clarissimus urbis Romæ papa

indicare scriptam epistolam in ipsa Siciliæ insula, cum jam illud diverticulum sibi Monothelitæ quæsissent, ut et unam et duas in Christo operationes ponerent: quam conati sunt Maximo affingere, ac postea in eam illum trahere pro primi ejus exilii tempore, quando et ipsi Eugenii apocrisiarii in eam novam fidem sunt inducti. Videtur itaque Maximus voluisse, ut hanc Siculi ejus illibatæ fidei certum pignus haberent, ac cunctis illius obtrectatoribus opponerent, in qua non perinde cavillari liberum esset, ac in eis quæ ore tenus ad eos locutus esset. D Sicque animo insinuat in prœmio. Titulus quem repræsentat Turr. *Epistola sancti Maximi ad sanctos Patres præpositos et monachos, et populos catholicos insulæ Siciliæ habitatores, contra eos qui unam in Christo operationem ponunt*, ab Antiquario palam adjectus est; quem ex aliis repræsento, ipsa sit Maximo apposita ἐπιγραφή· magis proinde probanda; uti etiam quam repræsento ex Dufrenii Codice ad Quæst. in Scripturam.

(x) *Τῶν ἀντιῤῥόπων καὶ ἐναντίων δογμάτων ὑπόληψις.* Sic Maximus novam Monothelitarum opinionem argute vocat, seu illorum damnatæ jam hæresis commentum et evasionem. Una itaque voluntate et operatione, una cum Ecthesi, Joanni IV ac cunctis Occident. necnon Sophronio Hierosolymorum episcopo, reprobata, hoc novatoribus succurrit, ut tanquam ἀντίῤῥοπον (*æquivalens, par, æquale*) unam, duasque eas dicerent: quod tamen Maximus contrarium esse contendit; ac ejusmodi, ut alterum alterum evertat. Non recte itaque Turr. *Nunquam me sensisse aut suspicatum esse de contrariis et repugantibus dogmatibus*, ut et infra, περὶ τῶν ἀντιῤῥόπων οὕτωσὶ καὶ ἐναντίων δογμάτων· *de contrariis dogmatibus:* ac si ambæ voces essent ejusdem prorsus significationis; quod longe est a vera Gramm. ἀντίῤῥοπον enim, ἰσόῤῥοπον est Suid. ἴσον, ἰσόσταθμον, ἰσόζυγον Hesych. quod perinde lancem trahit, ejusdemque ponderis est; a quo certe procul contrarii ratio est. Nec ii vero longe abesse a Monothelitarum illo genio videantur, qui nuper damnatarum Romæ propositionum acrius defensores, ac cum suo antistite, parum Thomistarum scholæ faventes, atque errantium albo, primo ipso ordine ascribentes, nunc sibi in uno Thoma, velut ei semper militaverint, præsidium quærunt: ac utinam vere quærant, ac quidquid de gratia senserint, ad illius normam, hinc plane erroris ac notæ perpetuo securi, componant. Ineptiunt enim, ni vere ἀσεβοῦντας quis malit dicere, nec magis Angelico præceptori quam ipsi Sedi apostolicæ, inque ea nuper præsidenti Alexandro VII injurii sunt, qui vel scioli vel procaces, vel invidi ac malevoli, obtinente ejus ipsius testimonio, damnatam sancti Thomæ ac Thomistarum in Jansenianam doctrinam deblaterant, aut etiam chartis illinunt atque evulgant.

Digitized by Google

operationem spectant, tum manuum pedumque motus, tum vocis prolatio. Sin autem hæc per naturam illius non erant, nec hanc quæ vitam præstare posset, Salvator exhibebat.

Pauca hæc ac exigua ex multis, vestris pariter vestrique similium sanctorum theologorum institutis doctrinis, vestro sacro jussu ac hortatu, modicis his litteris confidenter mandavi, majora ausus quam pro mea facultate, qui ipse exiguus ac tenuis; ac neque solerti ingenio ad conjectandum, neque facili et expedito sermone ad explanandum, neque ornata ac laudabili indole ad ea quæ virtutis sunt expedienda, exsistam : sed cui potius, per vestram intercessionem, Deus optimus umbraculum per gratiam faciat, ac multitudinem peccatorum meorum **58** operiat. Obsecro autem cum lacrymis, tanquam vestris ipse coram obvolutus vestigiis, quandoquidem vos Spiritus sanctus animarum episcopos ac servatores constituit, ne gravemini in quibus non satis limate scripsi, benignam adhibere emendationis censuram; ut hinc vos non magis Dei sequestres, quam imitatores præstetis, nedum ejus in omnes illustrationem ac misericordiam habitu consecuti, sed qui etiam ex dignitatis munere præbeatis : apud quem etiam supplex oro, ut meam pauperis atque mendici imbecillitatem precibus commendetis; quo nimirum a flamma cum visibili tum invisibili meorum delictorum causa cuncta vastante, protegar, ac semper in sanctissimæ ejus ac orthodoxæ fidei, sacræque virtutis rore conquiescam ac custodiar. Amen.

Ταῦτα μικρὰ ἐκ πολλῶν, ὑμῶν τε καὶ τῶν καθ' ὑμᾶς θεοσόφων ἁγίων παιδευθεὶς διδαγμάτων, διὰ τὴν ἱερωτάτην ὑμῶν κέλευσιν, ἐθάρρησα διὰ τοῦδε τοῦ μετρίου γράμματος χαράξαι, καὶ τῶν ὑπὲρ δύναμιν κατατολμῆσαι, μικρὸς ὢν καὶ εὐτελής· καὶ μήτε νοῦν εὔστοχον εἰς ἐπιβολήν, μήτε λόγον εὔεικτον εἰς σαφήνειαν, μήτε ἦθος εὔκοσμον εἰς τὴν τῶν κρειττόνων ἐξάνεσιν ἔχων· ἀλλὰ μᾶλλον χάριτι, διὰ τῆς μεσιτείας ὑμῶν σκεπαζόμενος ὑπὸ τοῦ παναγάθου Θεοῦ, καὶ καλύπτοντος τὰ πλήθη τῶν ἐμῶν ἁμαρτημάτων. Δυσωπῶ δὲ μετὰ δακρύων, τοῖς τιμίοις ὑμῶν ὡς παρὼν προκαλινδούμενος ἴχνεσιν, ἐπειδὴ ὑμᾶς κατέστησε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ψυχῶν καὶ σωτῆρας, μὴ κατοκνῆσαι ἐν οἷς οὐκ ἠκριβωμένως γέγραφα, φιλάγαθον ποιήσασθαι τὴν διόρθωσιν· ἵν' ἐκ τούτου μεσῖται Θεοῦ μᾶλλον (u), ἢ μιμηταὶ ἑαυτοὺς ἀναδείξηται· τὸν ἐπὶ πάντας αὐτοῦ φωτισμὸν, καὶ τὸ ἔλεος· οὐ μόνον ἕξει λαχόντες, ἀλλὰ καὶ ἀξίᾳ παρέχοντες· ᾧ καὶ παραθέσθαι τὴν ἐμὴν τοῦ πένητος καὶ πτωχοῦ ἀσθένειαν καθικετεύω, πρὸς τὸ σκεπασθῆναι τῆς τὸ πᾶν νεμομένης διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, φλογός· καὶ εἰς τὴν δρόσον τῆς τε παναγίας αὐτοῦ καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς ἱερᾶς ἀρετῆς διὰ παντὸς ἐπαναπαύεσθαι καὶ φρουρεῖσθαι. Ἀμήν.

SCHOLIUM.

En tibi soluta est quæstio. Dum ait magnus ille vir, procedens Deus una cum assumpta carne, unum et unum ex duobus contrariis; quod unum dixit, unionem personalem, non vero naturam, intellexit.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Fr. Ἴδε σοι τὸ ἄπορον λέλυται. Προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἓν καὶ ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, εἰπὼν ὁ μέγας, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν· ἀλλ' οὐ φύσιν τὸ ἓν ἐξεδέξατο.

AD CATHOLICOS PER SICILIAM CONSTITUTOS.

Sanctis Patribus, præpositis atque monachis, nec non Catholicis populis, Christi amantem hanc Siciliæ insulam incolentibus, Maximus, humilis atque peccator, indignus servus.

Pax multa diligentibus legem tuam, et non est

Τοῖς κατὰ τήνδε τὴν Σικελῶν (v) φιλόχριστον νῆσον παροικοῦσιν ἁγίοις Πατράσιν, ἡγουμένοις τε καὶ μονάζουσι, καὶ ὀρθοδόξοις λαοῖς, Μάξιμος ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, ἀνάξιος δοῦλος.

Εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ

NOTÆ.

(u) *Ἵν' ἐκ τούτου οὐ μεσῖται Θεοῦ μᾶλλον.* Addidi negantem particulam, quod necessario sensus exposcit. Quid enim sensus, quod absque illa habent Græca, et reddit Turr. *ut hinc vos magis sequestros Dei, quam imitatores præstetis.* Imo certe contrarium. Significat enim episcopos pro munere, et qua divinis dotibus eo sublimes fulgent, non tam ad Deum intercedere (quanquam et hoc eorum muneris est) quam ipsos quoque (quod pene divinius videatur) Dei imitatione divina præbere ac perficere; quippe gradu ipso τελειωτικοὺς, sub summo hierarcha Christo, ea functione ejusque vicarios. Hoc enim est quod sequitur, *Non solum ejus in omnem illustrationem ac misericordiam habitu consecuti.* ἀλλὰ καὶ ἀξίᾳ παρέχοντες· *verum etiam pro dignitatis munere præbentes.* Ubi Turr. ἀξια legit, sed *digna etiam ei præbentes:* male vero τὸ, *ei*, quasi eos digna Deo præbere dicat Maximus, quod prorsus abhorret, vel si ἄξια demus eum scripsisse. Præbent certe illi populis ἄξια, *in hoc illis comparata dignitate;* vel etiam ἄξια, *ut quisque dignus est accipere.* Sed illud primum longe aptius. Continere habitu, vel ea habitu nactos esse, privatorum potius est. Scripserit et ipse Turr. *eis*, etsi ita illi prelum erravit.

(v) *Τὴν δὲ τῶν Σικελῶν.* Videtur pronomen

Digitized by Google

οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον, πρὸς τὸν Θεὸν ἔφησεν ὁ Θεοπάτωρ Δαβίδ· γνωρίζων ἐντεῦθεν ἅπασι, καὶ διαγορεύων τοῖς σωτηρίας ἐφιεμένοις, ἵνα τῇ τοῦ ἐσχάτου φύσει προσανέχοντες ὀρεκτοῦ θειοτάτῃ κατ' ἄκρον ἀγάπῃ, ταύτῃ περιχαρῶς τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν πρὸς ἑαυτούς τε καὶ πάντας, εἰ δυνατὸν, ἀλύτως μεταδιώκοιεν· ἅπαν ἐξ ἁπάντων ἀφαιρούμενοι σκάνδαλον, διὰ τῆς εὐσεβοῦς εἰς ἀλλήλους καὶ ἄκρας ὁμοφροσύνης. Οὗ δὴ χάριν, κἀμοὶ τῷ ἡμετέρῳ διεσπουδάσθη δούλῳ, γραφῇ καταθέσθαι προθύμως, ὅπερ φθάσας γλώττῃ συνεστησάμην, πρὸς τὴν τῶν ἁγιωτάτων ὑμῶν ἀσφάλειάν τε καὶ πληροφορίαν, πᾶσαν ἐξ ἑτέρων γεγενημένην ὑμῖν περὶ τῆς ἡμῶν ταπεινώσεως ὑποψίαν, διὰ τῆς ἀπολογίας ἀποσκευασάμενος· « Οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι, καθά φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, πλήττεσθαί τινας ἐν ἐμοὶ τῶν πάντα τηρούντων ἐπιμελῶς τὰ ἡμέτερα, εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχοντα· καλὸν γὰρ μήτε ἁμαρτάνοντα, μήτε ὑπονοούμενον, ἕως ἂν οἷόν τε ᾖ, καὶ ὁ λόγος αἱρῇ [v], τιθέναι πρόσκομμα τοῖς πολλοῖς ἢ σκάνδαλον· εἴπερ καὶ τοῖς ἕνα τῶν μικρῶν σκανδαλίσασιν, ἴσμεν ὅπως ἀπαραίτητος καὶ βαρυτάτη παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς ἡ τιμωρία. »

illis scandalum [i], ait ad Deum Deiparens David, inde cunctis salutis desiderio incensis declarans, ac vero denuntians, ut supremi natura appetibilis divinissimæ dilectioni, omni conatu animum attendentes, per eam ingenti gaudio tum secum ipsi, tum cum omnibus, quoad ejus licet, pacis bonum indissolubili consertum nexu persequantur, quidquid in omnibus scandali est, pia aliorum in alios summaque animorum concordia auferentes. Quamobrem etiam mihi servo vestro in hoc enixe incubuit opera, ut quod prius lingua asserueram, id vero libens scripto consignarem, ad sanctitatis vestræ de mea fide securitatem, certamque ejus faciendam fidem, quidquid vobis de mea parvitate ex aliorum fraude suspicionis injectum erat, instituta defensione **59** amoliens. « Neque enim ferre possum, » quemadmodum ait Gregorius Theologus [k], « in me offendi aliquos, qui res nostras, tam recte, quam secus se habeant, sedulo explorant. Pulchrum enim est, nec peccando, nec laborando suspicione, quoad fieri possit ac ferat ratio, offendiculum aut scandalum vulgo ponere; quippe cum non ignoremus, quam certa, quamque atrox et acerba iis pœna constituta sit, qui unum ex pusillis scandalizaverint [k*], ab eo, qui mentiri nescit. »

Γνωρίζω τοίνυν τοῖς ἁγιωτάτοις ὑμῖν, ὡς οὐδαμῶς μοι πεφρόνηται πώποτε, κατὰ τὴν τῶν ἐπηρεαζόντων εἰσήγησιν ἡ τῶν ἀντιῤῥόπων καὶ ἐναντίων δογμάτων ὑπόληψις (x). Οὐδὲ γὰρ μίαν ἐν ταὐτῷ καὶ δύο, τουτέστι τρεῖς, κατ' αὐτοὺς, θελήσεις καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ διωμολογησάμην, ἢ συνεγραψάμην τὸ σύνολον. Θατέρῳ γὰρ θάτερον ἀνατρέπεται, πῆξιν οὐδεμίαν

Nova Monothelitarum opinio unius ac duplicis voluntatis et operationis. — Notum itaque sanctissimis vobis facio ac denuntio, mihi nunquam (ut per calumniam adversarii affingunt) æquipollentium ac contrariorum dogmatum opinionem, in mentem venisse. Non enim unam simul, duasque, id est, tres, ut illi opinantur, voluntates atque operationes in uno eodemque confessus sum, aut prorsus

[i] Psal. cxviii, 165. [k] Orat. p. 2. [k*] Matth. xviii, 6.

[v] Ed. Gregor. αἱρῃ.

NOTÆ.

indicare scriptam epistolam in ipsa Siciliæ insula, cum jam illud diverticulum sibi Monothelitæ quæsissent, ut et unam et duas in Christo operationes ponerent: quam conati sunt Maximo affingere, ac postea in eam illum trahere pro primi ejus exilii tempore, quando et ipsi Eugenii apocrisiarii in eam novam fidem sunt inducti. Videtur itaque Maximus voluisse, ut hanc Siculi ejus illibatæ fidei certum pignus haberent, ac cunctis illius obtrectatoribus opponerent, in qua non perinde cavillari liberum esset, ac in eis quæ ore tenus ad eos locutus esset. Sicque animo insinuat in proœmio. Titulus quem repræsentat Turr. *Epistola sancti Maximi ad sanctos Patres præpositos et monachos, et populos catholicos insulæ Siciliæ habitatores, contra eos qui unam in Christo operationem ponunt*, ab Antiquario palam adjectus est; quem ex aliis repræsento, ipsa sit Maximo apposita ἐπιγραφή· magis proinde probanda; uti etiam quam repræsento ex Dufrenii Codice ad Quæst. in Scripturam.

(x) *Τῶν ἀντιῤῥόπων καὶ ἐναντίων δογμάτων ὑπόληψις.* Sic Maximus novam Monothelitarum opinionem argute vocat, seu illorum damnatæ jam hæresis commentum et evasionem. Una itaque voluntate et operatione, una cum Ecthesi, Joanni IV ac cunctis Occident. necnon Sophronio Hierosolymorum episcopo, reprobata, hoc novatoribus succurrit, ut tanquam ἀντίῤῥοπον (*æquivalens, par, æquale*) unam, duasque eas dicerent: quod tamen Maximus contrarium esse contendit; ac ejusmodi, ut alterum alterum evertat. Non recte itaque Turr. *Nunquam me sensisse aut suspicatum esse de contrariis et repugantibus dogmatibus*, ut et infra, περὶ τῶν ἀντιῤῥόπων οὕτωσὶ καὶ ἐναντίων δογμάτων· *de contrariis dogmatibus:* ac si ambæ voces essent ejusdem prorsus significationis; quod longe est a vera Gramm. ἀντίῤῥοπον enim, ἰσόῤῥοπον est Suid. ἴσον, ἰσόσταθμον, ἰσόζυγον Hesych. quod perinde lancem trahit, ejusdemque ponderis est; a quo certe procul contrarii ratio est. Nec ii vero longe abesse a Monothelitarum illo genio videantur, qui nuper damnatarum Romæ propositionum acrius defensores, ac cum suo antistite, parum Thomistarum scholæ faventes, atque errantium albo, primo ipso ordine ascribentes, nunc sibi in uno Thoma, velut ei semper militaverint, præsidium quærunt: ac utinam vere quærant, ac quidquid de gratia senserint, ad illius normam, hinc plane erroris ac notæ perpetuo securi, componant. Ineptiunt enim, ni vere ἀσεβοῦντας quis malit dicere, nec magis Angelico præceptori quam ipsi Sedi apostolicæ, inque ea nuper præsidenti Alexandro VII injurii sunt, qui vel scioli vel procaces, vel invidi ac malevoli, obtinente ejus ipsius testimonio, damnatam sancti Thomæ ac Thomistarum in Jansenianam doctrinam deblaterant, aut etiam chartis illinunt atque evulgant.

Digitized by Google

scripsi. Alterum enim altero evertitur, nec ex naturalibus rationibus firmum aliquid habet, ut taceam id quod ita sentiunt, nullis veritatis testibus (nulla scilicet sanctorum Patrum auctoritate) fulciri. Nam si una, quomodo etiam duæ? Sin autem duæ, quomodo etiam una? ac quænam hæc? quæve nuncupata? Quo cum etiam ex ejus ratione ejusdem essentiæ ac naturæ est?

Si enim dicant, cum Patre, duplicem inde divinam introducunt operationem; siquidem non idcirco tertiam illam, quam finxerunt, statuunt operationem, ut ejusdem naturales operationes (divinam scilicet atque humanam) aboleant. Si enim non ut aboleant, ac quod sublatas velint, patet confiteri eos duas ejus lem divinas operationes, naturalem ac personalem. Si vero duas, plane distinctas : ex quo rursus sequitur eos plures deos sentire, quippe cum diversa atque distincta, non eadem natura intelligatur, divina in Patre Filioque operatio. Nec plures solummodo deos opinari, sed jam ne ullum quidem, ut qui nulla Filium divina præditum voluntate asserant; quippe cum naturam atque personam, cum utriusque proprietatibus misceant, idemque sentire noscantur cum Sabellio; sic nimirum Filium describentes, ut amborum ratione (tum scilicet naturæ, tum personæ) cum Patre communicet; quod ab Ecclesiæ catholicæ sensu alienum est; ut taceam fore et Patrem natura patibilem ac incarnatum, id est, factum hominem, pari illa cum Filio miraculorum passionumque operatione; siquidem **60** exceptis miraculis et passionibus, nihil aliud Filium operari aiunt, per illam sic ab eis, uti dicebam, confictam tertiam operationem; quam etiam, præter naturalem divinam, communem cum Patre unigenitum Verbum habere affirmant.

Quod si his in angustum compulsi, statuunt Filium hujus vi tertiæ operationis, haud quidem cum æterno Patre communicare, secus vero cum intemerata Matre; duas hic quoque creatas, id est, humanas, illi tribuunt operationes (naturalem rursus et personalem) utriusque nimirum ratione alienum eum a Deo et Patre statuentes, inque Arii dissectionem manibus pedibusque euntes, per Unigeniti utraque operatione perfectam a Patre, eorum sententia, dissociationem. Quin nos quoque miraculo-

ἔχον τὴν ἐκ λογισμῶν φυσικῶν· πρὸς τὸ καὶ ἁμάρτυρον εἶναι τὸ τοιοῦτον δόγμα τοῖς ἀληθείας, ἤγουν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν. Εἰ γὰρ μία, πῶς καὶ δύο· εἰ δὲ δύο, πῶς καὶ μία; καὶ τίς αὕτη; καὶ πῶς λεγομένη; καὶ τίνι κατ' αὐτὴν ὁμοεργὴς, εἴτουν ὁμοούσιος, ὁ σαρκωθεὶς καθέστηκε Λόγος;

Verbum incarnatum ejusdem operationis, hoc est,

Εἰ μὲν γὰρ τῷ Πατρὶ φήσειαν [48], διπλῆν ἐντεῦθεν εἰσάγουσι τὴν θείαν ἐνέργειαν· εἴπερ μὴ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο τοῦ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, τῆς θείας λέγω καὶ τῆς ἀνθρωπίνης, διομολογοῦσι τὴν πλαττομένην αὐτοῖς τρίτην ἐνέργειαν. Εἰ γὰρ μὴ ἐπ' ἀναιρέσει, δῆλον ὡς δύο τοῦ αὐτοῦ τὰς θεϊκὰς ἐνεργείας πρεσβεύουσι· φυσικὴν καὶ ὑποστατικήν. Εἰ δὲ δύο, διαφόρους πάντως· κἀντεῦθεν πολύθεον τὴν οἰκείαν ὑπόληψιν, ὡς ἐν ἑτερότητι καὶ οὐ ταυτότητι φυσικῇ γνωριζομένης αὐτοῖς, τῆς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ θεϊκῆς ἐνεργείας. Καὶ οὐ πολύθεον μόνον τὴν δόξαν· ἀλλ' ἤδη καὶ ἄθεον· ὡς οὐδεμίαν θεϊκὴν ἐνέργειαν ἔχειν κατασκευάζοντες τὸν Υἱὸν, ἅ τε δὴ φύσιν καὶ ὑπόστασιν ἀλλήλοις συμφύροντες, μετὰ τῶν ἑκατέρας ἰδιωμάτων· καὶ ταυτὸν σὺν Σαβελλίῳ γνωρίζοντες, ὡς καθ' ἑκατέραν τῷ Πατρὶ κοινωνοῦντα; φύσιν τε λέγω καὶ ὑπόστασιν (y), τὸν Υἱὸν ὑπογράφοντες, ὅπερ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν ἀλλότριον· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ φύσει παθητὸν τὸν Πατέρα καὶ σεσαρκωμένον, εἴτουν ἐνανθρωπήσαντα, τῇ πρὸς τὸν Υἱὸν ὁμοεργίᾳ, τῶν τε θαυμάτων ὁμοίως καὶ παθημάτων. Εἴ γε μὴ ἄλλο τι παρὰ τὰ θαύματα καὶ τὰ πάθη φασὶν ἐνεργεῖν τὸν Υἱὸν, κατὰ τὴν, ὡς εἴρηται, πλαττομένην αὐτοῖς τρίτην ἐνέργειαν· ἢ καὶ κοινωνεῖν, πρὸς τῇ κατὰ φύσιν θείᾳ, τῷ Πατρὶ τὸν μονογενῆ Λόγον ὑπαγορεύουσιν.

Εἰ δὲ τούτοις στενοχωρούμενοι, μὴ τῷ ἀνάρχῳ μὲν Πατρί· τῇ δὲ ἀχράντῳ μητρὶ (z) κοινωνεῖν κατὰ ταύτην ὁρίζονται τὸν Υἱὸν τὴν τρίτην ἐνέργειαν, δύο κἀνταῦθα παρέχουσιν αὐτῷ κτιστὰς, ἤγουν ἀνθρωπικὰς ἐνεργείας· φυσικὴν αὖθις καὶ ὑποστατικήν· ἀλλοτριοῦντες αὐτὸν δηλαδὴ, καθ' ἑκατέραν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· καὶ τῇ Ἀρείου συνεκφερόμενοι διατομῇ, κατὰ τὴν ἐν ἀμφοτέραις ἐνεργείαις τοῦ Μονογενοῦς πρὸς τὸν Πατέρα τελείαν κατ' αὐτοὺς ἀποξένωσιν. Ὅπου γε καὶ ἡμᾶς θαυματουργοὺς,

[48] Fr. φήσοιεν.

NOTÆ.

(y) *Φύσιν τε λέγω καὶ ὑπόστασιν.* Istud, quod superioris explicatio est, τοῦ καθ' ἑκατέραν, *secundum utramque naturam scilicet et personam;* Turr. velut absolutum facit relatum ad ὑπογράφοντες, quo mihi ejus propositio non ferenda videtur, dum sic scribit, quasi Maximi sententiam reddens. *Describentes, inquam, Filium esse naturam et hypostasim, quod est ab Ecclesia alienum.* Ego non sic didici, nec me docuit Maximus; imo hunc Ecclesiæ catholicæ sensum accepi: nulla enim naturæ et hypostasis in Filio oppositio, ut non Catholice utrumque dici debeat, etsi idem duntaxat ratione naturæ cum Patre communicet, non ratione personæ; unumque hoc alienum dicat Maximus ab Ecclesia catholica, id est, cum eo communicare ratione utriusque, quod est personalem amborum oppositionem, ac proinde distinctionem, Sabelliano errore, tollere. Sic pronum in theologia, ex verbis incaute prolatis, in hæresim incidere, aut certe hæreticam pro Catholica propositionem dare.

(z) *Τῇ δὲ ἀχράντῳ Μητρί.* Turr. quod est adversative, quasi conjunctive ponit, *et cum Matre Virgine;* quod forte error typorum est, pro, *sed;* ut et quod paulo post sequitur, impugnando tertiam illam totius seu personæ operationem, ὅπερ ἀδύνατον· *quod est possibile*, pro *impossibile.* Potuit Jac. Gretseri edendo sodalis posthumum hoc opus, sodalior opera elucere.

Digitized by Google

ἀλλ' οὐχὶ μόνον φύσει παθητοὺς ἀποφαίνουσιν· εἴ γε τῇ τρίτῃ κατ' αὐτοὺς, ἢ ὡς ἐκείνοις φίλον καλεῖν, τῇ τοῦ ὅλου, τουτέστιν, τῇ τῆς ὑποστάσεως ἐνεργείᾳ, τὸ συγγενὲς πρὸς ἡμᾶς ἀποσώζειν φασὶ τὸν Χριστόν· καθ' ἣν ἑκουσίως, οὐ τὴν πεῖραν μόνον προσιέμενον τῶν παθημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν τῶν θαυμάτων ἐπιδεικνύμενον, τοῦτον εἰκότως ἐπιγινώσκουσιν, ὅπερ ἀδύνατον. Οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἢ θέλησιν, ἢ φύσιν τὸ σύνολον, θείαν ἐν ταὐτῷ καὶ ἀνθρωπίνην ὑπάρχειν· ἢ ἄκτιστον, καὶ κτιστόν· ἢ ἄναρχον, καὶ ἠργμένην· ἢ σύνθετον, καὶ ἀσύνθετον· ἵνα τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ πρὸς ἑκάτερον, τόν τε Πατέρα φημὶ καὶ τὴν Μητέρα, τὸ συγγενὲς ἀποσώζῃ φύσει καὶ ἀπαράλλακτον ὁ Υἱός· ἢ τὰ ἑκάτερα δρᾷ κατὰ τὴν αὐτὴν, τά τε θεῖα λέγω φύσει καὶ τὰ ἀνθρώπινα. Τοῦτο γὰρ οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάττοντες ἐννοήσαιεν.

Εἰ δὲ ἀδύνατον, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἢ θέλησιν, ἢ φύσιν, θείαν ἐν ταὐτῷ φύσει τυγχάνειν καὶ ἀνθρωπίνην· ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἑκατέροις, Πατρί φημι καὶ Μητρὶ κοινωνεῖν, ἢ ἑκάτερα δρᾷν, τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα τὸν Υἱόν· προσῳῦῶς δὲ μᾶλλον, ὡς εἴρηται· τῇ μὲν θείᾳ, τὰ θεῖα, τῇ δὲ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπίνῃ, τὰ ἀνθρώπινα· μετὰ μέντοι τῆς θατέρου κοινωνίας καὶ συμφυΐας, ἀλλ' οὐ διῃρημένως· ἆρα καὶ ἀνώνυμος ὡς ἀνύπαρκτος, ἡ τρίτη κατ' ἐκείνους ἐνέργεια, μηδενὶ κυρουμένη λόγῳ τε θείῳ, καὶ Πατρὶ παντελῶς.

Καὶ τί τῷ ὅλῳ παρέχομεν, φασὶν, εἰ μὴ τὴν μίαν ὡς ἑνὶ τῷ ὅλῳ διὰ τὴν ἕνωσιν διδοῦμεν ἐνέργειαν; ἀλλ' ἠγνόησαν, ὅ τι καὶ λέγουσιν, οἱ ταῦτα προφέροντες. Οἰόμενοι γὰρ ἄλλο τι τὸ ὅλον εἶναι παρὰ τὰ αὐτοῦ εἰκεῖα μέρη, ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς συνέστηκεν, ἰσχυρίζονταί πως ὀφείλειν, οὐκ ἐξ ἀποδείξεως, ἀλλ' ἀποφάνσεως, καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸ κατὰ φύσιν τοῖς μέρεσιν ἐνυπάρχον, τῷ ὅλῳ προστάπτειν ὡς ὅλῳ· φημὶ δὴ, τὴν μίαν ἐνέργειαν. Δείξουσιν οὖν πρότερον, ἑτέραν παρὰ τὴν τῶν οἰκείων μερῶν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ ὅλον· καὶ εἶθ' οὕτως αὐτῷ καὶ ἑτέραν, ὡς ὅλῳ, παρὰ τὰς ἐνυπαρχούσας τοῖς μέρεσιν οὐσιώδεις ἐνεργείας, προσνέμωσιν αὖθις ἐνέργειαν. Εἰ δὲ μὴ ἑτέραν κατὰ φύσιν ὕπαρξιν, οὐδ' ἑτέραν ὁτιοῦν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν τῷ ὅλῳ παρὰ τὰς τῶν μερῶν ἀποδώσωσιν. Ἑκάτερα γὰρ κατὰ φύσιν ὢν ὁ Χριστός· Θεὸς γὰρ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· τὰ ἑκατέρας ἴδια φύσεως κατὰ φύσιν ἔχει· τήν τε θείαν φημὶ θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην θέλησιν καὶ ἐνέργειαν· ἀλλ' οὐχὶ μίαν μόνην, ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν· ἢ ἄλλην πρὸς ταῖς δυσὶ κατὰ φύσιν· τουτέστι, τρεῖς ἐνεργείας τε καὶ θελήσεις.

Ἑκατέραν τοίνυν, ὥσπερ οὐσίαν, οὕτω καὶ ἑκατέραν οὐσιώδη θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, τῷ αὐτῷ

A rum effectores, non vero solum natura patibiles, asserunt; siquidem penes tertiam illis invectam operationem, vel (ut ipsi libentes vocant) quæ sit totius (id est, personæ) operatio, aiunt constare Christo nobiscum affinitatem; secundum quam voluntarie, non solum passionum cum sensum admittere ac periculum, haud immerito agnoscunt, verum etiam miraculorum exhibere potentiam, quod plane impossibile est. Non enim fieri potest, ut una eademque operatio, sive voluntas aut omnino natura, simul et semel divina sit atque humana, aut creata et increata, vel principii expers ac cœpta, aut composita et compositione vacans; ut eadem ipsa unaque Filius cum ambobus (Patre scilicet et Matre) naturalem ac invariabilem affinitatem retineat, aut per eamdem utraque operetur, tum quæ natura divina sunt, tum quæ humana. Hoc namque nec iis qui hircocervos fingunt, unquam in animum venerit.

B

Sin autem fieri non potest, ut una eademque operatio, vel voluntas, aut natura, divina simul natura sit et humana, vel ut Filius secundum unam eamdemque operationem cum ambobus (Patre scilicet ac Matre) communionem habeat, aut utraque operetur divina pariter atque humana; quin potius pro cujusque apte ratione, uti dictum est; divina quidem, divina; humana autem, humana, cum alterius tamen communione ac cohæsione; sed non divise: ergo etiam nulla vel nomine, ut quæ nec vere sit, tertia illorum operatio est, quam divina **61** nulla auctoritas ac Scriptura, nemoque prorsus Patrum statuat.

C

Quid vero, inquiunt, toti præbebimus, nisi unam illi ut uni unionis causa operationem tribuamus? Verum ignorant id ipsum quod loquuntur, qui hæc enuntiant. Existimantes enim aliud quid esse totum præter ejus proprias partes, ex quibus et in quibus consistit; non velut id certa ratione probent, sed quasi ipsi pro arbitrio sententiam ferant, necesse affirmant, ut et aliud quid præter id quod partibus natura inest, toti ut totum est (una scilicet operatio) adjungatur. Ostendant igitur prius, aliam totum exsistentiam habere ac substantiam, quam quæ suarum est partium; sicque ei ut toti, præter essentiales operationes quæ partibus insunt, aliam rursus operationem tribuant. Sin autem non aliam naturalem exsistentiam ac substantiam tribuunt, nec utique naturalem aliam operationem, quam quæ partium sunt, toti ascribant. Cum enim Christus utrumque sit per naturam (idem enim Deus est et homo natura) quæ utriusque naturæ propria sunt, hæc habet; tum nempe divinam voluntatem ac operationem, tum et humanam itidem; at non unam duntaxat, qua naturalis duplex operatio perimatur; aut aliam præter duas naturales, quo tres ejus operationes ac voluntates exsistant.

D

Quemadmodum igitur utramque essentiam, sic et essentialem voluntatem ac operationem, uni ei-

Digitized by Google

demque Christo natura tribuimus. Quanquam enim ejus partium distinctionem considerantes, ejus divinitati divina, atque ejus humanitati humana convenienter ascribimus; ob unionem tamen, quæ sunt propria utriusque naturæ, utrique vicissim ac reciproca commutatione adjungimus. Ex quo est, ut et Deum patibilem adversus peccatum dicamus, et carnem « assumptam unctam deitate, idque ffectam, quod id a quo uncta est; ausimque :icere, æque Deum » (ὁμόθεον) ut Gregorius Theo-ogus loquitur; « nec divina divine operatum; » er carnem enim anima intelligente prædita-, ique personaliter unitam; non nuda deitate, ut rius : « nec humana more hominis; quippe infinitæ virtutis licentia, non ulli necessitati obnoxium. Non enim velut in nobis, quod Verbum assumpta carne passione defungebatur, pœnæ solutio erat, sed quam nostri causa exinanitionem elegerat. Eidem tamen ut toti, unique ac **62** soli Christo natura quæ sunt naturarum, ex quibus exsistit, universa tribuimus, uno duntaxat excepto peccato : quo fit, ut patibilem eumdem et non patibilem, increatum et creatum, circumscriptum et incircumscriptum, terrenum et cœlestem, aspectabilem et qui mente intelligatur, qui capiatur et a nullo, quod natura est, capi possit, confitemur. Sin autem rursus his circumscripti atque explosi, effectum duarum ejus naturalium operationum, quæ scilicet Salvator Deus in homines divina signa ederet; ut est resurrectio, vel assumptio, vel leprosi mundatio, sive aliud quid ejusmodi portentorum patrabat, unam eamdemque operationem esse dicant, ne sic quidem bonæ speciem rationis habet, quod dicunt. Non enim unum Salvatoris divinum signum, sed et plura et infinita scimus, de quibus ait summus ille theologus Joannes, *Si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere libros, qui scribendi sunt* [1].

καὶ μόνῳ Χριστῷ κατὰ φύσιν προσνέμομεν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν διαφορὰν τοῦ αὐτοῦ μερῶν θεωροῦντες, τῇ θεότητι τοῦ αὐτοῦ τὰ θεῖα, καὶ τῇ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητι τὰ ἀνθρώπινα προσφόρως παρέχομεν· ἐμπαλιν δὲ διὰ τὴν ἕνωσιν, τὰ ἑκατέρας ἴδια φύσεως κατὰ ἀντίδοσιν τῇ ἑτέρᾳ προσάπτομεν· ἐξ οὗ καὶ Θεὸν παθητὸν κατὰ τῆς ἁμαρτίας φαμὲν καὶ σάρκα· « προσειλημμένην καὶ γενομένην ὅπερ τὸ χρῖσαν· καὶ θαῤῥῶ λέγειν, ὁμόθεον, » κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον [49]· οὔτε κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσαντα· » διὰ σαρκὸς γὰρ, νοερῶς ἐψυχωμένης, καὶ ἐνωθείσης αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν [50]· ἀλλ' οὐ γυμνῇ θεότητι, καθὼς τὸ πρότερον· « οὔτε τὰ ἀνθρώπινα κατὰ ἄνθρωπον· » κατ' ἐξουσίαν ἀπειροδύναμον, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκῃ ὑπεύθυνον. Οὐ γὰρ ἔκτισις ἦν, ὡς ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ κένωσις ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου τὸ πάθος. Ὅμως δ' οὖν ὡς ὅλῳ τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ Χριστῷ κατὰ φύσιν, ὅλα παρέχομεν τὰ τῶν, ἐξ ὧν ἐστι, φύσεων, μόνης δίχα τῆς ἁμαρτίας· διὸ καὶ παθητὸν καὶ ἀπαθῆ τὸν αὐτόν· ἄκτιστον καὶ κτιστόν· περιγραπτὸν καὶ ἀπερίγραπτον· ἐπίγειον καὶ οὐράνιον· ὁρώμενον καὶ νοούμενον· χωρητὸν καὶ ἀχώρητον κατὰ τὴν φύσιν, ὁμολογοῦμεν. Εἰ δὲ τούτοις αὖθις περιγραφόμενοι τὸ ἀποτέλεσμα τῶν δύο τοῦ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, τουτέστι, τὴν εἰς ἄλλους [ἀνθρώπους] τῷ Σωτῆρι Θεῷ γιγνομένην θεοσημείαν (*a*)· οἷον, τὴν ἀνάστασιν, ἢ τὴν ἀνάληψιν, ἢ τὴν κάθαρσιν, ἤ τι τῶν τοιούτων τερατουργημάτων, ἐνέργειαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν φασὶν, οὐδ' οὕτως εὐάφορμος ἐκείνοις ὁ λόγος. Οὐδὲ γὰρ μίαν ἴσμεν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς καὶ ἀπείρους τὰς τοῦ Σωτῆρος θεοσημείας, περὶ ὧν φησιν ὁ θεολογικώτατος Ἰωάννης, *Ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδ' αὐτὸν οἶμαι χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία τὸν τῆδε κόσμον.*

Præterea, si ex iis quæ extra fiunt, nec in alio quopiam (nedum in ipso, qui est super omnia, Dei Verbo nostri causa incarnato) essentialem prorsus rei substantiam novimus, sed ex naturalibus in ipso exsistentibus ac insignientibus proprietatibus (perindeque dicas, naturalibus voluntatibus et operationibus) agnoscimus : alioqui sane etiam fabrum definiant, animal lignarium, non vero rationale neque mortale, cujus naturam ex sede puta aut scabello declarent, non ex proprietatibus ad essen-

Ἔπειτα καὶ τοῖς ἐκτὸς γινομένοις, οὔτε ἐπ' ἄλλου μέν τινος τῶν ὄντων, μή τί γε δεῖ λέγειν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα Θεοῦ λόγου δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος, τὴν οὐσιώδη παντελῶς ἐπιγινώσκομεν ὕπαρξιν· ἀλλ' οἷς αὐτὸς ἐν αὐτῷ χαρακτηρίζεται φυσικοῖς ἰδιώμασι· ταυτὸν δὲ φάναι θελήσεσι φυσικαῖς καὶ ἐνεργείαις· ἢ οὕτω δ' ἄν, καὶ τὸν τέκτονα ζῶον ξυλουργὸν, ἀλλ' οὐ λογικὸν, οὐδὲ θνητόν· ὁρίσοιντο ἄν, τὴν τούτου φύσιν ἐκ τοῦ θώκου τυχὸν, ἢ τοῦ σκίμποδος, ἀλλ' οὐ τῶν οὐσιωδῶς

[1] Joan. xxi, 25.

[49] Orat 42. [50] Dionys.; epist. 4, ad Caium.

NOTÆ.

(*a*) *Τὴν εἰς ἄλλους γιγομένην θεοσημείαν.* Sic quoque Turrian. *Miraculum a Salvatore Deo factum aliis.* Mihi tamen non suadeo, quin legam, εἰς ἀνθρώπους. Nam quæ exempla ponit Maximus, τὴν ἀνάστασιν, τὴν ἀνάληψιν· *resurrectionem in cœlum receptionem*, secundum ejus verum et planum sensum, ipsa vere divina signa et miracula, non εἰς ἄλλους exhibita dici possint *in alios;* bene tamen εἰς ἀνθρώπους, *in homines:* nam et ipse vere homo Salvator Deus, sic virtute divinitatis suscitatus, ut Paulus testis est, et in cœlum levatus. Decoquit Turrianus. Qui de aliorum suscitatione et curatione exponeret (nam et ἀνάληψις probatis auctoribus et grammaticis θεραπεία est, et ἀνάῤῥωσις) nihil quidem is peccaret retinendo εἰς ἄλλους, quod et mihi primum placuerat: sed id duriusculum, et remotius a Maximi ecclesiastica styli simplicitate, qua libenter sacris ipsis ac receptis vocibus utatur : alias proclive admodum mutari τὸ ἀνοῦς breviatum, quod est, ἀνθρώπους, in ἄλλους.

Digitized by Google

συνιστώντων αὐτὴν ἰδιωμάτων γνωρίζοντες · ὅπερ κἂν ἐννοεῖν, ἀμαθές. Ὅθεν φύσει Θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν κυρίως, οὐχ ἑτέρωθεν ὄντα διαγινώσκομεν, ἢ ἐκ τῶν θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς χαρακτηριζόντων αὐτὸν, ἐμφύτων ἰδιωμάτων · τῆς τε θείας, ὡς ἔφην, θελήσεως καὶ ἐνεργείας, καὶ τῆς ἀνθρωπικῆς τοῦ αὐτοῦ θελήσεως καὶ ἐνεργείας · αἷς, καὶ δι' ὧν, ὃ ἦν καὶ γέγονεν ἐπισφραγίζει · θαυματουργῶν μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς ὡς Θεὸς ἑκουσίως · πάσχων δὲ δι' ἡμᾶς ὁ αὐτὸς ἑκουσίως ὡς ἄνθρωπος · ὡς οὐκ ἄλλο τι παρὰ τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶ γνωριζόμενος, οἷόν τι νόθον καὶ μεταίχμιον, ἤγουν τρίτον ἀποτέλεσμα, κατὰ τὴν τῶν ἡμιόνων παράδειξιν · ὡς ἡ τῶν κενολόγων [81] αἱρετικῶν μυθοπλαστία τερατολογεῖ, τοῦ εὐσεβοῦς ἀποσφαλεῖσα τῶν ἁγίων Πατέρων κηρύγματος ἀλλ' αὐτὰ κατ' ἀλήθειαν κυρίως ὤν, τὰ ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς κατ' ἀλήθειαν κυρίως ἐστίν. Ἐκ θεότητος γὰρ καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι κατὰ φύσιν ὑπάρχων, Θεὸς φύσει καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Χριστός · καὶ ἄλλο τὸ παράπαν οὐδέν.

tiam spectantibus ac eam constituentibus; quod vel cogitare, inscitia est. Unde natura Deum, eumdemque vere ac proprie hominem, non aliunde quam ex proprietatibus, natura insitis, quibus divina simul humanaque ratione insigniatur (tum scilicet ex divina, ut dixi, voluntate et operatione, tum ex humana ejusdem voluntate et operatione) dignoscimus; quibus ac per quas, quod erat factusque est, obsignat; edens sponte miracula, ut Deus, humanaque majore potestate; idemque sponte patiens, ut homo, nostri causa : velut nimirum qui non aliud quid, præter ea ex quibus et in quibus ac quæ exsistit, esse noscatur, ceu fere quid spurium mediumque (id est, tertium quid ac anceps mulorum instar) effectus, ut hæreticorum vana loquentium fabulosa loquacitas, a sanctorum Patrum pia prædicatione devia, monstrose comminiscitur; **63** sed illa ipsa revera proprie exsistat, ex quibus et in quibus revera proprie est. Ex deitate enim et humanitate, atque in deitate et humanitate natura exsistens, Deus natura et homo, nec prorsus quidquam aliud, Christus est.

Καὶ πῶς, φασὶ, Κύριλλος ὁ σοφὸς μέσην τινὰ τάξιν τῶν ἐπὶ Χριστοῦ φωνῶν διαγορεύει φρονεῖν, οὑτωσὶ πρὸς Ἀκάκιον γράφων · « Αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς · αἱ δὲ, οὕτω πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς · αἱ δὲ μέσην τινὰ τάξιν ἔχουσι [82]. Καὶ τί τοῦτο συμβαλεῖταί ποτ' ἂν ἐκείνοις πρὸς τὴν οἰκείαν ὑπόληψιν ; » Οὐ γὰρ ἐκ μεταβολῆς, ἢ ἀποβολῆς τῶν ἄκρων, θεότητός φημι τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀνθρωπότητος · ἢ θείας τοῦ αὐτοῦ καὶ ἀνθρωπίνης θελήσεως καὶ ἐνεργείας, ἕτερόν τι μέσον, ἤγουν μεταίχμιον ἀποτέλεσμα, μηδετέρᾳ φύσει τῶν ἐξ ὧν ἐστι κοινωνοῦν · ἢ πάλιν, ἐνέργειάν τινα σύνθετον ὄντα κατ' αὐτοὺς, ἢ ἔχοντα παραδίδωσιν ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὅτι ταῦτα μὲν κυρίως ἐστὶ, τὰ ἐξ ὧν ἐστιν · οὐ διῃρημένως δὲ ταῦτα κατονομάζεται · ὁμοῦ δὲ, καὶ ἐν ταυτῷ τούτων ἑκάτερον, ὡς ἐξ ὧν καὶ μόνος ὁ Χριστός. Καὶ μαρτυρεῖ περὶ τούτων αὐτὸς ὑπεραπολογούμενος τῶν Ἀνατολικῶν ἐπισκόπων, καὶ γράφων πρὸς Ἀκάκιον οὕτως, « Οἱ δέ γε κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ, μερίζουσι μὲν κατ' οὐδένα τρόπον τὰ ἡνωμένα · διαιρεῖσθαι δὲ μόναι διατείνονται τὰς ἐπὶ τοῦ Κυρίου φωνάς · πρέπειν τε τὰς μὲν τῇ θεότητι αὐτοῦ, τὰς δὲ τῇ αὐτοῦ πάλιν ἀνθρωπότητι. Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος · εἶναι δέ φασι καὶ ἑτέρας κοινοποιηθείσας τρόπον τινὰ, καὶ οἷον ἐπ' ἀμφὼ βλεπούσας · θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα λέγω · οἷόν τί φημι, αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς, αἱ δὲ οὕτω πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς · αἱ δὲ μέσην τινὰ τάξιν ἔχουσιν [83], ἐμφανίζουσαι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον ὁμοῦ τε καὶ ἐν ταὐτῷ. » Δέδειχε τοιγαροῦν ἡμῖν ὁ διδάσκαλος, μέσην τάξιν εἶναι φωνῶν, οὐχ ἕτερόν τι τὸν Χριστὸν εἶναι σημαινουσῶν παρὰ τὰ ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶν, ὥς τινες ὑπειλήφασιν · ἀλλὰ τὸν Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον

Et quomodo, inquiunt, sapientissimus Cyrillus medium quemdam ordinem vocum in Christo se sentire profitetur, in hæc verba ad Acacium scribens : « Inter voces, quæ Christo tribuuntur, quædam divinitati potissimum conveniunt; aliæ autem magis ad humanitatem pertinent : aliæ denique quasi medium quemdam ordinem obtinent. » Quid vero hoc unquam, quo suam tueantur opinionem, illis contulerit? Non enim ex mutatione, aut repudio ac amissione extremorum Christi (scilicet deitatis ac humanitatis, sive divinæ ejus atque humanæ voluntatis ac operationis) aliud quid medium, sive interjectum effectum, cum neutra partium ex quibus est, communicantem; aut qui rursus, in eorum sententia, operatio quædam composita sit, vel ea præditus; quibus sic loquitur, nobis tradit Cyrillus; sed, esse eum vere, ea, ex quibus est; haud tamen ea seorsim divisisque partibus vocari, sed simul utraque, ut qui unus Christus ac singularis sit. Testatur hæc ipse, cum orientales episcopos defendens, in hæc verba ad Acacium scribit: « At vero Antiocheni fratres, quæ quidem inter se unita sunt, nullo pacto distrahunt : sed solas voces, quæ de Christo dicuntur, secernendas contendunt; atque alias quidem ejus divinitati, alias vero ejus rursus humanitati congruere. Idem enim Deus et homo est. Addunt nihilominus quasdam esse quodammodo communes, et velut ad utramque naturam spectantes, divinitatem scilicet et humanitatem. Quod dico, ejusmodi est. Inter voces, quæ Christo tribuuntur, quædam divinitati potissimum conveniunt; aliæ autem magis ad humanitatem pertinent : aliæ denique quasi mediæ sunt, quæ Filium Dei, Deum et hominem simul esse declarent. » Ostendit igitur nobis ille esse mediam classem

[81] Fr. κενολογούντων. [82] Ed. ἐπέχουσι. [83] ἐπέχουσι.

Digitized by Google

vocum, non quæ significent esse Christum aliud quid, præter illa ex quibus, et in quibus, ac quæ est, ut quidam opinati sunt; sed quæ eumdem Deum esse atque hominem natura ostendant. Hisque probandis, divinas affert Scripturas, ita loquens : « Etenim cum Philippo dicit : *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Qui vidit me, vidit et Patrem* [m]; et : *Ego, et Pater unum sumus* [n]: vocem **64** divinitati maxime convenientem proferre affirmamus. Cum vero Judæorum turbas increpans, ait : *Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ utique faceretis. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis : hoc Abraham non fecit* [o] : ejusmodi exponere dicimus, quæ homini proprie competunt. Verumtamen hoc ita accipiendum est, ut et illæ quæ Divinitati conveniunt, et illæ rursus quæ ad humanitatem pertinent, uni tantum Filio ascribantur. Medias autem voces illas esse asseveramus, ut cum beatus Paulus scribit : *Jesus Christus heri, et hodie; idem et in sæcula* [p]. Et rursus : *Unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos ex ipso : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* [q]. Ac rursus : *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen* [r]. En enim, en, nominato Christo Jesu, eumdem illum heri et hodie esse dicit, et in sæcula; ac per illum facta esse omnia. Illum quoque qui ex Judæis secundum carnem, Deum super omnia appellat; quin et in sæcula benedictum, Amen, dicit. Ne in his igitur, quæ de Domino dicuntur, voces diviseris. Simul enim complectuntur, et quod Deo convenit, et quod homini. Quin potius illas tanquam uni, Filio tribue, nempe Deo Verbo incarnato. » His verbis Spiritus, docuit nos doctor, ipsas quoque medias voces nihil penitus aliud in Christo significare, quam quod Deum simul, atque hominem deceat : unde et illi has indivise tribuendas jubet, ut qui Deus idem et homo, nec aliud prorsus quidquam, uti dicebam, exsistat.

Atqui ipse quoque unam, inquiunt, in Christo confitetur operationem. Sic enim ait, Joannem evangelistam exponens : « Ac sane, cum archisynagogi puellam excitavit, dicens : *Puella, surge;* tenuit manum ejus, sicut scriptum est [r'] : vitam quidem reddens jussu omnium opifice, tanquam Deus; ac rursus reddens vitam, etiam tactu propriæ carnis, unam atque affinem amborum munere operationem edens. » Verum hoc quoque sane apertam nimis habet doctoris sententiam; haud scilicet unam ipsum, ambarum, ex quibus unus ac singularis Christus, substantiarum, ut quidam putaverint, statuere operationem; siquidem ad Hermiam pronuntiat, dicens : « Operabuntur **65** enim simili-

A τὸν αὐτὸν κατὰ φύσιν ὑπάρχειν. Καὶ παρακομίζει πρὸς ἀπόδειξιν τούτων τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς οὕτως φάσκων· « Ὅταν μὲν τῷ Φιλίππῳ λέγῃ, *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ ἐστιν; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα*· καὶ, *Ἐγὼ, καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμέν*, θεωπρεπέστατην εἶναι διαβεβαιούμεθα τὴν φωνήν. Ὅτε δὲ ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἐπιπλήττει δήμοις, ἐκεῖνο λέγων, *Εἰ τέκνα ἦτε τοῦ Ἀβραὰμ, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν· νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν*· ἀνθρωποπρεπῶς εἰρῆσθαι τὰ τοιαῦτά φαμεν. Πλὴν τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ τὰς θεοπρεπεῖς, καὶ μέντοι τὰς ἀνθρωπίνας.

B Μέσας δὲ εἶναι φωνὰς ἐκείνας διαβεβαιούμεθα, οἷον, ὅταν ὁ μακάριος γράφῃ Παῦλος, *Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.* Καὶ πάλιν· *Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.* Καὶ πάλιν· *Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.* Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ Χριστὸν Ἰησοῦν ὁ ὀνομάσας, χθὲς καὶ σήμερον τὸν αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ δι' αὐτοῦ γενέσθαι τὰ πάντα· καὶ τὸν κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων,

C ἐπὶ πάντας ὀνομάζει Θεόν· καὶ μὴν εὐλογητὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Μὴ τοίνυν διέλῃς ἐν τούτοις τὰς ἐπὶ τοῦ Κυρίου φωνάς. Ἔχουσι γὰρ ἐν ταυτῷ τὸ θεοπρεπὲς καὶ ἀνθρώπινον· ἐφάρμοσον δὲ μᾶλλον αὐτὰς ὡς ἑνὶ τῷ Υἱῷ, τουτέστι, Θεῷ Λόγῳ σεσαρκωμένῳ. » Τούτοις δὴ τοῖς λόγοις τοῦ Πνεύματος καὶ αὐτὰς ἡμῖν ἀποδέδειχεν ὁ Διδάσκαλος τὰς μέσας φωνὰς, μηδὲν καθοτιοῦν ἕτερον ἐπὶ Χριστοῦ σημαινούσας, ἢ τὸ θεοπρεπὲς ἐν ταὐτῷ καὶ τὸ ἀνθρώπινον· ὅθεν αὐτῷ ταύτας καὶ ἐφαρμόζειν ἀδιαιρέτως παρακελεύεται δεῖν, ὡς Θεῷ τῷ αὐτῷ, καὶ ἀνθρώπῳ φύσει τυγχάνοντι· καὶ ἄλλο τὸ παράπαν, ὡς ἔφην, οὐδέν.

Καὶ μὴν ἐπὶ Χριστοῦ, φασὶ, μίαν καὐτὸς ὁμολογεῖ τὴν ἐνέργειαν. Οὕτω γὰρ τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἑρμηνεύων διέξεισι [s'], « Καὶ γοῦν, ὅτε τοῦ Ἀρχισυναγώγου τὸ κόριον διανίστη, λέγων· *Ἡ*

D *παῖς, ἐγείρου*· ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, καθὼς γέγραπται· ζωοποιῶν μὲν ὡς Θεὸς, τῷ παντουργῷ προστάγματι· ζωοποιῶν δ' αὖ πάλιν, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκός· μίαν τε καὶ συγγενῆ δι' ἀμφοῖν [s''] ἐπιδεικνὺς τὴν ἐνέργειαν. » Ἀλλὰ τοῦτο δὴ καὶ λίαν ἀπερικάλυπτον ἔχει τοῦ διδασκάλου τὴν ἔννοιαν· ὅτι μὴ ἑκατέρων τῶν ἐξ ὧν ὁ εἷς καὶ μόνος ὑπάρχει Χριστὸς οὐσιῶν μίαν ὁρίζεται τὴν ἐνέργειαν, ὡς ἄν τινες ὑποτοπήσοιεν· εἴπερ πρὸς Ἑρμείαν αὐτὸς ἀποφαίνεται, λέγων· « Ἐνεργήσαι γὰρ ὁμοίως

[m] Joan. XIV, 9, 10. [n] Joan. X, 30. [o] Joan. VIII, 39, 40. [p] Hebr. XIII, 8. [q] I Cor. VIII, 6. [r] Rom. IX, 5. [r'] Luc. VIII, 54.

[s'] Tom. IV in Joan. pag. 361. [s''] Non bene Nicol. Borbon. *utriusque opera.* Interpret. VI synod. *per utraque.*

Digitized by Google

τὰ τὴν αὐτὴν λαχόντα φύσιν· οἷς δὲ ὁ τοῦ πῶς εἶναι λόγος ἐξηλλαγμένος, τούτοις ἂν εἴη καὶ ὁ τῆς ἐφ' ἅπασιν ἐνεργείας λόγος οὐχ ὁ αὐτός. Τὰ γὰρ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ὄντα, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁμολόγηνται. » Δυοῖν οὖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ πρὸς ἑαυτὸν εἰσάγειν ἀπομαχόμενον τὸν διδάσκαλον, ἢ τὴν αὐτὴν ἀποδιδόντα φύσιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ τὴν αὐτήν· ἀλλ' οὐκ ἐξηλλαγμένας ὑπαγορεύειν τὰς φύσεις, εἰς ταυτὸν ἀλλήλαις ἰούσας τῷ ἀπαραλλάκτῳ τῆς ἐνεργείας. « Τὰ γὰρ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ὄντα, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁμολόγηνται, » φησίν[56]. Εἰ δὲ ἑκάτερον ἁρμόττει, τό[57] τε πρὸς ἑαυτὸν ἀσυμβάτως ἔχειν, καὶ τὸ μὴ παρηλλαγμένας ἐπὶ Χριστοῦ πρεσβεύειν τὰς ἐξ ὧν ἐστὶ φύσεις, δῆλον ὡς οὐ μίαν ἑκατέρων τῶν οὐσιῶν, ἤγουν τοῦ ἐξ αὐτῶν συγκειμένου Χριστοῦ, παραδίδωσι τὴν ἐνέργειαν· διὰ τοῦ φάναι, « Μίαν τε καὶ συγγενῆ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεικνὺς τὴν ἐνέργειαν· » ἀλλὰ Θεὸν ὄντα φύσει, καὶ σαρκωθέντα παρίστησι τὸν ὑπερούσιον Λόγον, τὴν ζωοποιὸν αὐτοῦ φύσει καὶ θείαν ἐνέργειαν, ἀσωμάτως τε προάγειν καὶ διὰ σώματος. Συγγενῆ γὰρ εἰπών, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν αὐτὴν δι' ἀμφοῖν, προστάγματός τε παντουργοῦ καὶ ἁφῆς τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, ἐκφαινομένην τοῖς θαύμασι ζωοποιὸν ἐνέργειαν ἐπεσήμανε· ὥσπερ καὶ τὸ πῦρ ἀΰλως τε καῖον καὶ δι' ὕλης, τὴν αὐτὴν ἑκατέρως καυστικὴν ἐπιδείκνυται δύναμιν. Οὐκοῦν, οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀνθρωπικῆς ἐνεργείας, ταῦτα φησὶν ὁ διδάσκαλος· σαρκὸς γὰρ ἁφὴν εἰρηκὼς, τὴν ἀνθρωπίνην ἐκδήλως ἐσήμανεν· εἴπερ ἡ ἁπτικὴ, τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας σαφὴς ἐστιν ἀπόδειξις· ἀλλ' οὔτε πρὸς ταῖς κατὰ φύσιν δυσὶν ἑτέραν παρ' αὐτοῦ παραδέδωκεν· ἀλλὰ τὴν ζωοποιὸν φύσει, καθὰ λέλεκται, δι' ἀμφοῖν· προστάγματός τε καὶ ἁφῆς ἐνέργειαν, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ Λόγου προερχομένην δεδήλωκεν.

Εἰ δὲ τούτοις περισχεθέντες τοῖς τῶν Πατέρων εὐσεβέσι κηρύγμασι, τὴν πρὸς Ἀχίλλιον Ἡρακλειανοῦ παρακομίζουσιν ἐπιστολὴν, καθ' ἣν ὑποβάλλουσι καὶ μίαν πρὸς ταῖς δυσὶ φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν, ὡς ὅλου, καὶ κίνησιν[57], αὐτοὶ ταύτην ἑρμηνευέτωσαν. Ἔχει γὰρ ὧδε τὸ γράμμα· « Μία μὲν ἡ καθ' αὐτὴν ὅλη τοῦ Κυρίου φύσις τε καὶ κίνησις· δύο δὲ αἱ κατὰ ἀναφοράν. Μία μὲν ἡ τῶν μερῶν κίνησίς τε καὶ φύσις κατ' οἰκείωσιν· δύο δὲ, αἱ καθ' αὐτάς. Κίνησιν δὲ ὅταν φῶ, ἐνέργειαν καὶ πάθος βούλομαι δηλοῦσθαι. » Χρὴ τοιγαροῦν τοὺς ταῦτα τῶν οἰκείων δογμάτων προσβαλλομένους ὀχύρωσιν, διασαφηνίσαι τῷ λόγῳ, τίς, καὶ πῶς λεγομένη, καὶ τίνι τῶν ἐγκρίτων μεμαρτυρημένη Πατέρων, ὡς ἡ ὅλου τοῦ Κυρίου μία τε φύσις καὶ κίνησις· καὶ τίνες αἱ δύο κατὰ ἀναφοράν. Τίς δὲ καὶ ἡ τῶν μερῶν μία κατ' οἰκείωσιν φύσις ὁμοίως καὶ κίνησις· καὶ τίνες αἱ δύο καθ' αὐτάς· ἤγουν αἱ τρεῖς αὗται συζυγίαι τῶν τε φύσεων τοῦ αὐτοῦ καὶ κινήσεων. Καὶ τίς τὴν αὐτὴν καὶ μίαν κίνησιν ἑκάτερον δηλοῦν παραδέδω-

ter, quæ eamdem secum naturam sortita sunt. Quibus autem ejus quod est esse ratio diversa est, his nec ratio operationis in omnibus eadem futura est. Quæ enim sunt ejusdem operationis, certum est esse ejusdem substantiæ. » Alterum igitur duorum necessarium est, aut secum pugnantem inducamus doctorem; aut eamdem in Christo reddentem naturam, uti etiam eamdem operationem; nec diversas eum naturas tradere, quæ in unum idemque coiverint, una illa ac invariabili operatione. « Quæ enim sunt ejusdem operationis, certum est, inquit, ejusdem etiam esse substantiæ. » Sin autem utrumque indecorum est, ut et secum ipse dissentiat, nec diversas in Christo, ex quibus est, profiteatur naturas; perspicuum est, non unam operationem ambarum substantiarum, seu Christi ex illis compositi, eum tradere, cum ait, « Unam ac affinem amborum munere operationem edens; » sed ostendere, Verbum, cum Deus natura esset ac incarnatum, vivificam naturæ atque divinam operationem suam, tum incorporea ratione, tum corporis opera proferre. Dicendo enim *cognatam*, sive *affinem*, nihil aliud significavit, quam eamdem amborum munere (tum scilicet jussionis omnium effectricis, tunc tactus ipsius sanctæ carnis), vivificam operationem miraculis elucere. Haud secus ac ignis, tum sine materia, tum ejus ope urens, eamdem utroque modo vim urendi ostentat. Non igitur ad tollendam humanam Salvatoris operationem Cyrillus hæc loquitur. Dicendo enim tactum carnis, humanam clare operationem significavit: siquidem vis tangendi, humanæ operationis probatio perspicue exsistit. At neque aliam, præter duas naturales illius tradidit operationes; sed vivificam naturæ, *uti* dictum est, amborum munere (tum scilicet jussionis, tum vero tactus) operationem, ex uno eodemque Dei Verbo prodire declaravit.

Quod si piis his Patrum prædicationibus arctati, Heracliani ad Achillium epistolam proferant, in qua unam in Christo, præter duas, et naturam ut totius, et motum eum dicere admonent; ipsi illam interpretentur. Sunt enim hæc illius verba: « Una quidem est tota secundum se Domini eum natura, tum motio, duæ vero secundum rationem. Una est partium tum motio tum natura secundum arrogationem; duæ vero secundum se. 66 Motionem autem cum dico, operationem passionemque significari volo. » Necesse igitur est, qui hæc ad sua dogmata confirmanda objiciant, sermone clarius explicent, quænam ac quomodo dicta, cujus item e numero probatorum Patrum testimonio fulta, illa Domini, tanquam totius, una tum natura, tum motio? et quæ duæ secundum relationem? quænam vero etiam partium secundum arrogationem una similiter natura et motio? quæ item duæ per se? id est, hæ tres conjugationes ejusdem cum naturarum, tum motionum? Quis denique, unam eam-

[56] Tom. x in Joan. [57] Auctor obscurus, nec satis catholicus.

Digitized by Google

demque motionem ambo hæc significare tradiderit, operationem scilicet et passionem? Quomodo autem, siquidem eorum sententia utrumque significat, fit ut Filius secundum omnem motum suum non a Patre sejunctus sit, quippe qui secundum omnem motum natura exsistat patibilis? siquidem nullo modo Dei ac Salvatoris motio, utrumque simul (operationem scilicet et passionem) significat. Deus enim natura impatibilis est et absolutus et simplex: imo omni simplicitate longe simplicior. Quomodo vero rursus, cum trium motionum conjugationibus, non duodecim operationes passionesque simul introducunt? siquidem, illorum sententia, motio utrumque significat. Quis denique sanctorum Patrum naturas unquam in Christo Deo secundum relationem, vel secundum arrogationem seu attributionem professus est?

A κεν · ἐνέργειάν τε φημὶ καὶ πάθος · καὶ πῶς, εἴπερ ἄμφω κατ' αὐτοὺς, οὐ κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ διεσχοίνισται κίνησιν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὡς φύσει παθητὸς κατὰ πᾶσαν· εἴπερ οὐχ ἑκάτερον ἐνέργειαν ὁμοῦ καὶ πάθος ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος καθ' οἷον δήποτε τρόπον ἐπισημαίνεται κίνησις. Ἀπαθὲς γὰρ φύσει τὸ Θεῖον, καὶ ἄσχετον, καὶ ἁπλοῦν · μᾶλλον δὲ πάσης ὑπερηπλωμένον ἁπλότητος. Πῶς δὲ πάλιν οὐχὶ ταῖς τῶν τριῶν συζυγίαις κινήσεων, ἐνεργείας τε καὶ πάθη δυοκαίδεκα παρεισάγουσιν, εἴπερ ἡ κίνησις ἄμφω δηλοῖ κατ' αὐτούς · καὶ τίς τῶν ἁγίων κατ' ἀναφορὰν ἢ κατ' οἰκείωσιν τὰς ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ διεπρέσβευσε φύσεις;

Hæc prius ex Patrum sententia ac judicio demonstrent, tumque suorum illis dogmatum firma rataque erit opinio. Sin autem minime poterunt, his demum omissis, ea duntaxat nobiscum sequantur, quæ a sanctis Ecclesiæ catholicæ Patribus, et a sanctis quinque œcumenicis synodis pie decreta sunt; confitentes Deum per omnia natura perfectum, atque hominem per omnia (excepto duntaxat peccato) natura perfectum, eumdem unumque ac solum Dominum ac Deum Jesum Christum; nec tollendo quod in utroque natura per omnia perfectus est, una etiam divinam aut humanam ejus voluntatem et operationem tollant; qui nempe sciant superessentiale Verbum, nec quod ab æterno nullaque causa erat, nec quod postea ob causam (nostram scilicet salutem) factum est, quidquam minuisse aut immutasse, vel abolevisse: quin potius integre et perfecte (excepto duntaxat peccato) in se et per se, secundum **67** omnia, et in omnibus custodisse; esseque illa ipsa proprie (uti dicebam) secundum naturalem substantiam: unde et natura volendi facultate præditus est et operandi nostram salutem, unus et idem solusque Dominus noster, ac Deus, secundum ambas naturas ex quibus, ac in quibus est. Deus namque per naturam ipse pro potestate decernens, liberque imperii, atque omnium potestatis ac arbitrii auctor cum esset, non homo amens (sine mente) factus est, vitæque hominum naturalis, ac qui ab eo ut essent, creantis voluntate nacti sunt, expers: sed homo fuit intelligens, hoc est, vere natura voluntatis ac operandi facultate præditus, qui ipse natura ac solus Deus est, me toto assumpto, cum illis quæ mea erant, ut mihi toti salutem præstaret,

B Ταῦτα δειξάτωσαν πρότερον ἐκ Πατρικῆς ἐπικρίσεως, καὶ εἶθ' οὕτως αὐτοῖς ἡ τῶν οἰκείων ἐντεῦθεν κυρωθήσεται δογμάτων ὑπόληψις. Εἰ δὲ ἀδυνάτως ἔχοιεν, τούτων λοιπὸν ἀφέμενοι, μόνοις σὺν ἡμῖν τοῖς εὐσεβῶς κεκριμένοις στοιχείτωσαν, ἔκ τε τῶν Θεοφόρων τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Πατέρων, καὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων · Θεὸν φύσει κατὰ πάντα τέλειον, καὶ ἄνθρωπον φύσει κατὰ πάντα τέλειον, πλὴν μόνης ἁμαρτίας, τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα καὶ μόνον Κύριον καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογοῦντες · καὶ μὴ τῇ ἀναιρέσει τοῦ ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ πάντα φύσει τελείου, τὴν θείαν ἢ τὴν ἀνθρωπίνην τοῦ αὐτοῦ συνανέλωσι θέλησίν τε καὶ ἐνέργειαν γινώσκοντες, ὡς οὔτε ὃ ἦν ἀνάρχως καὶ ἀναιτίως, οὔτε ὃ γέγονεν ὕστερον δι' αἰτίαν · ἦγουν τὴν C ἡμῶν σωτηρίαν, ἐμείωσεν ἢ ἠλλοίωσεν, ἢ ἐξηφάνισε κατά τι γοῦν ὅλως ὁ ὑπερούσιος Λόγος · ὁλικῶς δὲ μᾶλλον καὶ τελείως, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας, ἐν ἑαυτῷ τε καὶ δι' ἑαυτοῦ, κατὰ πάντα τε καὶ ἐν πᾶσιν ἐφύλαξεν, αὐτά τε κυρίως, ὡς ἔφην, καθ' ὕπαρξιν ὧν φυσικήν · ὅθεν καὶ θελητικὸν φύσει, καὶ ἐνεργητικὸς ὁ αὐτὸς καὶ μόνος καὶ εἷς Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς, καθ' ἑκατέραν αὐτοῦ φύσιν, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε, τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐστίν. Εἴπερ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐξουσιαστικὸς ὑπάρχων, καὶ τῆς τῶν ἁπάντων ἐξουσίας δημιουργὸς (*b*), οὐκ ἄνους γέγονεν ἄνθρωπος, ἢ ζωῆς ἄμοιρος τῆς καθ' ἡμᾶς φυσικῆς, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι κατὰ δημιουργίαν λαχόντων · ἀλλὰ νοερὸς, ἤτοι θελητικὸς φύσει καὶ D ἐνεργητικὸς κατ' ἀλήθειαν ἐχρημάτισεν ἄνθρωπος, αὐτὸς ὁ φύσει καὶ μόνος Θεός · ὅλον με προσλαβὼν μετὰ τῶν ἐμῶν, ἵν' ὅλῳ μοι τὴν σωτηρίαν χαρίσηται · ὅλον λύσας τὸ κατάκριμα τῆς ἁμαρτίας ἐπειδὴ « τὸ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον · ὃ δὲ ἥνωται τῷ

NOTÆ.

(*b*) *Ἐξουσιαστικὸς ὑπάρχων, καὶ τῆς τῶν ἁπάντων ἐξουσίας δημιουργός.* Ex Dei nativa libertate, suique juris potestate, et quod ejusdem in naturis intelligentibus potestatis auctor ipse sit, recte suadet Maximus, non factum fuisse ἄνουν ἄνθρωπον, *hominem mentè destitutum;* quæ ejus liberæ suique juris potestatis, principium est. Non bene itaque Turr. *habens potestatem secundum naturam, et auctor substantiæ omnium;* nempe pro ἐξουσίας, legens οὐσίας · quod nec sic ita ejus habuit cod., sic fuit decoquendum, ἐξουσιαστὴς, inter nomina Christi habetur Isa. IX, 6, quod tamen cum aliis a LXX positis, sanctus Hieronymus non exponit. Ejus loco reliqui interpret. δυνατὸς habent. Sonat maxime in potestatem illam, qua quis vel sibi ipse, vel aliis dominatur ac præcipit. Sic ἐξουσιαστικὰ verba appellantur, ἄρχω, κυριεύω, βασιλεύω, et quæ sunt ejus generis. Hinc τὸ αὐτεξούσιον, quod nostri vocant *Liberum arbitrium*, facultatem scilicet rationis sui dominæ, ac se moventis ex præconcepto fine.

Digitized by Google

Θεῷ, τοῦτο καὶ σώζεται, » καθά φησιν ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος [58].

Ἀλλ' ἐπειδὴ τούτοις δὴ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων εὐσεβέσι διδάγμασι, τὴν τῶν ἑτεροζυγούντων ἀποσκευαζομένοις παράλογον ἔνστασιν, ἐτέρωθεν ἡμῖν ἐπιφύονται · τὴν τῶν ἡμετέρων εἰς ἡμετέραν καταδρομήν · μᾶλλον δὲ, τὴν τῶν ἀκεραιοτέρων συναρπαγὴν, ποιούμενοι γραμμάτων προσαγωγὴν, ἤγουν τῆς πρὸς Μαρῖνον (*c*), ὡς φασὶ, γεγονυίας ἡμῖν τὸν πρεσβύτερον · καὶ τῆς πρὸς τὸν Πύῤῥον ἐπιστολῆς, ἀναγκαῖον καὶ περὶ τούτων βραχέα εἰπεῖν · τὴν ὑμετέραν ἐν πᾶσι πληροφοροῦντες ἁγιωσύνην, ὡς πρὸς Μαρῖνον μὲν τὸν πρεσβύτερον διαφόρως, περὶ διαφόρων ἐπεστάλκαμεν γραφικῶν κεφαλαίων · οὐ μήν γέ τοι καθ' οἷον δήποτε τρόπον, ἢ λέλεκται [ἡμῖν] περὶ τῶν ἀντιῤῥόπων οὐτωσὶ, καὶ ἐναντίων δογμάτων · τῆς τε μιᾶς λέγω καὶ τῶν δύο, τουτέστι, τῶν πλαττομένων αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τριῶν ἐνεργειῶν ἢ θελήσεων · ὡς ταύτας ἐπ' αὐτοῦ συνιστώντων ἡμῶν, ἐκείνοις ἐφάμιλλον, ἢ πρὸς ἕτερόν τινα παντελῶς. « Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνιστάνω, » φησὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς. Ὅθεν καὶ οὐτωσὶ προφερομένην, ἤτοι πλαττομένην, ὡς ἐξ ἡμῶν δῆθεν πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολὴν [59], ἀλλοτρίαν οὖσαν πάντη καὶ οὐχ ἡμετέραν, ἡμεῖς τε αὐτοὶ διαῤῥίπτομεν, καὶ πάντας ὁμοίως ἡμῖν διαῤῥίπτειν παρακαλοῦμεν, τοὺς εὐσεβῶς ὁμολογοῦντας τὸν Κύριον · ἵνα πᾶσαν τοῖς ἐναντίοις διατειχίσωμεν ἀφορμὴν, προφάσεις προφασιζομένοις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ τῆς οἰκείας ἀντιλογίας συγκάλυμμα, τὴν καθ' ἡμῶν ποιουμένοις συκοφαντίαν · οἳ ἐπειδὴ τῷ οἰκείῳ μὴ συνίστανται λόγῳ, τῇ τοῦ ἀληθοῦς προσβολῇ φθειρομένῳ, τῷ τοῦ ἡμετέρου δῆθεν γράμματος προσωπείῳ, τὴν κατὰ τῶν ἀφελεστέρων ἑαυτοῖς ἀπεργάζονται δολίαν παρείσδυσιν · ἣν οὐκ ἂν πάθοιεν λοιπὸν, ἢ δράσοιεν, οἱ τοῦ ψεύδους τὸ ἀληθὲς, τὴν καθ' ἡμᾶς περὶ τούτων ἀπολογίαν προκρίνοντες.

Πρὸς δὲ τὸν Πύῤῥον πάλιν, γεγραφότα πρότερον ἡμῖν τόμον πολύστιχον, καὶ ἄγαν ἡμᾶς, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐν τούτῳ τιμήσαντα · κατ' ἐξέτασιν δὲ, καὶ οὐκ ἀπόφασιν, ἐν αὐτῷ δὴ τῷ τόμῳ τὸν περὶ μιᾶς καὶ δύο τοῦ αὐτοῦ ποιησάμενον λόγον ἐνεργειῶν ·

A tota peccati damnatione soluta; quippe « cum id quod non est assumptum, remedio careat; quod autem Deo unitum est, hoc salutem nanciscatur, » uti ait, cui a theologia nomen est.

Quod tamen aliter sentientes, quorum absona objectiones confutavimus, pia sanctorum Patrum opposita doctrina, nos aliunde adoriuntur nostra ipsorum producentes, ut inde latus nostrum petant, sive potius simplicioribus fucum faciant; nempe litteras quas ad Marinum presbyterum, ut aiunt, et quas ad Pyrrhum scripsimus; necesse est ut de his quoque breviter dicamus, quo nimirum in omnibus, quod minime anceps sit ac dubium, vestra sanctitas a nobis habeat. Ad Marinum quidem presbyterum diversimode scripsimus de diversis Scripturæ capitibus [59]; nontamen ullo quovis modo de sic æquipollentibus ac pugnantibus dogmatis, a nobis dictum est, de una scilicet et duabus (id est, quas ipsi fingunt in eodem et uno Christo, tres operationes aut voluntates; quasi nos etiam in eo similiter, velut ipsi, eas constituamus; ac vel apud Marinum, vel prorsus apud alium quempiam astruamus. « Si enim quæ destruxi, hæc adhuc ædifico, prævaricatorem me constituo [a], » ait vas electionis. Unde et epistolam quæ sic producitur, id est, quasi a nobis scripta ad Marinum confingitur, quæ prorsus aliena sit, et non nostra, tum nos ipsi rejicimus, tum ut rejiciant simili nobis ratione, omnes obsecramus; quo scilicet omnem adversariis occasionem præcludamus; nempe excusantibus excusationes **68** in peccatis [b], ac qua nos calumniantur, contradicendi libidinem contegentibus: qui, quod propria eos eruditio non commendet, ipsa veritatis impressione elisa, nostrarum scilicet litterarum larva, dolo sibi aditum ad eos, qui simpliciores sunt, struunt; a qua noxa immunes præstabuntur, qui nostra suscepta satisfactione, veritatem pluris mendacio facient.

Rursus vero Pyrrhus, cum ad nos prius ingens volumen scripsisset, ac, nescio quomodo, in eo nos valde coluisset; atque inquirendo, non quidquam decidendo, de una ac duabus ejusdem operationibus in illo disseruisset, nostramque senten-

[a] Galat. II, 18. [b] Psal. CXL, 4.

[58] Epist. 1 ad Cledonium. [59] Ad Marinum supposita Maximi epistola: cui tamen nihil commune cum iis ejus Epistolis, quas ad Marinum damus.

NOTÆ.

(*c*) *Τῆς πρὸς Μαρῖνον.* Non videtur supposita hæc epistola ad Marinum, aliqua esse ex illis quæ ad eum exstant, omnes dogmaticæ: ipsaque prima inter editos Turriano tractatus, serio γνωμικὴν in Christo impugnat voluntatem, et electionem nobis similem, solum admittens quatenus est motus liber, non tamen secundum contraria, aut conjunctam incerti rationem habens; sicque se admisisse *Quæst. ad Thalass.* excusat ac profitetur. Ubi quoque voluntatem κατ' οἰκείωσιν, *per arrogantiam et appropriationem* ex Patrum sensu, ipsam nostram voluntatem, quam velut caput membrorum, suam quodammodo ducit, recte exponit; cui nihil commune cum tertia illa Monotheliturum voluntate ut totius, etsi eam etiam illi dicerent κατ' οἰκείωσιν. Quæ seorsum exstat a reliquis Maximi epistolis ejus ad Marinum epistola, qua satisfacit pro adjecta particula *Filioque* Litteris apostolicis, num ejusmodi aliquid habuerit incertum est, cum nec illi qui Maximo abrogant, ejus quidquam insimulaverint, vel exemplum illius magis integrum, quam modo habeamus, nacti sint. Potuit sic ab iis Græcis ablegari, qui Photiani dogmatis studiosiores, Maximi piam illam expositionem ejusque εἰρηνικὸν non probaverunt.

Digitized by Google

tiam utrinque exquireret ac provocaret ; nos quoque, ut par erat in proœmio nostræ ad eum epistolæ ipsum coluimus, uti nos admonet Apostolus, cum ait : *Invicem honore prævenientes* [u] : cum et eos qui se aliter habent, aut ad nos scribunt, diligere, ac bene eis precari jubeat divinus Sermo [v]. Simul etiam cura mihi fuit, ne hominem exasperarem, sed magis lenirem ; quo scilicet ipsa laudationis illecebra, ad eorum quæ pie ex sanctorum Patrum doctrina tradebam, assensum cogerem : unde sic fatebar me intellexisse quæ ab eo mihi scripta erant, quemadmodum ipse ad eum scripseram; velut nimirum impellens, uti diceliam, atque invitans ad assensum piæ doctrinæ, quo sibi maximam esset paraturus salutem, si modo in animum induceret, ut quemadmodum ad eum scripseramus, nobiscum confiteretur; duas scilicet unius ejusdemque Christi Dei naturales operationes, uti et duas naturas inconfuse unitas ac indivise, divinam et humanam, increatam et creatam ; at non unam eamdemque, quovis modo dictam. Nempe, esse non Patrum, sed magis hæreticorum doctrinam, quæ unam eamdemque operationem seu voluntatem aut naturam, in uno eodemque Domino nostro ac Deo tradat.

Hic igitur meæ ad Pyrrhum laudationis scopus, hic modus ac ratio, cum sensim a contraria opinione abducere, et ad rectam fidei doctrinam transferre cogitarem. Si quis vero non satis mei ejus propositi vim assecutus, meam adhuc illam laudationem ægre fert, per me licet, utque illi videtur, eam explodat quæ nec **69** nobis jam placet aut probatur, sed magis gravis ac molesta est, postquam ille plene eversus est; eorum vero vim, quæ a nobis catholice ad eum scripta sunt, ratam habeat ac comprobet.

Habetis, Patres sancti, qua ratione per meam defensionem mei securos vos reddiderim. Enimvero viriliter agite et confortamini spiritu, nec ad dexteram aut sinistram adversariorum vos studiis ac doctrinis abduci patiamini, sed via regia stabiliri ac duci, ab eo qui ait : *Ego sum via et vita ac veritas* [x] ; — *Unanimes, idipsum sentientes* [y] ; — et, *Deus pacis erit cum omnibus vobis* [z], quem pie semper prædicetis ac sancte colatis : quique demum post beatam ævo hoc tum vitæ institutionem, tum confessionem, futuro illo beatiorem se vobis hæreditatem præbiturus est atque requiem : quo cum Patri ac Spiritui sancto gloria, honor, potestas, adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ τὴν ἡμετέραν οἷον ἐπιζητοῦντα, καὶ προσκαλούμενον περὶ ἑκατέρου λόγου κρίσιν τε καὶ ὑπόληψιν, εἰκότως καὶ ἡμεῖς αὐτὸν ἐν προοιμίοις, τοῦ πρὸς αὐτὸν ἡμετέρου γράμματος, ἀντετιμήσαμεν, ἀποστολικὴν ἐκπληροῦντες παραίνεσιν. *Τῇ τιμῇ γὰρ ἀλλήλους προηγούμενοι* φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ὅπου γε καὶ τοὺς ἑτέρως ἔχοντας, ἢ ἐπιστέλλοντας πρὸς ἡμᾶς, ἀγαπᾶν τε καὶ εὐλογεῖν ὁ θεῖος παρακελεύεται λόγος. Καὶ ἅμα σπουδή μοι καθειστήκει, μὴ ἐκτραχύνειν· ὁμαλίζειν δὲ μᾶλλον τὸν ἄνδρα, τοῖς εἰς αὐτὸν ἐγκωμίοις, πρὸς συγκατάθεσιν ἰέναι τῶν εὐσεβῶς μοι δεδογματισμένων, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκαλίαν· ὅθεν καὶ οὕτω νενοηκέναι κατὰ τὴν γεγονυῖαν αὐτῷ παρ' ἐμοῦ συγγραφήν, τὰ ὑπ' ἐκείνου μοι γραφέντα διωμολόγουν· παρορμῶν αὐτὸν οἷον, ὡς ἔφην, καὶ προσκαλούμενος εἰς τὴν τοῦ εὐσεβοῦς ἐπίνευσιν λόγου, σωτηρίαν αὐτῷ μεγίστην προξενοῦντος, εἴγε τοῦτο στέρξας σὺν ἡμῖν ὡμολόγησεν [ὁμολογήσειεν], ὡς γεγράφαμεν· τουτέστι δύο τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργείας, ὥσπερ οὖν καὶ φύσεις ἡνωμένας ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην· ἄκτιστον καὶ κτιστήν· ἀλλ' οὐ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁπωσοῦν λεγομένην. Οὐ γὰρ Πατρικὸς, αἱρετικὸς δὲ μᾶλλον ὁ περὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ἢ θελήσεως ἢ φύσεως λόγος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ.

Τῆς μὲν οὖν πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον, ἦγουν τὸν Πύρρον, ἡμετέρας εὐψηφίας τοιοῦτος ὁ τρόπος καθεστήκει, τῆς ἀντιῤῥόπου δόξης αὐτὸν ἡρέμα διϊστᾶν ἐπειγόμενος, καὶ πρὸς τὸν ὀρθὸν ἐπαναβιβάζειν λόγον τῆς πίστεως. Εἰ δέ τις τοῦ καθ' ἡμᾶς διαμαρτάνων σκοποῦ, πρὸς τὴν εὐψηφίαν ἔτι δυσφορεῖ, τὸν τῆς ἡμετέρας οἰκονομίας ἐν τούτῳ δὴ μάλιστα λόγον οὐκ ἀποδεχόμενος, παρείσθω δὴ τούτῳ, καὶ διαῤῥιπτέσθω κατὰ τὸ δοκοῦν ἡ εὐψηφία, μηδὲ ἡμῖν λοιπὸν ἐπέραστος οὖσα, προσάντης δὲ μᾶλλον μετὰ τὴν τελείαν τάνδρὸς ἐκτροπήν· κυρούσθω δὲ σὺν ἡμῖν τῶν πρὸς αὐτὸν ὀρθοδόξως δογματισθέντων ἡ δύναμις.

Ἔχετε, Πατέρες ἅγιοι, τῆς πληροφορίας διὰ τῆς ἡμετέρας ἀπολογίας τὸν λόγον· ἀλλ' ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιοῦσθε πνεύματι, μὴ παρακλινόμενοι δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ πρὸς τῶν ἐναντίων ἀνδρῶν καὶ δογμάτων· ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ στεριζόμενοί τε καὶ ποδηγούμενοι παρ' αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος, *Ἐγὼ εἰμὶ ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἀλήθεια, — σύμψυχοι, τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, — καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μετὰ πάντων ὑμῶν*, εὐσεβῶς ἀεὶ κηρυττόμενος, καὶ ὁσίως παρ' ὑμῶν λατρευόμενος· καὶ πέρας τῆς ἐνταῦθα μακαρίας πολιτείας τε καὶ ὁμολογίας, ἑαυτὸν ἐκεῖσε μακαριωτέραν παρεχόμενος ὑμῖν κληρονόμον τε καὶ ἀνάπαυσιν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[u] Rom. xii, 10. [v] Matth. v, 44. [x] Joan. xiv, 6. [y] Philipp. ii, 2. [z] Philipp. iv, 9.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Ἴσον ἐπιστολῆς πρὸς τὸν κύριον Μαρῖνον τὸν πρεσβύτερον τῆς Κύπρου [60].

EXEMPLUM EPISTOLÆ SANCTI MAXIMI

Ad Dominum Marinum Cypri presbyterum.

EX ANASTASII EPISTOLA AD JOANNEM DIACONUM.

Præterea interpretati sumus ex epistola ejusdem sancti Maximi ad Marinum scripta presbyterum, circumstantiam de Spiritus sancti processione, ubi frustra causari contra nos innuit Græcos, cum nos non causam, vel principium Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant; sed unitatem substantiæ Patris ac Filii non nescientes, sicut procedit ex Patre, ita eum procedere fateamur ex Filio, missionem [61] nimirum, processionem intelligentes; pie interpretans, utriusque linguæ gnaros [62] ad pacem erudiens, dum scilicet et nos et Græcos edocet secundum quiddam procedere, et secundum quiddam non procedere Spiritum sanctum ex Filio: difficultatem exprimendi de alterius in alterius linguæ proprietatem significans. Siquidem et hujusmodi pia interpretatione, sanctus olim Athanasius Orientales et Occidentales super substantiæ vel personæ nomine dissidentes univit, dum unum idemque utrosque credere sensuque retinere, perdocuit: licet ob linguæ varietatem aliter atque aliter ore conflierentur, et importunis contentionibus deservirent.

Νόμῳ θείῳ κατὰ Θεὸν εὐθυνόμενος [63], θεοτίμητε πάτερ, νόμον ὑπερεῖδες ἀνθρώπινον, κενώσει τὸ μέτριον ὑπεράρας, καὶ πτωχείᾳ τὸ ἐντελὲς μεγαλύνας τῆς ἐμῆς περί τε τὸ νοεῖν καὶ λέγειν ἀπειρίας, ἢ προπετείας, εἰπεῖν οἰκειότερον· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι τὰ ἐμὰ καὶ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας, πάθη δεόντως ἐξαγορεύειν, καὶ τόσῳ προθυμίᾳ μᾶλλον ἀποκαλύπτειν, ἢ ὅσον φιλανθρωπίᾳ ἐπικαλύπτειν ἐσπούδασας. Τίς γάρ ποθ' ἂν ἀλόγου [64] λόγον οὕτω προσήκατο, καὶ φρενίτιδος [65] νοῦν διανοίας ἐδέξατο, μή τί γε παντελῶς εἰπεῖν, ἀπεσέμνυνεν, ὡς σὺ τὸν ἐμὸν, θεοτίμητε πάτερ, οὐχ ὅσον μόνον δι' ἀγάπην παραδραμὼν τὸ ἀπαίδευτον, κατ' ἄκρον ἐτίμησας [66]· ὃ δὴ μέγιστον τῷ ἀκόσμῳ [67] πρὸς εὐδοξίαν, ἀλλὰ καὶ ὅσον διὰ χάριν ἐπιβαλὼν τὸ αἰδέσιμον, ᾧ τὴν οἰκείαν παγκαλῶς εἴωθας ὡραΐζειν διάνοιαν, ὑπερβολῇ κατεφαίδρυνας· ἐξ ὧν ὅ τε λόγος καὶ τρόπος συνίσταται τῆς ἀληθοῦς εὐγενείας, ἢ Θεοῦ συγγενείας, εἰπεῖν ἀληθέστερον ἢ [68] καὶ οἰκειότερον· οὐ μᾶλλον μετεωρίζειν εἰδώς· οὐ γὰρ πέφυκεν ἢ μετριάζειν ποιῶν· καὶ γὰρ εἴωθέ πως ἀμεταβόλως ἑδράζειν πρὸς ὕφεσιν, τῇ ὑπερβολῇ τῶν οὐ προσόντων πλεῖον ἀποκαλύπτων τὴν ἔνδειαν, καὶ γνωρίζων τὴν γύμνωσιν· καὶ τῇ παραδείξει τῶν ὑπὲρ ἀξίαν, αὐστηροτέραν ἐνιεὶς [69] τῶν κατ' ἀξίαν τὴν αἴσθησιν, ἡνίκα τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους κατακρατήσας, τὸ μέγεθος τοῦ ἀπεμφαίνοντος ἰδεῖν, ἀπαρακαλύπτως ποιήσειεν· ὃ δὴ μάλιστα πεπονθὼς, τῇ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν διατρανώσει, θείων ἡψάμην θεσμῶν, οὓς λόγος οἰκονομίας τῆς ὑπὲρ ἔννοιαν εἰῶς προνοητικῶς συντηρεῖν καὶ προβάλλεσθαι τοῖς κατ' ἐμὲ χειραγωγίας προσδεομένοις καὶ χρήζουσιν.

Divina lege secundum Deum, a Deo honorande Pater, directus humanam sprevisti legem; qui nimirum meam intelligendi dicendique partibus imperitiæ, sive (ut proprie magis loquar) temeritatis mediocritatem exinanitione, ac tenuitatem paupertate, supra modum extulisti: non enim pudet, mea meæque imbecillitatis vitia, pro eo ac decet ingenua confessione evulgare, tantoque majori alacritate detegere, quanto tu impensiori humanitate studuisti obtegere. Quis enim sic unquam hominis ineruditi sermonem doctrinamque probavit, mentisque pene insipientis intelligentiam sensumque suscepit, ne prorsus dicam, laudibus extulit ac celebravit, quemadmodum **70** tu, a Deo honorande Pater, meum (non hactenus solum, ut charitate duce inscitiam dissimulanter transires) honori maximo habuisti: quod sane maximum est ad claritatem ac laudem ei, qui omni destitutus ornamento sit: sed quod etiam propter gratiam adjecto quod dignitatis est facitque venerationem, quo pulcherrime tuum ipse animum decorare soles, præstantia decorasti; quibus sermo modusque (doctrina ac virtus) veræ ingenuitatis, aut (verius dicam magisque proprie) cum Deo necessitudinis ac affinitatis, conflatur; ac non magis efferre novit (non enim hoc illi comparatum) quam modesto sensu componat. Consuevit namque immobili sede in humilitate statuere, dum eorum quæ desiderantur excellentia, indigentiam magis detegit, ac notam facit nuditatem; obiterque monstrando quæ majora quam pro dignitate exsistant, eorum quæ ex dignitate sunt, sensum austerius ingerit; tunc scilicet cum alto mentis sinu sibi subdito ac occupato, ejus quod dissentaneum est, magnitudinem ipsam revelatam videre fecerit. Quod cum mihi maxime evenerit, vestris precibus lucem affundentibus, divinas aggressus sum leges, ac quæ dispensationis sermo, vim omnem mentis excedens, providentiæ rationibus scita consuevit servare, atque his, qui simili mihi ratione manuductione egent, proponere.

Καὶ μετὰ βραχέα. Ἀμέλει τοι γοῦν τῶν τοῦ νῦν ἁγιοτάτου, Πάπα συνοδικῶν, οὐκ ἐν τοσούτοις, ὅσοις

Paucisque interjectis. Sane igitur [70], sanctissimi, qui nunc est, Papæ synodica, non in tot capitulis,

[60] Ex Reg. antiquo cod. cum alio Reg. et cl. v. Dufren. duplicique Vaticano n. 1098 et 1428 collato. Alter Reg. cod., Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Μαξίμου πρὸς, κ. τ. λ. [61] *Emissionem* lego, ne cum Græcis schismaticis effectum solum temporalem notet, quod longe est a Max. τοῦ δι' Υἱοῦ προιέναι, omnique Latinorum sensu; ipso ea voce rite expresso ab Anast. in Maximi excerpto. [62] Et hic *ignaros;* potuitque vir tantus cautius edere. [63] *Liberaliter educatus ac locuples.* εὐθηνούμενος. [64] Vat. 2. ἅμα λόγου, [65] Reg. Fr. Vat. 1; 2, φροντίδος. [66] Vat. κατακρίνας. [67] Reg. et Vat. 1 κόσμῳ. [68] Deest alteri Reg. et Fr. [69] Vat. 2. ἐνίησι. [70] Anast. Collect.

Digitized by Google

quot scripsistis, Regiæ urbis cives (Constantinopolitani) reprehenderunt : sed in duobus duntaxat. Quorum alterum est de fide Trinitatis, ac quod, aiunt, dixerit, « Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere : » alterum vero de divina incarnatione ; quod nimirum scripserit, « esse Dominum, ut est homo, absque peccato originis [71]. » Et primo quidem consonantia Latinorum Patrum testimonia protulerunt : præterea etiam Cyrilli Alexandrini ex ejus sacra lucubratione in sanctum Joannem evangelistam. Ex quibus, non causam se ac auctorem, Filium Spiritus facere ostenderunt. Unam quippe Filii ac Spiritus causam Patrem noverunt ; ac auctorem [72] ; alterius quidem generationis modo ; alterius vero, processionis : sed ut per eum prodire significarent, eaque ratione conjunctionem substantiæ nullaque e variatione similitudinem, demonstrarent.

71 Ad secundum quod attinet, nulla prorsus egent defensione. Quæ enim in eo dubitandi ratio, tametsi his, qui occasiones quærunt, ob suam morum pravitatem, ita videatur. Nihilominus tamen fecerunt satis, dicendo : « Nec quod est in mente peccatum habuisse, quo fere Adamus primum laborasse videatur ; nec quæ ex ipso per corpus prodit atque geritur, mali actum ac actionem. »

Atque hæc quidem isti, quorum nomine nulla justa ratione in crimen vocati erant. Illi vero nec ob ea, quorum nomine juste admodum vituperantur, ullam hactenus satisfactionem fecerunt, quando neque perperam a se inductas voces ejecerunt. Rogavi autem Romanos secundum jussionem vestram, ut ad cavendas sic ex cuniculis obrepentium fraudes dolosque, sua ipsi redderent ac interpretarentur. Verum cum in more positum habeant ut ita faciant ac scribant, nescio an forte obtemperaturi sint. Est præterea alia ratio, quod non ita possint alia lingua ac idiomate mentem suam exacte exprimere, sicut in sua atque nativa : uti et jam nos in nostra. Prorsus vero rem et ipsi curabant, qui experimento, quod inde est damnum injuriamque, didicerint.

Theodori Pharanitæ Monothelitarum antesignani excussus liber : gnomicæ in Christo operationis auctor. — Legi Theodori Pharanitæ episcopi libellum de Substantia (seu essentia) et natura, deque hypostasi et persona, ac reliquis capitulis : nec forte velut introductionis specie omni carent utilitate. Cæterum in iis quæ de persona ac hypostasi docet, non magis horum regulis, quam sibi ipse propemodum astipulari videtur, qui hypostaticam, seu personalem, dicat operationem : quem etiam adversarii suæ opinionis doctorem ac patronum proferunt ; omnem fere ex ejus verbis formantes atque dictantes, quam ecthesim ediderunt ac fidei formulam. In hunc namque modum sermonem obumbravit ac

A γεγράφατε [73], κεφαλαίοις, οἱ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπελάβοντο · δυσὶ δὲ μόνοις, ὧν, τὸ μὲν ὑπάρχει περὶ θεολογίας, ὅτι τε φησὶν εἶπεν [74], « Ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · » τὸ δὲ ἄλλο, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως · ὅτιπερ γέγραφε· « Δίχα [75] τὸν Κύριον εἶναι τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας ὡς ἄνθρωπον. » Καὶ τὸ μὲν πρῶτον [76], συμφώνους παρήγαγον χρήσεις τῶν Ῥωμαίων Πατέρων · ἔτι γε μὴν καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πονηθείσης αὐτῷ εἰς τὸν εὐαγγελιστὴν ἅγιον Ἰωάννην ἱερᾶς πραγματείας · ἐξ ὧν, οὐκ αἰτίαν τὸν Υἱὸν ποιοῦντας τοῦ Πνεύματος, σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν · μίαν γὰρ ἴσασιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα αἰτίαν · τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν · τοῦ δὲ, κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν · ἀλλ' ἵνα τὸ B δι' αὐτοῦ [77] προϊέναι δηλώσωσι · καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσι.

Τῷ δὲ δευτέρῳ, μηδεμιᾶς χρήζουσι τὸ παράπαν ἀπολογίας. Ποία γὰρ ἐν τούτῳ ἀμφισβήτησις · εἰ καὶ τοῖς προφασιζομένοις νομίζεται διὰ τὸ δύστροπον. Ὅμως δ' οὖν ἐξεδυσώπησαν, εἰπόντες · « Μήτε τὴν κατὰ νοῦν ἔχειν ἁμαρτίαν, καθ' ἣν πρωτοπαθήσας φαίνεταί πως ὁ Ἀδάμ, μήτε τὴν ἐξ αὐτῆς προϊοῦσαν διὰ σώματος πρᾶξιν τοῦ κακοῦ καὶ ἐνέργειαν. »

[78] Οὗτοι μὲν οὖν ταῦτα, περὶ ὧν οὐκ εὐλόγως ἀνεκλήθησαν · ἐκεῖνοι δὲ περὶ ὧν καὶ μάλα δικαίως, οὐδεμίαν μέχρι καὶ νῦν πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν, ὅτι μηδὲ τὴν παρεισαχθέντων τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐκβολήν. Μεθερμηνεύειν δὲ τὰ οἰκεῖα, τοῦ τὰς ὑποκλοπὰς C χάριν διαφυγεῖν τῶν ὑποπιπτόντων κατὰ τὴν ὑμετέραν κέλευσιν, παρεκάλεσα τοὺς Ῥωμαίους · πλὴν ἔθους κεχρακηκότος οὕτω ποιεῖν καὶ στέλλειν, οὐκ οἶδα τυχὸν εἰ πιστεῖεν. Ἄλλως τε καὶ τὸ μὴ οὕτως δύνασθαι διακριβοῦν ἐν ἄλλῃ λέξει σὲ καὶ φωνῇ τὸν ἑαυτῶν νοῦν ὥσπερ ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ θρεψαμένῃ, καθάπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς τὸν ἡμέτερον. Γενήσεται δὲ πάντως αὐτοῖς, πεῖρᾳ τὴν ἐπήρειαν μαθοῦσι, καὶ ἡ περὶ τούτου φροντίς.

Τῷ δὲ περὶ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε δὴ καὶ προσώπου, καὶ τῶν καθεξῆς κεφαλαίων, ἐνέτυχον σχέδει Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαράν · καὶ ὡς ἐν εἰσαγωγῆς τρόπῳ τυχὸν οὐκ ἀσυντελοῦσιν · ἐν δὲ τῷ D περὶ προσώπου καὶ τῆς ὑποστάσεως λόγῳ, οὐ τοῖς περὶ τούτων κανόσι μᾶλλον, ἢ ἑαυτῷ φαίνεται στοιχήσας πως, ὑποστατικὴν λέγοντι τὴν ἐνέργειαν · ὃν καὶ τῆς οἰκείας δόξης καθηγητὴν καὶ συνήγορον, οἱ τῆς ἐναντίας προβάλλονται · τὴν πᾶσαν ἐξ αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ῥημάτων σχέδον τυπώσαντές τε καὶ ὑπαγορεύσαντες Ἔκθεσιν. Καὶ γὰρ κατὰ ταῦτα [79] λόγον συνεσκίασέ πως καὶ ἡμαύρωτε, τῷ προσώπῳ δεδωκὼς ὡς προσώπῳ τὴν χαρακτηρίζουσαν τὴν φύσιν ἐνέργειαν · οὐχὶ τὸν πῶς καὶ ὁποῖον τῆς κατ'

[71] Addit. Anast. *et actuali*. [72] Solus Pater causa et auctor, προκαταρκτικῶς αἴτιον, ut Basil. prima origine fons ipse totius Trinitatis. [73] Flor. sess 25 Georg. Metoch. l. IV, Becc. etc. Vat. 2 γράφετε · [74] R. V. 2 ὅτι φασίν. καὶ ἐκ τῶν. [75] R. alter, μὴ δίχα. [76] R. V. 1 τῷ πρώτῳ. [77] Flor. καὶ δι' αὐτοῦ. [78] Mutili hic Romani codices. [79] Fr. V. 1, κατὰ ταύτην.

Digitized by Google

αὐτὴν ἐκβάσεως τρόπον· καθ' ἣν ἡ διαφορότης τῶν τε πραττόντων καὶ τῶν πραττομένων γνωρίζεται, κατὰ φύσιν, ἢ παρὰ φύσιν ἐχόντων. Ὡς γάρ τι ὢν προηγουμένως, ἀλλ' οὐχ ὡς τις ἕκαστος ἡμῶν ἐνεργεῖ· τουτέστιν, ὡς ἄνθρωπος· ὡς δέ τις, οἷον Παῦλος ἢ Πέτρος, τὸν τῆς ἐνεργείας σχηματίζει τρόπον, ἐνδόσει τυχὸν ἢ ἐπιδόσει, οὕτως ἢ ἐκείνως ὑπ' αὐτοῦ κατὰ γνώμην τυπούμενος. Ὅθεν ἐν μὲν τῷ τρόπῳ τὸ παρηλλαγμένον τῶν προσώπων κατὰ τὴν πρᾶξιν γνωρίζεται· ἐν δὲ τῷ λόγῳ, τὸ τῆς φυσικῆς ἀπαράλλακτον ἐνεργείας. Οὐ γὰρ ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττόν ἐστιν ἐνεργὴς ἢ λογικός· ἀλλ' ἐπίσης ἅπαντες τόντε λόγον ἔχομεν καὶ τὴν τούτου κατὰ φύσιν[81] ἐνέργειαν. Μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον· καὶ οὕτως ἢ ἐκείνως δίκαιος ἢ ἄδικος, τῷ τὸν μὲν τοῖς κατὰ φύσιν ἕψεσθαι[82] πλέον· τὸν δὲ τούτων ἀφέψεσθαι. Τηρητέον δὲ δι' ἀκριβείας τοὺς περί τι παρεγκληθέντας[83]. Ἐπειδὴ βιάζονταί πως καὶ ἔλκουσι τούς τε τῶν πραγμάτων ὅρους, καὶ τοὺς κανόνας πρὸς τὸ δοκοῦν, ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος μεταφέροντες, ἵνα τὰ οἰκεῖα δῆθεν ἐκ παρατροπῆς ὑποστήσωσι.

A obscuravit, assignans personæ, ut persona est, operationem quæ naturam insignit, ejusque nota propria est; non modum, quo sic ac tali ratione eveniat: unde differentia tum agentium, tum eorum quæ aguntur innotescat, quæ se ex naturæ rationibus, aut contra habeant. Quisque enim nostrum prima ratione ut quid operatur, non ut hic quisque hoc est, ut homo: ut autem quis, puta Paulus aut Petrus, operationis modum figurat, ut ex arbitrio rationis, remissione forsitan aut intensione, hoc illove modo a se formet ac exhibeat. Quapropter, in modo quidem personarum **72** diversitas agendi partibus dignoscitur: in ratione vero, exacta per omnia naturalis operationis similitudo. Non enim alius magis, alius minus, operandi vi ac rationis B est præditus; sed omnes æqualiter tum ratione præditi sumus, tum ejus naturali operatione. Magis autem et minus, hoc illove modo justus aut injustus, hinc est, quod alter naturæ rationibus magis obsequatur; alter ab eis abhorreat ac sequi renuat. Diligenti autem cura observandi sunt, qui in aliquo exorbitaverint. Vim enim propemodum faciunt, trahuntque rerum definitiones atque regulas, ad quod illis visum sit, velut ex condicto immutantes, ut pervertendo, quæ sua sunt statuant.

Τὰς σταλείσας τετράδας[84], καίτοι μὴ κατὰ σχολὴν μετιών, λέγω δὴ τὰς περὶ ψυχῆς καὶ τῶν λοιπῶν κεφαλαίων, τὸ δοκοῦν περὶ αὐτῶν γνωρίζω. Τὸ γὰρ τάχος τοῦ ἐξορμῶντος, οὐ συνεχώρει ταύτας διελθεῖν· ὅτι καὶ μετὰ πλείους ἡμέρας τοῦ καταλαβεῖν ἐν τῷ Βυζακίῳ, πρὸς τὴν ἐμὴν γέγονεν οὐδενίαν[85] ἐν Καρθαγένῃ. Λοιπὸν δὲ καὶ εἰργομένῳ μοι κἀκ τῆς προσούσης μοι τῶν ὀμμάτων ὡς εἰπεῖν ἀδρανείας· ἐπεὶ καὶ τὴν περὶ τούτων κέλευσιν ὑμῶν, ὡς τάχος ἠβουλόμην πληρῶσαι, πέπομφα. Ἡ κριθεῖσα τῆς μεταγραφῆς χάριν τοῦ τείχους οἰκονομία, τοῖς ἁγιωτάτοις ὑμῖν, τοῦ τὴν ἑρμηνείαν ἔχοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, κἀμοὶ τῷ ὑμετέρῳ λίαν πέφανται προσηνὴς, ὡς ἂν μὴ κατάδρομῆς αἰτία γένηται κατὰ τοῦ ἐκθεμένου, τοῖς πάντα κατὰ τὸ δοκοῦν μεταλλεύειν[86] οὐ καλῶς πειρωμένοις.

Missis quaternis, quanquam non ex otio satis C decursis (quæstionibus scilicet de anima ac reliquis capitulis), quid de illis sentiam, indicabo. Nuntii enim profecturi celeritas, hos pellegendi mihi facultatem non faciebat: post multos enim dies quam Byzacium venerat, ad meam prope nihil tenuitatem, Carthaginem venit. Jam vero quod et ipsa, qua laboro, ut ita dicam, oculorum imbecillitas obstaret; quia vestram quam cito de his jussionem implere in animo habebam, misi. Quod vobis sanctissimis, transcribendi causa voluminis, expositionis Joannis evangelistæ, solerti consilio constitutum est, mihi quoque vestro servo valde liberale visum est; arrisitque, ut nulla sit insultandi ratio ac ingruendi adversus expositionis auctorem, his, qui ex libito cuncta non bene scrutari ac indagare conantur.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

[87] *Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς ἐν Ῥώμῃ γραφείσης.*

Ταῦτα γὰρ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ οἱ τὸν Κύριον εἰλικρινῶς καὶ ὀρθοδόξως πανταχοῦ γῆς ὁμολογοῦντες, ὥσπερ εἰς ἥλιον φωτὸς ἀϊδίου εἰς τὴν Ῥωμαίων ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν καὶ τὴν αὐτῆς ὁμολογίαν καὶ πίστιν, ἰθυτενῶς[88] ἀποβλέπουσιν, ἐξ αὐτῆς τὴν ἀπαστράπτουσαν αἴγλην προσδεχόμενοι, τῶν πατρικῶν[89] καὶ ἁγίων δογμάτων, καθὼς αἱ θεόληπτοι καὶ θεσπέσιοι εἰλικρινῶς καὶ πανευσεβῶς ἐξέθεντο ἅγιαι ἓξ σύνοδοι[90], ἐκφαντορικώτατα φάσκοντες τὸ σύμβολον τῆς πίστεως. Ἀπαρχῆς γὰρ τῆς πρὸς ἡμᾶς καταβάσεως τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ

EJUSDEM.

Ex epistola Romæ scripta.

Omnes enim orbis terrarum fines, et qui ubique D gentium Dominum vere rectaque fide confitentur, velut in solem sempiternæ lucis in sanctissimam Romanam Ecclesiam, ejusque confessionem ac fidem recta intortis oculis respiciunt, ex ipsa effulgurans exspectantes jubar, Patrum doctrinæ sanctorumque, prout sincere omnique pietate, Numine afflatæ atque divinæ sanctæ sex synodi exposuere, explicatissime fidei symbolum edentes. Ab initio enim quando ad nos Dei Verbum assumpta carne descendit, unicam firmam basim c fundamentum,

[81] R. V. 1, 2, τούτου φύσιν. [82] R. V. 1, ἕπεσθαι et ἀφέπεσθαι. [83] R. V. 1. παρεκβληθέντας· ego παρεγκλιθέντας. [84] V. 1, 2, τὰ γραφὰς καὶ τετρ. [85] R. V. 1, 2, οὐδένειαν. [86] R. V. 1, μεταλέγειν, 2. μεταχείρισιν. [87] V. 2, καὶ μεῦ' ἕτερα, quasi ex eadem epistola: melius Regius, ut ex alia. Vatic. 1 non habet, nec alter R. aut Fr. [88] V. 2, ἐκτενῶς. [89] Vatic. 2. πνευματικῶν. [90] Pro VI synodo, Lateran. sub Martino I, ipsam orbi notissimam, videtur indicare, a qua ipsa hæc Maximus Romæ scripserit.

Digitized by Google

omnes 73 ubique Christianorum Ecclesiæ, quæ ibi est, maximam nacti sunt, habentque Ecclesiam; ut in quam, juxta ipsam Salvatoris promissionem [a], portæ inferi haudquaquam prævaluerint, sed quæ rectæ fidei in ipsum ac confessionis claves habeat, hisque, qui cum pietate accedant, quæ vere natura est, solamque pietatem aperiat; claudat vero atque obstruat omne os hæreticorum, injustitiam loquens in excelso [b]. Etenim quæ ipse universorum conditor ac Dominator, Dominus noster Jesus Christus, ejusque discipuli et apostoli, ac deinceps sancti Patres et Magistri atque martyres, suis tum operibus tum sermonibus, certaminibusque et sudoribus ac laboribus ac cruoribus, postremoque stupendis interfectionibus atque necibus immolati ob nostram in eum credentium catholicam et apostolicam Ecclesiam, fundaverunt; duabus vocibus sine labore atque opera (o longam Dei patientiam toleratiamque!) convellere nituntur, ac magnum omnique luce splendidum ac laude celebrandum, Christianorum rectæ fidei religionis abolere mysterium.

A Λόγου, μόνην κρηπῖδα καὶ θεμέλιον αἱ πᾶσαι πανταχοῦ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαι, τὴν αὐτόθι μεγίστην ἐκτήσαντό τε καὶ ἔχουσιν· ὡς οὐδαμῶς μὲν κατισχυομένην κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίαν, ὑπὸ ᾅδου πυλῶν· ἀλλ' ἔχουσαν τὰς κλεῖς τῆς εἰς αὐτὸν ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ὁμολογίας· καὶ τοῖς εὐσεβῶς προσερχομένοις ἀνοίγουσαν τὴν ὄντως φύσει καὶ μόνην εὐσέβειαν· ἀποκλείουσαν δὲ καὶ ἐμφράττουσαν πᾶν αἱρετικὸν στόμα, λαλοῦν ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος. Καὶ γὰρ ἅπερ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Δεσπότης Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οἵ τε τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ καθεξῆς ἅγιοι Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι καὶ μάρτυρες, ἱερουργηθέντες οἰκείοις ἔργοις τε καὶ λόγοις, ἀγῶσί τε καὶ ἱδρῶσι, καὶ πόνοις καὶ αἵμασι, καὶ τελευταίοις ἐξαισίοις θανάτοις διὰ τὴν ἡμῶν τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσαν καὶ ᾠκοδόμησαν, διὰ δύο ῥημάτων ἀπονητὶ καὶ δίχα θανάτου [καμάτου], ὦ τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας καὶ ἀνοχῆς! καταλῦσαι σπουδάζουσι, καὶ ἀκυρῶσαι τὸ μέγα καὶ πάμφωτον καὶ πανύμνητον τῆς Χριστιανῶν ὀρθοδόξου θρησκείας μυστήριον.

B

[a] Matth. xvi, 18, 19. [b] Psal. lxxii, 8.

MONITUM.

Maximi locum ex epistola ad Marinum, de processione Spiritus ex Patre et Filio in Martini primi synodicis, quo offensi sint Constantinopolitani, ipseque Maximus exposuerit, ut non duas causas, sed unam, Patrem, Latini sentiant; nonnulli, etiam Catholici, an sit Maximi addubitant; vereorque ne Leo Allatius liberalior sit, in Vindiciis synodi Ephesinæ Cyrilli ea de re, cap. 72, cum ait *plerosque addubitare*. Anastasius in Collectaneis ut certæ fidei retulit, ac momentum habere in rem fidei et Ecclesiæ existimavit. In concilio Lugdunensi Gregorio X pontifice, nescio qui dubitarint: non Beccus, non Georgius Metochita, etc. In Florentino ea Maximi distinctione et sententia, Ecclesiarum pax conciliata: non Blemidas aliique Catholici: ex schismaticis, Palamas, Marcus Ephesius, etc. Libri antiquissimi servarunt, in quibus codex ille Romanus antiquior vii synodo, ex quo exscriptus Reg. Michaele Duca Angelo Comneno imper. Qui dubitent, parum versatos in Maximi lectione existimo, nec ullam arbitror exstare ejus epistolam aut tomum dogmaticum, in quo ejus styli character clarius eluceat, quibus præsertim præfatur, ut in aliis ad eumdem Marinum dogmaticis, aliosque viros sacros, diversi argumenti epistolis. Nec sic a vero et catholico sensu abhorret Maximi expressio, ut tam facile ejus relinquendum vadimonium viro catholico sit. Una causa Pater absolute, seu auctor: nec Filius auctor, nisi quia a Patre, et ejus quasi virtus, quo cum una causa, et principium de principio: quod Græci libentius particula *per* exprimunt, ut ordinem significent, et Patri τὸ προκαταρκτικόν, ratione primæ causæ et originalis (a se scilicet) servent. Operæ pretium igitur fecit Maximus, qui et vivus, et vita functus, dissentaneas in specie Doctorum voces Virorumque Ecclesiasticorum eodem sensu, velut olim Athanasius in eadem prope materia (ac περὶ Θεολογίας) commiscerit.

Locum Maximi eo ipso sensu egregie exponit Joan. Veccus, orat. 2, t. II *Græciæ orth.* p. 63 et 64, ubi omissa fusiori explicatione, quam Damasceno malit impendere, cujus causa difficilior, et quo adversarii magis glorientur, sic paucis de Maximo: Ὑμῖν δὲ οὐκ ἀγαπητὸν τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ κατακολουθεῖν ὑπερηγοροῦντι Ῥωμαίων, ἐφ' οἷς καὶ τότε ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἔλεγον ἐκπορεύεσθαι· καὶ οὐδὲν διαφέρειν, τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ πρὸς τὸ, ἐξ ἀμφοῖν ἐκδιδάσκοντι· δι' ὧν ἡ ἐπιστολὴ τὸ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, εἰς τὸ, δι' Υἱοῦ προτέναι σαφῶς ἐκλαμβάνεται; Ubi Leo All. *An non volupe vobis fuerit, magnum Maximum sequi, patrocinium Romanorum suscipientem, qui tum ex Patre et Filio Spiritum procedere affirmabant: nihilque differre ex Patre per Filium, et ex utroque, edocentem: quibus in illa epistola*, Ex Filio procedere, *in illud*, Per Filium procedere, *assumitur*. Omissa Allatio particula καὶ, ipsa non inutilis, qua significatur esse hoc argumento antiquæ traditioni, cum nulla Ecclesiarum scissione sic Romana Ecclesia doceret, nec Græcam lateret. Vexatque egregie hoc argumentum Georgius Metochita in suis de processione Spiritus sancti quinque libris, a me ipsi Leoni Allatio transmissis, ut in tertium suæ *Græciæ orthodoxæ* volumen conferret; sicque transmissi tum mihi periere, tum rei ecclesiasticæ. Extrema verba 74 sic redderem: *Ea ratione quod epistola*, ex Filio procedere, *palam exponat, ut sit idem ac* per Filium prodire. Fuse vero idem ad Constantinum, l. iv, p. 203 et seq., ubi optime quasi utrique parti de processione Spiritus sancti studentem sanctum Maximum, molliendo illa verba junxisse, ut ad assensum traheret, rixamque sedaret: Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν· *Ostenderunt se non causam Spiritus Filium facere*: qualem illi sibi videbantur ex ipsorum verbis et modo profitendi, habere: primam scilicet, et qualis est Pater: quod ipsum illis ex contentione provenerat, et quod Latini Monothelitarum hæresis causa ipsos perstringerent; ut optime idem Veccus, p. 47, dicens se deprehendisse ex Maximi epistola; ac facile quisque advertat: nec aliter in Photio et Cerulario, sic privata odia vertentibus in causam fidei.

In excerpto, ex epistola quam Regius Cod. laudatus Romæ scriptam dicit, Romanus alter, qui solus habet, cum epistola ad Marinum conjungit, quasi sit illius pars: καὶ μεθ' ἕτερα· quomodo non Romæ,

Digitized by Google

sed Byzacii in Africa scripta esset. Ac num imperitus librarius Byzantium sibi pro *Byzacio* divinavit, ut eamdem epistolam, eodem loco scriptam sibi finxerit? Anastasius, quod non defloravit, nec habuit : nunquam omissurus sic illustre Romanæ fidei et Ecclesiæ, Petri privilegio, testimonium ac elogium. Nihil autem abhorret a Maximi aliis, quibus per occasionem Romanos laudat, eorumque in fide firmitatem : nusquam non fidei primatum et arcem Ecclesiasticæ communionis, in Romano Antistite ponens, a quo et absolutio ab hæresi impetranda sit, ac cujus arbitratu transigenda fidei negotia.

Movere possit, quod sex synodos numerat, cum sexta synodus Maximo jam consummato celebrata sit. Existimo sextam voluisse ipsam Romanam et Lateranensem Martino I pontifice, quæ pro sui celebritate sic quinque generalibus Maximo connumerari potuit : qua vere Catholicis supremo judicio confossa hydra videretur, cui interfuisset aut communicasset, quidquid esset orthodoxum, reliquis per Orientem sedibus, excepta Hierosolymitana, Monothelitarum hæresi infectis : in qua perinde Sophronio auctore ea damnata fuerat, uti etiam a Joan. IV Romæ : sed non ea pompa et celebritate, qua a Martino e concilio Lateranensi, Maximo ipso illi incentore, cujus acta illustrissima exstarent, in quibus ventilata omnia, adductaque Scripturæ ac Patrum testimonia, quibus veritas catholica lucidissime statueretur, ac quidquid Monothelitarum furfuris esset, exsufflaretur, illorum etiam nominatim proscriptis capitibus : ut jam una Christianitatis tessera viderentur, in sancta una catholica, quo tantum sui desiderium per Orientem veris fidelibus consciverant, quantum Theodosius Gangrensis presbyter testatur in Hypomnestico. Nec ultra trahenda Maximi epistola ad Petrum illustrem, quam nobis servavit Anastasius in Collectaneis excerptam, unaque nobis Græce desideratur : cum alia dogmatica nobis exstent ad eumdem, in epistolis, quas sequentibus repræsento.

DIFFLORATIO 74 EX EPISTOLA EJUSDEM SANCTI MAXIMI,

SCRIPTA AD PETRUM ILLUSTREM ;

Ubi Pyrrhi et sancti Sophronii Hierosolymitani episcopi, atque papæ Honorii mentionem facit : ita post aliqua prosecutus :

Vestris laudabilibus syllabis dignatus es significare indigno servo tuo propter abbatem Pyrrhum. *Et post pauca.* Et futurum profecto est, ut hac forte pro causa ad redargutionem illius, et omnium qui secundum illum impiam novitatem sectantur indifferenter, ad divinitus conservanda tua, et famosissima vestigia properarem, quatenus scirent omnes, qui secundum vos pietatis sunt amatores, illorum cum omni prorsus inscitia, impietatis quoque superfluam abundantiam. Sed timui ne putarer extra sacra quidquam agere jura, præter voluntatem hoc faciens sanctissimæ sedis apostolicorum virorum, qui universam plenitudinem catholicæ Ecclesiæ bene ducunt, et ordinate secundum divinam legem dedicant. Quoniam hac divina videlicet lege consistunt cœlestia et terrestria, et oportet ab ea nequaquam exorbitare; sed quæ sunt divina, secundum Deum agere illos, qui sancte secundum vos vivere proposuerint; quatenus et Deum gestorum habeant curatorem et sine successu receptionem. Quoniam, famosissime domine, pejor his est, quod et antea intimavi, etiam ab antiquis hæreticis, nova fides et expositio (Ἔκθεσις). Hanc enim multis, quibus perduravit annis in episcopatu ad manifestationem reprobatæ mentis suæ (nam Deus et ad nequitiæ propalationem sæpe novit longanimiter sustinere : non ut hanc ampliorem per inducias reddat, sed ut hanc ampliorem factam justius puniat) decessor quidem ejus impie in utero aluit, iste vero magis 75 impie genuit, et rursus posteriores horum in contemptum excolunt divinitatis.

Et paulo post. Et quod adhuc deterior illis est mus, et veluti speciale omnium universorum hæreticorum indicium, quia et suæ ipsius impietatis obnoxios, scribunt innoxios. Sophronium quippe, qui prudenter divina perdocuit et prædicavit Ecclesiæ catholicæ dogmata, se in errorem movisse hac illacque susurrant. *Et post pauxillum :* Divinus enim Sophronius, ut ipsi testamini, laudatissimi, in Afrorum regione mecum et cum omnibus peregrinis monachis moras agebat, cum ipsi perversitates illas fabricarent adversus omnes. *Et post pusilla :* Et erat quidem domus omnium per divinam concordiam et unanimitatem in unum Dei favente gratia in universitate, quæ sub sole consistit, pacifica et tranquilla fide munitis Ecclesiis. Hi vero, qui horum invidebant consonantiæ, ac in Christum Deum confessioni, veluti quamdam caliginosam nubem, et stridentem vel gravem fluctum maris ac barbarorum, nemine hos movente, quam solo dæmone turbationis amico, qui genus humanum ad simultatem concitavit, repente contra veram Christianorum fidem excogitaverunt Ecthesim; deinde sententias pro ea, et compositiones incultas; deinde actiones monumentorum; deinde synodos latrocinales et concursus episcoporum, non vero convenientium, sed violentia contractorum ; non exhortatione properantium, sed ex fuga Barbarorum peregre proficiscentium; dein jussiones et minas huc atque illuc adversus pios transmissas. Nam eum, qui tunc imperabat, sophistice muneribus in servitutem redigentes.

Et post pauca. Ex proprio nomine viro Ecthesim producere persuaserunt. *Paulo post.* Fit autem horum inimicus pariter et defensor; an potius asserendum fautor et accusator, horum publicans argumentum : et innotescens quod ipse nequaquam ex se fuerit motus, sed ab illis coactus, impiissimam fecerit Ecthesim, in scriptis pro seipso hæc

Digitized by Google

dicens, et rationem reddens Joanni sanctæ memoriæ papæ senioris Romæ. *Et post paucillum.* Convincunt autem seipsos, quod isti valde manifeste fortissimi hanc fecerint, et nullatenus ille. Neque enim quodlibet super hoc habuit studium, utpote ad alia circumlatus.

Post brevia. De quibus omnibus miseri, nec sensus apostolicæ facti sunt sedis; et quod est risu, imo, ut magis proprie dicamus, lamento dignissimum, utpote illorum demonstrativum audaciæ, nec adversus ipsam apostolicam sedem mentiri temere pigritati sunt : sed quasi illius effecti consilii, et veluti quodam ab eo recepto decreto, in suis contextis pro impia Ecthesi actionibus, secum, magnum Honorium acceperunt, suæ præsumptionis ostentationem ad alios facientes, viri in causa pietatis maximam eminentiam. Quis itaque, o famosissime, et qualis Sophronius hæc et tam atrociter et per tantum temporis facere his falsiloquis persuasit? quæ hos non rogavit Ecclesia? quis pius et orthodoxus non supplicavit antistes, cessare illos a propria hæresi clamando et obtestando? siquidem ultima sua exspirabat sacer Arcadius et spiritum Deo tradebat : sed neque usque ad horam illam eos rogare cessavit.

Et post pauca. Quid autem et divinus Honorius; quid vero et post illum Severinus senex : quid denique et is, qui post hunc exstitit, sacer Joannes? Porro is qui nunc præsidet beatissimus papa, omisit quidquam supplicationi conveniens? Nonne Oriens totus et Occidens lacrymas, lamenta, obsecrationes, deprecationes ex æquo, tam Deo per orationes, quam his per epistolas offerebant? Sed Deus quidem horum profecto beatorum virorum fidem admisit, et pro ea vicissitudinem in sæcula conservavit. Illi autem Domini contemnentes inducias, ad conversionem hos benigne cohortantes, et horum egregiorum facta per tot tempora supplicatione torpentes, suæ nequaquam passi sunt cœlestem fidem præferre.

Post aliqua. Divinus ergo magnusque Sophronius tunc Alexandriam veniens, mox ex prima lectione (dederat enim etiam ipsi Cyrus ad retractandum illa novem impietatis capitula) lugubre quiddam et ingens vociferatus, fontes emittebat lacrymarum illum fervide obsecrans, supplicans, expostulans, in pavimento ipsius pedibus provolutus, quo nihil horum super ambonem contra catholicam Dei Ecclesiam prædicaret : quippe cum hæc liquido impii essent Apollinarii dogmata. *Et paulo post.* Taliter viri, o mihi præ omnibus reverendum caput, divina Deo perosis insultationibus, et invicem scenicis quodammodo illusionibus lacerabant, et sacratissimum Sophronium tam miserabiliter lamentatum, utpote contritionem more cujusdam secundi Jeremiæ catholicæ deflentem Ecclesiæ, tantumque divinorum lapsum **76** bene valde et compatientissime dogmatum deplorantem, nullatenus consolati sunt.

Et post nonnulla. Si enim Romana sedes non solum reprobum Pyrrhum, sed et male sentientem et male credentem non nescit, perspicuum profecto est, quia omnis, qui eos, qui Pyrrhum reprobaverunt, anathematizat, sedem Romanam, id est, catholicam Ecclesiam anathematizat. Omitto enim dicere, quia utique et seipsum, qui talis est, si duntaxat sedi Romanæ communicat, catholicæque Dei Ecclesiæ. Obsecro igitur, benedicte domine mi, præcipere omnibus, ne Pyrrhum sanctissimum vel Almificum nominent. Neque enim tale quid sacra regula eum vocari permittit. A cuncta enim cecidit sanctitate, qui nimirum ab Ecclesia catholica sponte prosiliit. Non enim fas est illum ex quacunque laude cognominari, qui jam olim damnatus est et abjectus ab apostolica sede Romanæ urbis [91], ob externæ sensum opinionis, donec ab ea recipiatur conversus ad ipsam; imo ad Dominum Deum nostrum per piam confessionem et orthodoxam fidem, qua sanctificationem recipiat, sanctumque vocabulum. Itaque si vult hæreticus non esse, neque audire, non isti aut illi satisfaciat; superfluum quippe hoc et irrationabile est : quia sicut uno contra eum scandalizato omnes scandalizati sunt; ita quoque uno satisfacto, omnes procul dubio satisfiunt. Festinet pro omnibus sedi Romanæ satisfacere. Hac enim satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc et orthodoxum prædicabunt. Nam frustra solummodo loquitur, qui mihi similes suadendos putat, et non satisfacit et implorat sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ beatissimum papam, id est, apostolicam sedem, quæ ab ipso incarnato Dei Verbo, sed et omnibus sanctis synodis, secundum sacros canones et terminos, universarum, quæ in toto terrarum orbe sunt, sanctarum Dei Ecclesiarum in omnibus et per omnia percepit et habet imperium, auctoritatem et potestatem ligandi et solvendi. Cum hac enim ligat et solvit etiam in cœlo Verbum, quod cœlestibus virtutibus principatur. Si enim alios quidem satisfaciendos ducit, et beatissimum Romanum papam nequaquam implorat, simile quiddam agit ei, qui forte homicidii, vel alterius cujusdam criminis redarguitur, et insontem se, non ei, qui secundum leges judicandi jura sortitus est, exhibere festinat : sed tantum inutiliter et sine lucro aliis et privatis hominibus munditiam monstrare sui satagit actus, qui nullam habeant se solvendi a crimine potestatem.

Quapropter, benedicte mi domine, adhuc magis extende præceptionem, quæ bene vobis et secundum placitum Dei visa fuisse dignoscitur, quo nemini licentiam habeat iste quidquam loqui et obloqui dogmatis causa. Sed liquido discite voluntatem hujus abundantius investigantes, si velit annuere

[91] Hæc forte post Theodori papæ excommunicationem : vel cum sede ejectus et Urbe in Africa ageret.

Digitized by Google

penitus veritati : et si hoc agere studuerit, et ad id secundum rationem accelerat, hortamini eum suggestionem convenienter facere ad beatissimum papam Romanum : quatenus sic per illius divinam A præceptionem, regulariter, quæ circa ipsum sunt, et decentissime moderetur ad gloriam Dei, et vestræ laudem sublimitatis.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων (d).

α'. Ὁ Ἄρειος τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ· ἀλλὰ τὴν Μονάδα ἀρνεῖται· καὶ οὐ λέγει ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν Τριάδα. Ὁ δὲ Σαβέλλιος, τὴν Μονάδα ὁμολογεῖ· ἀλλὰ τὴν Τριάδα ἀρνεῖται· τὸν γὰρ αὐτὸν λέγει Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν Μονάδα[92] ὁμολογεῖ, καὶ τὴν Τριάδα κηρύττει. Ὁ Μακεδόνιος ὅμοια τῷ Ἀρείῳ πρεσβεύει· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα, κτίσμα ὑποτίθησιν· ἡ δὲ Ἐκκλησία, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνακηρύττει, καὶ Θεὸν πῶς διαβεβαιοῖ (*e*). Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, Νεστόριος τὴν φυσικὴν διαφορὰν λέγει· ἀλλὰ τὴν ἕνωσιν οὐχ ὁμολογεῖ, οὐ γὰρ B λέγει ταύτην καθ' ὑπόστασιν γεγονέναι. Ὁ δὲ Εὐτυχὴς, τὴν μὲν ἕνωσιν ὁμολογεῖ· τὴν δὲ κατ' οὐσίαν διαφορὰν ἀρνεῖται, καὶ σύγχυσιν τῶν φύσεων εἰσάγει. Ἡ δὲ Ἐκκλησία, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν διὰ τὸ ἀδιαίρετον, καὶ τὴν κατ' οὐσίαν διαφορὰν διὰ τὸ ἀσύγχυτον πρεσβεύει.

β'. Πῶς ἡ ἄκρα ἕνωσις καὶ ταυτότητα ἔχει, καὶ ἑτερότητα; Ἡ ταυτότητα οὐσιῶν καὶ ἑτερότητα προσώπων, καὶ τὸ ἔμπαλιν. Οἷον ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ταυτότης μέν ἐστιν οὐσίας· ἑτερότης δὲ προσώπων· μίαν γὰρ οὐσίαν ὁμολογοῦμεν· τρεῖς δὲ ὑποστάσεις. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, ταυτότης μέν ἐστι προσώπου· ἑτερότης δὲ οὐσιῶν· ἑνὸς γὰρ ὄντος ἀνθρώπου, ἄλλης οὐσίας ἐστὶν ἡ ψυχὴ, καὶ ἄλλης ἡ σάρξ[93]. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· ταυτό- C τητος μέν ἐστι, προσώπου· ἑτερότης δὲ, οὐσιῶν· ἑνὸς γὰρ ὄντος προσώπου, ἤτοι ὑποστάσεως, ἑτέρας οὐ-

SANCTI MAXIMI

De duabus Christi naturis.

1. Arius tres hypostases, seu personas, confitetur; verum Unitatem negat : nec sanctam Trinitatem consubstantialem dicit. Sabellius vero, Unitatem confitetur, sed negat Trinitatem. Eumdem enim dicit Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Dei autem Ecclesia, cum Unitatem confitetur, tum prædicat Trinitatem. Macedonius similia docet Ario : nam Spiritum sanctum creaturam esse tradit. Ecclesia vero, Spiritum sanctum ejusdem ac Pater et Filius substantiæ celebrat, ac Deum esse affirmat. Similiter **77** etiam Nestorius in uno sanctæ Trinitatis distinctionem dicit, sed unionem non confitetur. Non enim factam unionem dicit secundum hypostasim. Eutyches vero confitetur quidem unionem, verum naturarum confusionem inducit. At Ecclesia, tum unionem secundum hypostasim, propter indivisionem ; tum distinctionem secundum substantiam profitetur, ne fiat confusio.

2. Quomodo summa unio et identitatem habet, et distinctionem ? Nempe aut substantiarum identitatem, aut personarum distinctionem; et ut sic dicam, alietatem; vel e contra. Velut in sancta Trinitate, eadem substantia est; personarum vero distinctio. Unam enim substantiam confitemur; tres vero hypostases ac personas. In homine autem una est hypostasis seu persona, sed diversæ substantiæ. Cum enim homo unus sit, alia animæ substantia est, alia carnis, sive corporis. Simili autem ratione etiam in Christo Domino, eadem

[92] Fr. καὶ Μονάδα καὶ Τριάδα. [93] Fr. τὸ σῶμα, ut et Turr.

NOTÆ.

(*d*) Ex Regio cod. collato cum nostro Tiliano S. Hilarii et Dufresnii editisque Latine a Turriano. Eadem fere Leontius. Opusculum hoc ipsum breve, quod tam multis codd. exstat, argumento est, pluris Ecclesiæ catholicæ alumnis olim habitum, eisque velut tesseræ loco fuisse adversus hæreticos, qui vel de Deitate male sensissent, vel de dispensatione seu incarnatione; ne omissa quidem Macedonii hæresi, in nostro sancti Hilarii cod., sive ipse sanctus Maximus illam inseruit, sive alius quispiam studiosus adjecit, ut esset plenior doctri- D na; quod vero similius putem, vel inde quod in aliis ubique codd. desideratur. Placuit vero etiam repræsentare. Titulus apud Turr. paulo auctior; addit enim, *Et quod Arius et Nestorius in theologia et incarnatione, contra atque Sabellius et Eutyches sentiunt :* quod ipsum indicat, unum hoc Maximum spectasse, ut contrarias has hæreses in Trinitate et Incarnatione contenderet, eisque fidem catholicam, ipsam illarum mediam, opponeret.

(*e*) *Καὶ Θεὸν πῶς διαβεβαιοῖ.* Sic noster ille cod. non enclitice. Qui velit τὸ, πῶς, ἐμφατικῶς dici, ac velut quadam admiratione, nihil ipse inficias ierim. Sic certe quod altero statim numero sequitur, Πῶς ἡ ἄκρα ἕνωσις, admiratione reddo; quidquid Turrianus interrogatione : *Quomodo summa unio et idem habet et diversum ?* Non id quærit Maximus, sed admiratur, in divinis æque ac in creatis : nisi quod in divinis, non satis aptum, τὸ, *diversum et diversitas*, quod sic proclive Turr. usurpat : pro eo quod est *distinctum et distinctio*, sed aliud, vel alterum, vel differens ac differentia; quod nimirum diversus divisionem videatur inducere; sicque reddit Ambros. Calep. *diversus, separatus*, κεχωρισμένος· quo facit illud Cæsaris *De bello Afr. : Cum Numidas diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent;* itemque Plauti in Rud. : *Inde suam quisque ibant diversi domum.* Ἑτερότητα dicant, si liceret, castigatiores theologi, *alietatem;* uti etiam alia eis persona atque alia in divinis dicitur : quanquam ἕτερος respectu duorum proprie, ἄλλος etiam plurium. Ad illa verba Hilariani nostri cod. ἡ ταυτότητα οὐσιῶν, addo quæ necessaria sunt, ut sit plenus sensus, καὶ ἑτερότητα προσώπων, καὶ τὸ ἔμπαλιν. Aliter enim se res in Deo habet, aliter in Christo ac nobis, modoque opposito; quod utrumque propositum exponere Maximo, cum utrobique summa unio sit, altera essentialis seu natura, altera personalis ac subsistentia.

Digitized by Google

persona est, et diversæ substantiæ. Cum enim una sit persona, seu hypostasis, alterius substantiæ est divinitas, alterius ac diversæ humanitas. Quemadmodum enim fieri non potest ut in sancta Trinitate unionem confiteamur et non efferamus distinctionem : sic prorsus necesse est ut in uno e sancta Trinitate, tum unionem prædicemus, tum distinctionem.

A σία; ἔστιν ἡ θεότης, καὶ ἑτέρας ἡ ἀνθρωπότης. Ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογεῖν μὲν τὴν ἕνωσιν, μὴ ἐκφωνεῖν δὲ τὴν διαφοράν· οὕτως ἀνάγκη πᾶσα ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν διαφορὰν κηρύττειν.

3. Quemadmodum enim in sancta Trinitate, non iisdem vocibus unio significatur et distinctio; sed quod tres hypostases seu personas dicamus, distinctio designatur; quod vero unam confiteamur substantiam, unio denotatur : sic et in uno e sancta Trinitate, quod duas agnoscamus naturas, distinctio; quod vero unam prædicemus hypostasim compositam ac personam, unio perhibetur.

γ'. Ὥσπερ γὰρ οὐ διὰ τῶν αὐτῶν σημαίνεται λέξεων, ἥ τε διαφορὰ καὶ ἡ ἕνωσις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ἀλλὰ διὰ τοῦ μὲν λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, ἡ διαφορά· διὰ τοῦ ὁμολογεῖν δὲ μίαν οὐσίαν, ἡ ἕνωσις ὁμολογεῖται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος· διὰ μὲν τοῦ γνωρίζειν τὰς δύο φύσεις, ἡ διαφορά· διὰ δὲ τοῦ κηρύττειν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, ἡ ἕνωσις ὁμολογεῖται.

4. Sicut enim Arium anathematizamus, non ea ratione quod in sancta Trinitate distinctionem quæ est secundum hypostasim prædicet, sed velut qui non dicat naturalem unionem : sic et Nestorium anathematizamus, non velut, qui naturalem distinctionem in Christo agnoseat; sed ut qui unionem secundum hypostasim non dicat.

B δ'. Ὥσπερ γὰρ Ἄρειον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς κηρύττοντα [99] ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφοράν· ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν φυσικὴν ἕνωσιν· οὕτω καὶ Νεστόριον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς γνωρίζοντα τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν.

5. Quemadmodum Sabellium anathematizamus, non velut qui in sancta Trinitate unionem prædicet; sed ut qui non dicat unionem quæ secundum hypostasim est : sic Eutychem anathematizamus, non velut qui non dicat unionem secundum hypostasim in Christo, sed ut qui naturalem distinctionem non agnoscat.

ε'. Ὥσπερ Σαβέλλιον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς κηρύττοντα ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν φυσικὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφοράν· οὕτως Εὐτυχέα ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς μὴ λέγοντα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς μὴ γνωρίζοντα τὴν φυσικὴν διαφοράν.

78 6. Distinctio secundum hypostasim in sancta Trinitate, et naturalis distinctio in uno e sancta Trinitate, non in sensu dicenda sit, sed mentis oculis intelligenda. Ac quanam, quæso, ratione, in sancta quidem Trinitate tres effertis hypostases seu personas, ob distinctionem secundum hypostasim; in uno autem e sancta Trinitate non effertis duas naturas in una hypostasi ac persona, ob naturalem distinctionem ?

C ς'. Τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφορὰν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, οὐκ ἐν αἰσθήσει χρὴ λέγειν, ἀλλὰ νοῆσαι τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν. Καὶ πῶς, ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας Τριάδος ἐκφωνεῖτε τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφοράν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος οὐκ ἐκφωνεῖτε δύο φύσεις ἐν μιᾷ ὑποστάσει, διὰ τὴν φυσικὴν διαφοράν;

7. Quemadmodum ob sanctæ Trinitatis consubstantialitatem, unam dicis substantiam, ac tres personas seu hypostases, ob distinctionem; sic ob Verbi et carnis substantiæ diversitatem, duas naturas dicito; et quod non propria cujusque hypostasis est ac subsistentia, unam hypostasim seu personam.

ζ'. Ὥσπερ διὰ τὸ ὁμοούσιον τῆς ἁγίας Τριάδος, μίαν οὐσίαν· καὶ διὰ τὸ ἑτερυπόστατον τρεῖς ὑποστάσεις λέγεις· οὕτω διὰ τὸ ἑτεροούσιον τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, δύο οὐσίας· καὶ διὰ τὸ μὴ ἰδιυπόστατον (*f*), μίαν ὑπόστασιν λέγε.

8. Quemadmodum in sancta Trinitate unam substantiam dicimus, non ut personas confundamus; neque tres personas ac hypostases, ut unam naturam perimamus : sic in uno e sancta Trinitate

D η'. Ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν μίαν οὐσίαν, οὐκ ἐπὶ συγχύσει τῶν τριῶν ὑποστάσεων λέγομεν· οὔτε τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς μιᾶς οὐσίας· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος,

[99] Tilian. et Fr. οὐ κηρύττον· et sic in aliis; Turr. deest negans particula.

NOTÆ.

(*f*) *Διὰ τὸ μὴ ἰδιυπόστατον.* Nec Turrianus aliam habuerit vocem, vel Maximus aliam scripserit. Quod ergo reddit : *Et propter propriam sententiam dic unam hypostasim*, omissa scilicet particula negante, ejus propositio minime sana sit. Quæ enim theologia, ut propter subsistentiam propriam duplicis substantiæ Verbi et carnis, quam scilicet proprie ac seorsim, propriamque sibi quodque horum vindicet, una in Christo dicenda sit hypostasis aut persona? non econtra, quod non sit propria, sed communis per unitionem facta ut omnes nostri codd. repræsentant : debuitque vir doctus ac pius, vel si ita illi laborabat ejus cod. aberatque negatio, non tam facile decoquere. Sic quoque num. 4 et 5, male illi desiderata negatio, cujus absentia, ipsa statim simplex propositio offendit, etsi in vi hypotheticæ verus sensus utcunque elici queat.

Digitized by Google

τὴν μίαν ὑπόστασιν, οὐκ ἐπὶ συγχύσει τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ λέγομεν· οὔτε τὰς δύο φύσεις, ἐπὶ διαιρέσει τῆς μιᾶς ὑποστάσεως.

θ'. Ὁ μὴ λέγων ἐπὶ Χριστοῦ διὰ τὴν τῶν φύσεων διαφοράν. τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, Νεστοριανός ἐστι· καὶ ὁ μὴ λέγων ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει τὴν φυσικὴν διαφοράν, Εὐτυχιανιστής ἐστι· ὁ δὲ καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ τὴν φυσικὴν διαφορὰν κηρύττων ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, τὴν βασιλικὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν κρατεῖ.

ι'. Ὁ τοίνυν λέγων καὶ διαφορὰν καὶ ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὔτε τὴν διαφορὰν ἀναιρεῖ, οὔτε τὴν ἕνωσιν συγχέει. Καὶ γὰρ ὁ θεῖος Κύριλλος[98] ἀναθεματίζει τοὺς διὰ τὴν διαφορὰν ἀναιροῦντας τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν· καὶ ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἀναθεματίζει τοὺς διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἀναιροῦντας τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος.

A unam hypostasim dicimus ac personam, non ut ejus ambas naturas confundamus; neque duas naturas, ut unam hypostasim ac personam dividamus.

9. Qui non dicit in Christo ob naturarum distinctionem, unionem quæ est secundum hypostasim, Nestorianus est; et qui non dicit in unione quæ est secundum hypostasim, naturalem distinctionem, Eutychianista: qui vero tum unionem, quæ est secundum hypostasim tum naturalem distinctionem prædicat in uno e sancta Trinitate, is regiam ac inculpatam tenet fidem.

10. Igitur, qui et distinctionem in Christo dicit et unionem, is neque distinctionem perimit, nec confundit unionem. Etenim divus Cyrillus eos anathematizat, qui propter distinctionem, unionem interimunt, quæ est secundum hypostasim: synodus vero œcumenica eos anathematizat, qui propter unionem quæ est secundum hypostasim, naturalem dictinctionem interimunt, in uno e sancta Trini-
B tate.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ.

Ὅροι διάφοροι[99].

Οὐσία καὶ φύσις, ταυτόν· ἄμφω γὰρ κοινὸν καὶ καθόλου, ὡς κατὰ πολλῶν καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ κατηγορούμενα, καὶ μήποτε καθοτιοῦν ἐνὶ προσώπῳ περιοριζόμενα.

Ἐνυπόστατόν ἐστι, τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν κοινόν, ἤγουν τὸ εἶδος, τὸ ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀτόμοις πραγματικῶς ὑφιστάμενον, καὶ οὐκ ἐπινοίᾳ ψιλῇ θεωρούμενον.

Ἄλλως, ἢ πάλιν ἐνυπόστατόν ἐστι, τὸ ἄλλῳ διαφόρῳ κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς ἑνὸς σύστασιν προσώπου καὶ μιᾶς γένεσιν ὑποστάσεως, συγκείμενόν τε καὶ συνυφιστάμενον, καὶ οὐδαμῶς καθ' αὐτὸ γνωριζόμενον.

Ὁμοούσιόν ἐστι τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἄλλῳ τυγχάνον, διάφορον δὲ πρὸς τὸ αὐτὸ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὄν· ὡς ἐπί τε ἀνθρώπου καὶ τῶν ἄλλων ἔχει εἰδῶν. Εἴ τι οὖν ἄλλῳ ταυτὸν ὑπάρχει κατὰ τὴν οὐσίαν, οὐ ταυτὸν ὑπάρχει τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· καὶ εἴ τι ἓν καὶ ἡνωμένον ἄλλῳ τυγχάνει κατὰ τὴν οὐσίαν, οὐχ ἓν οὔτε ἡνωμένον τῷ αὐτῷ τυγχάνει καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· καὶ εἴ τι διαφορὰν ἔχει πρὸς ἄλλο κατὰ τὴν ὑπόστασιν, τοῦτο ἕνωσιν ἔχει πρὸς τὸ αὐτὸ κατὰ τὴν οὐσίαν.

Οὐσιώδης οὖν ἕνωσίς ἐστιν, ἡ τὰς διαφόρους κατ' ἀριθμὸν καὶ πολλὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν συνάγουσα. Οὐσιώδης δὲ διαφορὰ τυγχάνει, λόγος καθ' ὃν ἡ οὐσία, ἤγουν φύσις, ἀμείωτός τε καὶ ἄτρεπτος, ἄφυρτος ὁμοῦ καὶ ἀσύγχυτος διαμένει, καὶ τὴν πρὸς ἄλλο κατ' εἶδος ἕτερον εἰς μίαν ὑπόστασιν ποιουμένη σύνοδον, οὐδ' ὅλως τῆς κατὰ φύσιν ἰδίας ἐξίσταται φύσεως.

MAXIMI CONFESSORIS

Variæ definitiones.

Substantia idem est ac natura. Ambo enim commune sunt et universale, ut quæ de multis ac numero differentibus prædicentur, nec ulla usquam ratione una persona circumscribantur.

79 Ἐνυπόστατον (ac si in hypostasi exsistens dicas) est commune secundum substantiam; hoc est, species, quæ in individuis, quæ sub ipsa sunt,
C realiter subsistit, nec nudo mentis cogitatu consideratur.

Vel rursus ἐνυπόστατον est, quod cum alio distincto secundum substantiam, ad unam constituendam personam, et ut una fiat hypostasis, in compositionem venit, unaque subsistit, nec ullo modo per se noscitur.

Ὁμοούσιον, id est, consubstantiale, est, quod ejusdem cum alio substantiæ est, differtque ab eo ea distinctione quæ est secundum hypostasim; ut se res in homine, ac reliquis speciebus habet. Si quid igitur idem cum alio est secundum substantiam, non etiam idem est cum illo secundum hypostasim. Nec si quid unum est ac unitum secundum substantiam, unum est ac unitum secundum etiam hypostasim. Et si
D quid cum alio distinctionem habet, quæ est secundum hypostasim, cum eodem unionem habet, quæ est secundum substantiam.

Substantialis igitur unio est, quæ numero distinctas multasque hypostases, in unam eamdemque cogit substantiam, seu essentiam. Substantialis vero distinctio, ratio est, qua substantia, sive natura, nulla sui diminutione et immutabilis, simulque inconfusa et incommista perseverat: cumque alio, diversæ speciei ad unam conflandam hypostasim concurrens, nihil prorsus a sua, et quæ illi ex se competit, natura excedit.

[98] Tilian. ὁ μακάριος. Fr. et Turr. καὶ γὰρ Κύριλλος codice Raph. Dufr.

[99] Ex Hœsch. Augustana edit. emendata ex co-

Digitized by Google

Hypostasis et persona idem sunt : ambo enim particulare sunt et proprium, ut quæ in seipsis circumscribantur, non de pluribus natura prædicentur.

Ἐνούσιον est, quod non solum consideratur ut habens in se proprietatum acervum, qua ratione aliud ab alio noscitur; sed quod etiam commune essentiæ reipsa est nactum.

Ὁμοϋπόστατον est, quod cum alio in unam eamdemque compositum personam ac subsistentiam, ab eo distinctum est secundum essentiam; uti se res habet in anima et corpore, ac omnibus aliis, quæ naturæ distinctione servata, secundum hypostasim unita sunt. Si quid igitur cum alio per unionem compositum est, idem exsistit subsistendi ratione; hoc est, una cum eo hypostasis, seu persona effectum est, cum per essentiam aliud exsistat ac diversum. Ac si quid unum, ac cum alio secundum hypostasim unitum est, haud unum aut ejusdem cum eo generis est secundum **80** essentiam. Si quid item cum alio compositum, distinctionem servat secundum essentiam, cum eo unionem habet quæ est secundum hypostasim seu personam.

Igitur hypostatica unio est, quæ diversas substantias, seu naturas, in unam cogit devincitque personam, unamque hypostasim. Hypostatica vero distinctio, ratio est, secundum quam diversitas acervi proprietatum, quæ in communi substantiæ consideratur, aliud ab alio scindens numero, individuorum efficit turbam ac pluralitatem.

Σχετικὴ (ac si in affectu posita dicas) unio est, quæ diversos animos ac sententias, in unam cogit voluntatem. Σχετικὴ vero (habitudine exsistens) distinctio, est ejusmodi motio, quæ unam voluntatem scindit, animorum ac sententiarum diversitate.

Σχετικὴ rursus unio est, amica animorum cohæsio, seu voluntatum per concordiam una conspiratio ac consensus. Σχετικὴ distinctio, animorum diversitas est, aut voluntates dispares seu divisi affectus nec cohærentes.

Συγχυτικὴ unio (id est, confundens) est, quæ ex personis ac rebus quæ vere exsistant, ut in totum aliquod concurrant, compositio efficitur; suarum partium post unionem, in specie ac figura incolumem exsistentiam omnino non habens, sed abolitam simul, commistamque ac obscuratam : nullamque prorsus eorum, quæ in illa concurrerunt, distinctionem servans, qua eorum substantialis proprietas designetur ac innotescat.

Divisio est, quæ rei cujusque substantiam penitus secet, seorsum constituens separansque, et ut ipsa per se consideretur, præstans, tum quod ad essentiam spectat, tum quod ad hypostasim seu personam.

Hypostasis proprium est, ut per se consideretur, et ab illis, quæ sunt ejusdem generis, numero distinguatur. Ἐνυποστάτου proprium est, vel ut

Ὑπόστασις καὶ πρόσωπον, ταυτόν· ἄμφω γὰρ μερικόν τε καὶ ἴδιον, ὡς ἐφ' ἑαυτῶν τὴν περιγραφὴν, ἀλλ' οὐκ ἐν πλείοσι τὴν κατηγορίαν φυσικῶς κεκτημένα.

Ἐνούσιόν ἐστι τὸ μὴ μόνον ἐνθεωρούμενον ἔχον ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ τῶν ἰδιωμάτων ἄθροισμα, καθ' ὃ ἄλλο ἀπ' ἄλλου γνωρίζεται, ἀλλὰ καὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας πραγματικῶς κεκτημένον [97].

Ὁμοϋπόστατόν ἐστι, τὸ εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἄλλῳ συντεθειμένον· διάφορον δὲ πρὸς τὸ αὐτὸ κατ' οὐσίαν τυγχάνον· ὡς ἐπί τε ψυχῆς καὶ σώματος ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα φύσεως ἑτερότητι διαφέροντα, καθ' ὑπόστασιν ἥνωται. Εἴ τι οὖν ἄλλῳ καθ' ἕνωσιν συντεθὲν, ταυτὸν ὑπάρχει κατὰ τὴν ὑπόστασιν, τουτέστιν, ὑπόστασις μετ' αὐτοῦ γέγονε μία, ἕτερον τῷ αὐτῷ κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστί. Καὶ εἴ τι ἓν καὶ ἡνωμένον ἄλλῳ τυγχάνει κατὰ τὴν ὑπόστασιν, τοῦτο οὐκ ἔν οὔτε ὁμόγενές ἐστι τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν. Καὶ εἴ τι συντεθειμένον ἄλλῳ διαφορὰν ἔχει κατὰ τὴν οὐσίαν, τοῦτο ἕνωσιν ἔχει πρὸς τὸ αὐτὸ κατὰ τὴν ὑπόστασιν.

Ὑποστατικὴ οὖν ἕνωσίς ἐστιν, ἣ τὰς διαφόρους οὐσίας ἤγουν φύσεις εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν συνάγουσά τε καὶ συνδέουσα. Ὑποστατικὴ δὲ διαφορὰ, τυγχάνει λόγος, καθ' ὃν ἡ κατὰ τὸ ἄθροισμα τῶν ἐνθεωρουμένων ἰδιωμάτων τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας ἑτερότης, τέμνουσα κατ' ἀριθμὸν ἄλλον ἀπ' ἄλλου, τὴν τῶν ἀτόμων ποιεῖται πληθύν.

Σχετικὴ ἕνωσίς ἐστιν, ἡ τὰς διαφόρους γνώμας εἰς ἓν συνάγουσα θέλημα. Σχετικὴ δὲ διαφορά ἐστιν, ἡ τὸ ἓν θέλημα γνώμης ἑτερότητι διατέμνουσα κίνησις.

Σχετικὴ ἕνωσίς ἐστι, φιλικὴ συνδιάθεσις, ἢ θελημάτων ὁμονοητικὴ σύμπνοια καὶ ἐπίνευσις. Σχετικὴ διαφορά ἐστι, γνώμης ἑτερότης, ἢ θελημάτων ἀνομοιότης, ἢ διαίρεσις διαθέσεως.

Συγχυτικὴ ἕνωσίς ἐστιν, ἡ ἐξ ὑποστάσεων εἰς ὅλου τινὸς κατὰ σύνοδον γινομένη σύνθεσις, ἢ τις τὴν τῶν μερῶν ἑαυτῆς μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν εἴδει καὶ σχήματι, σωζομένην οὐκ ἔχει τὸ σύνολον ὕπαρξιν· ἀλλ' ἠφανισμένην ὁμοῦ καὶ πεφυρμένην καὶ ἄγνωστον, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν συνδεδραμηκότων οὐδεμίαν οὐδαμῶς κέκτηται διαφορὰν, τὴν οὐσιώδη τούτων ἰδιότητα διασημαίνουσαν.

Διαίρεσίς ἐστι, τομὴ διαμπὰξ ἀνὰ μέρος τιθεῖσά τε καὶ χωρίζουσα καὶ καθ' ἑαυτὴν θεωρεῖσθαι παρασκευάζουσα, κατά τε οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, τὴν ἑκάστου πράγματος ὕπαρξιν.

Ὑποστάσεως ἴδιόν ἐστι, τὸ καθ' ἑαυτὴν ὁρᾶσθαι, καὶ τῶν ὁμοειδῶν κατ' ἀριθμὸν διαστέλλεσθαι. Ἐνυποστάτου ἴδιόν ἐστι, ἢ τὸ μετ' ἄλλου διαφόρου κατα

[97] Sic anima et corpus, quæ partiales substantiæ, non ἐνούσια.

Digitized by Google

τὴν οὐσίαν ἐν ὑποστάσει γνωρίζεσθαι καθ' ἕνωσιν ἑλυτον· ἢ τὸ ἐν ἀτόμοις φυσικῶς τυγχάνειν καθ' ὕπαρξιν.

Οὐσίας ἴδιον, τὸ ἐν πᾶσι καὶ πάντων φυσικῶς κατηγορεῖσθαί τε καὶ προφαίνεσθαι. Ἐνουσίου ἴδιον, τὸ πραγματικῶς ὑφίστασθαι, καὶ φέρειν ἁπάντων ἐφ' ἑαυτοῦ τῶν προσωπικῶν ἰδιωμάτων τοὺς ἀληθεῖς χαρακτῆρας.

Δύναμίς ἐστιν, Ἔνυλος ἐνέργεια· ἐνέργεια, ἄϋλος [98] δύναμις. Ἢ πάλιν, ἐνέργειά ἐστι δυνάμεως φυσικῆς ἀποτέλεσμα.

Θέλημα φυσικόν ἐστιν, οὐσιώδης τῶν κατὰ φύσιν συστατικῶν ἕφεσις. Θέλημα γνωμικόν ἐστιν, ἡ ἐφ' ἑκάτερα τοῦ λογισμοῦ αὐθαίρετος ὁρμή τε καὶ κίνησις.

Διαφορά ἐστι λόγος, καθ' ὃν ἡ πρὸς ἄλληλα τῶν σημαινομένων ἑτερότης σώζεσθαι πέφυκε, καὶ τοῦ πῶς εἶναι δηλωτικός.

Ταυτότης ἐστὶν ἀπαραλλαξία, καθ' ἣν ὁ τοῦ σημαινομένου λόγος τὸ πάντη κέκτηται μοναδικὸν, μηδενὶ τρόπῳ διαφορᾶς γνωριζόμενον.

cum alio distinctio secundum essentiam in hypostasi noscatur, ea unione quæ dissolvi non possit: aut ut in individuis naturaliter exsistendi ratione sit.

Substantiæ proprium, seu essentiæ, est ut in omnibus et de omnibus natura tum prædicetur, tum præluceat. Enusii proprium, ut reipsa vere exsistat, omniumque in se personalium proprietatum veros characteres ferat.

Virtus est seu potentia ac facultas, operatio in materia. Operatio, virtus seu potentia ac facultas sine materia. Aut rursus, operatio, seu actio, effectus est **81** virtutis naturalis ac facultatis.

Voluntas naturalis, est naturalis appetitus eorum, quæ natura conflant ac constituunt. Voluntas ex sententia ac arbitraria, est libera animi impulsio ad utrumlibet, atque motio.

Differentia seu distinctio, ratio est qua eorum quæ significantur inter se servatur diversitas, ac quæ modum ejus quod est esse significet.

Identitas, est summa omnino similitudo nullaque evariatione, qua ejus quod significatur, ratio penitus singularis est, nullo distinctionis modo ac differentiæ cognita.

Sequuntur Tractatus alii, æque theologici ac polemici, S. D. N. Alexandri papæ VII indulgentia e Vaticanis et eminentissimi Francisci Barberini cardinalis Romæ codicibus, Lucæ Holstenii primum, tum Leonis Allatii τῶν μακαριτῶν opera exscripti ac recensiti, adnitentibus Em. card. Picolomineo et Rev. Joan. Bapt. de Marinis, ord. Prædicatorum generali magistro.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Πνευματικὸς τόμος (a) καὶ δογματικὸς, ἀποδεικτὺς τῆν κατὰ καιρὸν μοι γεγονυῖαν ἐπίσκεψιν ἔκθεσιν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, ἐξ ὑποστολῆς Σεργίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρου, ἀπάδουσα μὲν τῶν ἱερῶν Λογίων τε καὶ Πατέρων· συνάδουσα δὲ τοῖς ἀνιέροις αἱ-

SANCTI MAXIMI

Spiritalis tomus ac dogmaticus, quo ostenditur, quam novando Heraclius imperator, ex Sergii Constantinopolitani antistitis suggestione, ecthesin (sic dictam scilicet fidei formulam) subdititiam edidit, sacris Oraculis atque Patribus longe dissonam esse, profanisque hæreticis, tum qui confusionem tum qui

[98] Turr. ac si λόγος δὲ, ἄϋλος, ratio vero.

NOTÆ.

(a) *Πνευματικὸς τόμος.* Missa hæc epistola, sive liber dogmaticus ad Stephanum Dorensem episcopum, fidei catholicæ cum archiepiscopo suo Sophronio adversus Monothelitas strenuum defensorem, inque eam rem ab eodem Romam missum, ubi *orthodoxorum dogmatum fundamenta exsisterent*, inquit idem Sophronius egregia illa suggestione, quæ exstat in concil. Later. sub Martino I, secretar. seu consult. 2. Cumque Maximus hanc Roma mittat, argumento est, sub exordium fere novi dogmatis missam esse, et cum solum edita esset Heracliana, seu magis Sergiana Ecthesis, in quam unam invehitur, nec Constantis Typus adhuc cusus esset, cujus illi Paulus, ipse in eo concilio damnatus, ac a Stephano exagitatus, auctor fuit. Tantæ ergo fidei in Stephano præcipuus incentor videatur Maximus; potuitque per eum sic Theodoro papæ innotescere, ut ei vices suas, et *Conservatoriam*, ut vocabant, in Palæstina ac Hierosolymitana diœcesi concrederet: quo in munere suas strenue exsecutum partes, depositis, qui libellum pœnitentiæ non obtulissent, male promotis per Sergium Joppensem episcopis, ac qui fidei catholicæ scripto assensum non præbuissent, ipse in ea suggestione locuples testis exsistit. Quo et Romani antistitis mire elucet auctoritas, et sollicitudo Ecclesiarum, in causa præsertim fidei, qualis hic vertebatur, ubique terrarum vere orthodoxis spectatissima. Πρωτόθρονον Hierosolymitani throni seu sedis ac diœcesis haud obscure se Stephanus significat, sive id habebat suæ sedis privilegio, quæ esset prima et dignior usu ecclesiastico, cæteris post ipsam Hierosolymitanam sedem, sive etiam quia ipse senior episcopus erat, quomodo Africa primates suos agnoscebat; aut denique quod Conservatoriam a sede apostolica acceperat, vacante sede Hierosolymitana per Sophronii obitum. Hanc porro epistolam habuit etiam cod. Em. card. Barberini, ex qua plurima mutuata sexta synodus, præsertim Agatho in sua suggestione, ex cujus sensu peracta omnia in illo concilio, quæ ad fidei negotium spectabant, ut ejus triumphi præcipuæ partes Maximi fuisse videantur, ac gloria prostratæ Monothelitarum hæresis, tum Romæ Martino papa, tum Constantinopoli Agathone.

Digitized by Google

divisionem in Christi Dei nostri mysterio monstrose A *nugantur, consentire. Missa epistola Roma ad sanctissimum Dorensem episcopum Stephanum, sub sancto et apostolico sanctæ Christi Dei nostri urbis Throno* [99] *constitutum.*

Dominus quod ævi præsentis vitam, ac quo agitur, motum, molæ similem, lectoque requiem affinem dixit; in utrisque (mola scilicet ac lecto) versantium, alium assumendum, alium dimittendum constituit [c]: ac forte assumendum, qui ab illa per contemplationem; ab hac autem, per actionem solutus sit: qui videlicet, nec circumscriptis locorum spatiis, in quibus rerum oculis subjectarum motus conspicitur; nec vero passionum luxuriæ, animi affectu adhæserit: dimittendum autem, qui his sponte, libidinosa mente atque superba sese addixerit. Quid autem, qui me servum vestrum tum prius ipso periculo, tum nunc auditu, teneri vitiisque obnoxium (divinis afflati fulgoribus ac plane optimi) non nesciatis; quomodo in mentem venit, quibus scripsistis ut **82** in eum miseranter modum, erga egenum atque pauperem vos ipsi demitteretis; tanta scilicet, Dei munere, celsitate a terra sublati eximiique, ut vitam sermoni ac rationi; mentemque, rerum hujus universitatis Domino, illisque superiorum aperueritis: principi nimirum formæ conciliantes imaginem ac copulantes; sive potius, ut quod verius est dicam, hoc satagentes, ut supremi decoris C vestri spontaneam dejectionem, celsitatis specimen exhibeatis; quo scilicet nos quoque ex abundanti, ad Dei Verbi, omnem vincentis infinitatem, modum traducatis; qui sua ex nostro usu exinanitione, majestatis suæ sublimitatem incircumscripte ostendit, ut scilicet tanto nos majori amoris illecebra transformaret, quanto nostri causa ipse se humilius carne efformasset; factus homo natura, absque ulla mutatione ac confusione, qui excellenter clemens ac humanus est: nullo non assumpto, eorum quæ nostra essent, ut nec ipsi gratia, nec nobis salus deesset: quam non præstaret toti naturæ, ut qui nec totam assumpsisset: sed hactenus deteriori sorte fecisset, quatenus eam minime assumpsisset. Nam ut ait Magnus Gregorius: « Quod non est assumptum, nec curatum est. » Quomodo enim qui omni longe essentiæ eminet, nostri causa incarnatus Deus Verbum ex Spiritu sancto exque Maria semper Virgine ac Dei Genitrice, assumpta carne anima intelligente prædita, ac utente ratione, novusque natura homo effectus atque exsistens veterem renovaret, nisi omnino totum eum, uno duntaxat excepto peccato, suscepisset; ex quo ut veterasceret illi inolevisset, ac cujus reatu natura morti addicta esset; tantum nos sibi escam vindicans, quantum ipsi nos, amaro saturati trans-

ρετικοῖς τοῖς τήν τε σύγχυσιν ἅμα, καὶ τὴν διαίρεσιν τερατολογοῦσιν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν μυστηρίου. Γραφεῖσα ἀπὸ Ῥώμης πρὸς Στέφανον τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Δώρων, τελοῦντα ὑπὸ τὸν ἅγιον καὶ ἀποστολικὸν θρόνον τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως.

Νυκτὶ μὲν τὸν παρόντα βίον, μυλῶνι δὲ τὴν τούτου κίνησιν, καὶ κλίνῃ τὴν ἀνάπαυσιν ἀπεικάσας ὁ Κύριος, τῶν ἐν ἑκατέροις ὄντων (μυλῶνί τε λέγω καὶ κλίνῃ) τὸν μὲν αἱρεσθαι, τὸν δὲ ἀφίεσθαι διωρίσατο. Καὶ αἱροντα [αἱρεσθαι] μὲν τυχὸν, τὸν ἐκείνης μὲν διὰ θεωρίας, ταύτης δὲ διὰ πράξεως ἀπολυθέντα· καὶ μήτε περιγραφῇ διαστημάτων, ἐν οἷς ὁρᾶται τῶν ὁρωμένων ἡ κίνησις, μήτε θρύψει παB θῶν, ἐν οἷς ἡ ἀνάπαυσις, ἐναπομείναντα κατὰ διάθεσιν· ἀφίεσθαι δὲ, τὸν τούτοις αὐθαιρέτως ἐνισχημένον, διὰ τὸ τῆς ψυχῆς φιλήδονόν τε καὶ φιλομετέωρον. Τί δὲ κρατεῖσθαί με τὸν ἡμέτερον δοῦλον πείρᾳ πρότερον, καθάπερ ἀκοῇ τήμερον μεμαθηκότες, θεολαμπεῖς καὶ πανάριστοι, πῶς ἂν οἷς γεγράφατε συμπαθῶς εἴλεσθέ γε πρὸς ὕφεσιν οὕτως ἀχθῆναι τοῦ πτωχοῦ τε καὶ πένητος, οἱ τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἀρθέντες κατὰ Θεοῦ χάριν, καὶ ὑψωθέντες, ὥστε τὸν βίον τῷ λόγῳ, καὶ τὸν νοῦν τῷ Κυρίῳ τῶν τῇδε, καὶ ὑπὲρ τῶν τῇδε διᾶραι· τῷ ἀρχετύπῳ τὴν εἰκόνα προσοικειούμενοί τε καὶ ἐνίζοντες· ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, ἐνδειξιν ἐθέλοντες ὕψους ποιεῖσθαι τὴν αὐθαίρετον ὕφεσιν τῆς ὑπερτάτης ὑμῶν καλC λονῆς, ὡς ἂν τῷ περιόντι καὶ ἡμᾶς ἀγάγοιτε πρὸς τὸ μέτρον τοῦ ὑπεραπείρου Θεοῦ Λόγου, κενώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς τὸ τῆς οἰκείας δόξης ἀπεριγράφως ὕψος ἐπιδεικνύντος· ἐφ' ᾧ τε μεταπλάσαι τοσοῦτον ἡμᾶς ἐπιποθέστερον, ὅσῳπερ ἂν σαρκὶ δι' ἡμᾶς αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπλαστούργησε πρὸς τὸ ταπεινότερον· φύσει γενόμενος ἄνθρωπος δίχα τροπῆς καὶ συγχύσεως, ὁ διαφερόντως φιλάνθρωπος· ἐλλείψας οὐδὲν εἰς πρόσληψιν τῶν ἡμετέρων, ἵνα μὴ καὶ ἑαυτῷ τὴν χάριν, καὶ ἡμῖν ἐλλείψῃ τὴν σωτηρίαν, οὐχ ὅλην τῇ φύσει διδοὺς, ὡς μὴ ὅλην τὴν φύσιν λαβών· ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο μειώσας ἐκείνην, καθ' ὅπερ ἂν οὐ προσείληφε ταύτην. « Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον, » φησὶν ὁ μέγας Γρηγόριος [1]. Πῶς γὰρ ὁ ὑπερούσιος δι' ἡμᾶς σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος ἐκ ΠνεύD ματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεομήτορος προσλήψει σαρκὸς ψυχὴν ἐχούσης τὴν νοεράν τε καὶ λογικὴν, νέος τε χρηματίσας φύσει καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, καινουργήσει τὸν πάλαι, μὴ δι' ὅλου καὶ ὅλον λαβὼν, μόνης δίχα τῆς ἁμαρτίας, ἐξ ἧς ἡ παλαίωσις· καὶ δι' ἣν ὁ θάνατος κατεκρίθη τῆς φύσεως, τροφὴν ἔχων τοσοῦτον ἡμᾶς, ὡς ἐκείνης γεγεύμεθα, τοῦ ξύλου πικρῶς ἐμφορηθέντες τῆς παραβάσεως; Πῶς δὲ κενωθεὶς ὁ αὐτὸς ἀναστήσει τὸν πεπτωκότα, μὴ δι' ὅλου καὶ ὅλον ἐξ αὐτῆς ἄκρας συλλήψεως ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, δίχα μόνου τοῦ ὀλισθήματος, ἐξ οὗ τὸ σύντριμμα,

[c] Matth. xxiv, 41; Luc. xvii, 34.

[99] Nempe Jerosolymitano; utpote in Phœniciæ confinis ad Carmeli radices. [1] Epist. ad Cledonium.

Digitized by Google

καὶ δι' ὃ τὸ ἐπιτίμιον ; Ταύτῃ τοι ψυχὴν νοερὰν καὶ λογικὴν μετὰ τοῦ συμφυοῦς αὐτῇ σώματος, τουτέστι τέλειον ἄνθρωπον, παντὸς μώμου χωρὶς προσλαβών, καὶ ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, αὐτὸς ὁ ὑπὲρ φύσιν Θεὸς, καὶ τὴν αὐτῆς φυσικὴν λαβὼν, εἶχε πάντως αὐτεξούσιον θέλησιν. Εἰ παραβάντες τὴν ἐντολὴν δίχα θελήσεως, ἀλλ' οὐ θελήσεως δίχα, παρέβημεν, ἐδεόμεθα τῆς κατ' αὐτὴν ἰατρείας· τῇ προσλήψει τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον, αὐτοῦ δὴ τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ θεραπεύοντος· αὐτὴν δ' ἂν καὶ τὴν ταύτης προσλαβὼν λογικήν τε καὶ ζωτικὴν εἶχεν ἐνέργειαν· ᾗ τὴν ἁμαρτίαν, ὡς εἴθε μή ποτ' ἂν, λογισάμενοί τε καὶ ἐνεργήσαντες, ἐχρῄζομεν τῆς κατ' αὐτὴν σωτηρίας, τῇ προσλήψει μολυσμοῦ παντὸς ταύτην ἀποκαθαίροντος, καὶ ὅλην τῇ σαρκώσει θεουργοῦντος τὴν ἡμετέραν φύσιν. Εἰ γὰρ οὐσιωδῶς ταῦτα ἔχουσαν ταύτην ἐδημιούργησε Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, τήν τε θέλησίν φημι καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν μὲν αὐτεξούσιον, τὴν δὲ ἐνεργοῦσαν παρέστηκε, δῆλον ὡς οὕτω τὴν φύσιν λαβὼν ἥνωσεν ἑαυτῷ τὸ καθ' ὑπόστασιν, ὡς ἀπαρχῆς ταύτην ἐδημιούργησε, τουτέστι θελητικὴν φύσει καὶ ἐνεργητικήν· ἵνα μὴ τὴν φύσιν μόνον παθοῦσαν, ἀλλ' οὐ καὶ τὰς αὐτῆς ἐμφύτους δυνάμεις προσείληφεν, οὐδ' ἂν τὴν φύσιν προσείληφεν, ἀλλὰ τὴν οἰκονομίαν ἐφάντασεν. Ἀδύνατον γὰρ τὴν ἡμετέραν, ἢ τῶν ὄντων ἑτέρων εἶναι ποτ' ἂν ἢ ὀνομάζεσθαι φύσιν, τῶν αὐτῆς ἐμφύτων δίχα δυνάμεων, αἷς οὐσιωδῶς πᾶς χαρακτηρίζεσθαι πέφυκεν. Ὅθεν οὐκ ἀνεθέλητος ἡ ἡμετέρα φύσις, ἐπεὶ μηδὲ ἀνθρώπου. Οὔτε μὴν ἀνενέργητος, ἐπεὶ μηδὲ ἄψυχος. Εἰ δὲ ἀνεθέλητος ἦν καὶ ἀνενέργητος, τὸ καθ' ἡμᾶς, ὥς τισι τῶν πόλαι καὶ νῦν ἔδοξεν αἱρετικῶν, οὐδὲ καθ' ἡμᾶς ὅλως γέγονεν ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς, μὴ πιστούμενος τὸ ἡμέτερον τοῖς ἡμετέροις, καὶ οἷς αὐτὸς ἀρχῆθεν δημιουργήσας ἐχαρακτήρισε φυσικῶς, αὐτεξούσιον καὶ ἐνεργὸν ποιήσας κατὰ φύσιν, τὸν ἄνθρωπον. Καίτοι τούτων ἑκατέρων ἀναντιῤῥήτως προσειληφέναι πιστοῦται τὴν δύναμιν, οἷς ἄνθρωπον δι' ἡμᾶς εἰσάγει τὸν ὑπερούσιον Λόγον θέλοντά τε καὶ ἐνεργοῦντα τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ἡ σύνταξις, πῇ μὲν βοῶσα· *Καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς·* πῇ δέ· *Καὶ ἀναστὰς ἐκεῖθεν εἰς τὰ ὅρια Τύρου* (*b*) *καὶ Σιδῶνος, καὶ εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν·* καὶ πάλιν· *Ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ·* καί· *Τῇ ἐπαύριον ἤθελεν ἐλθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.* Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν· *Περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, οὐ γὰρ ἤθελε ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι·* καί· *Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ πάσχα φαγεῖν ;* καί·

gressionis ligno, illius gustum feceramus? Quonam vero modo, idem ipse exinanitus eum suscitaret qui ceciderat, nisi omnino, totumque a prima statim conceptione sibimet secundum hypostasim, uno duntaxat excepto lapsu, ex quo contritio, et unde pœna irrogata, univisset? Idcirco animam intelligentem ac utentem ratione una cum affine ejus corpore (perfectum scilicet hominem) assumens, ac sibi secundum hypostasim uniens, qui omnem procul excedit naturam, Deus, ejus quoque omnino assumptam nactus est naturalem liberam voluntatem. Quandoquidem enim mandatum transgressi voluntatis nutu non sine **83** voluntate sumus transgressi, opus nobis erat, ipsam remedio curari : cumque Deus ipse incarnatus similis assumptione simili remedium afferat, ipsa utique ejusque cum ratione ac vitali operatione præditus fuit : qua nimirum voluntate (quod ne unquam fuisset) cum a nobis peccatum cogitatione actuque admitti contigerit, necesse fuit ei salutem præstari; ea ratione, quod is, qui ab omni emundat sorde, eam assumpserit, ac qui omne genus nostrum deitate donet, qua carnem induit. Cum enim Deus Verbum naturam his substantialiter præditam (voluntate scilicet et operatione) condiderit, atque alteram liberam, atque alteram efficacem ediderit : liquet assumendo naturam, sic eam sibi secundum hypostasim copulasse, quemadmodum a principio ipsam condiderat; natura scilicet volendi facultate ac operandi præditam, ne si naturam duntaxat laborantem, non vero etiam innatas ejus vires assumpsisset, ne naturam quidem assumpsisse diceretur, sed nostræ in carne salutis negotium visis ac simulacro gessisse. Neque enim fieri potest, ut vel nostra, vel aliarum quarumvis rerum exsistat unquam aut nominetur, quæ innatis sibi facultatibus careat; quibus substantialiter quidquid est, tanquam nota obsignari habet. Non ergo nostra voluntate caret; nam neque hominis natura est quæ hac careat : at neque expers est operationis; nam neque hæc inanimis est. Sin autem ad nostram quod attinet naturam, voluntatis expers erat et operationis, ut veteres quidam hæretici, hujusque, ipsius ætatis existimavere, neque omnino nostro more homo exstitit, qui nobis superior est; qui nimirum quod nostræ naturæ est, nostri affectibus non astrueret, ac quibus a principio primaque ipsa origine, abs se creatum hominem libertate arbitrii ac operandi facultate natura præditum, natura obsignasset. Quanquam utramque hanc facultatem assumpsisse, citra omnem controversiam sacrorum Evangeliorum textus astruit, qua Verbum omnem excedens substantiam,

NOTÆ.

(*b*) *Εἰς τὰ ὅρια Τύρου.* In Agathonis illa suggest. τὰ μεθόρια, uti etiam in vulg. Græcis. Hi omnes Maximo collecti Scripturæ loci, perinde Agathoni usurpati. Quod erat paulo post, περιπατεῖ ὁ Ἰησοῦς, emend. περιεπάτει· quod et sacer textus ita habeat, et series exposcat, οὐ γὰρ ἤθελε, quod solum retulit Agatho papa in suam ἀναφοράν.

Digitized by Google

nostri causa factum hominem, velle et operari inducit, dum alio quidem loco clamat : *Et circa quartam vigiliam venit ad eos, ambulans supra mare, et volebat præterire eos* [d], Alio autem : *Et inde surgens abiit in fines Tyri et Sidonis, et ingressus domum, neminem* **84** *voluit scire, et non potuit latere* [e]. Ac rursum : *Inde egressi circuibant per Galilæam, et nolebat ut quis sciret* [f]. Et : *In crastinum voluit exire in Galilæam* [g]. Posteaque rursus : *Ambulabat Jesus in Galilæa; non enim volebat ambulare in Judæa, quia quærebant Judæi eum interficere* [h]. Et : *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha* [i]? *Et dederunt ei acetum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere* [j]. Hæc enim, nempe : *Voluit præterire eos* ; et : *Voluit exire*, et : *Nolebat ambulare*, et : *Velle comedere Pascha*, et : *Nolle acetum bibere*, humanam nobis similem ejus voluntatem astruunt, et operationem ; puta velle aut non velle præterire, aut edere, aut ambulare, aut bibere, palam voluntatis actus est, quo natura voluntatis itidem facultate præditus noscebatur. Gustando autem et edendo ac exeundo, atque loci mutatione incedendo et ambulando, cujus natura facultatis compos erat, operationem exhibebat ; qua scilicet ratione propter nos postea homo natura exstitit, non qua suo ipse munere ante principium Deus natura erat. Nec enim usquam fiat, ut Verbum qua ratione Deus, Deique natura Filius erat, corporali aliquid ratione vellet, aut comederet, vel etiam ex aliis alia loca mutando ac ambulando, eorum spatiis constringeretur, cum ubique exsistens quidquid est rerum universitatis infinities infinite superaret. Sic vero etiam divina ipsum ac Paterna voluntate atque operatione superessentialiter præditum, aperte docet Scriptura : *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat ; sic et Filius, quos vult, vivificat* [k]. Hic quoque igitur, velle mortuos vivificare, divinam ejus voluntatem ; ipsum autem quod vivificat, ejus omnium proprie opificem operationem prodit. Ac omnino si quid aliud ejusmodi est, quod a natura cunctis eminente et ab eis secreta, quo illa, quoad licet, manifestetur, pendet.

His enimvero ipsum sese Verbum per suos discipulos, secundum ambas naturas, ex quibus et in quibus consistit, natura voluntatis facultate ac vi operandi præditum nostram salutem, ostendit ; qui vero post eos, illorum successores, divinæque Verbi in carne apparitionis enarratores, probati Ecclesiæ catholicæ Patres exstiterunt, ejus utramque pariter divinamque atque humanam naturam ; neque id modo, sed et voluntatem atque operationem prædicantes, magno hæc loquuntur vocis præconio. Ac quidem **85** qui ab immortalitate nomen habet [a] libro *De incarnatione et Trinitate* : « Et cum dicit : *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste ; verumtamen non mea sed tua voluntas fiat* [l]; ac rursum : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* [m] ; duas hic voluntates ostendit : humana quidem, ob carnis infirmitatem, mortem defugit ; ejus autem voluntas divina prompta est. » Gregorius autem, cui a Theologia nomen est, ora-

A Ἔδωκαν αὐτῷ ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, καὶ γευσάμενος οὐκ ἠθέλησε πιεῖν. Ταῦτα γὰρ, φημὶ δὴ τὸ Ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς, καὶ, Ἤθελε ἐξελθεῖν, καὶ Οὐκ ἤθελε περιπατεῖν, καὶ Θέλειν φαγεῖν τὸ Πάσχα, καὶ Μὴ θέλειν τὸ ὄξος πιεῖν, τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνην αὐτοῦ πιστοῦται θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. Οἷον τὸ μὲν θέλειν καὶ οὐ θέλειν παρελθεῖν, ἢ φαγεῖν, ἢ βαδίζειν, ἢ πιεῖν, προδήλως ἐστὶ θέλησις, δι' ἧς φύσει θελητικὸς ὢν ἐγνωρίζετο. Τῷ δὲ γεύσασθαι καὶ φαγεῖν, καὶ ἐξελθεῖν, καὶ μεταβατικῶς πορεύεσθαι καὶ βαδίζειν, δηλαδὴ τὴν ἐνέργειαν ἐνεργητικὸς ὑπάρχων ἐδείκνυτο, καθ' ὃ φύσει δι' ἡμᾶς ὕστερον γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐ καθ' ὅπερ ὑπῆρχεν ἀνάρχως δι' ἑαυτὸν φύσει Θεός. Ἐπεὶ μηδὲ πέφυκεν, ἦ Θεὸς ἦν καὶ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸς B ὁ Λόγος, σωματικῶς ἐθέλειν τι καὶ ἐσθίειν, ἢ μεταβατικαῖς κινήσεσι τοπικῶς περιστέλλεσθαι, παντα-χοῦ καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν ἀπειράκις ἀπείρως ὑπάρχων· οὕτω δ' ἂν καὶ τὴν θείαν αὐτὸν καὶ πατρικὴν ὑπερουσίως ἔχοντα θέλησιν καὶ ἐνέργειαν παριστῶσα [ἡ Γραφὴ] διδάσκει σαφῶς· Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Κἀνταῦθα τοίνυν, τὸ μὲν τοὺς νεκροὺς ἐθέλειν ζωοποιεῖν, τὴν τοῦ αὐτοῦ θεϊκὴν μαρτύρεται θέλησιν· αὐτὸ δὲ τὸ ζωοποιεῖν, τὴν παντουργὸν αὐτοῦ κυρίως ἐνέργειαν. Καὶ ἁπλῶς, εἴ τι-περ ἄλλο τοιοῦτο, τῆς ἐξῃρημένης τῶν ὄντων ἐξήρτηται φύσεως, εἰς τὴν ταύτης, ὡς οἷόν τε, δήλωσιν.

C Ἀλλὰ τούτοις μὲν αὐτὸς, ἑαυτὸν διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν κατ' ἄμφω τὰς αὐτοῦ φύσεις, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε, θελητικὸν ὑπάρχοντα φύσει καὶ ἐνεργητικὸν παρίστησι τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὁ Λόγος· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους ἐκείνων διάδοχοι, καὶ τῆς ἐν σαρκὶ τοῦ Λόγου θεοφανείας ἐκφάντορες, θεόκριτοι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Πατέρες, ἑκατέραν ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τήν τε θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν θέλησιν καὶ τὴν ἐνέργειαν κηρύττοντες, τάδε μεγαλοφώνως φασίν. Ὁ μὲν γὰρ τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμος [a], ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ· « Καὶ ὅταν λέγῃ, *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω θέλημα* · καὶ πάλιν · *Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς*, δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι· τὸ μὲν ἀνθρώπινον, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς, παραιτεῖται τὸ πάθος, τὸ δὲ θεῖκὸν αὐτοῦ πρόθυμον. » Γρηγόριος δὲ ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος ἐν τῷ περὶ

D

[d] Marc. VI, 48. [e] Marc. VII, 24. [f] Marc. IX, 29. [g] Joan. I, 43. [h] Joan. VII, 1. [i] Matth. XXVI, 17. [j] Matth. XXVII, 34. [k] Joan. V, 21. [l] Matth. XXVI, 39. [m] ibid. 41.

[a] Athanas. *De incarn et Trinit.*

Digitized by Google

Υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ· « Ἕβδομον λεγέσθω, τὸ καταβεβηκέναι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Υἱὸν, οὐχ ἵνα ποιῇ τὸ θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντος. Εἰ μὲν οὖν μὴ περὶ τοῦ κατεληλυθότος (c) ταῦτα ἐλέγετο, εἴποιμεν ἂν ὡς περὶ τοῦ ἀνθρώπου τυποῦσθαι τὸν λόγον, οὐ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου. Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλημα, οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ θεωθὲν ὅλον, ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς· ὡς τοῦ ἀνθρωπίνου θελήματος, οὐ πάντως ἑπομένου τῷ θείῳ, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀντιπαλαίοντος. » Ὁ δὲ τούτου ὁμώνυμος τῆς Νυσσαέων γενόμενος καθηγητὴς, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ἐν τῷ εἰς τὸ Πάσχα λόγῳ· « Προσέρχεται ὁ λεπρὸς διερρυηκὼς ἤδη καὶ ἠχρειωμένος τῷ σώματι. Πῶς γίνεται ἐπὶ τούτῳ παρὰ τοῦ Κυρίου ἡ ἴασις; Ἡ ψυχὴ θέλει, τὸ σῶμα ἅπτεται, δι' ἀμφοτέρων φεύγει τὸ πάθος. Ἀπῆλθε γὰρ, φησὶν, *ἀπ' αὐτοῦ παραχρῆμα ἡ λέπρα* [a]. » Καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· « Πάλιν τοὺς ἐν πολλοῖς χιλιάσι κατὰ τὴν ἔρημον αὐτῷ προσεδρεύοντας, ἀπολῦσαι μὲν νήστεις οὐ θέλει· ταῖς χερσὶ δὲ διακλᾷ τοὺς ἄρτους. Ὁρᾷς πῶς δι' ἀμφοτέρων συμπαραμαρτοῦσα ἡ θεότης δημοσιεύεται, τῷ τε ἐνεργοῦντι σώματι, καὶ τῇ ὁρμῇ τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ γινομένου θελήματος; » Ἐν δὲ τοῖς κατ' Εὐνομίου [b] τοῦ δυσσεβοῦς πονηθεῖσι δευτέρου λόγου· « Πῶς ὁ Κύριος τὸν κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων, ἐπεμέριζε ψυχῇ τε καὶ σώματι τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην τοῖς ἀνθρώποις εὐεργεσίαν, θέλων μὲν διὰ τῆς ψυχῆς, ἁπτόμενος δὲ διὰ τοῦ σώματος; » Καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς κατὰ Ἀπολιναρίου φησίν· « Ἐπειδὴ τοίνυν ἄλλο τὸ ἀνθρώπινον θέλημα, καὶ τὸ θεῖον ἄλλο, φθέγγεται μὲν ὡς ἐκ τοῦ ἀνθρώπου τὸ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως πρόσφορον, ὁ τὰ ἡμέτερα πάθη οἰκειωσάμενος· ἐπάγει δὲ τὴν δευτέραν φωνὴν, τὸ ὑψηλόν τε καὶ θεοπρεπὲς βούλημα κυρωθῆναι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας θέλων. Ὁ γὰρ εἰπών· *Μὴ τὸ ἐμόν*, τὸ ἀνθρώπινον τῷ λόγῳ ἐσήμανε· προσθεὶς δὲ, *Τὸ σόν*, ἔδειξε τὸ συναφὲς τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα Θεότητος (d), ἧς οὐδεμία θελήματός ἐστι διαφορὰ, διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως. » Ὁ δὲ τὸν τῆς βασιλίδος καταφαιδρύνας θρόνον Ἰωάννης ὁ θεῖος, ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ, Πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας τῆς συνάξεως, καὶ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ

tione secunda de Filio : « Septimum dicatur, Filium e cœlo descendisse, non ut faceret voluntatem suam, sed ejus qui miserat. Sane nisi de eo qui descendit hæc haberetur oratio, possemus dicere de homine exprimi, non qui Salvator intelligatur (illius enim voluntas Deo non adversatur, cum tota deificata sit), sed qui nostræ conditionis sit; quippe quod humana voluntas divinam non omnino sequatur, sed ei ut plurimum resistat ac obluctetur. » Qui autem ejusdem ac ille nominis est, Nyssensium quondam magister, imo orbis universi doctor, in oratione in Pascha : « Accedit leprosus jam diffluente ac tabido corpore [a]. Hic a Domino qua ratione curatur? Vult animus, corpus tangit : utroque fugit morbus. *Confestim* enim, inquit, *lepra ab illo discessit.* » Idemque rursus in eadem oratione : « Rursum cum multa hominum millia in deserto sequendo, constanter ei adhærerent, nolens jejunos dimittere, manibus frangit panes [c]. Vides quomodo divinitas, utrique parti conjuncta, per utramque declaretur, dum et corpus operatur, et voluntatis affectus animo elicitur? Secundo item libro, ex iis, quos adversus impium Eunomium elucubravit : « Quonam modo Dominus, mundum sibi reconcilians, collatum abs se hominibus beneficium, animum inter ac corpus divisit; cum vellet animo, ac corpore tangeret? » Rursus quoque idem, in iis quæ adversus Apollinarium scripsit : « Quandoquidem igitur alia humana voluntas est, atque alia divina, loquitur quasi ex persona hominis, quod naturæ imbecillitati aptum est, qui nostros affectus sibi proprios fecit. Subnectit vero alteram vocem, nempe sublimem et quæ ex Dei majestate sit, voluntatem, ad salutem mundo præstandam, præ humana, eam ratam esse volens. Dicendo, namque, *Non mea* [p], humanam sermone voluntatem ostendit : Addendo autem, *Sed tua* [q], suæ cum Patre deitatis conjunctionem monstravit; cujus nulla sit voluntatis **86** distinctio, quod et natura eadem est. » Qui autem Urbis Augustæ divinus Joannes sedem illustravit, in oratione cui titulus : « In eos qui Missæ non interfuerunt, et quod Filius Patri sit consubstantialis, » cujus initium, Rursum Circensia, rursumque nobis conventus imminutus

[a] Matth. VIII, 2; Luc. V, 13. [c] Matth. XV, 32 seqq. [p] Luc. XXII, 42. [q] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Mutila hic Græca edita. [b] Lib. II contra Eunomium, in quo hæc ipsa puto desiderari.

NOTÆ.

(c) *Μὴ περὶ τοῦ κατεληλυθότος.* In editis Gregorii, ut et in act. illa 4 sextæ synodi, est παρὰ, ut et statim sequentibus, ὡς παρὰ τοῦ ἀνθρώπου. Ipse certe, et de se ipse Christus loquebatur, qui e cœlo descenderit; quo videtur insinuari sensus formalis, ut in sua ipse persona loquatur, non communiter in persona hominum, et solum per arrogationem, tribuendo sibi quæ humani generis communia sunt. Non video quid sibi velit, qui Morelianæ editioni marg. ascripsit, ἴσ. παρά σου. Nihil certe, quidquid est, videtur frugi.

(d) *Τὸ συναφὲς τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα θεότητος.* Mendose Latina act. illa 4 ejusdem synodi, *Ostendit cognationem propriæ divinitatis Patrem*, pro, *cum Patre*. Pleraque hujus epistolæ exstant in illa suggestione Agathonis, etsi quædam paulo brevius in ea sunt relata : ut in sequenti loco Chrysost. omissum illud, Ὁρᾷς πῶς καὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ ἡλικίαν προανεφώνησεν; ubi male Ducæus plurali numero, προανεφώνησαν, *prænuntiarint*, cum sermo sit de uno Isaia, sic de Christi priore ætate vaticinato. Illud etiam ejus postea, ἐπὶ τῆς δυνάμεως in qua ait Chrysostom. Catholicos ponere, quod Filius sit unum cum Patre, cum hæretici ponerent in voluntate, *in majestate*, liberius est : non enim ea voce Græci majestatem significant, sed virtutem ac potentiam, quæ ipsa naturæ index est.

Digitized by Google

est : « Vides ut etiam priorem illius ætatem prænuntiarit? Interroga ergo hæreticum : Deusne formidat ac recusat, torpetque ac tristis est? Quod si dixerit, Maxime ; abscede jam, eumque in inferno cum diabolo statue ; vel potius in inferno illo inferiore : neque enim ille hoc dicere audebit. Sin autem dixerit, nihil horum esse Deo dignum; dicito : Ergo nec precatur Deus. Absque his enim etiam aliud absurdum erit, si hæc Dei verba fuerint. Neque enim solum tristari mortis angustia hæc verba significant, sed etiam duas voluntates, unam quidem Filii, alteram vero Patris, inter se contrarias. Nam quod dixit : *Non sicut ego volo, sed sicut tu* [f], hoc indicat. Atqui ne hoc quidem unquam illi admiserunt ; sed nobis semper dicentibus, illud : *Ego, et Pater unum sumus* [g], de potestate ; illi de voluntate dictum esse inquiunt ; dicentes Patris et Filii unam esse voluntatem. Si ergo Patris et Filii una est voluntas, quomodo hic dicit : *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu ?* Nam si de Divinitate istud dictum est, quædam contradictio est, multaque inde absurda nascuntur : sin autem de carne, rationi consentanea sunt, nec aliquid est, quod possit reprehendi. Non enim carnem nolle mori, labem habet, cum naturæ sit; ipseque omnia quæ naturæ sunt, ad obstruenda hæreticorum ora copiosissime ostendat, modo unum duntaxat, id est, peccatum excipias. Cum ergo dicit : *Si possibile est, transeat a me calix iste*, et : *Non sicut ego volo, sed sicut tu*, nihil aliud ostendit, quam se vere carne indutum esse, quæ mortem reformidet : illius enim est mortem timere et detrectare, ejusque formidine anxium esse. Modo igitur quasi desolatam, suaque nudam virtute atque afflatu, eam derelinquit, ut cum illius infirmitatem ostenderit, ejus etiam naturam astruat : modo autem, eam celat, ut nudum hominem non fuisse intelligas. Quemadmodum enim si semper humana ostendisset, hoc utique creditus esset; ita si semper quæ Deitatis erant perageret, nec dispensationi fides habita esset. Idcirco etiam variat, ac tum verba tum facta miscet, ut neque Pauli Samosateni, neque Marcionis et Manichæi morbo **87** atque furori ansam præbeat. Propterea et futurum eventum prædicit, ut Deus; et rursus ut homo, recusat. « Palam vero audiamus, quid et Alexandrinæ doctor Ecclesiæ Cyrillus, *Thesauri* cap. 24, doceat. « Quando igitur videtur mortem formidare et dicere : *Si possibile est, transeat a me calix iste;* cogita rursum, quemadmodum caro, quæ mortis formidine erat anxia, doceatur, Deo illam gestante, ne illi deinceps affectui cedat. Dicebat enim ad Patrem : *Non sicut ego volo, sed, sicut tu.* Non enim quatenus Verbum ac Deus est

A ἀπόδειξις [f], οὗ ἀρχὴ, Πάλιν Ἱπποδρομίαι, καὶ πάλιν ὁ σύλλογος ἡμῖν ἐλάττων γέγονεν· « Ὁρᾷς πῶς; καὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ ἡλικίαν προανεφώνησεν; ἐρώτησον τοίνυν τὸν αἱρετικὸν, Θεὸς δειλιᾷ καὶ ἀναδύεται; καὶ ὀκνεῖ καὶ λυπεῖται; κἂν εἴπῃ, ὅτι Ναὶ, ἀπόστηθι λοιπὸν, καὶ στῆσον αὐτὸν κάτω μετὰ τοῦ διαβόλου, μᾶλλον δὲ κἀκείνου κατωτέρω, οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος τολμήσει τοῦτο εἰπεῖν. Ἐὰν δὲ εἴπῃ, ὅτι Οὐδὲν τούτων ἄξιον Θεοῦ· εἰπὲ, ὅτι Οὐκοῦν οὐδὲ εὔχεται Θεός. Χωρὶς γὰρ τούτων, καὶ ἕτερον ἄτοπόν ἐστ' ἂν τοῦ Θεοῦ τὰ ῥήματα ᾖ. Οὔτε γὰρ ἀγωνιᾷν [g] μόνον ἐμφαίνει τὰ ῥήματα, ἀλλὰ δύο θελήματα, ἓν μὲν Υἱοῦ, ἓν δὲ Πατρὸς, ἐναντία ἀλλήλοις. Τὸ γὰρ εἰπεῖν· *Οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ*, τοῦτο ἐμφαίνοντός ἐστι. Τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐκεῖνοί

B ποτε συνεχώρησαν· ἀλλ' ἡμῶν ἀεὶ λεγόντων τὸ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμὲν*, ἐπὶ τῆς δυνάμεως [h], ἐκεῖνοι ἐπὶ τῆς θελήσεως εἰρῆσθαι τοῦτό φασι, λέγοντες, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μίαν εἶναι βούλησιν. Εἰ τοίνυν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μία βούλησίς ἐστι, πῶς φησιν ἐνταῦθα· *Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ ;* Ἂν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος τὸ εἰρημένον ᾖ τοῦτο, ἐναντιολογία τις γίνεται, καὶ πολλὰ ἄτοπα ἐκ τούτου τίκτεται. Ἂν δὲ ἐπὶ τῆς σαρκὸς, ἔχει λόγον τὰ εἰρημένα, καὶ οὐδὲν γένοιτ' ἂν ἔγκλημα. Οὐ γὰρ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν τὴν σάρκα, κατάγνωσις. Φύσεως γάρ ἐστι τοῦτο. Αὐτὸς γὰρ τὰ τῆς φύσεως ἅπαντα χωρὶς ἁμαρτίας ἐπιδείκνυται, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας, ὥστε τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράξαι στόματα. Ὅταν οὖν λέγῃ, *Εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο*, καὶ, *Οὐχ ὡς*

C *ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ ὡς σὺ*, οὐδὲν ἕτερον δείκνυσιν, ἀλλ' ἢ ὅτι σάρκα ἀληθῶς περιβέβληται φοβουμένην θάνατον. Τὸ γὰρ φοβεῖσθαι θάνατον, καὶ ἀναδύεσθαι καὶ ἀγωνιᾷν, ἐκείνης ἐστί. Νῦν μὲν οὖν αὐτὴν ἐρήμην ἀφίησι, καὶ γυμνὴν τῆς οἰκείας ἐνεργείας, ἵνα αὐτῆς δείξας τὴν ἀσθένειαν, πιστώσηται αὐτῆς καὶ τὴν φύσιν· νῦν δὲ αὐτὴν ἀποκρύπτει, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν. Ὥσπερ γὰρ εἰ διὰ παντὸς τὰ ἀνθρώπινα ἐδείκνυτο, τοῦτο ἂν ἐνομίσθη· οὕτως εἰ διὰ παντὸς τὰ τῆς Θεότητος ἐπετέλει, ἠπιστήθη ἂν ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος. Διὰ τοῦτο καὶ ποικίλλει, καὶ ἀναμίγνυσι καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ πράγματα, ἵνα

D μήτε τῇ Παύλου Σαμοσατέως, μήτε τῇ Μαρκίωνος καὶ Μανιχαίου νόσῳ καὶ μανίᾳ παράσχῃ πρόφασιν. Διὰ τοῦτο καὶ προλέγει τὸ ἐσόμενον ὡς Θεὸς, καὶ ἀναδύεται πάλιν ὡς ἄνθρωπος. » Τί δὲ καὶ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων καθηγητὴς Κύριλλος ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ τοῦ Θησαυροῦ κεφαλαίῳ παιδεύει, σαφῶς ἐπακούσωμεν· « Ὅταν οὖν φαινήται δειλιῶν τὸν θάνατον, καὶ λέγων· *Εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο*, ἐννόει πάλιν ὅτι δειλιῶσα τὸν θάνατον ἡ σὰρξ, ἐδιδάσκετο φορουμένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου μηκέτι τοῦτο πάσχειν (*e*)· Ἔλεγε γὰρ

[f] Matth. xxvi, 39. [g] Joan. x, 30.

[f] Orat. 1. [g] Duc. ἀγωνίαν. [h] Duc. *in majestate;* malim θεότητος, *de deitate.*

NOTÆ.

(*e*) Ἐδιδάσκετο φορουμένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου μηκέτι τοῦτο πάσχειν. Habet et Agathonis

Digitized by Google

πρὸς τὸν Πατέρα· *Οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.* Οὐκ ἐφοβεῖτο μὲν γὰρ καθὸ Λόγος ἐστὶ καὶ Θεὸς τὸν θάνατον αὐτὸς, ἀλλ' εἰς τέλος διεξάγειν οἰκονομίαν ἠπείγετο. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. Ἔχει δὲ καὶ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, διὰ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν σάρκα τὸν θάνατον φυσικῶς. » Οὗτος δὲ τὸν μέγαν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ὑπομνηματίζων φησὶν [s], « Ὁ αὐτὸς τὸν ἐπὶ τούτῳ λόγον ἐποιήσατο ὁ Χριστὸς, διδάσκων, ὅτι τὸ ὑπὲρ πάντων τεθνάναι θελητὸν μὲν ἔχει, διὰ τὸ βεβουλῆσθαι τὴν θείαν φύσιν· ἀνεθέλητον δὲ, διὰ τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη. Καὶ τὸ ὅσον ἦκεν εἰς τὴν σάρκα παραιτουμένην τὸν θάνατον, τὰ τοιαῦτά φησιν. » Ὁ δὲ Γαβαλῶν ἐπισκοπήσας Σευηριανὸς ὁ θεσπέσιος, εἰς τὸ, *Πάτερ, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ·* καὶ εἰς τὸ, *Πάτερ, σῶσόν με ἀπὸ τῆς ὥρας ταύτης.* « Προλαβὼν ὁ Κύριος ἐμφράττει τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα, ἵνα δείξῃ ὅτι τὸ πολυπαθὲς τοῦτο ἐνεδύσατο σῶμα, τὸ ἀγωνιῶν τὸν θάνατον· τὸ τρέμον τοῦ θανάτου τὴν βίαν· τὸ λυπούμενον καὶ ταραττόμενον πρὸς τὸ τοῦ βίου τέλος. Λέγει· *Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. Περίλυπός ἐστι ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου·* οὐχ ἡ Θεότης μου· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον καὶ ἀτάρακτον καὶ ἀδειλίατον. *Τὸ γὰρ πνεῦμα,* φησὶν ὁ Κύριος, *πρόθυμον· ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.* Ὥστε δύο θελήματα ἐμφαίνει· τὸ μὲν, θεῖον· τὸ δὲ, ἀνθρώπινον. »

Ἀλλ' οἶμαι ἱκανῶς δεδεῖχθαι τοῖς θεοφόροις τὸν περί τε δυάδος θελημάτων τοῦ αὐτοῦ λόγον, καὶ ἄλλου καὶ ἄλλου, καὶ θείου καὶ ἀνθρωπίνου θελήματος, καὶ τοῦ θελητὸν εἶναι καὶ ἀνεθέλητον τῷ Σωτῆρι τὸν θάνατον· τὸ μὲν, διὰ τὸ ὅπερ ἦν ἀπ' ἀρχῆς· τὸ δὲ, διὰ τὸ ὅπερ ὕστερον γέγονε. Ἀρκτέον δῆτα καὶ τοῦ περὶ διαφορᾶς ἐνεργειῶν, καὶ δυάδος λόγου, κατὰ τάξιν ἡμῖν ταῖς τῶν θεηγόρων, καὶ τοῦτον ἐπισφραγίζουσι μαρτυρίαις Πατέρων. Αὐτίκα γοῦν ὁ μέγας ὁμολογητὴς καὶ διδάσκαλος Ἀμβρόσιος, ὁ Μεδιολάνων ἀρχιεπίσκοπος, ἐν τῷ πρὸς Γρατιανὸν δευτέρῳ λόγῳ, τάδε διέξεισιν· « Ἴσος οὖν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ μορφῇ, ἐλάττων δὲ ὁ αὐτὸς ἐν τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς, καὶ τῷ τοῦ ἀνθρώπου πάθει. Ποίῳ γὰρ τρόπῳ δύναται ἡ αὐτὴ ἐλάττων εἶναι καὶ ἴση φύσις [t]; πῶς δὲ εἰ ἐλάττων ἐστὶν, ἡ αὐτὴ ὁμοίως ποιεῖ ἅπερ ὁ Πατὴρ ποιεῖ; Ποίῳ γὰρ τρόπῳ ἡ αὐτὴ ἐνέργεια ἐκ διαφόρου ἐστὶν οὐσίας (*f*); μὴ

mortem ipse formidabat, sed dispensationem (*humanæ scilicet salutis negotium*) ad finem deducere satagebat. Hæc enim Patris voluntas est. Habet autem etiam quod nolit mori, qua ratione caro natura mortem defugit. » Sed et Commentariis in magnum Joannem evangelistam, ait : « Idem ipse Christus sermonem habebat docens, sibi quidem ex animo esse ut pro omnibus morte defungeretur, quod sic consultum erat divinæ naturæ : non autem esse ex animo, ob tormenta, quæ eum manebant in cruce. Atque ad carnem quidem quod attinet, quæ mortem defugiat, talia loquebatur. » Divinus autem Gabalorum quondam episcopus Severianus, in illud, *Pater, transeat a me calix iste;* inque illud, *Pater, salva me ex hac hora* [t] : « Occupato Dominus hæreticorum ora obstruit; ut ostendat, induisse se corpus istud multis obnoxium [u], quod timore mortis anxium sit, quod mortis vim contremiscat, quod instante vitæ termino mœstitia afficiatur atque turbetur. Ait : *Nunc anima mea turbata est* [v]. *Tristis est anima mea usque ad mortem* [x]. Non Deitas mea, deitas enim quæ nullis obnoxia sit affectibus, neque turbari potest, nec formidine ulla concuti. Nam, ut ait Dominus : *Spiritus promptus est, caro autem infirma* [y]. Quamobrem duplicem voluntatem indicat : alteram, divinam; humanam, alteram. »

Enimvero satis superque puto ostensam viris divinis de duplici ejusdem voluntate doctrinam; esseque aliam et aliam, divinam et humanam voluntatem, mortemque Salvatori et collibitam fuisse, et illibitam; alterum, ratione ejus quod erat a principio; alterum ratione ejus quod postea factus est. Ordienda vero et de operationum distinctione oratio, esseque operationem duplicem, deiloquis Patribus eamdem doctrinam testimoniis suis obsignantibus, ordine serieque probandum. Statim igitur magnus confessor **88** doctorque Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus, lib. II, *Ad Gratian.*, hæc edisserit : « Æqualis ergo in Dei forma; minor idem in susceptione carnis, et hominis passione. Nam quomodo eadem posset minor esse æqualisque natura? Quomodo autem si minor est, eadem similiter facit, quæ Pater faci.? Nam quemadmodum eadem operatio ex diversa esset

[s] Joan. XII, 27. [u] Hebr. II, 15, [v] Joan. XII, 27. [x] Matth. XXVI, 38. [y] Matth. XXVI, 41.

VARIÆ LECTIONES.

[s] Lib. VII Com. in Joan. cujus exstant solum fragm. in quibus hæc ipsa desiderantur. [t] Latina, *diversæ esse potestatis.*

NOTÆ.

suggestio, nec male Latina, *docebatur a Deo Verbo gestata caro. hoc deinceps minime pati.* At certe pessime, nihilque ecclesiastice Bonaventura Vulcan. *Considera quod caro, quæ a Verbo gestabatur, non benead hoc ferendum affecta erat.* Plane docebatur sic humano more indulgere affectibus, ad ostensionem assumptæ humanitatis, ut in eis non diutius moraretur, sed fortiori animo hos compesceret, ut cum infremuit in Lazaro, quasi cohibendo naturalem animi miserantis motum. Sic et in passione, *Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.*

(*f*) *Ἡ αὐτὴ ἐνέργεια ἐκ διαφόρου ἐστὶν οὐσίας.* Plane luxatio est, redditque Maximus, διαφόρου ἐστὶν ἐξουσίας, quod Ambrosii textus habet : *Quem admodum eadem operatio diversæ esset potestatis?* ipsa Ambrosii voce, non admodum propria, motus, ut et Græcam adhiberet, ei respondentem, ipsam non satis ex usu philosophico; meliusque Agathonis suggestionis interpr., ἡ αὐτὴ ἐνέργεια διαφόρου

Digitized by Google

substantia? Nunquid sic potest minor, quèmadmodum major operari? aut una operatio potest esse ubi diversa substantia est? » Sed et Hierosolymorum antistes inclytus Cyrillus, in eum Evangelii locum, ubi Dominus aquam vinum fecit, incipit : « Miraculum, ac miraculum istud contigit. Miraculum patravit; duplicem operationem ostendit patiens quidem ut homo, operans vero ipse idem ut Deus. Neque enim alius atque alius, etsi alia aliaque ratione. » Sic vero etiam Magnæ Romanæ Ecclesiæ antistes, vir fortissimi pectoris, sacratissimusque Leo, in tomo dogmatico, quem ad sanctum Flavianum adversus nefasti nominis Nestorium ac Eutychem dedit : « Agit enim in utraque forma cum alterius communione, quod proprium est; Verbo scilicet operante quod Verbi est; et carne exsequente, quod carnis est. Unum horum coruscat miraculis; aliud, succumbit injuriis. » Qui vero os aureum, (quin potius Christi os) ut esset, Joannes nactus est, in Sermone in viduam; quæ duo minuta in gazophylacium miserat, cujus initium : « Simplex quidem jejunii appellatio : Ac quidem in aliis, naturarum, quæ conjunctæ sunt, diversa operatio humanitatis, et diversa potentia deitatis. Ut sub exemplo loquar : in terra laborat ac fessus est; et in cœlo elementa conservat. In terra esurit; et e cœlo imbres subministrat. In terra formidat; et in cœlo tonat. In terra pro tribunali sistitur; et e cœlo ipse se considerat. Ad eleemosynam autem quod spectat, concurrit quod utriusque operationis est. Qui enim e cœlo thronoque Cherubico, his qui misericordes exstiterint, præmia decernit, ipse ad gazophylacium sedens explorat, qui humanitatis sensu præditi, atque adeo misericordes, sint. » Idem quoque in sermone in Thomam apostolum, et contra hæreticos : « His auditis animum ab incredulitate emundavi. Mentem dubiam abjeci; certam assumpsi fidem; corpus palpavi gaudens et tremens. Una cum digitis, etiam mentis oculum explicavi, ac demum duplicem operationem sensi. »

89 Sed et sapientissimus Alexandrinus præsul Cyrillus, in *Thesauri* cap. 32 : « Neque enim unam esse naturalem Dei ac creaturæ operationem statuemus; ne videlicet id quod creatum est ad divinam essentiam evehamus; neve e contrario divinæ naturæ excellentiam deprimamus, ad locum

A γὰρ οὕτω δύναται ἡ ἐλάττων, ὥσπερ ἡ μείζων ἐνεργεῖν; ἢ δύναται μία ἐνέργεια εἶναι, ὅπου διάφορός ἐστιν οὐσία; » Καὶ μὴν ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἱεράρχης Κύριλλος ὁ ἀοίδιμος, ἐν τῷ εἰς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν λόγῳ ἔνθα ὁ Κύριος τὸ ὕδωρ οἶνον ἐποίησεν [10], οὗ ἡ ἀρχὴ· « Θαῦμα καὶ τοῦτο θαῦμα ἐγενήθη. Ἐθαυματούργησεν· ἔδειξεν τὴν διπλῆν ἐνέργειαν, πάσχων μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ ὡς Θεὸς ὁ αὐτός· οὐ γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, εἰ καὶ ἄλλως καὶ ἄλλως. » Οὕτω δὲ καὶ ὁ τῆς μεγάλης Ῥωμαίων ἔξαρχος Ἐκκλησίας Λέων ὁ παναλκὴς καὶ πανίερος, ἐν τῷ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν [11] κατὰ Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν δυσωνύμων δογματικῷ τόμῳ· « Ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρᾳ μορφῇ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε· τοῦ μὲν Λόγου κατεργαζο-

B μένου τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τοῦ Λόγου· τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν, διαλάμπει τοῖς θαύμασι· τὸ δὲ, ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκεν. » Ὁ δὲ τὸ στόμα χρυσοῦν, μᾶλλον δὲ Χριστοῦ κεκτημένος Ἰωάννης, ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὴν Χήραν, τὴν τὰ δύο λεπτὰ προσενέγκασαν ἐν τῷ Γαζοφυλακίῳ, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἁπλῆ μὲν ἡ τῆς νηστείας προσηγορία. Καὶ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τῶν συναφθεισῶν φύσεων διάφορος ἡ ἐνέργεια τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τῆς θεότητος διάφορος ἡ ἰσχύς. Οἷόν τι λέγω· Κάτω κοπιᾷ, καὶ ἄνω συγκροτεῖ τὰ στοιχεῖα. Κάτω πεινᾷ, καὶ ἄνωθεν ὑετοὺς χορηγεῖ. Κάτω δειλιᾷ, καὶ ἄνω βροντᾷ. Κάτω δικαστηρίῳ παρέστηκε, καὶ ἄνωθεν ἑαυτὸν θεωρεῖ. Περὶ δὲ τὴν ἐλεημοσύνην, συντρέχει τὸ τῆς διπλῆς ἐνεργείας.

C Ὁ γὰρ ἄνωθεν ἐκ τῶν Χερουβὶμ βραβεύων τοῖς ἐλεήμοσιν, οὗτος πρὸ τοῦ Γαζοφυλακίου καθήμενος δοκιμάζει τοὺς φιλανθρώπους. » Ὁ δὲ αὐτὸς ἐν τῷ εἰς Θωμᾶν τὸν ἀπόστολον κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ· « Ταῦτα ἀκούσας, ἐκάθαρα τὴν ψυχὴν ἀπιστίας· ἀπεδυσάμην τὴν ἀμφίβολον γνώμην, ἀνέλαβον τὸ πεπεισμένον, ἡψάμην τοῦ σώματος χαίρων καὶ τρέμων. Ἐξήπλωσα μετὰ τῶν δακτύλων καὶ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ δύο λοιπὸν ἐνεργειῶν ἠσθόμην. » Ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ σοφώτατος Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων πρόεδρος, ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ τοῦ *Θησαυροῦ* κεφαλαίῳ· « Οὐ γὰρ δή που μίαν εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν δώσομεν Θεοῦ καὶ ποιήματος· ἵνα μήτε τὸ ποιηθὲν, εἰς τὴν θείαν ἀνάγωμεν οὐσίαν· μήτε μὴν τῆς θείας φύσεως τὸ ἐξαίρε-

D τον, εἰς τὸν τοῖς γενητοῖς πρέποντα κατάγωμεν

VARIÆ LECTIONES.

[10] Hæc de vini miraculo non exstant inter opera S. Cyrilli Hierosol. [11] cap. 4.

NOTÆ.

ἐστὶν δυνάμεως. Sic quoque sequentibus Maximus vocem ἐξουσίας usurpavit, Μίαν εἶναι τὴν θέλησιν, μίαν τὴν ἐνέργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προαγομένην. Ἐξουσία in illis magis proprie dicatur, quæ γνωμικῶς, *ex arbitrio et sententia*, quam quæ φυσικῶς (*natura* scilicet) volumus ac operamur. Quod etiam paulo post sequitur in Leonis auctoritate, ἐνεργεῖ ἐν ἑκατέρᾳ μορφῇ, ipsum quoque emend. ex Latinis, ἐνεργεῖ ἑκατέρα μορφὴ· *agit utraque forma;* quo etiam modo in sequentibus habetur, ubi eædem auctoritates breviter perstringuntur. Forte scripserit Maximus ac reddiderit, ἐνεργεῖ γὰρ ἂν ἑκατέρα μορφή· quod nihil sonsu a Latinis diversum, sed paulo elegantius reddidit. In ea Leonis epistola, qualem Græcam repræsentavit Gerardus Vossius, multæ sunt variæ lectiones, quidquid diligentiæ adhibitum, ut ipsa pura, qualis a Leone edita erat, ubique in Ecclesiis haberetur, quasi veræ fidei tessera. Ipsa Leonis locutio visa confundentibus longe durior, quasi divisioni in specie faveus: ipsa tamen necessaria ad ipsorum magis elidendam impietatem. Lenius illi habuissent, quod ita hic repræsentatur; ac num illorum aliquis (vel ipse antiquarius) sic lenire voluit? Haud certe, putem, ipse Maximus. Rem probant quæ hic, pluresque in actis sextæ synodi exstant, eorum auctoritates.

Digitized by Google

τόπον. Ὧν γὰρ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ δύναμις ἀπαραλλάκτως μία, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὴν τοῦ γένους[11] ἑνότητα σώζεσθαι. »

Ταῦτα μὲν οἵδε διαπρυσίως οἱ τῆς εὐσεβείας Πατέρες, οὓς ἐκ πολλῶν ἢ ἀπείρων, καὶ παντὸς οἷον, γραφικῶς εἰπεῖν, *τοῦ τῶν μαρτύρων νέφους*, κατ' ἐπιδρομὴν, τὸν τοῦ γράμματος περιστελλόμενοι προκεκομίκαμεν ὄγκον, εἰς ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν τῆς αὐτῶν περὶ τοῦ παντὸς Σωτῆρος ἀληθογνωσίας Χριστοῦ. Καθ' ἣν ὁρμηθέντες, ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις πνευματοκινήτως παρέδωκαν δύο καθάπερ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς τὰς φύσεις, οὕτως ἰσαρίθμους ταῖς φύσεσι, τά τε τοῦ αὐτοῦ θελήματα καὶ τὰς ἐνεργείας πρεσβεύειν, καὶ ἄλλην καὶ ἄλλην, καὶ θείαν καὶ ἀνθρωπίνην θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, εἰς δήλωσιν τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς οὐσιώδους διαφορᾶς· τήν τε φαντασίαν ὁμοῦ καὶ τὴν σύγχυσιν, καὶ σὺν ταύταις παντελῶς τὴν διαίρεσιν ἀποσκευαζομένης, ὡς ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντι Θεῷ Λόγῳ, ἐξ ὧν ἐστι πραγματικῶς καὶ ἀνεπιθολώτως γνωριζούσης [γνωριζομένης] καθ' ἕνωσιν τὴν ἀδιάσπαστον. Διαφορᾶς γὰρ οὐσιώδους ἐπὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἄκρας ἑνώσεως ἀσυγχύτως οὐ γνωριζομένης, αὐτῶν τε τῶν ἡνωμένων, καὶ τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς, οὐδὲ τῆς ἑνώσεως ἀσυγχύτως γνωρισθήσεται λόγος. Οἱ δὲ τῆς ἐναντίας καὶ ἀντιπάλου μοίρας, τὸ ἔμπαλιν. Ἀπολινάριος μὲν γὰρ ὁ δυσσεβὴς, οὕτως φησὶν ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ αὐτῷ λόγῳ· « Ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου· καὶ οὐ μνημονεύουσιν ὅτι τὸ θέλημα τοῦτο ἴδιον εἴρηται, οὐκ ἀνθρώπου, τοῦ ἐκ γῆς, καθὼς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ. » Ὁ δὲ αὐτὸς πάλιν ἀδελτερος, « ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ· Αὐτὴν ἐπιφάνειαν (*g*) τὴν ἔνσαρκον τοῦ Θεοῦ. Εἷς γὰρ ὁ Χριστὸς θεϊκῷ θελήματι μόνῳ κινούμενος, καθὸ καὶ μίαν οἴδαμεν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, ἐν διαφόροις θαύμασι καὶ παθήμασι τῆς μιᾶς αὐτοῦ φύσεως προϊοῦσαν. Θεὸς γὰρ ἔνσαρκός ἐστι, καὶ πιστεύεται· » καὶ μετὰ βραχέα· Καὶ τό· *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, ἀπελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν θέλημα γενέσθω*, οὐκ ἄλλου καὶ ἄλλου θελήματος ἔμφασιν ἔχει, μὴ συμβαινόντων ἀλλήλοις, ἀλλ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ· θεϊκῶς μὲν ἐνεργουμένου, οἰκονομικῶς δὲ παραιτουμένου τὸν θάνατον· ἐπεὶ Θεὸς ἦν σαρκοφόρος ὁ τοῦτο λέγων· μηδεμίαν ἐν τῷ θέλειν ἔχων διαφοράν. » Ὁ δὲ ἐκείνου τῆς ἀσεβείας μαθητὴς καὶ διάδοχος, καὶ φερωνύμως τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ πολέμιος, Πολέμων ὁ αἱρετικὸς, ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἁγίους Πατέρας *Ἀντιῤῥητικῷ*, τάδε δυστρόφως φησίν· « Ὁ Λόγος γὰρ

creaturis convenientem. Nam quorum operatio et vis eadem omnino est, iis quoque idem genus (seu naturam) constare necesse est. »

Hæc quidem clare relati a nobis pii ac orthodoxi Patres; quos nimirum e multis, numeroque superioribus, ac velut omni (ut Scripturæ vocibus utar) *testium nube*[z], ad epistolæ molem restringendam, cursim protulimus, ut eorum de omnium Salvatore Christo vera fides ac sententia apertissime monstraretur : qua fulti, quemadmodum duas unius ejusdemque naturas, sic pari numero ejusdem voluntates et operationes; aliamque et aliam, divinamque et humanam voluntatem atque operationem, docendas, divini Spiritus afflatu sanctis Ecclesiis tradiderunt; quibus eorum ex quibus, et in quibus, ac quæ idem ipse est, substantialis distinctio designaretur; talis scilicet, quæ et inanem speciem et confusionem, unaque prorsus divisionem eliminaret; ut quæ uni eidemque nostri causa incarnato Deo Verbo, ex quibus realiter citraque omnem confusionem est, secundum indivulsam unionem inesse ostenderet. Nisi enim substantialis, in summa secundum hypostasim unione inconfuse noscatur distinctio, nulla eorum, quæ natura insunt, inconfuse dignoscetur ratio. Adversarii autem, huicque sententiæ auctores oppositi, in contrarium. Sic namque impius Apollinarius dicit, in libro quem prænotavit : « Demonstratio de divina incarnatione ad similitudinem hominis; nec illis in mentem venit, voluntatem hanc propriam dictam, non terreni hominis esse, ut illi existimant, sed Dei, qui de cœlo descendit. » Idemque rursus inficetus homo in libro a se inscripto : « Ipsam Dei in carne manifestationem. Unus enim Christus, qui divina duntaxat voluntate moveatur, quemadmodum etiam unam ejus novimus operationem, quæ ex una ejus natura diversis edendis miraculis ferendisque passionibus, procedat. Deus enim in carne est, creditur. » Et post pauca : « Illud quoque : *Pater, si* 90 *possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen, non mea, sed tua fiat voluntas*[a]; non aliam aliamque voluntatem exhibet, quæ inter se minime consentiant; sed unam eamdemque, divina quidem ratione efficacem; quæ tamen ipsa secundum dispensationem detrectaret mortem. Quippe Deus erat carnem gestans, qui hoc loquebatur, nullam in eo quod est velle distinctionem habens seu differentiam. » Illius autem impietatis discipulus et successor, suique nominis doctrinæ veritatis hostis, Polemon hæreticus, in suo adversus sanctos Patres *Antirrhetico*, perversa hæcce mente loquitur : « Chri-

[z] Hebr. XII, 1. [a] Matth. XXVI, 39.

[11] Edita, τὴν τοῦ εἴδους.

NOTÆ.

(*g*) *Ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ, Αὐτὴν ἐπιφάνειαν.* In Agathonis suggest. aliter et melius, Εἰς τὰ ἐπιφάνια τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου· qui sit ipse libri seu orationis titulus; quod vero habet Maximi epistola, ejus initium. Plene itaque scripserit Maximus : Ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ εἰς τὰ Ἐπιφάνια τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Αὐτὴν ἐπιφάνειαν. Sic passim breviant auctorum scripta antiquarii, sæpe etiam nullo judicio.

Digitized by Google

stus enim, Verbum Deus erat, etiam perfectæ unitus carni, ac factus homo; non qui sibi ipse mentem mutabilem, naturali voluntate in contraria motu incitatam, copulasset; sed qui ipse potius sibi mens exsistens, immutabili divina voluntate cuncta præstaret. Non alia quidem divina voluntas, alia deificata, ut sensit Gregorius Cappadox; alioqui esset mutabilis. Quod enim potuit deitate imbui, omnino etiam poterat, in morem prioris Adæ, terrenum effici. » In sexta quoque epistola, ex iis quas scripsit ad Timotheum ejus adjutorem, ac impietatis scelestissimum socium : « Qui duas Christi voluntates dicit, juxta ac olim dixere, nuncque dicunt, aut unum, duos inducit christos, nedum natura, sed et odio inter se divisos, aut eumdem secum ipso pugnantem. Ubi enim binarius, plane divisio est. » Sed et Themistius, Severi quidem partis defensor, Agnoetarum vero pravæ sententiæ auspex, capite 45 libri secundi ex iis quos scripsit, adversus oblatum Theodoræ Augustæ tomum a Theodosio hæresiarcha, eorum scilicet principe, qui ab eo sectæ nomen traxerunt, hæc Deo exoso ore : « Nec enim quod et sacer Athanasius duas Christum voluntates ostendisse ait, quo tempore mortem subiit, jam quoque duas ei voluntates assignaverimus, idque adeo inter se pugnantes, ut tuis his syllogismis confici arbitraris; sed pie unam velut unius Emmanuelis, voluntatem noverimus; quæ, modo quidem humano more, modo autem divino moveretur. » Idemque rursus ominosus homo nocentissimusque hæreticus, capite 52, libri tertii ejus operis, quod contribulis sui impietati consentaneum edidit : « Unam dico Emmanuelis scientiam unamque operationem, uti et voluntatem. Sic ergo considera : Qui immutabilis est, **91** ut Deus, qui omni superior affectu ac labe est, humano more motus secundum voluntatem, mortem detrectat; rursumque divina fiducia adversum mortem audet; quod utrumque per carnem præstat. » Atque hæc quidem isti perverse.

Dividentium hæreticorum, fidei adversæ de una voluntate et operatione sententiæ. — Qui autem pari illis conatu sensuque veritati adversantur, qui nimirum divisionis magistri ac assertores exsistunt, ad parem illis eumdemque de una voluntate unaque operatione errorem impingentes (qui scilicet animi sententia ac voluntate constantem, quæ affe-

[13] Greg. Theol. orat. 2 de Filio.

A Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ τελειότητι σαρκὸς ἑνωθεὶς καὶ γενόμενος ἄνθρωπος οὐ τὸν τρεπτὸν νοῦν ἑαυτῷ καταμίξας, θελήματι φυσικῷ ἐπὶ τἀναντία κινούμενον, ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον γενόμενος νοῦς, ἀτρέπτῳ θελήματι θεϊκῷ πάντα πεποίηκεν. Ἀλλ' οὐ τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ, θεωθὲν, κατὰ τὸν Καππαδόκην Γρηγόριον [13], ἐπεὶ τρεπτόν. Τὸ γὰρ θεωθῆναι δυνηθὲν, καὶ γεωθῆναι πάντως ἠδύνατο, κατὰ τὸν πρῶτον Ἀδάμ. » Καὶ ἐν ἕκτῃ τῶν πρὸς τὸν Τιμόθεον αὐτῷ γεγραμμένων ἐπιστολῇ, τὸν αὐτῷ συνεργάτην, καὶ τῆς ἀσεβείας συλλήπτορα πονηρόν· « Ὁ δύο θελήματα λέγων Χριστοῦ, κατὰ τοὺς πάλαι καὶ νῦν φήσαμένους, ἢ τὸν ἕνα δύο τινὰς εἰσάγει Χριστοὺς, ἀλλήλων οὐ φύσει μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπεχθείᾳ διῃρημένους· ἢ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ διδάσκει μαχόμενον. B Ἔνθα γὰρ δυὰς, πάντως διαίρεσις. » Ἀλλὰ καὶ Θεμίστιος, ὁ τῆς μὲν Σευήρου συμμορίας ὑπασπιστὴς, τῆς δὲ τῶν Ἀγνοητῶν ἔξαρχος κακοφροσύνης, ἐν κεφαλαίῳ μὲ' τοῦ λόγου δευτέρου τῶν κατὰ τοῦ ἐπιδοθέντος τόμου Θεοδώρᾳ τῇ βασιλίδι παρὰ Θεοδοσίου τοῦ αἱρεσιάρχου, τῶν ἀπ' αὐτοῦ κατονομασθέντων αἱρετικῶν, τάδε θεοστυγῶς· « Οὐ γὰρ ἐπεί τε καλοῦ ἱερὸς Ἀθανάσιος δύο θελήματα ἔφη τὸν Χριστὸν δεικνύναι, κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ἤδη καὶ δύο θελήσεις αὐτῷ περιθήσομεν· καὶ ταύτας μαχομένας ἀλλήλαις, κατὰ τοὺς σοὺς τούτους συλλογισμούς· ἀλλ' εἰσόμεθα εὐσεβῶς, τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, τῇ μὲν, ἀνθρωπίνως κινεῖσθαι, τῇ δὲ θεοπρεπῶς. » Ὁ δ' αὐτὸς πάλιν δυσάντητος αἱρετικὸς, ἐν κεφαλαίῳ νβ', λόγῳ γ' τῆς C κατακολούθου τοῦ συμφυλέτου τῆς αὐτοῦ δυσσεβείας γεγονυίας αὐτῷ πραγματείας· « Μίαν φημὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ τὴν γνῶσιν (*h*) καὶ τὴν ἐνέργειαν, καθὰ καὶ τὴν θέλησιν. Σκόπει οὖν οὕτως· Ὁ ἄτρεπτος, ὡς Θεὸς, ὁ παντὸς πάθους ἀνώτερος, ἀνθρωποπρεπῶς κινηθεὶς κατὰ τὴν θέλησιν, παραιτεῖται τὸ πάθος· θεοπρεπῶς δὲ πάλιν πρὸς τὸ πάθος ἀναθαῤῥεῖ, καὶ διὰ σαρκὸς τούτων ἑκάτερον. » Καὶ ταῦτα μὲν οἵδε δυστρόπως.

Οἱ δὲ τούτων ἐπίσης καὶ τῆς ἀληθείας ἀντίφρονες, τοὺς τῆς διαιρέσεως λέγω καθηγητὰς, πρὸς τὴν ἴσην ἐκείνοις καὶ τὴν αὐτὴν περί τε θελήματος ἑνὸς καὶ μιᾶς ἐνεργείας συνελαυνόμενοι κακοδοξίαν, D οἳ καὶ τὴν ἐν σχέσει γνωμικὴν ἐπρέσβευον ἕνωσιν, τάδε περιβομβοῦσι. Θεόδωρος μὲν ὁ κακόφρων καὶ δύσερις, ὁ τὴν Μομψουεστινῶν λῃσάμενος, ἐν τεῖ;

NOTÆ.

(*h*) *Μίαν τὴν γνῶσιν.* Sic etiam act. 10 sextæ synodi. Μία γὰρ ἡ γνῶσις ἐπὶ Χριστοῦ, καθάπερ καὶ ἡ ἐνέργεια. Nec pro φύσις obrepsit, cum sequatur, Καὶ γὰρ εἷς ἦν ὁ γινώσκων, ὥσπερ ἀμέλει τοι καὶ ὁ ἐνεργῶν. Sic nempe Themistius, ex una operatione unam Christi inferebat scientiam, uti et unam voluntatem : in qua vel maxime vim faciebant sequaces Monothelitæ, tanquam ipsa duplex admitti non posset, quin esset contraria : quam unam contrarietatem, et qualis nobis inolevit ex Adæ peccato, præferebant velle a Christo excludere : quo et fraudem passus Joannes abbas, ipse auctor Honorio, ut ad eum sensum Orientalibus responderet (quæ ipsa ejus satisfactio est) necdum scilicet satis explorato pro Latinorum ingenuitate, fideique sinceritate, quid iidem Orientales adversum fidei in una illa voluntate, eis asserta, molirentur, donec Sophronius, Stephanus, Maximus, aliique viri egregie catholici, Matri suppetias euntes, detectisque Syrorum insidiis, nobilissimos Romanos antistites Joannem IV, Theodorum, Martinum, ad hydram certis ictibus conficiendam, pro Romanæ sedis suprema in rebus fidei potestate, præclare animarunt; negotio demum felici exitu per Domnum, Agathonem, Leonem II et Constantinum peracto.

Digitized by Google

εἰς τὰ θαύματα παρεξηγηθεῖσιν αὐτῷ λόγου δευτέρου· « *Θέλω, καθαρίσθητι*, πρὸς τὸν λεπρὸν εἰπὼν ὁ Σωτὴρ, ἔδειξε μίαν εἶναι τὴν θέλησιν, μίαν τὴν ἐνέργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προαγομένην, οὐ λέγω φύσεως, ἀλλ' εὐδοκίας, καθ' ἣν ἠνώθη τῷ Θεῷ Λόγῳ ὁ κατὰ πρόγνωσιν, ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ὕστερον γενόμενος ἄνθρωπος, ἐξ αὐτῆς μήτρας τὴν πρὸς αὐτὸν ἐνδιάθετον ἔχων οἰκείωσιν. » Ὁ δὲ τῆς ἐκείνου μανίας ὀπαδὸς καὶ διάδοχος, Νεστόριος ὁ ἀλητήριος, ἐν τῇ λεγομένῃ αὐτῷ *Ἐμφανεῖ μυήσει* λόγου δευτέρου τῆς κατ' αὐτὴν πραγματείας τάδε κακούργως· « Ἀσυγχύτως φυλάττομεν τὰς φύσεις, οὐ κατ' οὐσίαν, γνώμῃ δὲ συνημμένας, δι' ὃ καὶ μίαν αὐτῶν τὴν θέλησιν, ἐνέργειάν τε καὶ δεσποτείαν ὁρῶμεν, ἀξίας ἰσότητι δεικνυμένας. Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ἀναλαβὼν ὃν προώρισεν ἄνθρωπον, τῷ τῆς ἐξουσίας λόγῳ πρὸς αὐτοῦ προεκρίθη, διὰ τὴν προγνωσθεῖσαν διάθεσιν. » Ὁ δ' αὐτὸς αὖθις παράφρων ἐν τῇ αὐτῇ λόγου τετάρτου· « Οὐκ ἄλλος ἦν ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ ἄλλος ὁ ἐν ᾧ γέγονεν ἄνθρωπος. Ἓν γὰρ ἦν ἀμφοτέρων τὸ πρόσωπον ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, προσκυνούμενον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, μηδενὶ τόπῳ ἢ χρόνῳ ἑτερότητι βουλῆς καὶ θελήματος διαιρούμενον. Ἀλλὰ μὴν καὶ Παῦλος ὁ Πέρσης ψευδοδιάκονος ὢν τῆς Νεστορίου μιαρωτάτης αἱρέσεως, ἐν τῷ *Περὶ κρίσεως* αὐτοῦ λόγῳ, τάδε σὺν ἐκείνοις φθέγγεται θεομαχῶν· « Ἐπειδὴ κατ' οὐσίαν ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς ὃν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον οὐ γέγονεν ἕνωσις, μία φύσις οὐ γέγονεν. Εἰ δὲ μία φύσις οὐ γέγονεν, μία μονοπρόσωπος ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· οὐκοῦν κατ' εὐδοκίαν ἡ ἕνωσις, βουλῆς καὶ γνώμης ταυτότητι κρατουμένη, ἵνα καὶ τὸ διάφορον τῶν φύσεων ἀσύγχυτον δείκνυται, καὶ τὸ τῆς εὐδοκίας μυστήριον μονάδι βουλήσεως διαδείκνυται. »

ctu est, ac habitudinis unitalem tradant), istiusmodi obstrepunt. Theodorus quidem homo perversi sensus ac contentiosus, Mopsuestenæ Ecclesiæ prædo, in iis quæ de miraculis enarravit, lib. II : « *Volo, mundare* [b], dum Salvator ad leprosum dixit, unam voluntatem, unamque operationem, secundum unam eamdemque potestatem procedentem, ostendit; non dico naturæ, sed propensæ voluntatis, qua Deo Verbo unitus est; qui secundum præscientiam, ex semine David, postea homo factus est; ex ipsa vulva, animi cum illo necessitudinem habens. » Illius autem furoris assecla et successor nefastus miserque Nestorius, in ea quam vocat, *clara institutione*, libro secundo ejus lucubrationis, hæcce maligne : « Inconfuse servamus naturas, non essentiæ ratione conjunctas, sed animi sententia ac voluntate (quamobrem etiam unam earum voluntatem operationemque ac dominationem conspicimus) quæ scilicet pari se dignatione exhibeant. Deus enim Verbum assumens, quem prædestinavit, hominem, potentiæ ratione ab eo prælatus est, ob eum quem præscivit animum affectumque. » Rursusque idem ille demens ejusdem operis libro quarto : « Non alius erat Deus Verbum, atque alius in quo fuit homo. Una enim amborum persona dignatione ac honore, cui omnis creatura venerationem cultumque adhibeat, nulloque loco aut tempore consilii ac voluntatis diversitas dividat. » Sed et Paulus Persa, impurissimæ Nestorii hæresis pseudodiaconus, in sermone suo ac libro *De judicio*, cuncta illis acie Deo adversans istiusmodi loquitur. « Idcirco quod Dei Verbi, cum homine, quem assumpsit, unio secundum essentiam minime facta est, nec una facta natura est. Sin autem non una natura facta est, non una Christus unius personæ hypostasis, id est, substantia seu subsistentia est. Ergo secundum propensam voluntatem unio est, inde conflata, quod unum consilium, **92** unaque sententia ac voluntas est; ut et naturarum inconfusa distinctio monstretur, propensæque voluntatis mysterium voluntatis unitate diluceat. »

Οἷς, ὡς ὁρᾶτε, πανάριστοι, τά τε γράμματα, καὶ πρὸ τούτων διασκοποῦντες τὰ δόγματα, λίαν ἐν πᾶσιν ὁμόφωνός τε καὶ ὁμόλογος, ἤ, οὐκ οἶδ' ὅπως, νῦν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐπεισφρήσασα κατὰ τῆς ἀμωμήτου πίστεως καθέστηκεν ἕνωσις, τὸ ἓν ἐπὶ Χριστοῦ θέλημα κυροῦσα, καὶ τὴν μίαν ἐνέργειαν ὁμοίως τοῖς ἄφροσι. Τὸ μὲν ἓν θέλημα, διὰ τοῦ λέγειν· « Ὅθεν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἐν ἅπασι, καὶ ἐν τούτῳ κατακολουθοῦντες, ἓν θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν· » τὴν δὲ μίαν ἐνέργειαν, διὰ τοῦ φάσκειν· « Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕπεσθαι ταύτῃ, τουτέστι τηρήσει τῶν δύο ἐνεργειῶν, τὸ καὶ δύο πρεσβεύειν θελήματα. » Καὶ γὰρ εἰ ἕπεσθαι τῇ ἐνεργείᾳ τὰ θελήματα διορίζεται, πᾶσά πως ἀνάγκη, τοῦ ἑπομένου πρὸς αὐτῆς κυρωθέντος, λέγω δὴ τοῦ ἑνὸς θελήματος, κυροῦσθαι καὶ τὸ ἡγούμενον, ἤγουν τὴν μίαν ἐνέργειαν. Ταύτην γὰρ ἐπειγομένη σοφιστικῶς τῇ μιᾷ θελήσει συνεισαγαγεῖν, ἕπεσθαι τῇ ἐνεργείᾳ τὴν θέλησιν κατὰ δόξαν ἐθέσπισεν. Διὸ

His, ut videtis, quam optimi, tum litteras scriptaque considerantes, tum iis priora dogmata, in omnibus apprime consona est, ac nec vocibus dissidet, quæ, nescio quomodo, nunc ætatis propter nostra peccata adversus inculpatam fidem, unio obrepsit, pari scilicet ac dementes illis, conatu unam voluntatem astruens, unamque operationem. Unam quidem voluntatem dicendo : « Unde sanctos Patres in omnibus, et in hoc sedulo sequentes, unam Domini nostri Jesu Christi voluntatem confitemur. » Unamque item operationem, qua aiunt : « Sed et hoc sequi (quod nempe duæ serventur operationes) ut et duæ astruantur voluntates. » Quandoquidem enim voluntates sequi operationem decernunt, prorsus necesse est, astruendo id quod consequens est (unam scilicet voluntatem) antecedens quoque astruere; id est, unam operationem. Hanc enim una cum voluntate dum sophistice satagit inferre, voluntatem operationi comitem, ut videtur, sanxit.

[b] **Matth.** VIII, 3.

Digitized by Google

Quocirca etiam Patres novit, quos in hoc et in omnibus sibi duces adhibeat; non qui vere sint, sed qui nihil prorsus sancti exsistant. Nemo enim unquam, unius assertorem voluntatis Athanasium laude inclytum dicat, qui videlicet diserte clamet, uti a nobis in superioribus allatum est : « Duas hic ostendit voluntates; aliam quidem humanam; aliam vero divinam. » Non Gregorium Theologum, qui de humana Salvatoris voluntate dicat : « Illius enim velle, nec Deo quidquam contrarium; quod sit totum deificatum. » Non cujus idem nomen, Nyssenum episcopum, qui dicat : « Anima vult, corpus tangit; » et : « Operante corpore, et animi motu voluntatis; » et : « Volens quidem animo, tangens autem corpore; » et : « Aliam humanam voluntatem, aliam divinam. Et dicendo : *Non mea*, humanam voluntatem sermone declaravit; addendo autem, *sed tua*, suæ cum Patre deitatis monstravit conjunctionem. » Non Joannem Chrysostomum, qui doceat : « Neque solum tristari mortis angustia hæc verba significant, sed etiam duas voluntates. Nam si de divinitate dictum istud est, quædam contradictio est : sin autem de carne, quæ dicta sunt, rationi **93** sunt consentanea. Non enim quod caro mori nolit, res digna vituperio est, cum sit istud naturæ; ipseque quæ sunt naturæ, uno duntaxat excepto peccato, copiosissime ostendat. » Non Cyrillum Alexandrinum episcopum, qui sapienter tradat : « Hæc enim erat voluntas Patris, ut dispensationem (nostræ scilicet salutis negotium) in finem perduceret. Habet autem et quod nolit mori ea ratione, qua naturaliter caro mortem defugit. » Et : « Habet quidem ex animo, ut pro omnibus moriatur, quod istud divinæ naturæ consultum sit; habet autem non ex animo, ob carnem, quæ natura mortem refugit. » Non Severianum Gabalorum antistitem, testantem, » duas voluntates designare; alteram quidem divinam, alteram autem humanam. » At neque Mediolanensem archiepiscopum magnum confessorem Ambrosium, sobrie cateque prædicantem : « Quemadmodum enim eadem operatio, diversæ esset substantiæ? Num una operatio potest esse, ubi diversa substantia est? » Non Cyrillum Hierosolymorum antistitem, qui admoneat : « Duplicem ostendit operationem; patiens quidem, ut homo; operans vero idem ipse, ut Deus. » Non divinum Leonem, qui ita pronuntiet : « Agit enim utraque forma cum alterius communione; quod proprium habuit. » Non rursus Chrysostomum : « Et in aliis quidem, naturarum, quæ conjunctæ sunt, diversa operatio humanitatis et deitatis. Ad eleemosynam autem quod attinet, concurrit quod utriusque operationis est; ac demum duas operationes sensi. » Non Cyrillum similiter sacratissimum Ecclesiæ Alexandrinæ magistrum, qui et ipse dicat : « Neque enim unam esse dabimus Dei et creaturæ naturalem operationem. »

καὶ Πατέρα, οἶδεν, οἷς ἐν τούτῳ καὶ πᾶσι κατηκολούθησεν, οὐ τοὺς ὄντως, ἀλλὰ τοὺς μηδ' ὅλως ἁγίους. Οὐ γὰρ δήπου ποτ' ἂν περὶ ἑνὸς θελήματος φήσειέ τις Ἀθανάσιον τὸν ἀοίδιμον, διαῤῥήδην βοῶντα καθάπερ φθάσαντες παρέστημεν · « Δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι · τὸ μὲν, ἀνθρώπινον, τὸ δὲ, θεϊκόν. » Οὐ Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, περὶ τοῦ ἀνθρωπικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος λέγοντα · « Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον. » Οὐ τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ τῆς Νυσσαέων καθηγητήν · « Ἡ ψυχὴ θέλει, τὸ σῶμα ἅπτεται, » φάσκοντα, καὶ · « Τῷ ἐνεργοῦντι σώματι, καὶ τῇ ὁρμῇ τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ γινομένου θελήματος. « Καὶ · « Θέλων μὲν διὰ τῆς ψυχῆς, ἁπτόμενος δὲ διὰ τοῦ σώματος, » καὶ, « Ἄλλο τὸ ἀνθρώπινον θέλημα, καὶ τὸ θεῖον ἄλλο, καὶ εἰπών · *Μὴ τὸ ἐμόν*, τὸ ἀνθρώπινον τῷ λόγῳ ἐσήμανεν · προσθεὶς δὲ, *Τὸ σόν*, ἔδειξε τὸ συναφὲς τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα θεότητος. » Οὐ τὸν Χρυσόστομον Ἰωάννην, παιδεύοντα · « Οὐ γὰρ ἀγωνιᾷν μόνον ἐμφαίνει τὰ ῥήματα, ἀλλὰ δύο θελήματα. Καὶ ἂν μὲν ἐπὶ τῆς θεότητος τὸ εἰρημένον ἦν τοῦτο, ἀντιλογία τις γίνεται· ἂν δὲ ἐπὶ τῆς σαρκὸς, ἔχει λόγον τὰ εἰρημένα. Οὐ γὰρ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν τῆν σάρκα κατάγνωσις · φύσεως γάρ ἐστι τοῦτο. Αὐτὸς δὲ τὰ τῆς φύσεως ἅπαντα χωρὶς ἁμαρτίας ἐπιδείκνυται, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας. » Οὐ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας σοφῶς ἐκδιδάσκοντα · « Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, εἰς τέλος διεξαγαγεῖν τὴν οἰκονομίαν. Ἔχει δὲ καὶ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, διὰ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν σάρκα τὸν θάνατον φυσικῶς. » Καὶ · « Θελητὸν μὲν ἔχει τὸ ὑπὲρ πάντων τεθνάναι, διὰ τὸ βεβουλῆσθαι τὴν θείαν φύσιν · ἀνεθέλητον δὲ, διὰ τὴν σάρκα παραιτουμένην τὸν θάνατον φυσικῶς. » Οὐ Σευηριανὸν τὸν τῶν Γαβάλων πρόεδρον, μαρτυρούμενον, « Ὥστε δύο θελήματα ἐμφαίνει · τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον. » Ἀλλ' οὐδὲ περὶ μιᾶς ὁμολογίας [14] τὸν μέγαν ὁμολογητὴν Ἀμβρόσιον, ἐμφρόνως κηρύττοντα, « Ποίῳ γὰρ τρόπῳ ἡ αὐτὴ ἐνέργεια διαφόρου ἐστὶν οὐσίας [15] ; Μὴ γὰρ δύναται μία ἐνέργεια εἶναι, ὅπου διάφορος οὐσία ἐστίν ; » Οὐ Κύριλλον τὸν Ἱεροσολύμων, παρεγυώμενον, « Ἔδειξε τὴν διπλῆν ἐνέργειαν, πάσχων μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ, ὡς Θεὸς ὁ αὐτός. » Οὐ Λέοντα τὸν θεῖον, ἀποφωνοῦντά τε συνετῶς, « Ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν. » Οὐ τὸν Χρυσόστομον αὖθις· « Καὶ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις, τῶν συναφθεισῶν φύσεων διάφορος ἡ ἐνέργεια, τῆς ἀνθρωπότητος καὶ τῆς θεότητος · περὶ δὲ τὴν ἐλεημοσύνην, συντρέχει τὸ τῆς διπλῆς ἐνεργείας · καὶ δύο λοιπὸν ἐνεργειῶν ἠσθόμην. » Οὐ Κύριλλον ὁμοίως τὸν Ἀλεξανδρείας ἱερώτατον καθηγητὴν, « Οὐ γὰρ μίαν δήπου εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν δώσομεν Θεοῦ καὶ ποιήματος. »

[14] Emend. ex sup., τῶν Μεδιολάνων ἀρχιεπίσκοπον · alioqui nullius sensus quod ita expressum. [15] Mollius in VI synodo, δυνάμεως, *potestatis*, ut Latina Ambrosii.

Digitized by Google

Τούτους, ἤ τινας τούτων, οὐχ ἁγίους, οὔτε μὴν ἐγκρίτους εἶναι διαγορεύει τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγούς· ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν περί τε θελημάτων δύο καὶ ἐνεργειῶν περίδοξον ὁμολογίαν δυσσεβῆ τυγχάνειν, καὶ ἀλλοτρίαν τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος ἀποφαίνεται. Πιστοῦται γὰρ τάδε φάσκουσα τὸν λόγον ἡμῖν· « Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῶν δύο ἐνεργειῶν ῥῆσιν πολλοὺς σκανδαλίζειν, ὡς μήτε τινὶ τῶν ἁγίων καὶ ἐγκρίτων τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγῶν εἰρημένην, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἔπεσθαι αὐτῇ τὸ δύο πρεσβεύειν θελήματα ἐναντίως πρὸς ἄλληλα ἔχοντα· καὶ ἐντεῦθεν δύο τοὺς τἀναντία θέλοντας εἰσάγεσθαι· ὅπερ δυσσεβὲς ὑπάρχει καὶ ἀλλότριον τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος. » Ἰδοὺ σαφῶς, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, τὸ δὴ λεγόμενον, οὐχ ἁγίων ὑπάρχειν, οὔτε μὴν ἐγκρίτων ὁρίζεται τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγῶν, τὸ δύο πρεσβεύειν θελήματα, καὶ τὰς κατ' αὐτὴν ἡγουμένας ἰσαρίθμους αὐτοῖς ἐνεργείας· δυσσεβῶν δὲ μᾶλλον, ὡς δυσσεβὲς, καὶ ἀλλότριον, ᾗ φησι, τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος· καὶ δύο τοὺς τἀναντία θέλοντας ἐπεισάγον τοῖς ταῦτα κηρύττουσιν. Ἤγουν τὰ δύο θελήματα, καὶ τὰς ἰσαρίθμους αὐτοῖς ἐνεργείας πνευματοκινήτοις Πατράσιν, οἷς οὐδὲ εἶλατο κατακολουθεῖν, ἢ ἁγίους τούτους ἀποκαλεῖν, ἢ ὅλως κατ' ἐκείνους σὺν ἐκείνοις ταῦτα πρεσβεύειν, εἰς τὴν τοῦ κατὰ σάρκα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μυστηρίου βεβαίωσιν. Ἀλλὰ τίσι καὶ τίνας τοὺς περὶ ὧν καὶ οἷς ἔφησε τὴν τῆς μιᾶς ἐνεργείας εἰρῆσθαι φωνὴν, καὶ ἀκολουθεῖν ἐν τούτῳ καθὰ καὶ ἐν πᾶσι πρὸς τὸ ἓν θέλημα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ὁμολογεῖν, οἵ τε περιφανῶς ὄντες διεδείχθησαν, οἵ τε τῆς συγχύσεως πρόμαχοι καὶ τῆς διαιρέσεως ἡγεμόνες. Οἷον, οὐκ ἀπεικὸς γὰρ εἰς πίστωσιν καὶ αὖθις ἐπιτόμως ἐπιδραμεῖν, Ἀπολινάριος ὁ δυσσεβὴς τάδε θεομαχῶν· Εἷς γὰρ ὁ Χριστὸς, θεϊκῷ θελήματι μόνῳ κινούμενος, καθὸ καὶ μίαν οἴδαμεν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐν τῷ θέλειν διαφοράν. Πολέμων ὁ τῆς ἀληθείας πολέμιος· « Ἀτρέπτῳ θελήματι θεϊκῷ πάντα πεποίηκεν· ἀλλ' οὐ τὸ μὲν, θεῖον· τὸ δὲ, θεωθὲν, κατὰ τὸν Καππαδόκην Γρηγόριον. » Καὶ, « Ὁ δύο θελήματα λέγων Χριστοῦ, κατὰ τοὺς πάλαι καὶ νῦν φυσωμένους, ἢ τὸν ἕνα δύο τινὰς εἰσάγει Χριστοὺς, ἢ τὸν ἑαυτῷ διδάσκει μαχόμενον. » Θεμίστιος ὁ ἀθέμιτος, Ἀλλ' ἰσώμεθα τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, πῇ μὲν, ἀνθρωπικῶς κινεῖσθαι, πῇ δὲ, θεοπρεπῶς· καὶ, Μίαν φημὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καθὰ καὶ τὴν θέλησιν. Θεόδωρος ὁ θεόπλῆξ, Ἔδειξε μίαν εἶναι τὴν θέλησιν μίαν τὴν ἐνέργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προαγομένην. Νεστόριος ὁ πάμπλῆξ, Διὸ καὶ μίαν αὐτῶν τὴν θέλησιν, ἐνέργειάν τε καὶ δεσποτείαν ὁρῶμεν. Παῦλος ὁ καὶ τὴν γνώμην Πέρσης, Κατ' εὐδοκίαν ἡ ἕνωσις, βουλῆς καὶ γνώμης ταυτότητι κρατουμένη· καὶ, Τὸ τῆς εὐδοκίας μυστήριον μοναδικῆς βουλήσεως διαδείκνυται. Τούτους δὴ τοὺς ἐναγεῖς καὶ ἀλάστορας Πατέρας ἁγίους ὁρίζεται. Τούτοις ἐγκρίτους οἶδε τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγοὺς, οἷς ἐν πᾶσι, κἂν τούτῳ κατακολουθήσασα, καὶ μίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ συνορίζομένη θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, τὸν τῆς οἰκονομίας ὁμοίως αὐτοῖς συγχεῖ τε καὶ διατέμνει λόγον.

A Hosce, seu eorum quosdam, non sanctos, ac neque probatos profitetur Ecclesiæ doctores : quin et ipsorum de duplici voluntate ac operatione inclytam confessionem, impiam atque alienam a Christiana doctrina pronuntiat. In hæc enim verba statuit doctrinam : « Similiter autem, et quod duæ dicantur operationes, multos offendere, quod neque ulli sanctorum ac probatorum Ecclesiæ doctorum istud dictum sit; sed et quod duarum inde voluntatum inter se contrariarum sequatur assertio; duoque adeo inducantur contraria volentes; quod impium est, et a Christiana doctrina longe alienum. » En palam nudoque (quod aiunt) capite, non sanctorum, **94** neque vero probatorum Ecclesiæ doctorum esse decernit, duas docere voluntates, totidemque ipsis priores operationes; sed magis B impiorum, velut rem impiam, ac a Christiana doctrina (ut aiunt) alienam; quodque duos contraria volentes iis inducat, qui hæc prædicant (duas nempe voluntates, parique illis numero operationes) divinis Patribus; quos neque in animum inducat, nec ut sanctos appellet, aut prorsus consentanee illis ac cum illis hæc ut doceat, ad Christi Dei in carne astruendum mysterium, consentiat. Quosnam vero, et de quibus, dicat, unius voluntatis vocis parentes esse, quosque hac in parte cunctisque aliis se sequi, ut unam Christi Dei voluntatem profiteatur, palam ostensum est; confusionis scilicet defensores, divisionisque antistites et duces. Puta (nec enim abhorret, ut et rursus ad rem C astruendam eadem paucis percurramus) impius Apollinarius Deo pugnans hæc ait : « Unus enim Christus, qui divina solum moveatur voluntate, quemadmodum etiam unam ejus novimus operationem, ac quæ in eo quod est velle, nullam differentiam habeat aut distinctionem. » Polemon, vere sui nominis veritatis hostis : « Immutabili voluntate divina cuncta fecit; non vero alia quidem divina, alia deificata, ut sentit Gregorius Cappadox. » Et : « Qui duas Christi voluntates dicit, velut illi qui olim nuncque fastu intumescunt, vel unum duos inducit christos, vel eumdem ipsum secum pugnantem asserit. » Themistius, contraria nominis notione nefarius ille : « Verum intelligamus, tanquam unius unam voluntatem Emmanuelis, modo quiD dem, humano more moveri; modo autem, divino. » Et : « Unam dico Emmanuelis scientiam et operationem, quemadmodum etiam voluntatem. » Theodorus, adversa nominis significatione, a Deo percussus ac attonitus : « Ostendit unam esse voluntatem, unamque operationem, juxta unam eamdemque procedentem potestatem. » Nestorius ille prorsus demens ac attonitus : « Quamobrem etiam unam earum voluntatem, operationemque et dominationem conspicimus. » Paulus, mente etiam Persa (velut dicas, Manichæus) : « Unio secundum propensam voluntatem, quæ una consilii ac sententiæ coitione conflatur. » Et : « Propensæ voluntatis mysterium singularis voluntatis ostenditur. » Hos nimirum scelerato ac pestes, Patres sanctos sta-

Digitized by Google

tuit. Hos probatos Ecclesiæ doctores novit, quos in omnibus, atque hac etiam in parte sequens, unamque Christi **95** Dei voluntatem et operationem pariter definiens, simili illis impietate dispensationis confundit ac secat rationem.

Quonam igitur modo, quæ cum adversariis sentiat, aliter se sentire existimavit, alias aliis commutans sententias, id eligens quod ne est quidem, ejus loco quod est, atque hoc illi anteponens? Veritate enim, non iniquitate judice, liquet omnino illis animo verbisque consentire, non qui dicat quæ non dicunt, sed qui doceat quæ docent et statuunt: siquidem ita rebus comparatum est, ut opinionum diversitas, dissensu : convenientia atque unitas, consensu ceu nota propria dignotescat. Quanquam et ipsa testis clamat, nunquam ausum dicere impurum Nestorium duas voluntates, sed αὐτοβουλίαν confiteri, unam scilicet voluntatem, earum, quas confingit, duarum personarum. Siquidem igitur etiam Nestorius ea voce, non duas, sed unam voluntatem profitetur; idemque vero Apollinarius, et qui illis auctoribus impii omnes gloriantur (quin et unam etiam, uti a nobis probatum est, operationem) dubio procul, nos quidem, qui ex sensu divinorum Patrum duas voluntates dicamus, penitus alienæ sententiæ; se vero, quæ unam dicat, ejusdem cum Nestorio et Apollinario ac sequacibus opinionis ostendit, quibus ita docet; et quæ divinos quidem Patres, (uti dicebam) spernat et abjiciat; devotos autem ac exsecrandos, sibi ipsa Patres ascribat.

A Πῶς οὖν τὰ τῶν ἐναντίων φρονοῦσα, φρονεῖν ἑτέρως ὑπείληφεν, ἀναλλὰξ τιθεμένη τὰς ψήφους · καὶ τοῦ ὄντος τὸ μὴ ὂν αἱρουμένη τε καὶ προκρίνουσα; Καὶ γὰρ ἀληθείας οὐκ ἀδικίας κρινούσης, παντί που σαφὲς, ὡς ἐκεῖνος ἐκείνοις ὑπάρχων σύμφωνος καὶ ὁμόλογος, οὐχ ὁ λέγων ἃ μὴ λέγουσιν, ἀλλ' πρεσβεύων ἃ δογματίζουσιν· εἴπερ ἀσυμφωνία μὲν τὸ ἑτερόδοξον, συμφωνία δὲ, τὸ ὁμόδοξον οἷδε χαρακτηρίζειν. Καίτοι μαρτύρεται πως καὶ αὐτὴ, βοῶσα, μὴ δύο τετολμηκέναι θελήματα φάναι ποτ' ἂν τὸν μιαρὸν Νεστόριον · ἀλλὰ αὐτοβουλίαν (*i*), τουτέστιν, ἓν θέλημα, τῶν πλαττομένων αὐτῷ δύο προσώπων ὁμολογεῖν. Εἰ τοίνυν καὶ κατὰ ταύτην, οὐ δύο μὲν, ἓν δὲ θέλημα πρεσβεύει Νεστόριος· τοῦτο δὲ καὶ Ἀπολινάριος, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνων δυσσεβεῖς ἅπαντες, καὶ μέντοι B καὶ μίαν ἐνέργειαν, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ἀναμφηρίστως ἄρα δύο μὲν ἡμᾶς λέγοντας κατὰ τοὺς θείους Πατέρας, ἑτερόφρονας πάντη · μίαν δὲ λέγουσαν ἑαυτὴν ὁμόφρονα Νεστορίῳ τε καὶ Ἀπολιναρίῳ, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτοῖς οὖσαν, οἷς δογματίζει παρέστηκε · καὶ τοὺς μὲν θείους παραγραφομένην, ὡς ἔφην, τοὺς δὲ ἐναγεῖς, οἰκείους Πατέρας ἐπιγραφομένην.

Qua vero et quali cogente causa, hanc intulit piæ adversam confessioni? Siquidem ea ratione, quasi nos fides destituisset, falsa sententia est. Nam et illa nondum edita, omnes Christiani eramus, qui rectam doctrinam profitemur. Sin autem C tanquam illa nobis superstite, cavendus utique modus superfluitatem inducens, ut adulterinus, quo illi suam obtegentes vafritiem, ac cum nullam prorsus cujusquam synodi aut Patris vel Scripturæ auctoritatem proferre habeant, cujus testimonio sua astruant, hæc dicunt; nempe confingentes pietatis decreta, quæ nobis tradiderunt, qui ab initio ipsi viderunt, ac ministri Sermonis fuerunt [e]; horumque deinceps discipuli et successores, divini veritatis doctores; perindeque dicamus, sanctæ quinque beatissimorum divinorumque Patrum synodi, et universales. Verum, si hæc illi tradiderunt, ac ita volunt, quæ probatio; ac unde illis ut ejusmodi decretis astruant fidem? Præterea, cum **96** nos superiores sanctas synodos habeamus, earumque D fidem teneamus, palam est, eorum quæ superinducta sunt, adulterinam esse inventionem. Sin autem hæc, nusquam sanctarum synodorum sunt, quænam fabulæ moles, virorum celebri fama clarissimorum

Τίνος δὲ ταύτην, ἢ ποίας ἐκβιασαμένης αἰτίας, κατὰ τῆς εὐσεβοῦς εἰσκεκόμικεν ὁμολογίας; Εἰ μὲν ὡς οὐκ ἐχόντων πίστιν ἡμῶν, ψευδὴς ὁ λόγος · Χριστιανοὶ γὰρ καὶ πρὸ ταύτης ἅπαντες, οἱ τὸν ὀρθὸν λόγον πρεσβεύοντες. Εἰ δὲ ὡς ἐχόντων, φευκτὸς ὁ τρόπος, τὸ περιττὸν, ὡς κίβδηλος, ἐπεισάγων, ᾧ τὴν αὐτῶν συσκιάζοντες πανουργίαν, καὶ οὐδενὸς οὐδὲ μίαν συνόδου καθάπαξ, ἢ Πατρὸς, ἢ Γραφῆς χρῆσιν προκομίζειν, εἰς τὴν τῶν οἰκείων ἔχοντες μαρτυρίαν, ταῦτά φασι, πλαττόμενοι τῆς εὐσεβείας τὰ δόγματα, ἃ παρεδώκασιν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου γενόμενοι, καὶ οἱ τούτων μαθηταὶ καὶ διάδοχοι καθεξῆς, θεόπνευστοι τῆς ἀληθείας διδάσκαλοι · ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ ε' σύνοδοι τῶν μακαριωτάτων καὶ θεοφόρων Πατέρων. Ἀλλ' εἰ ταῦτα παρέδωκαν, τίς ἡ ἀπόδειξις, ἢ πόθεν ἐκείνοις τῶν τοιούτων δογμάτων ἡ πίστωσις; Ἄλλως τε τὰς ἁγίας προσεχόντων ἡμῶν καὶ ὁμολογούντων συνόδους, δῆλον ὡς τῶν ἐπεισάκτων κίβδηλος ἡ ἐφεύρεσις. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα τῶν ἁγίων συνόδων, τίς ὁ τοῦ δράματος ὄγκος, κλήσει τῶν πανευφήμων τὸ δύσφημον ἐπικάμπτων, ὡς ἂν δέλεαρ ᾖ τοῖς ἁπλουστέροις εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόστασιν, τῶν περιδόξων Πατέρων τε καὶ συνόδων ἡ προσηγορία, τοῖς ἑτερό-

[e] Luc. I, 2.

NOTÆ.

(*i*) *Ἀλλὰ αὐτοβουλίαν.* Emendo ex Sophronii Synodica, ταυτοβουλίαν· hoc enim est ἓν θέλημα, quod ipse exponit Maximus. Sic Sophronius Christi mysterium explicari dicit a Nestorio, ἰσοτιμίᾳ, ταυτοβουλίᾳ· *pari honoris consortio, eadem voluntate*, etc. Sic quoque sequenti tractatu de eodem, Ἐξ ἧς καὶ τὴν ταυτοβουλίαν συνίστησι, ἢ τὴν πολυβουλίαν, εἰπεῖν οἰκειότερον. Scite vero id, ταυτοβουλίαν, πολυβουλίαν, quod una illa Nestorii voluntas, solum affectu aut habitudine sit una, σχετικῶς· reipsa vero et natura personaque illi multiplex, uti se res in amicitia, qua sic unum dicimur ac unus, habet.

Digitized by Google

φροσεν ἄνωθεν ἐξ ἀρχῆς εὐμηχάνως ἐξηυρημένη, πρός τε τὴν τῶν οἰκείων, ὡς ἔφην, συγκάλυψιν, καὶ τῶν ὑπαγομένων δολερὰν οἷον ὑφαρπαγήν. Ὅθεν εἰς παντελῆ τῶν τοιούτων κατάργησιν, λέγω δὴ τῶν κατὰ καιροὺς τὰς ἀπατηλὰς ἐξερευνώντων ἐξερευνήσεις κατὰ τῆς πίστεως, καὶ συνοδικὸς ὁρίζεται κάλλιστα νόμος τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνάξεως τῶν μακαρίων Πατέρων, ὧδέ πη κελευόμενος· « Ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν ἢ διδάσκειν ἑτέρους· τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν, ἢ διδάσκειν ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον, τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἢ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως οἱασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοί, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς. »

A nomine eo inflectens, quod innominatum infaustumque est, ut simplicioribus esca sit, cujus ii illecebra veritatem deserant; inclytorumque Patrum ac synodorum nomenclatio, hæreticis jam initio olimque solerter adinventa, tum ad sua (ut dicebam) contegenda; tum ad eos qui seduci se patientur, dolo trahendos in sententiam. Quapropter etiam ad talia penitus abolenda (eos scilicet coercendos, qui subinde ac quavis occasione, fallaces adversum fidem scrutantur scrutationes), præclare admodum sancti Chalcedonensis conventus beatorum Patrum in hæc verba sancitur lex : « Definivit sancta et universalis synodus, aliam fidem nulli licere proferre, seu conscribere vel componere, aut sentire, aut alios docere. Eos autem qui B audent componere fidem aliam, seu proferre, aut docere, aut tradere aliud symbolum volentibus ad agnitionem veritatis converti ex gentilitate, vel ex Judaismo, sive ex quacunque hæresi; hos, si episcopi fuerint aut clerici, alienos fore episcopos ab episcopatu, et clericos a clero : si vero monachi aut laici fuerint, anathematizandos.

Τίς οὖν ἄρα τῶν ὁπωσοῦν ἡσθημένων Θεοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ παμφαοῦς δόξης ἐξηρτημένων, παρ' οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ εἰς ὃν ἡ σωτηρία τῶν εὐσεβῶς ὁμολογούντων αὐτὸν, ἔτ' ἂν [αἱροῖτ' ἄν] τὴν διὰ τῶν θεσπεσίων λογίων τε καὶ Πατέρων ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένην ἡμῖν ὀρθόδοξον πίστιν ἀπολιπεῖν, καὶ προκρῖναι τὴν πρόσφατον καινοτομίαν· καθ' ἧς, ὥσπερ δὴ καὶ πάσης ἑτέρας παρὰ τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν ἐξηυρημένης τοῖς ἑτερόφροσιν, ὁ τῆς ἐγκρίτου καὶ συνοδικῆς ἁρπὰς ἔνθεσμος ἐξενήνεκται τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνειλεγμένων ἁγίων Πατέρων, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν; εἰ μή που τῆς οἰκείας καταναρκήσας ζωῆς, τῆς ἀπὸ Θεοῦ δόξης τὴν ἀλλοτρίωσιν προτετίμηκε. Διὸ δὴ πράγμασιν αὐτοῖς θεώμενοι, Δέσποτα, καὶ κατανοοῦντες πρόοδον οὖσαν φανερῶς ἀναφανδὸν καὶ προκήρυξιν, εἴς τε θεοσεβείας ἁπάσης ἀνατροπὴν, καὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐξάρνησιν ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως, ἐσχάτης τε πλάνης καὶ τοῦ τελευταίου θηρὸς, κατὰ τὴν τῶν ταῦτα φρονούντων ἁγίων ἀνδρῶν, ἐξ ἐπιπνοίας θείας καὶ μακαριωτάτης ἐλλάμψεως προαγόρευσιν, εἰς ἡμετέραν φρουρὰν τῶν τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατειληφότων, ταύτην δὴ τὴν ἐπείσακτον καινοτομίαν παντὶ σθένει τῆς ἑαυτῶν ἕκαστος καρδίας τηρήσωμεν, ὡς ἂν μὴ συναπαχθῶμεν ἀπεριμερίμνως οἷον καὶ ἀτημελῶς, ἀλλ' οὐκ ἐμβριθῶς λίαν καὶ ἀνδρικῶς κατὰ πάσης ἀσεβείας ἱστάμενοι, λογισμοὺς, Γραφικῶς εἰπεῖν, *καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ.* Ταύτῃ τοι καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς, φιλανθρώπως ἡμᾶς ἀσφαλιζόμενος· *Τότε*, φησὶν, *ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἰδοὺ ὧδε· μὴ πιστεύσητε*, τὰς κιβδήλους περὶ αὐτοῦ τῶν ἐπιλόξων, καὶ διαφόρους πίστεις καὶ ὑπολήψεις, τοῦ κατ' αὐτὸν πορρωτάτω μυστηρίου διαπεμπόμενος, καὶ τοὺς οἰκείους ὑπαδοὺς ἀλλοτρίας ἁπάσης [δόξης] ἀνείργων, αἷς τὸ

Quis igitur eorum, qui ullo prorsus Dei sensu tanguntur, exque ejus lucidissima pendent claritate, a quo, et per quem, et in quo illorum posita salus, qui ipsum pie confitentur, in animum inducat, ut olim nobis initio divinis eloquiis atque Patribus traditam orthodoxam fidem relinquat, recensque natam novitatem ei anteponat, in quam, uti sane etiam omnem aliam piæ rationi adversantem, hæreticis adinventam, sanctorum Patrum Chalcedone C collectorum, probatæ ac synodicæ maledictionis lata sententia est? nisi forsan quis vitæ suæ pertæsus, a Dei alienus esse claritate maluit. Quocirca, qui rebus ipsis cernamus menteque conspiciamus, Domine, palam manifeste processum esse bellicumque, ac velut præconis voce ad omnem evertendam pietatem, ac veram Unigeniti abolendam fidem, supremi erroris ac novissimæ bestiæ prænuntiationem, juxta quod, qui hujus **97** tenaces sententiæ sunt, viri sancti, divino afflatu, beatissimaque illustratione, quo nobis cautum esset, qui in fines sæculorum devenimus[d], prædixerunt; superinductam hanc novitatem, quanta vis cordis sui, unusquisque observemus; demusque operam, ne velut incuria D ac socordia trahi nos ac abduci sinamus, non acri admodum virilique contentione adversus omnem impietatem stemus, *consilia destruentes* (ut verbis Scripturæ utar) *et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*[e]. Hinc et ipse universorum Salvator Dominus noster ac Deus, humanissime admonens ac cavens : *Tunc*, inquit, *si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus, ecce illic; nolite credere*[f]; nempe fallaces obliquorum hominum diversasque de se fides et opiniones, a suo quam longissime mysterio removens, ac sectatores suos ab aliena omni disciplina sectaque arcens, quibus homines pervicaces ac contentiosi, veram in ipsum

[d] I Cor. x, 11. [e] II Cor. x, 4. [f] Matth. xxiv, 23.

Digitized by Google

confessionem turbare solent ac impugnare; ne quando pia mens nostra ac religiosa, horum aliquo capta victaque, a veritate excidat, fabellarum probabilitate diffluens, non certa eorum quæ dicta scriptaque Patribus sunt, demonstratione constabilita. Idcirco iterum mandat Scriptura: *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem* [g]; nempe vigilandi voce, sedulam sobrio animo ejus rei curam; orandi vero, ejus per gratiam auxilium nobis insinuans. Tentationem vero hic vocat quæ ex errore provenit, non quæ ex necessitate, in quam ipsi nos inserimus, non aliunde inducimur, dum a recta semita atque regia via declinamus; quam vos, Deo auspice ac duce, recta sectantes, me quoque, qui sim vester, meique similes, in utrumque poplitem claudicantes [h], sapienter ducite, atque ad lucem, quam nulla obscuret umbra, nullus vesper obturbet, divinissimæ Verbi confessionis ac disciplinæ, ferte, ad eam quæ inde conciliatur, mercedem respicientes. Jubet enim etiam divina lex vos, qui fortes estis, infirmorum onera portare, atque in eum modum legem implere [i]. Grave autem, ac si quid aliud grave, longe gravius molestiusque, verborum iisdem de rebus promiscuus usus, quo gravantur qui sensibus plusculum pueri sunt, temporum personarumque commutatis rationibus, seductione forsitan, aut minis adulantium (jocone an serio?) eoque præsertim tempore, quo perturbata sunt omnia, effrene **98** ingruentium. Rogo itaque ne miserantis affectu manum clienti porrigere cessaveritis; partim quidem doctrina solerter expurgantes, partim vero benigne precibus fulcientes, Deoque Verbo atque summo omnium Regi sæculorum, qui a vobis recte tum colitur tum creditur, conciliantes ac admoventes; nunc pariter, et in tremenda ejus apparitione; cui cum Patre et Spiritu sancto honor, potestas, claritas, adoratio, in sæcula sæculorum. Amen.

εἰλικρινὲς τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας ἐκταράττειν εἰώθασιν ἅμα καὶ πολεμεῖν, οἱ τὸν τρόπον ἐριστικοὶ καὶ ἀντίφρονες· ὡς ἂν μή ποτ' ἂν ὁ εὐσεβὴς καθ' ἡμᾶς καὶ φιλόθεος νοῦς τινι τούτων ἁλοὺς, ἀποπέσῃ τῆς ἀληθείας, πιθανότητι μύθων παραῤῥυεὶς, ἀλλ' οὐκ ἀποδείξει πατρικῶν λόγων βεβαιωθείς. *Γρηγορεῖτε γοῦν καὶ προσεύχεσθε*, παρεγγυᾷ, διὰ τοῦτο πάλιν ὁ λόγος ἡμῖν, *ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν*· ἐγρηγόρσει μὲν, τὴν περὶ τοῦτο νῆψιν, προσευχῇ δὲ, τὴν αὑτοῦ κατὰ χάριν ἀντίληψιν βουλόμενος ἡμῖν ἐμποιῆσαι. Πειρασμὸν δὲ τὸν ἐκ πλάνης, οὐκ ἀνάγκης φησὶν ἐνταῦθα, εἰς ὃν οἴκοθεν, οὐχ ἑτέρωθεν εἰσαγόμεθα, τῆς εὐθείας παρεκκλινόμενοι τρίβου καὶ βασιλικῆς· ἣν εὐθυτομοῦντες αὐτοὶ θεοδήγητοι, καὶ τοὺς κατ' ἐμὲ τὸν ὑμέτερον ἐπ' ἀμφοτέρων χωλάναντας τῶν ἰγγύων σοφῶς ὁδηγήσατε, πρὸς τὸ ἄσκιον ἀνακομίζοντες φῶς καὶ ἀνέσπερον, τῆς τοῦ λόγου θειοτάτης ὁμολογίας καὶ πολιτείας, πρὸς τὴν ἐκεῖθεν ἀμοιβὴν ἀποβλέποντες. Ἐπεὶ καὶ νόμος παρακελεύεται θεῖος τοὺς καθ' ὑμᾶς δυνατοὺς τῶν ἀσθενούντων τὰ βάρη βαστάζειν, καὶ οὕτω τὸν νόμον ἀναπληροῦν. Βαρὺ δὲ βάρος ὑπέρ τι ἄλλο καθέστηκε τῶν δυσχερῶν, ἡ περὶ τῶν αὐτῶν ἀδιαφορία λόγων, ἐγγινομένη τοῖς νηπιωδεστέροις, χρόνων τε καὶ προσώπων ὑπαλλαγαῖς, ἀπάτῃ τυχὸν, ἢ ἀπειλῇ τῶν κολακευόντων, σαινόντων ἢ ἀκριβούντων· καὶ ἐν καιρῷ μάλιστα τῆς τοῦ παντὸς ἀνωμαλίας ἀσχέτως ἐπιφυομένων. Χεῖρα τοιγάρτοι συμπαθῶς ὀρέγοντες τῷ ὑμετέρῳ μὴ διαλείποιτε πρόσφυγι, τοῦτο μὲν λόγῳ καθαίροντες ἐπιστημόνως· τοῦτο δὲ προσευχῇ στηρίζοντες φιλανθρώπως, καὶ αὐτῷ προσοικειοῦντές τε καὶ προσάγοντες, τῷ παρ' ὑμῶν ὀρθῶς τε προσκυνουμένῳ καὶ πιστευομένῳ Θεῷ Λόγῳ καὶ παμβασιλεῖ τῶν αἰώνων, νῦν τε καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ φοβερὰν ἐπιφάνειαν· ᾧ σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι τιμὴ, κράτος, δόξα, προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MAGNI MAXIMI

CONFESSORIS,

De duabus unius Christi Dei nostri voluntatibus.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

τοῦ ὁμολογητοῦ,

Περὶ θελημάτων β' (j) τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Aliæ quidem aliis ad securitatem ornatumque, solerti arte excogitatæ figuræ formæque; hisque adeo, exteriori cultu claritatem se adepturos arbitrantur, qui per mentis inopiam, ejus quod occultum latet, curam neglexerunt. Tibi autem, sancte Pater, qui animi jam rationes ad indivisam vitam transtuleris, nullo virtus fucata artificio, omnique forma ac figura præstantior, satis ad decorem mu-

Ἄλλα μὲν ἄλλοις εἰς ἀσφάλειάν τε ὁμοῦ καὶ κόσμον τεχνικῶς ἐπινενόηνται σχήματά τε καὶ εἴδη· καὶ τούτοις ἐμπρέπειν δοκοῦσι τῷ φαινομένῳ, τοῦ κρυπτομένου δι' ἄνοιαν καταναρκήσαντες· σοὶ δὲ, Πάτερ ἡγιασμένε, πρὸς ἀδιάστατον ἤδη μετενεγκόντι βίον τὸν λογισμὸν, ἡ ἄτεχνος καὶ παντὸς εἴδους καὶ σχήματος ὑπερέχουσα πρὸς κάλλος ἥρκεσε καὶ φρουρὰν ἀρετὴ, τοσοῦτον ὡραΐζουσά σου πρὸς τῷ

[g] Matth. xxvi, 41. [h] III Reg. xviii, 21. [i] Rom. xv, 1; Galat. vi, 2.

NOTÆ.

(j) *Περὶ θελημάτων δύο.* Hunc tractatum primum refert ill. Annalium Pater, inter eos Maximi tractatus, quos spectare ad superiores illi numeratos non male forsitan conjicit. Videtur is, ad quem scribit, in monachi solum palæstra exercuisse, non vero sacerdotali, seu etiam episcopali dignitate fulsisse. Id certe Maximus ex more insinuasset, sic luculenter ad eum præfatus, ejusque tantis laudata eximia vitæ sanctimonia. Num hæc illa est, quam Stephano ἡγουμένῳ scriptam retulit Photius in ejus Epistolarum catalogo? Tenenda sententia, dum certioris aliquid monumenti prodeat. Luculenta certe epistola est, et inter Maximi dogmaticas non infima.

Digitized by Google

ἀφανεῖ, καὶ τὸ πᾶσιν ὁρώμενον, ὅσον πόθον τοῦ λυομένου καὶ κόσμου [κοσμικοῦ] τὸν ἱστάμενον, καὶ οὗ ποτε κόρον ἔχοντα προετίμησας. Μᾶλλον δὲ τοσοῦτον ἀποδεικνῦσα, καθὼς θέμις, προσφκειωμένον Θεῷ καὶ ὅμοιον, ὅσον ὕλης καὶ τῶν περὶ ταύτην ἠλλοτριωμένον πάντη κατὰ σχέσιν ἀπέφηνε καὶ ἀνόμοιον. Ἔνθεν σοι καὶ τὸ ἀνάλωτον πρὸς τὰ δρῶντα κακῶς περίεστιν. Οὐ γὰρ πέφυκε πρὸς ἐκείνων πάσχειν ὁ γνώμῃ πεπονθὼς τὰ καλὰ, καὶ πρὸς ἐκείνων δι' ὅλου κρατούμενος, πόθου τε πλήρωσιν εἰληφὼς, τὴν ἐφ' ἑαυτῷ τοῦ ποθουμένου τελείαν ἐκνίκησιν, καὶ παῦλαν κινήσεως τὴν ἀεικίνητον στάσιν, καθ' ἣν ὁ πάλαι τῆς φύσεως κρατήσας ἐξαφανίζεται θάνατος, οὐχ ἡττωμένης τούτῳ διὰ παραβάσεως. Θὺ γὰρ ἔτι σάλον ὑφίστασαι, διὰ τὴν ἐπικρατήσασαν χάριν τοῦ Πνεύματος, ὑφ' ἧς τῷ ἀντέχεσθαι κατ' εὐχὰς ἀντεχόμενος, καὶ τὰς ταύτης ἐπιστημόνως ἐξανύων τρίβους, ὑποδεικνύεις μὲν κατ' ἐνέργειαν, ὅταν βασιλικαὶ καὶ θεῖαι τυγχάνουσιν τοῖς πρὸς ἀπλανῆ τρίβον τὴν τῆς εὐσεβείας ἰθυπορεῖν βουλομένοις· τούτων δὲ τὰς παρ' ἑκάτερον ἐκτροπὰς διορίζεις· καὶ τῶν μὲν τὰς ἠπειλημένας ἀνίας, τῶν δὲ τὰς ἐπηγγελμένας ἱερὰς ἀμοιβὰς ὑποφαίνεις· ὡς ἂν δέει καὶ πόθῳ πρὸς τὴν ἔνθεον ἀγάγοις τελείωσιν. Καὶ σοῦ τὴν ἐργασίαν ἀποθαυμάσας ἐπαινῶ προσηκόντως τὴν σύνεσιν· μᾶλλον δὲ τὴν περὶ ἑκάτερα καταπλαγεὶς εὐτονίαν, τὸν δυναμοῦντά σε καὶ σοφίζοντα δοξάζω Θεὸν, λιπαρῶν ταῖς αὐταῖς χρῆσθαι μεθόδοις πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς φρενῶν, καὶ μὴ κάμνειν· οὐ γὰρ ἔχει κάματον ἡ ἀρετὴ, πάντων οὖσα κατεργαστικὴ τῶν καλῶν, μέχρις ὅτου νοῦν ἐμποιήσῃς Χριστοῦ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος διερευνᾷν ἐκπαιδεύσῃ, οὗ καὶ τὰ ἐμφανῆ πᾶσαν τῶν ὄντων περιγράφει σοφίαν καὶ δύναμιν, καὶ τὴν ἐν μυστηρίῳ λαλουμένην ἀποκαλύπτει, τοῖς κατὰ σὲ προσθεμένοις αὐτῷ, καὶ μηδὲν εἰς συμβίωσιν τούτου προκρίνασι τιμιώτερον.

A nimenque fuit; non solum id quod tui occultum est, sed quod etiam cunctis conspicuum, tantum exornans, quantum stabili firmitate, perennem amorem, nec ullam unquam habentem satietatem, ei, qui solvi facile possit ac mundanus sit, prætulisti. Quinimo, quæ tanta Deo necessitudine conjunctum eique similem pro humana facultate exhibeat, quantum a terrenis atque sæculi rebus animi affectu prorsus alienum, iisque dissimilem ac dissentaneum ostendit. Unde id quoque nactus es, ut appetitus injuria, ab iis quæ appetant, nihil ipse per injuriam lædaris. Haud enim comparatum, ut is male ab eis patiatur, qui ipse voluntate animique sententia, quæ honesta sunt ac officii, passus sit, iisque prorsus teneatur; amoris scilicet expletionem, perfectam consecutus amati in seipso victoriam, motusque cessationem, motus sempiterni quietem; qua mortis, naturæ pridem dominantis, abolitio est, nulla ejus in eam a transgressione victoria. Nullam enim jam commotionem æstumque sustines, victrice Spiritus gratia, qua, precum sedula 99 assiduitate acceptus ac charus, ejusque solerter calles emetiens, ipso opere ostendis, quantæ exstent viæ regiæ ac divinæ, his, quibus animo constitutum, ut certum pietatis tramitem recta incedant; utrinque deflexos calles discernens; atque aliis intentata mala atque tristia, aliis sacra præmia constituta monstrans; quo scilicet timoris vi atque amoris ad divinam perfectionem adducas. Quod sic strenue agis atque moliris, admiratus, non immerito laudo prudentiam: quinimo ejus utriusque vim ac tenorem stupens, Deum collaudo, virtutis tibi ac sapientiæ auctorem; enixe rogans, ut iisdem ipse rationibus erga eos propense utaris, quos sanior sensus deficiat; neque vero opera fatiscas (non enim fatiscit virtus, cujus partium sit, ut honesta omnia, ac quæ officii sunt opere compleantur), donec Christi sensum iis indideris [i], ac profunda Spiritus scrutari docueris [k]; cujus ipsa quæ sunt manifesta, rerum omnem sapientiam ac virtutem circumscribunt; revelatque quæ in mysterio secretiorique auditu sapientia discitur [l], his qui in tui morem illi adhæserunt, nec quidquam charius ad convictus rationem, ea habuerunt [m].

Ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν πασῶν πρωτίστην ὁμοίως καὶ τελευταίαν, ὡς προαγωγὸν καὶ σφραγῖδα περιλάμπουσαν ἀρετὴν κεκτημένος· λέγω δὴ τὴν ταπείνωσιν, πυθέσθαι κατηξίωσας τὸν σὸν οἰκέτην καὶ μαθητὴν, διὰ τὸν περὶ φυσικοῦ θελήματος ὁρισμὸν, ὃν ὁ εὐλαβὴς πεποίηκε μοναχὸς (*k*), εἰ εὖ ἔχει, ἢ μὴ, φήσας, « Δύναμιν ὑπάρχειν τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτικὴν, καὶ τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων συνεκτικὴν πάντων ἰδιωμάτων. » Καὶ, ὅτι ἄλλο τοῦτο, καὶ τὸ γνωμικὸν ἄλλο, καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνω, καὶ τῆς τῶν θεοκρίτων οὐκ ἀπάδοντα διδασκαλίας Πατέρων, εἰ καί τισιν ἐνομίσθη μὴ οὕτως ἔχειν, θέλησιν καὶ θελητὸν ἰσχυρι-

Quod tamen omnium primam æque ac postremam, ut quæ ipsa dux et auspex, eademque signaculum circumfulgeat, virtutem adeptus (modesti scilicet animi sensum, quem humilitatem vocant) ex famulo tuo ac discipulo sciscitari dignatus es, ob eam scilicet naturalis voluntatis definitionem, quam venerabilis monachus edidit, rectene se habeat necne, cum ait: « Esse potentiam ejus appetentem quod est ex natura, easque omnes quæ essentialiter naturæ insunt, proprietates continentem. » Porro, quod hæc alia voluntas sit, alia quam γνωμικὴν vocant (quasi ex arbitrio animique sententia) recte se habere existimo, nec a divino judi-

[i] I Cor. II, 16. [k] ibid. 10. [l] Rom. X, 17. [m] Sap. VIII, 2.

NOTÆ.

(*k*) Ὁ εὐλαβὴς πεποίηκε Μοναχός. Et hic nobis ignotus monachus, sic velut κατ' ἐξοχὴν dictus εὐλαβής. Non facile existimandus Sophronius, qui Maximo hæc scribente, vel jam episcopus erat, vel e vivis excesserat. Etiam Damascenus hanc laudat voluntatis naturalis definitionem.

Digitized by Google

cio probatorum Patrum sensu discrepare atque doctrina; tametsi non desunt qui aliter opinati sunt; qui nimirum affirment, Patres voluntatem definire, id est, θέλημα, θέλησιν (volendi scilicet actum), necnon θεληθὲν sive θελητὸν, nempe quod subest voluntati, ac quod *volitum* vulgo appellatur. Libensque ex illis quæsierim, quis demum ex Patribus, quantæque auctoritatis, qui sic definierit? Nam si ita se res habeat, quid porro aliud est quam reciproca indicatio, quæ dum cujusque rei secundum se rationem minime **100** distinguit, eamdem utriusque per alterutrum inconvenienter statuit ac proponit; cujusmodi est, quod voluntas sit volendi actus, ac volitio, ut vocant; hocque rursus illud definiatur. Definita enim, de sua definitione secundum conversionem vicissimque dicuntur. Etenim quod etiam volendi actum voluntatem dicant, manifestum est: non tamen sic dicendo, hoc ejus definitionem volunt. Quis enim probare possit? Nam etiam consilii consiliatio, motus motio, atque hominis humanitas, sic loquentium sensu ac opinione, definitio erit. Sive autem hoc, sive illo modo rem significent, ejus nihil prorsus exsistentiam ac veritatem lædunt, sive motus, sive substantia sit id, quod significatur. Hoc enim si labem afferre dederimus, omnium prorsus universalium particulariumque futurum ut exsistentia atque veritas nobis dilabatur. Diversas namque in omnibus ad significandum usurpamus voces. Sed et illud dico: Tametsi voluntatem actum volendi dicant, nunquam tamen rem ipsam voluntati objectam, seu quæ voluntati subest. Quomodo enim idem appetitus, resque appetitioni objecta? Siquidem enim se res ita habet, ad quid futurum ut moveatur, qui vere res ipsa sit, ad quam et movetur, nec ab ea aliud quid natura exsistat? Est enim habitudo inter extrema media intercedens. Ac testis divinus magnusque Gregorius, dum rem voluntati subjectam (*volitum* scilicet, ut vocant), atque genitum, non in idem omnino trahit cum voluntate ac generatione, sed per eas tanquam naturales habitudines, ad gignentem ac volentem reducit. Cum enim, neque ejus quod est volitum ac voluntati subest, neque ejus quod est genitum, relationem ad voluntatem ac generationem admiserit (tametsi voluntas per naturam media est), « non enim omnino sequitur, inquit, quomodo hæc in idem traheret, ac unum dicturus esset? »

Præterea, si voluntatem dicunt quod est voluntatis objectum, sumusque nos natura voluntatis objectum, ac quod illi subest (quippe qui Deo auctore atque volente creati simus), nullam jam Deus aliam præter nos solummodo voluntatem habiturus est; ejusmodi scilicet quæ ortum habeat ac intereat; quæ nostra mortalium conditio est: ac, priusquam essemus, omnis Deus expers voluntatis erat. Quin et in nobis eadem futura illatio est, ac neque in nobis propria voluntas erit ac **101** naturalis, sed duntaxat quod exterius voluntati objicitur, id affingetur, sive sit res quædam, sive nihil; sive honestum aliquid, sive malum. Ad hæc etiam volitum (θεληθὲν) aliquid est eorum, quæ extra sunt. Hæc enim, θεληθὲν et θελητὸν (objectum scilicet voluntatis ac subjectum) non sui ipsa ratione dicuntur, sed ejus quod voluntate ad ea movetur. Atque adeo, si nihil velit, qui naturali voluntate

A ζομένοις τὸ θέλημα τοὺς Πατέρας ὁρίζεσθαι. Καὶ τίς οὕτως ὁρίζεται, καὶ ποῖος τῶν Πατέρων, ἡδέως ἂν ἠρόμην αὐτούς. Εἰ γὰρ οὕτως, τί ποτε ἄλλο τοῦτο καθέστηκεν, ἢ διάλληλος δεῖξις, ἡ τὸν αὐτοῦ καθ' ἑαυτὸν ἑκάστου μὴ διευκρινοῦσα λόγον, ἀλλ' ἑκατέρου τὸν αὐτὸν δι' ἑκατέρου τιθεμένη παρὰ τὸ εἰκὸς, καὶ προϊσχουσα, ὅπερ ὑπάρχει τὸ, θέλησιν ὁρίζειν τὸ θέλημα, καὶ τοῦτο αὖθις ἐκείνην. Ἀντιστρέφει γὰρ πρὸς τὸν οἰκεῖον ὅρον τὰ ὁριζόμενα. Ὅτι γὰρ καὶ θέλησιν τὸ θέλημα λέγουσιν, δῆλον. Οὐ μὴν ὡς ὁρισμὸν θελήματος τοῦτό φασι. Τίς γὰρ ὁ δεῖξαι δυνάμενος; ἐπεὶ καὶ βουλήματος βούλησις, καὶ κίνησις αὖθις κινήματος, καὶ ἀνθρώπου ἀνθρωπότης ἔσται, κατὰ τοὺς λέγοντας, ὁρισμός. Εἴτε δὲ οὕτως, εἴτ' ἐκείνως σημαίνουσι τὸ σημαινόμενον, οὐδαμῶς τὴν ὕπαρξιν B αὐτοῦ παραβλάπτουσι, εἴτε κίνησις, εἴτε οὐσία τὸ δηλούμενον ᾖ. Καὶ γὰρ εἰ τοῦτο, πάντων καθολικῶν ἅμα καὶ μερικῶν διαπεσεῖται πάντως ἡ ὕπαρξις. Διαφόροις γὰρ ἐν πᾶσι προσχρώμεθα σημασίαις. Κἀκεῖνο δέ φημι, ὡς εἰ καὶ θέλησιν τὸ θέλημα προσαγορεύουσιν, ἀλλ' οὐδαμῶς θεληθὲν ἢ θελητόν. Πῶς γὰρ ταὐτὸν ἔφεσις, καὶ ἐφετόν; Εἰ γὰρ τοῦτο, πρὸς τί κινηθήσεται, αὐτὸ τοῦτο κυρίως ὑπάρχουσα πρὸς ὅπερ ἂν καὶ κινῆται, καὶ μὴ ἄλλο παρ' ἐκεῖνο τὴν φύσιν τυγχάνουσα; Μέση γὰρ αὕτη τῶν ἄκρων σχέσις ἐστίν· ἑνοποιοῦσα μὲν ταῦτα δι' ἑαυτῆς, οὐ συμβαίνουσα δὲ τούτοις κατὰ τὴν ὕπαρξιν. Καὶ μάρτυς ὁ θεῖος καὶ μέγας Γρηγόριος [16], τὸ θεληθὲν καὶ γεννηθὲν, οὐκ εἰς ταυτὸν ἄγων τῇ θελήσει καὶ τῇ γεν- C νήσει καθάπαξ· ἀλλὰ διὰ τούτων ὡς σχέσεων φυσικῶν, ἀνάγων ἐπὶ τὸν γεννῶντα καὶ θέλοντα. Εἰ γὰρ μήτε τὴν ἀναφορὰν τοῦ θεληθέντος ἢ γεννηθέντος πρὸς τὴν θέλησιν, καὶ τὴν γέννησιν ποιῆσαι κατεδέξατο, καίτοι μέσης κατὰ φύσιν οὔσης, « Οὐ γὰρ ἕπεται πάντως, φησὶ, πῶς ἔμελλεν εἰς ταὐτὸν ἀγαγεῖν, καὶ ἓν εἶναι ταῦτα διαγορεύειν. »

Ἄλλως τε, εἰ θέλημά φασι τὸ θεληθὲν, θεληθὲν δὲ καὶ θελητὸν κατὰ φύσιν ἡμεῖς· Θεοῦ γὰρ κτίσμα τυγχάνομεν, οὐκ ἄλλο λοιπὸν ἢ μόνον ἡμᾶς θέλημα κατὰ φύσιν ἔχει Θεὸς, γινόμενόν τε καὶ ἀπογινόμενον, καθὰ καὶ ἡμεῖς· πρὶν δὲ εἶναι, παντὸς ὢν θε- D λήματος ἔρημος. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ ἡμῶν συναχθήσεται· καὶ οἰκεῖον μὲν ἡμῖν καὶ φυσικὸν οὐ προσέσται· μόνον δὲ τὸ ἔξωθεν θεληθὲν, ὃν τε καὶ μὴ ὃν· κἀλλὸν καὶ μὴ τοιοῦτον, περιπλασθήσεται· πῶς [πρὸς] δὲ καὶ θεληθέν τι τῶν ἐκτὸς ὑπάρχει. Διὰ γὰρ τὸν πρὸς αὐτὸ θελήσει κινούμενον, ἀλλ' οὐ δι' αὐτὸ λέγεται, θεληθὲν καὶ θελητόν. Ὡς ἐὰν μηδὲν θελήσῃ τῶν ὄντων, ὁ τὴν φυσικὴν θέλησιν ἔχων, οὐδὲν αὐτῷ θεληθὲν ἢ θελητόν. Τίς οὖν ὁ λόγος τοῖς θέλημα τὸ θεληθὲν ἰσχυριζομένοις ὑπάρχειν, ἢ λέγεσθαι πρὸς τῶν ἁγίων Πατέρων ἀποφαινομένοις;

Digitized by Google

præditus est, nihil ipsi θεληθὲν erit aut θελητὸν (voluntatis scilicet subjectum aut objectum). Quænam igitur illis ratio, qui τὸ θελητὸν (id est, *volitum*, ut loquuntur) voluntatem esse affirmant, aut sic a Patribus vocari asseverant?

Ἔστω δὲ καὶ οὕτω λεγόμενον κατ' αὐτοὺς, οὐ γὰρ A περὶ διαφορᾶς ὀνομάτων ἡμῖν, ἀλλ' εὐσεβῶν νοημάτων ὁ λόγος· ἐκεῖνο δὲ προσηκόντως ἐρομένοις ἀποκριθῶσιν, εἰ ἄλλο κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ θεῖον πρὸς τὸ ἀνθρώπινον θέλημα· καὶ ἄλλο πρὸς ἐκεῖνο τοῦτο, κἂν εἰ μυρίως καλῆται καὶ ὀνομάζηται· τοῦτο διδάξωσι, καὶ κραδαινομένην ἡμῶν ἐπὶ τῷ ἀγνώστῳ στηρίζωσι τὴν διάνοιαν· καὶ οὐλίαν αὐτῶν ταῖς ὀνοματοθεσίαις δυσχεράνωμεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐν τούτοις συνεισενέγκωμεν. Εἰ γὰρ ἄλλο καὶ ἄλλο κατ' οὐσίαν οὐκ ἔστι, δῆλον ὡς ἓν φύσει καὶ ταὐτόν. Καὶ εἰ τοῦτο, καὶ ἡ φύσις ἐξ ἀνάγκης μία καὶ ἀπαράλλακτος. Οὗ γὰρ ἑτερότης φυσικὴ θελημάτων οὐκ ἔστιν, οὐδ' οὐσίας τὸ παράπαν καὶ φύσεως. Εἰ δὲ ἄλλο φύσει καὶ ἄλλο, διάφορα πάντως· B καὶ εἰ διάφορα, πῶς τὸν ἐν πόσῳ τούτων ἀριθμὸν οὐχ ὁμολογῆσαι χρεών; Ἡ γὰρ τούτου ἐξάρνησις, αὐτῆς τε πάμπαν ἀφανισμὸν, καὶ τῶν διαφερόντων, ὡς οὐκ ὄντων, ἐργάζεται. Πῶς γὰρ καὶ εἶναι δυνατὸν καὶ μὴ ἀριθμεῖσθαι, καὶ δι' ἥντινα τὴν αἰτίαν; ἢ πῶς ὄντα μὲν κατὰ φύσιν, οὐκ ἀριθμούμενα δὲ τὰ θελήματα τὴν αὐτὴν, εἴπερ εὐλόγως μὴ παύσοιντο τοῦ ἀριθμεῖσθαι καὐταὶ αἱ φύσεις; Τὸ γὰρ ἐπ' ἐκείνων καλὸν, ἐμφύτων ὄντων καὶ συστατικῶν τῶν πραγμάτων, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ὑπάρχειν προσήκει τοῖς πράγμασι, καὶ ἢ κἀκ τούτων ἀνέλωσι τὸν ἀριθμὸν, ὡς ὅτι κατ' αὐτοὺς λυμαινόμενον, ἢ μηδαμῶς παραβλάπτοντα, καὶ ἐπ' ἐκείνων περιληφθῇ. Πρὸς δήλωσιν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἐμφύτου διαφορᾶς, δι' ἣν αὐτῷ κἂν ταῖς οὐσίαις προσχρώμεθα· ἢ δείξωσι, C πῶς μὴ ἀναίρεσιν πάντως ἢ σύγχυσιν, τοῦ κατὰ ἄνθρωπον φυσικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος ἀπεργάζονται, διὰ τῆς κατὰ τὸν ἀριθμὸν παραιτήσεως.

Esto tamen, sic ut illi sentiunt appelletur; non enim nobis de nominum differentia disputatio est, sed de piorum conceptuum ac sententiarum; illud tamen non immerito sciscitantibus respondeant, Aliane divina voluntas ac humana; hæcque alia ac illa; vel si innumera earum sunt nomina, aliasque atque alias nactæ sunt appellationes? Istud nimirum doceant, reique obscuro ac ignorantia nutantem mentem nostram, constabiliant: nec eorum admodum nomenclationibus adversabimur; sed et si quid a nobis in istiusmodi est, una conferemus. Nam nisi alia atque alia secundum essentiam est, liquet unam natura atque eamdem esse. Ac si ita est, natura quoque necessario una, nullaque varietate dissimilis est. Ubi enim nulla naturalis voluntatum diversitas est, nec essentiæ omnino ac naturæ est. Sin autem alia atque alia natura, plane distinctæ sunt. Ac si distinctæ, quomodo non earum necessario, qua pollent quantitate, fatendus numerus est? Sublata enim numeri ratio, tum distinctionem tollet, tum quæ distincta sint, ac si ne essent quidem, prorsus abolitura est. Nam qui etiam fiat, esse hæc, et non numerari? quidve demum causæ est, aut quomodo fit, ut quæ ex natura sunt voluntates, non etiam ex natura numerentur, cum et ipsæ naturæ numerari merito nunquam destiterint? Quod enim in voluntatibus bonum aptumque est, quæ innatæ sint resque constituant ac insigniant, in ipsis quoque rebus ut exsistat conveniens sit; atque adeo vel ab his quoque numerum auferant, ut qui, per eos, labem asserat; vel, cum nihil lædat, in illis quoque assumatur; ad hoc scilicet, ut quæ illis natura inest, distinctio innotescat: quod unum in causa est, ut et in naturis **102** numerum usurpemus; aut certe ostendant, qui fiat ut naturalem Salvatoris voluntatem, qua ratione est homo, non omnino auferant aut confundant, qui ejus censum ac numerum respuant.

Καὶ πῶς τέλειος ἄνθρωπος ὁ σαρκωθεὶς Λόγος, θελήματος ἐκτὸς φυσικοῦ; Τὸ γὰρ θεωθῆναι τῇ πρὸς Θεὸν ἑνώσει, καθὰ καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν τῆς λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένης σαρκὸς, τῆς κατ' οὐσίαν ὀντότητος οὐκ ἐξίστησιν· ὥσπερ [17] οὐδὲ τῆς οἰκείας τὸν σίδηρον, ἡ ἄκρα καὶ δι' ὅλου πρὸς τὸ πῦρ συνανάκρασίς τε καὶ ἕνωσις· ἀλλὰ πάσχει μὲν τὰ πυρὸς, ἐπειδὴ πῦρ τῇ ἑνώσει γεγένηται· D βρίθει δὲ πάλιν κατὰ φύσιν, καὶ τέμνει, ὅτι μὴ τῆς οἰκείας λώβην πέπονθε φύσεως, ἢ φυσικῆς ἐνεργείας ἐξέστη τὸ σύνολον· καίτοι μετὰ πυρὸς ὑπάρχων κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἀδιαστάτως δρῶν τά τε κατὰ φύσιν ἰδίαν· λέγω δὲ τὴν τομὴν· καὶ τὰ καθ' ἕνωσιν αὖθις, ὅπερ ἐστὶν ἡ καῦσις. Αὐτοῦ γὰρ ὑπάρχει, καθάπερ καὶ τοῦ πυρὸς ἡ τομὴ, διὰ τὴν ἄκραν τούτων εἰς ἄλληλα περιχώρησίν τε καὶ ἀντίδοσιν· καὶ οὔτε τὴν φύσιν αὐτοῦ, φημὶ δὲ τοῦ σιδήρου, κἂν μετὰ πυρὸς ὁρᾶται, κω-

Nam quomodo perfectus Sermo ac Verbum, qui carnem induit, cui voluntas desit? Non enim quod hæc, unione cum Deo deitate imbuta sit, haud secus ac ipsa natura carnis, animæ præditæ utente ratione et intelligente, eo extrahit, quod illi essentiale exsistit; uti neque ferrum, ab eo quod illi ex essentia est, extrudit summa ejus, totaque mole cum igne contemperatio atque unio: sed ignis quidem affectiones recipit, eo quod ex unione velut ignis evasit; gravi tamen rursus pondere natura est, et secat, idcirco nimirum quod ejus naturæ nulla labes illata est, nec a naturali prorsus operatione excessit; etsi cum igne, secundum unam eamdemque subsistentis rationem, una exsistit, ac indivise operatur, tum quæ ex propria natura sunt (ut nempe secet) tum rursus quod ex unione accedit (scilicet ut urat). Illius enim est, quod urit, uti etiam ignis, quod secat, ob summam horum inter

[17] Marg. Ἐναργέστατον παράδειγμα. *Clarissimum exemplum.*

Digitized by Google

se intimamque penetrationem ac reciprocationem. Ac neque ejus naturam (ferri scilicet) etsi igni conjuncta conspicitur, ullo modo nominare prohibemur aut numerare, neque naturalem operationem : quanquam hæc cernitur urendi actioni comes, nec ab ea quidquam dividitur; sed uniformiter cum ea, atque in ea dilucet atque noscitur. Quæ igitur ratio ut id non numeremus quod natura inest naturæ (nempe voluntatem) eaque ratione, Deo Verbo incarnato, majori scilicet omni perfectione eique anteriori, ut nec homo perfectus sit tribuamus; quanquam omnium perinde, quæ naturæ sunt, nostræ salutis causa, per indivulsam unionem, propensa Patris voluntate ac Spiritus sancti cooperatione, commercium iniit; uti plane etiam ipsius perfecte communionem naturæ, uno duntaxat excepto peccato, quod ipsum ne naturæ quidem attinens, animi voluntatis arbitriique contra rationem legemque naturæ moti, exerratio atque lapsus exsistit.

A λυόμεθα τὸ παράπαν ὀνομάζειν ἢ ἀριθμεῖν, οὔτε τὴν φυσικὴν ἐνέργειαν, εἰ καὶ μετὰ καύσεως καθορᾶται, καὶ μηδεμίαν ἔχει πρὸς ταύτην διάστασιν, ἀλλ' ἐνοειδῶς σὺν αὐτῇ τε καὶ ἐν αὐτῇ διαφαίνεται καὶ γνωρίζεται. Τίς οὖν ὁ λόγος τοῦ τὸ φυσικῶς τῇ φύσει προσὸν μὴ ἀριθμεῖν, τουτέστι τὸ θέλημα, καὶ ταύτῃ τὸ καθ' ἡμᾶς ἀτελὲς τῷ ὑπερτελεῖ καὶ προτελείῳ Θεῷ Λόγῳ σεσαρκωμένῳ προσμαρτυρεῖν, καίτοι πάντων ἐπίσης, εὐδοκίᾳ Πατρὸς, καὶ συνεργείᾳ Πνεύματος ἁγίου διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καθ' ἕνωσιν τὴν ἀδιάστατον τῶν τῆς φύσεως κεκοινωνηκότι, καθάπερ οὖν καὐτῆς τελείως τῆς φύσεως, πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας, ὅτι μηδὲ τῆς φύσεως ἦν, ἀλλὰ γνώμης, παρὰ τὸν λόγον καὶ τὸν νόμον κεκινημένης τῆς φύσεως, ἐκτροπὴ καὶ ὄλίσθημα ;

Mihique maxime, ejus rei gratia convenienter advertisse videtur, monachus ille, cujus memini, dum animi voluntatem, arbitriumque ac sententiam, a naturali voluntate distinxit. Hæc enim, juxta eam, quam rite tradidit, definitionem, Vis est, ejus appetens, quod est secundum **103** naturam. Quidquid enim rerum usquam est, earum maxime quæ ratione utuntur, id quod est ex natura appetit, ejusque appetendi vim essentialiter a Deo, quo illi substantia sua, ac quod est, incolume sit, inditam accepit. Nisi enim ejus quod ex natura est appetitionem habet, unde, quove modo ejus quod non est, atque nihil est, habeat, quod omni prorsus essentia motuque careat? Solum enim imbecille est, quod ne est quidem, omnique essentia caret; nec ulla prorsus ejus in rebus vis motusque est. Hæc porro libera arbitriique appetitio est, in utrumque declinare præstans; cujus muneris est, non ut naturam, sed ut personam ac hypostasim proprie discernat. Qua re perspecta, divisus ille hominisque cultor Nestorius, animi voluntatum, seu sententiarum unionem impie docuit, ut altera alteram subsistentiam personamque astrueret, nudasque illi homo constaret; nempe animi quadam voluntate ac sententia, motuque libero in Deum Verbum, uti ipse loquitur, conflata unione; ex qua, eamdem consilii ac voluntatis rationem, seu (ut verius magisque proprie loquar) multiplicem, statuit; quanto etiam singulis paulatim voluntatis animi motibus, ex imperfectis ad perfecta, tendendo ac proficiendo, ut ille opinatur, procedit; non quasi ex ipsa, nullis verbis explicabili conceptione, tota perfecte cum suis omnibus, cum tota ejusque omnibus natura nostra, penes unam eamdemque subsistentiam ac personam, Verbi deitas unita sit.

B Καί μοι δεόντως μάλιστα τούτου γε χάριν ὁ λεχθεὶς ἐπιστήσας φαίνεται μοναχὸς, τοῦ φυσικοῦ τὸ γνωμικὸν διαστείλας θελήματος. Τὸ μὲν γὰρ, κατὰ τὸν αὐτοῦ καλῶς ἔχοντα ὁρισμὸν, Δύναμις ὑπάρχει τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτική. Πᾶν γὰρ εἴ τι τῶν ὄντων καὶ μάλιστα λογικῶν, φυσικῶς τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρέγεται [18], καὶ τούτου παρὰ Θεοῦ λαβὸν κατ' οὐσίαν ἔχει τὴν δύναμιν, πρὸς σύστασιν τὴν ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος οὐκ ἔχει τὴν ὄρεξιν, τοῦ μηδαμῶς ὄντος, πόθεν καὶ πῶς, μηδόλως ὕπαρξιν ἢ κίνησιν ἔχοντος; Μόνον γὰρ ἀδρανὲς τὸ μὴ ὂν καὶ ἀνούσιον· καὶ οὐδαμῶς οὐδὲ μία τούτου δύναμις ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχει, καὶ κίνησις. Τὸ δὲ [19] αὐθαίρετος ὁρμὴ καθέστηκε, τὰς ἐφ' ἑκάτερα ποιουμένη παρεκτροπάς· καὶ οὐ φύσεως ὑπάρχον ἀφοριστικὸν, ἀλλὰ προσώπου κυρίως καὶ ὑποστάσεως. Καὶ τοῦτό γε διαγνοὺς ὁ διῃρημένος καὶ ἀνθρωπολάτρης Νεστόριος, γνωμῶν ἕνωσιν ἀσεβῶς ἐδογμάτισεν· ἵν' ἑκατέραν δι' ἑκατέρας ὑπόστασιν ἐπικυρώσῃ, καὶ ὁ ψιλὸς ἄνθρωπος αὐτῷ τηρηθῇ, γνώμῃ τινὶ καὶ αὐθαιρέτῳ κινήσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον, ὡς αὐτός φησι, τὴν ἕνωσιν ποιησάμενος, ἐξ ἧς καὶ τὴν ταυτοβουλίαν συνίστησιν, ἢ πολυβουλίαν, εἰπεῖν οἰκειότερον· ὅσῳ καὶ καθ' ἑκάστην τοῦ γνωμικοῦ θελήματος κίνησιν, κατὰ μέρος ἐκ τῶν ἀτελῶν ἐπὶ τὰ ἐντελῆ κατ' αὐτὸν ἴεται, φερομένη τε καὶ προκόπτουσα· ἀλλ' οὐκ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀφράστου συλλήψεως, ὅλης τελείως μετὰ τῶν αὐτῆς ἁπάντων, πρὸς ὅλην καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ἅπαντα, τὴν ἡμετέραν φύσιν τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, καθ' ὑπόστασιν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑνωθείσης.

Ut igitur, quem dixi, monachus, tum naturæ perfectionem in Deo incarnato exacte statueret, tum contrarietatem excluderet; naturali in eo con-

Ὡς ἂν τοίνυν καὶ τὸ ἐντελὲς διακριβώσῃ τῆς φύσεως ἐπὶ τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ, καὶ τὸ ἀντικείμενον διαῤῥήξῃ ὁ λεχθεὶς μοναχός· τὸ μὲν φυσικὸν

[18] Marg. Ὅτι ἐστὶ θέλημα φυσικὸν, Δύναμις τῶν κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτική. *Voluntas naturalis, Vis ejus appetens, quod est secundum naturam.* [19] Marg. Ὅτι θέλημα γνωμικὸν, αὐθαίρετος ὁρμὴ, τὰς ἐφ' ἑκάτερα ποιουμένη παρεκτροπάς. *Animi voluntas ac arbitrii, libera appetitio, declinationis in utramque partem præstans.*

Digitized by Google

ὥρισεν ἐπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ γνωμικὸν ἀποδιώρισε θέλημα, μήτε τῇ διαιρέσει χώραν δοὺς τῷ στασιάζειν ἐν τούτῳ, μήτε τῇ φαντασίᾳ παρείσδυσιν, τῷ μὴ ὑπάρχειν ἐκεῖνο. Εἰ δέ τις τυχὸν ἰσχυρίζεται, μὴ ἂν ἄλλως ἐπ' αὐτοῦ δυνατὸν, ἢ κατ' ἐναντίωσιν τὰ δύο θελήματα λέγεσθαι· εἰ μὲν ὡς κατ' οὐσίαν διάφορα, κἀγὼ δέχομαι, εἰ δὲ ὡς ἀντικείμενα, ψευδὴς ὁ λόγος. Οὐ γὰρ εἴ τι διάφορον πάντως καὶ ἀντικείμενον. Τὸ γὰρ ἀντικείμενον, γνώμης παραλόγως δηλαδὴ κινουμένης· τὸ δὲ διάφορον, φύσεως λόγῳ κρατουμένης ἔργον καθέστηκε· καὶ τὸ μὲν φύσεως στασιαστικὸν, τὸ δὲ προδήλως συστατικόν. Διαφορὰ τοιγαροῦν [20] οὐσιώδης, εἰς σύστασιν τῶν ἐν τῇ φύσει πραγμάτων ἐστὶν, οὐ μὴ ἐναντίωσις, [ἀλλὰ] πρὸς τὴν τούτων διάλυσιν. Οὐ γὰρ ἔχει ἡ φύσις τὸ παρὰ φύσιν· οὐδὲ λόγος οὐδεὶς τοῦ στασιάζοντος.

stituta voluntate, arbitrariam dispunxit; ut neque divisioni locum, voluntatum in eo conflictu, daret, neque inanem speciem nudamque imaginem, per absentiam illius arcesseret. Sin autem quis forsitan affirmet, fieri non posse ut aliter duæ in eo dicantur voluntates, quam per contrarietatem seu oppositionem; siquidem ita intelligat, ut essentialiter diversas atque distinctas velit, nec ego eam inficias; sin autem contrarias et quæ inter se dissideant, falsum est quod dicitur. Non enim si quid distinctum ac diversum, omnino etiam contrarium est atque adversum. Adversum siquidem ac contrarium, animi voluntatis est, ac arbitrii aliter quam ex ratione moti; diversum vero seu **104** distinctum, naturæ, quæ ratione regatur, opus exsistit: atque alterum quidem, naturam pugna committit; alterum eam palam conflat ac constituit. Essentialis itaque differentia ac distinctio, eo est, ut res in natura consistant sintque incolumes; non sic contrarietas, sed ut dissolvantur ac intereant. Non enim habet natura quod naturæ rationibus adversum est; nec ejus quod tumultuatur ac dissidet, ulla in rebus ratio est.

Ἄλλως τε, εἰ τὰ δύο θελήματα πάντως ἐναντία καὶ ἀντικείμενα, πῶς ἐπί τε τῶν φύσει καὶ ὑποστάσει διῃρημένων λογικῶν, οὐ τοῦτο πάντη τε καὶ πάντως συμβαίνει; Συννεύομεν γὰρ ἔστιν ὅτε τούτοις, καίτοι γνωμικοῖς οὖσι, καὶ Θεῷ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀλλήλοις, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τῆς γνώμης ἤδη, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν θελήματος, διαπεπτώκαμεν. Εἰ γὰρ τούτων, καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἄλλους δηλονότι συννεύσεως, εἴπερ ἕως ταύτην ἔχομεν, καὶ τῶν ἄλλων γνωμικῶν ἀντεχόμεθα. Εἰ οὖν ἐνταῦθα τοῦτο, καὶ εὐδαμῶς ἀντίταξις καθορᾶται, καίτοι σωζομένων ὑπάρξει τε καὶ ἀριθμῷ τῶν γνωμικῶν θελημάτων, καὶ τὴν φιλικὴν ἐν σχέσει διάθεσιν· πῶς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου, καὶ τελείως δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, ἐν τοῖς φυσικῶς προσοῦσιν αὐτῷ κατ' οὐσίαν θελήμασιν, ἐναντίωσις ἔσται; Πῶς δὲ ταῦτά φασιν ἐναντία, δι' αὐτόν γε τὸν ἀριθμὸν, ἢ καὶ δι' αὐτὸ τὸ ὑπάρχειν; Εἰ μὲν διὰ τοῦτο, καὶ τὴν φύσιν ἀνέλωσι τῆς σαρκὸς, ἀντικειμένην τῷ Λόγῳ διὰ τὴν ὕπαρξιν. Πολλῷ γὰρ ἰσχυρότερον, ὡς πᾶσιν εὔδηλον, εἰς ἀντίταξιν, τὸ ὑποκείμενον, τοῦ ἐν ὑποκειμένῳ καθέστηκεν. Εἰ δὲ διὰ μόνον τὸν ἀριθμὸν, καὶ τούτου τὰς φύσεις ἐρήμους ποιήσωσι, καὶ μηδὲ μίαν αὐτῶν ἀριθμεῖτωσαν· παραιτείσθωσαν δὲ καὶ πάλιν αὐτὸν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, κἀπὶ τῶν τῆς μιᾶς καὶ ἀνάρχου θεότητος τριῶν ὑποστάσεων, ἵνα μὴ κἀκείνη στασιάζῃ πρὸς ἑαυτήν. Ἀλλ' ἄτοπόν γε τῷ μηδὲν ὄντι τὸ σύνολον (*l*), οὐκ οὐσία, οὐ ποιὸν, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὄντων, ἰσχὺν τοσαύτην ἀποκληροῦν· ἀτοπώτερον δὲ, καὶ τὴν ὕπαρξιν αὐτὴν τοῦ φυσικοῦ θελήματος αἰτιᾶσθαι, κἀντεῦθεν τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ κατασκευάζειν· καὶ ταῦτα, τῶν ἄλλων ἐν τῇ

Præterea, si duæ voluntates omnino contrariæ ac oppositæ sunt, unde est ut nec in animis, natura ac persona discretis, id omnino ac prorsus contingat? Etsi enim arbitrariæ animique voluntates sunt, quandoque illis consentimus, Deoque et angelis, ipsique alii aliis; nec idcirco jam animum sui arbitrum, ejusque voluntatem amisimus. Horum enim si jacturam fecissemus, utique etiam concordiæ cum aliis; quandiu enim illius compotes sumus, etiam alia quæ volentis animi sunt suique arbitri, tenemus. Cum hæc igitur sic se habeant, nec usquam pugna appareat, tametsi arbitrariæ voluntates, exsistentia atque numero incolumes sint, qua necessitudine animi amice consociantur; qui fit, ut in uno eodemque Deo Verbo incarnato, ac perfecte nostri causa facto homine, quæ ei essentialiter natura voluntates insunt, contrariæ sint atque discordes? Quo autem modo contrarias asserunt, numeri ratione, an et ipsa exsistentia? Ac siquidem hanc causam dicunt, etiam carnis naturam, eo quod exsistit, Verbo adversantem sustulerint. Longe enim (ut cuivis exploratum est) major contrarii vis in eo, quod ipsum subjectum est, quam quod in subjecto exsistentiam habet. Sin autem sola numeri ratio officit, hanc et naturis adimant, neutramque eorum in numeros ponant: ac rursus ipsum ob eamdem causam, nec in tribus unius æternæque Deitatis personis, ne et illa ipsa secum dissideat, admittant. At sane absurdum, ei, qui nihil prorsus sit, non substantia, non qualitas, non aliud quid eorum quibus rerum genera censentur, vim tantam ascribere; longeque absurdius,

[20] Marg. βλέπε, *vide*.

NOTÆ.

(*l*) *Τὸ μηδὲν ὄντι τῷ σύνολον.* Nihil prorsus dicit numerum, quod supra res numerata nihil veræ entitatis addat, sed pro earum ratione, vel in rerum natura, vel in sola mente concipiente exsistat; ab illa denique utroque modo complementum habeat. Formalitates vocant, seu entia metaphysica, ac conceptas rationes: quibus physicos effectus, qualis divisio est, tribuere, merito Maximus absurdum habet.

Digitized by Google

ipsam naturalis voluntatis exsistentiam ac veritatem ejus arcessere; atque inde eam amoliendam astruere. Ac vel maxime, cum inter reliquas naturales proprietates ac motus, innata hæc vis facile princeps exsistat. Nam secundum hanc unam et esse et vivere et moveri et intelligere, et loqui et sentire, **105** cibumque sumere, et somno recreari ac quiete, et non dolere neque mori; prorsusque (ut verbo dicam) omnium ad naturæ incolumitatem quæ ad interitum ducunt, naturaliter appetimus.

A φύσει πρωτίστην οὖσαν φυσικῶν ἰδιωμάτων καὶ κινημάτων ἔμφυτον δύναμιν. Κατὰ ταύτην γὰρ μόνην, τοῦ εἶναι καὶ ζῆν, καὶ κινεῖσθαι, καὶ νοεῖν, καὶ λαλεῖν, καὶ αἰσθάνεσθαι, καὶ μετέχειν τροφῆς, ὕπνου τε καὶ ἀναπαύσεως, καὶ μὴ ἀλγύνεσθαι, μηδὲ θνήσκειν, καὶ ἁπλῶς ἁπάντων τῶν συνιστώντων τὴν φύσιν, ἔχειν τελείως τὰς ἕξεις, καὶ τῶν λυμαινομένων τὰς στερίσεις, φυσικῶς ἐφιέμεθα.

Ac mihi quoque ea etiam parte consulto fecisse videtur, in sua definitione, religiosissimus monachus, dum et hæc addidit : « Et earum omnium proprietatum, quæ essentialiter naturæ insunt, vim conservatricem. » Omnia enim semper conservat ac continet, appetitque conservare ac nullo carere, quæ in nobis essentialis ac innata voluntas est; seu nos potius per eam, exque illius ratione; arbitrorque omnino assensurum, qui ejus quod vere est tantisper rationem habeat, non ejus quod inani solum specie; Deum incarnatum, ut etiam hominem, naturali atque humana voluntate præditum esse; eaque singula quæ enumerata sunt, secundum se natura velle, ad carnis suæ astruendam fidem, intelligentium more ac utentium ratione animatæ; ut qui ipse homo perfectus, nullo eorum, quæ nostra sunt, deficeretur, uno duntaxat dempto peccato; sed quæ nobis suppetunt omnia, nostramque naturaliter substantiam conflant, nullo desiderato haberet; uti plane etiam quæ sempiternam atque divinam; quibus se hominem simul Deumque vere demonstravit, ac qui perfecte nobiscum et cum servaret.

Καί μοι φαίνεται κἀν τούτῳ προσηκόντως ποιήσας, κατὰ τὸν αὐτοῦ ὁρισμὸν ὁ εὐλαβὴς μοναχὸς, καὶ προσθεὶς τό· « Καὶ τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων συνεκτικὴν πάντων ἰδιωμάτων. » Πάντα γὰρ ἀεὶ συνέχει, καὶ συνέχειν ἐφίεται, καὶ οὐδενὸς ἔχειν τὴν στέρησιν, τὸ οὐσιῶδες ἐν ἡμῖν καὶ ἔμφυτον θέλημα· μᾶλλον δὲ ἡμεῖς, δι' αὐτοῦ τε καὶ κατ' αὐτό· καὶ οἶμαι τὸν καὶ ποσῶς τοῦ ὄντος, ἀλλὰ μὴ τοῦ δοκοῦντος λόγον ποιούμενον, συνθήσεσθαι πάντως δὴ, καὶ ὡς ἄνθρωπον τὸν σαρκωθέντα Θεὸν, φυσικὸν ἔχειν καὶ ἀνθρώπινον θέλημα· καὶ τῶν ἀπηριθμημένων ἕκαστον θέλειν κατ' αὐτὸ φυσικῶς, πρὸς πίστωσιν τῆς νοερῶς αὐτοῦ καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης σαρκὸς, εἴπερ τέλειος ἄνθρωπος γέγονε, μηδενὶ τῶν ἡμετέρων λειπόμενος, πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας· ἀλλὰ πάντα ἔχων ὅσα καὶ ἡμεῖς, ἀπαραλείπτως τὰ κατὰ φύσιν συστατικὰ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ τῆς ἀνάρχου καὶ θείας, δι' ὧν ἄνθρωπον ἑαυτὸν ὁμοῦ καὶ Θεὸν ὄντα κυρίως ἐγνώριζε, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸν Πατέρα τελείως φυσικὴν συγγένειαν διασώζοντα μετὰ τὴν ἕνωσιν.

Quod enim quis dicat, salutaris duntaxat passionis tempore (quando nimirum nostram in se reipsa naturæ speciem præferebat, atque ut homo mortem recusabat) duas prætulisse voluntates, sic ultro dici existimo, neque vero ulla certa ratione probari. Cur enim illo duntaxat temporis articulo, et non ante, quamve ob causam? Siquidem enim tum habebat, a principio etiam habuit, ex quo factus est homo, non postea ascivit. Si enim a principio non habuit, neque tempore passionis; sed solum opinione hoc gessit, ut scilicet mortem refugeret, atque etiam reliqua, quibus salutem adepti sumus, expleret; cujusmodi sunt fletus, preces, tristitia, mortis pavor, crux, mors, sepultura. Uno enim ex iis, quæ in eo pro humana ratione naturalia exsistunt, abrogato, neque reliqua consistent. Quomodo enim non illud quidem, hæc vero? quæve ratio? aut quæ rationum pugna, in **106** eo quod orat, naturalemque sponte infirmitatem (carnis scilicet) timore ac pavore ostentat, nec prorsus obnititur, sed ait : *Si possibile est*, et : *Non quid ego velim, sed quid tu* [a]; fortemque adversus mortem, atque alacrem timori motum appingit? Informabat quidem in se reipsa quod nostrum est naturali tan-

Patre naturalem affinitatem, post etiam unionem

Τὸ γὰρ δὴ λέγειν, ὡς ἐν τῷ καιρῷ μόνῳ τοῦ σωτηρίου πάθους, ἡνίκα τὸ ἡμέτερον ἐτύπου πραγματικῶς ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὡς ἄνθρωπος παρῃτεῖτο τὸν θάνατον, δύο θελήματα ἔχων ἐδείκνυτο, ἀποφαντικὸν, οὐκ ἀποδεικτικόν μοι δοκεῖ. Πῶς γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ τῷ καιρῷ, καὶ μὴ πρὸ τούτου, καὶ δι' ἥντινα τὴν αἰτίαν; Εἰ μὲν γὰρ εἶχε τότε, καὶ ἀπ' ἀρχῆς εἶχεν ἐξ οὗ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐχ ὕστερον ἐσχεδίασεν· εἰ δὲ ἀπ' ἀρχῆς οὐκ εἶχεν, οὐδὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἀλλὰ μόνον ἐφάνταζε τὴν παραίτησιν, καὶ πρὸς ταύτῃ τὰ λοιπὰ δι' ὧν σεσώσμεθα, οἷον τὸ δάκρυον, τὴν εὐχὴν, τὴν λύπην, τὴν ἀγωνίαν, τὸν σταυρὸν, τὸν θάνατον, τὴν ταφήν· ἑνὸς γὰρ ἀκυρουμένου τῶν ἐν αὐτῷ καθ' ἡμᾶς φυσικῶν σωζομένων, οὐδὲ τὰ ἄλλα στήσεται. Πῶς γὰρ οὐκ ἐκεῖνο μὲν, ταῦτα δέ; Καὶ τίς ὁ λόγος; ἐναντίωσις δὲ ποία τὸ προσεύχεσθαι, καὶ φυσικῆς ἑκουσίως, τῆς κατὰ τὴν σάρκα λέγω, πρόσδειξιν ἀσθενείας ποιεῖσθαι διὰ τῆς συστολῆς, καὶ μὴ ἀντιτείνειν ὅλως, ἀλλὰ λέγειν· *Εἰ δυνατόν*, καὶ· *Μὴ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλ' εἴ τι σύ*· καὶ συνάπτειν τῇ συστολῇ τὴν ἰσχυρὰν κατὰ τοῦ θανάτου καὶ πρόθυμον κίνησιν; Ἑτύπου μὲν γὰρ πραγματικῶς ἐν ἑαυτῷ τὸ ἡμέτερον, διὰ τῆς φυσικῆς πρὸς μικρὸν ἀγωνίας

[a] Matth. xxvi, 39.

Digitized by Google

ἵνα καὶ ταύτης ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ, καὶ τῆς οἰκείας σαρκὸς τὴν φύσιν πιστώσηται, καὶ πᾶσι καθαρὰν τὴν οἰκονομίαν φαντασίας ἐργάσηται· παρίστη δὲ πάλιν εὐθὺς τὴν κατὰ τοῦ θανάτου μεγίστην ὁρμὴν, καὶ τὴν ἄκραν τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπικοῦ πρὸς τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ καὶ Πατρικὸν θέλημα, συμφυΐαν καὶ ἕνωσιν, τῷ ἐπικρῖναι τοῦτο καὶ φάσκειν· *Μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω.* Ταύτῃ μὲν τὴν διαίρεσιν ἀπωθούμενος, ἐκείνῃ δὲ πάλιν τὴν σύγχυσιν.

Εἰ δὲ, ὅτι μὴ ἄλλοτε φαίνεται τοῦ θέλειν ἔμφασιν πεποιημένος, ἢ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ταῦτά φασι, τοῦτο καὶ περὶ τῆς ἐμφύτου νοήσεως εἰποιεν, καὶ ἄνουν αὐτὸν κατασκευάσουσιν. Οὐ γὰρ φαίνεται λέξας ὅτι νενόηκα. Καὶ περὶ ὀσφρήσεως ὁμοίως, καὶ τῶν λοιπῶν καθ' ἡμᾶς φυσικῶν, ὧν μνημονεύσας οὐκ ἀναγέγραπται. Ἢ καὶ περὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ὡς οὐ πρότερον οὔσης καθ' ὕπαρξιν, ἀφ' οὗ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ μόνον ὁπόταν αὐτῆς ἐμνημόνευσεν. Οὐ πρὸ πολλοῦ γὰρ τοῦ πάθους τοῦτο πεποιηκὼς ἀνηγόρευται. Ἢ τοίνυν σχεδιασθεῖσαν αὐτὴν αὐτίκα εἴπωσιν, ὅτι μὴ πολλάκις καὶ ἀπ' ἀρχῆς αὐτῆς ἐμνημόνευσεν· ἢ τοῦτο μὴ λέγοντες, ἀλλ' « Ἅμα σὰρξ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἔμψυχος, λογικὴ, » κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον δογματίζουσι, καὶ τὸ φυσικὸν ὡς ἀνθρώπου τοῦ Σωτῆρος θέλημα, μὴ κατὰ τὸν καιρὸν εἶναι τοῦ πάθους λέξουσι μόνον, εἰ καὶ μνήμην αὐτίκα τούτου πεποίηκεν· ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς ὡς ἀνθρώπῳ καθ' ἡμᾶς φυσικῶς τῷ Σωτῆρι συνουσιωμένον· καὶ παύσοιντο λοιπὸν οὐκ ἐν καιρῷ τὰ τοιαῦτα κινοῦντές τε καὶ συνάγοντες. Καιρὸς γὰρ ὁ παρὼν αἱμάτων [21] διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλ' οὐ δογμάτων ἐστί· καὶ θρήνων ἰσχυρῶν, εἰς Θεοῦ δυσώπησιν, ἀλλ' οὐ σοφιστικῶν ἀντιῤῥήσεων, εἰς περισσοτέραν καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν.

A tisper mortis formidini ejusque anxio timori concedens, ut et ab illo nos liberaret, suæque carnis naturam astrueret, ac inani omni specie vacare dispensationem monstraret. Moxque rursus maximam adversum mortem animi vim exserit, summamque humanæ suæ voluntatis, cum propria sua, Patrisque voluntate, necessitudinem ac unionem prodit, judicio suo approbans, dicensque : *Non mea, sed tua voluntas fiat;* hinc quidem divisionem, illincque rursus confusionem procul eliminans atque submovens.

Sin autem idcirco hæc dicunt, quod non appareat alias, ejus quod est velle, quam passionis tempore, meminisse, idipsum dixerint et de innata intelligendi vi, mentisque expertem ipsum asserent. B Non enim apparet dixisse, quod mente cogitarit aut intellexerit. Simili quoque ratione de olfactu aliisque in nobis naturalibus, quorum nusquam scriptum est meminisse. Vel etiam de ipsa anima, ac si prius reipsa non exstiterit, quo ex tempore homo factus est, sed tunc solum cum ejus commeminit. Haud enim diu ante passionem illud præstitisse proditum est. Aut igitur tunc quasi ex tempore natam dicant, quod non sæpius ac jam tum initio ejus facta mentio est; aut cum hoc non dicant, sed ex magni Athanasii sententia : « Simul caro, simul Dei Verbi caro animata, ratione utens, » doceant; naturalem quoque Salvatoris voluntatem, qua homo esset, non passionis duntaxat tempore exstitisse dicent, etsi illius tunc meminit, sed a principio C velut in nobis, ac quæ illi tanquam homini natura consubstantialis sit : desinantque jam, cum minime tempus sit ac opportunum, ista movere ac colligere. Cruentarum enim tempus cædium, ob nostra scelera, non dogmatum, tempus istud est; validorumque planctuum quibus ad misericordiam Deum inflectamus, non sophisticarum opposite militantium rationum, quibus ejus adversum nos majorem iram accendamus.

Ἔπεισι δέ μοι θαυμάζειν καὶ περὶ ἐνεργείας, ὡς μίαν ταύτην ἐπὶ Χριστοῦ δογματίζουσι, τῇ πρὸς τὸ ἄτομον, ὡς αὐτοί φασιν, ἀποσκοπήσει καὶ ἀναφορᾷ. Καὶ ἵνα παρῶ λέγειν, ὡς οὐδὲν τῶν φυσικῶν ὡς εἰς ἄτομον προηγουμένως, ἀλλὰ τὴν τούτου φύσιν τε D καὶ οὐσίαν ἔχει τὴν ἀναφοράν. Τίς γὰρ ἄνευ τῶν φυσικῶς προσόντων τῇ φύσει δυνάμεων ἐνεργεῖν τι δύναιτ' ἄν; ἢ πόθεν αὐτῷ τὸ ἐνεργεῖν ἢ δύνασθαι, παρὲξ τῆς φύσεως; Ἐκεῖνο δὲ ἐρωτῆσαι βούλομαι· Πρὸς; ἀναίρεσιν ἄρα τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ταύτην πρεσχοντο, ἢ τί; Εἰ γὰρ ἐπ' ἀναιρέσει, πῶς, πότε καὶ ποία κατὰ τὴν ἐκείνων ἀπόπαυσιν εἴη τὸ παράπαν ἐνέργεια; ὡς γὰρ φύσεων οὐκ οὐσῶν, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν ἀφανίζεται πάντως, ἡ σύνθετος λέγω ὑπόστασις· οὕτω καὶ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν οὐκ οὐσῶν, οὐδ' ἄλλη τὸ σύνολον ἔσται. Καὶ οὐ λέγω τοῦτο, ὡς ἄλλης ἐνεργείας ἐκ τῶν φυσικῶν συνισταμένης. Οὐδὲ μία γὰρ τῶν ἐν ὑποκειμένῳ σύνθεσις· ὅτι μηδὲ τὴν καθ' ἑαυτὰ τὸ σύνολον ὕπαρξιν, ἀλλὰ τὸ

Subit autem mirari et de operatione, quomodo in Christo unam esse doceant, relate nimirum ad individuum, ejusque, **107** ut ipsi loquuntur, consideratione. Atque ut mittam dicere, eorum quæ naturalia sunt, nihil primo ad individuum relationem habere, sed ad naturam ipsius ac essentiam. Quid enim quis operari possit absque iis facultatibus, quæ naturæ insunt? Undeve alicui ut operetur absque natura, aut ut ejus præditus facultate exsistat? Libensque ex iis quæsierim, num ut naturales operationes interimant, hanc objiciunt, necne? Si enim ut interimant, quomodo, qualisve tandem, illis submotis ac abrogatis, futura operatio? Nam sicut naturis non exsistentibus prorsus etiam necesse est aboleri, quod ex eis est (personam scilicet compositam), sic quoque cum non exstent naturales operationes, nec ulla alia omnino futura est. Neque hoc dico, quasi aliam ex naturalibus conflandam operationem velim. Eorum enim quæ

[21] Grassante scilicet Chosroe, ac deinceps Arabibus Heraclio principe ejusque deinceps sobole.

Digitized by Google

sunt in subjecto, nulla est compositio; quod scilicet non ipsa vere omnino ac per se exsistant, sed debile quidpiam vanumque exhibeant. Quocirca si quæ vere sunt per naturam esse inficiantur, qui fiat ut quod nusquam aliquid est, id vero reipsa exsistentiæ compos exsistat? Quis enim est qui personalem operationem dicat, aut unde hoc et a quo acceptum proferant? Sin autem forte istud asserunt, personamque ad quam refertur, fatentur compositam; contrariorum scilicet et eorum quæ opposita sint capacem; nempe, mortalem et immortalem, oculis conspicuam et inaspectabilem, circumscriptam et incircumscriptam, carentem principio et quæ principio subsit; istud merito erit et operatio. Quo vero alio modo, quam secundum habitum et privationem? Ac partim quidem, ut quæ exsistat, patietur; partim vero, ut quæ ipsa non exsistat, diminute et quasi umbra substabit. Qui autem fiat, ut tali præditus operatione, secundum idem, et non aliud atque aliud (quando nec ipsa) talia patiatur? Operantem enim suæ coaptari operationi, hancque illi congeneam ac affinem esse, prorsus necesse est. Ecquonam modo Deus, qui non natura, sed illius habitu sit? Quove modo homo, qui privatione, et non substantia vere istud exsistit? Quænam vero natura ipsa iners, aut quæ naturali deficiatur operatione? Uti enim nusquam exsistentia vacat ac substantia, sic neque naturali caret operatione. Sin autem hujus expers est, utique etiam illius expers futura est. Quod enim vi ac facultate caret, ut prorsus imbecille **108** atque obscurum, unum nihil est. Si quid enim demum in rebus est, constituentem sui ac insignientem differentiam habet (naturæ scilicet insitum motum) qua, una cum genere assumpta, subjecti definitio struatur subjectumque esse ac quidnam illud sit, manifestetur; ejusmodi scilicet, ut cum eis quæ ejusdem generis sunt, nulla dissimilitudine abhorrens, conveniat, ac rursus ab eis, quæ diversi generis sunt, differat. Ac si ita est, qui omnino fiat, ut naturalis expers operationis (quod ad carnem attinet), Verbum homo factum, ipsum homo perfectus, aut prorsus homo exsistat? Non enim est homo, qui naturali operatione deficiatur, uti nec alia quævis natura, quæ propria ac essentiali careat facultate. Quod enim hæc desit, aut id præstat, ut ne quidem natura sit, aut ut naturæ omnes inter se idem sint, unaque vice omnium habeatur, iis prorsus commistis atque confusis, per ejus vis absentiam ac facultatis, quæ constituit atque insignit. Si enim non iners expersque operationis, ea ratione quia est homo, Verbum dicunt, palam insitam ac naturalem operationem illi ascribunt. Quo enim alio modo intelligatur? Ut enim aliquid operetur non naturali fultum operatione, haud unquam fiat, uti neque ut absque essentia et natura exsistat. Sed nec unam

Οὐκ ἔστι οὖν ἄλλο τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλο τὸ κατὰ A τὸν Σωτῆρα ἀνθρώπινον· οὐδὲ τὸ θέλειν ἄλλο, κατά γε τὸν τῆς φύσεως λόγον, εἰ καὶ ἄλλως ὑπὲρ ἡμᾶς· θεϊκῶς γὰρ, ὁ μὲν ὑπέστη, τὸ δὲ ἐτυπώθη, διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἄκρας ἑνώσεως. Τὸ προσαρμόζειν δὲ πάλιν μάλιστα προσφυῶς τῶν ἐν ἡμῖν διαβεβλημένων ἕκαστον, οἷον τὴν ἐναντίωσιν, ἢ τὴν ἀντίταξιν, καὶ ὅσα τοῦδε τοῦ καταλόγου τυγχάνει, κἂν ἐπινοίᾳ τὰς φύσεις ἀχωρίστως χωρίζοντες τῇ ἐξῆς φύσει προσέρχονται, συμπαραλαμβάνειν, οὐ μὴ θέμις ἐν τούτοις ἐστὶ τὴν κατὰ Χριστὸν ἀνθρωποτητα. Εἰ γὰρ οὔτε ἐν ἡμῖν προσφυῶς, ἀλλὰ παρὰ φύσιν θεωρεῖται καὶ λόγον, πῶς ἐν ἐκείνῃ κἂν δι' ἐπινοίας ἢ προσεπινοίας, ἵν' οὕτως εἰπω, προσάπτειν ἔστιν; ἀλλ' οἰκειώσει[28*] μόνον, δι' οἶκτον ὡς κεφαλῇ τοῦ B παντὸς σώματος, καθάπερ καὶ ἰατρῷ τὰ πάθη τοῦ κάμνοντος, ἕως ἂν τούτων ἡμᾶς ὁ δι' ἡμᾶς ἀνθρωπήσας ἐλευθερώσῃ Θεός. Πλὴν τελείως ἡμῶν ἀπανῶν καὶ ἐξαφανίζων τῇ δυνάμει τῆς κατ' αὐτὸν σωματώσεως. Διττὸς γὰρ ὁ περὶ παθῶν λόγος· ὁ μὲν τῆς ἐπιτιμίας, ὁ δὲ τῆς ἀτιμίας· καὶ ὁ μὲν φύσιν τὴν ἡμετέραν χαρακτηρίζων, ὁ δὲ δι' ὅλου παραχαράττων. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ὡς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς θέλων οὐσιωδῶς κατεδέξατο, ὁμοῦ τε τὴν φύσιν πιστούμενος, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν λύων κατάκριμα· τοῦτον δὲ πάλιν, ὡς φιλάνθρωπος, οἰκονομικῶς ᾠκειώσατο, ἐν ἡμῖν τε καὶ τῷ ἡμετέρῳ ἀνυποτάκτῳ γνωριζόμενον τρόπῳ, ἵν' ὡς κηρὸν πῦρ, ἢ ὡς ἀτμίδα γῆς ἥλιος, πάμπαν ἡμῶν ἐξαναλώσας, τῶν οἰκείων ποιήσηται τὴν μετάδοσιν[29], καὶ ἀπαθεῖς μὲν ἐντεῦθεν, ἀφθάρτους δὲ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἡμᾶς C παρασκευάτῃ. Δεῖ τοίνυν τόν τε ζῆλον ὁμοῦ καὶ τὸν πόνον τοῦ τὰ τοιαῦτα σπουδάζοντος ὑπὲρ εὐσεβείας μάλιστα κατὰ τὸ εἰκὸς ἀποδέξασθαι, προτρέπειν δὲ πρὸς ἀκριβεστέραν τῶν πατρικῶν λόγων ἐμμέλειαν, διὰ τοὺς ἐπηρεαστὰς τῶν καλῶν, οὐδ' αὐτὸ συγχωροῦντας ἐκ περιττῆς ἀνοίας, ὃ μὴ δὲ βουλομένοις αὐτοῖς ἐλεῖν δυνατόν.

Non igitur alia nostra, aliaque Salvatoris humanitas; neque velle aliud, ad naturæ ipsam rationem quod spectat, etsi aliter modoque nobis superiori; tum enim ille divine conditus est, tum istud **129** divine formatum, ob summam cum deitate unionem. Quod autem rursus, quæ in nobis vitio dantur, singula rursum convenienti maxime ratione aptentur, puta contrarietas, sive pugna, et quæ sunt ejus generis omnia, etsi indivise subtili cogitatu naturas dividendo, ad naturam, quæ secunda est, divertant, ut tamen Christi humanitatem una in his assumamus, id vero nefas est. Nam si ne in nobis quidem sic ut naturam decet, sed ut illi ac rationi adversa considerantur, quo tandem modo, subtili etiam ipso cogitatu, subtiliorique, ut sic loquar, ratione, illi ascribi possint? sed sola arrogatione, præ misericordia tanquam capiti totius corporis tribuantur, uti etiam medico ægrotantis morbi, donec qui nostri causa homo factus est, ab eis nos Deus liberaverit; quique adeo hæc a nobis perfecte absumat aboleatque potentia assumpti ab eo corporis. Duplex enim passionum seu affectuum ratio est: aliæ namque multa inductæ sunt; aliæ probrum labemque habent: ac priores quidem humanam naturam ut propriæ notæ insigniunt; secundæ vero, prorsus adulterant. Atque illas quidem ut homo propter nos sponte essentialiter assumpsit, ut et naturam astrueret, et quæ adversus nos erat, condemnationem dissolveret: hasque rursus, propensa humanitate certa dispensatione indulgentiusque arrogavit; quæ in nobis, nostrisque non subjectis moribus sese proderent, ut velut ignis ceram, ac velut sol terræ vaporem, a nobis prorsus absumens, suis vicissim impartiret, indeque a passionibus ac interitu, juxta pollicitationem, immunes redderet. Operæ pretium igitur ut ejus merito zelum laboremque ac operam maxime probemus, qui talia pro pietate elucubravit, atque ad Patrum majori diligentia locos versandos, hortemur, eorum causa, qui bonis insidiantes, ex abundanti amentia, ne id quidem admittunt, quod nec, si velint, evertere possunt.

[28*] Οἰκείωσις et arrogatio, non eorum, quæ ipsa in Christo sint, sed quæ miserando velut sua deputet. [29] Sic pulchre Gregorius citatus. [30] Affert Anastasius in Collectaneis. [31] συνδρομῆς Anast. referendo ad Patrem.

[30] Τὸν δέ γε τῆς Ῥωμαίων πάπαν Ὀνώριον, οὐ καταγορεύειν οἶμαι τῆς τῶν ἐμφύτων θελημάτων ἐπὶ Χριστοῦ δυάδος, ἐν τῇ γραφείσῃ πρὸς Σέργιον ἐπιστολῇ διὰ τὸ ἓν θέλημα φάναι, συναγορεύειν δὲ μᾶλλον, καὶ ταύτην ὡς εἰκὸς συνιστᾷν, οὐκ ἐπ' D ἀθετήσει τοῦτό γε λέγοντα τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ φυσικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μηδαμῶς τῆς ἀσπόρου συλλήψεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἀφθόρου γεννήσεως προκαθηγεῖσθαι θέλημα σαρκὸς, ἢ λογισμῶν ἐμπαθῆ. Μόνη γὰρ θέλησις θεία καὶ Πατρικὴ, δι' Υἱοῦ μονογενοῦς αὐτουργοῦντος τὴν οἰκείαν σάρκωσιν, καὶ Πνεύματος ἁγίου συνδρομῇ[31], ταύτην εἰργάσατο. Καὶ ὅτι γε ταύτης ἔχεται τῆς ἐννοίας, δῆλον ἐντεῦθεν. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι διὰ τὴν ἄφραστον

Quin Romanæ Ecclesiæ papam Honorium, innatas geminas in Christo voluntates haud putem reprobare, epistola sua ad Sergium, eo quod unam voluntatem dixerit; sed magis suffragari easque merito astruere; qui nempe hoc dicat, non ad humanam ac naturalem Salvatoris elidendam voluntatem, sed ut ejus sine semine conceptui ac incorrupto partui nullam carnis voluntatem, aut libidinosam **130** cogitationem ostendat præivisse. Sola enim Dei ac Patris voluntas per Filium, ipsum suæ incarnationis auctorem, et Spiritus sancti concursum, hanc operata est. Atque hanc esse illius mentem, hinc liquet. Nam cum dixisset ob ineffabilem naturæ humanæ ac divinæ unionem, tum

Digitized by Google

dici Deum passum esse, tum humanitatem cum divinitate de cœlo descendisse; atque in eum modum, eorum quæ natura insunt utrique naturæ unius Christi ac Filii, summam reciprocationem, quæ est per commutationem, ostendisset, subjungit, dicens : « Unde et unam Domini nostri Jesu Christi voluntatem confitemur. » Quonam id modo? « Quia profecto a deitate assumpta est natura nostra, non culpa, » hoc est, non ex peccato; velut idem fere loquatur ac magnus Athanasius, dum adversus impium Apollinarium isthæc scribit : « Natus est ex muliere [a], ex prima plasmatione hominis sibi formam excitans, in ostensione carnis absque carnalibus voluntatibus et humanis cogitationibus, in imagine novitatis. Voluntas enim sola divinitatis est, quia natura tota est divinitatis. » Nam quia Verbi propter nos carnalis nativitatis progressio superiori nobis ratione exstitit (non enim libidinosa carnis voluntas aut cogitatio præcessit, uti in nobis conspicitur, ob voluptatem scilicet ac libidinem, quæ ex seductione, naturæ dominatur; sed sola deitatis voluntas per Filium ipsum, uti dicebam, propensa Patris voluntate et Spiritus sancti cooperatione, sibi auctorem assumpti corporis, in seipso ac per seipsum, eum, qui naturæ inoleverat, nativitatis modum, innovantem, suamque absque semine ex sancta Dei Genitrice semperque virgine Maria conceptionem præstantem) : hanc scilicet arcanæ nullaque vi verborum explicabilis nativitatis rationem considerantes; ille quidem : « Voluntatem solam deitatis in eo » dixit; hic vero, « Voluntatem unam Domini nostri Jesu Christi. Quia profecto, inquit, a divinitate assumpta est natura nostra, non culpa : absque scilicet carnalibus voluntatibus ac humanis cogitationibus, » ut D. Athanasius ait, non autem etiam, qua homo erat idem ipse qui et Deus natura exsistebat, non habere humanam et naturalem voluntatem, uti sane etiam divinam paternamque.

Idipsum autem etiam in sequentibus innuit, dicens : « Sine peccato conceptus est de Spiritu sancto, et sancta intemerata semperque **131** Virgine Dei Genitrice Maria; et sine contagione ex ea secundum carnem natus est. » Divinam porro Scripturam in laudis partem ac vituperationis

ἕνωσιν τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως, καὶ Θεὸς λέγεται παθεῖν, καὶ ἄνθρωπότης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθεῖν μετὰ τῆς θεότητος · καὶ ταύτῃ δεῖξαι τὴν τῶν φυσικῶς προσόντων ἑκατέρᾳ φύσει τῶν τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ Υἱοῦ κατ' ἐπαλλαγὴν ἄκραν ἀντίδοσιν, ἐπάγει λέγων, « Ὅθεν καὶ ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πῶς, φησίν; « Ἐπειδὴ προδήλως ἐκ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, οὐχ ἁμαρτία (a)· » τουτέστιν, οὐκ ἐκ τῆς ἁμαρτίας· μονονουχὶ συμφθεγγόμενος τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ, γράφοντι τάδε κατ' Ἀπολιναρίου τοῦ δυσσεβοῦς, « Ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς, ἐκ τῆς πρώτης πλάσεως τὴν ἀνθρώπου μορφὴν ἑαυτῷ ἀναστησάμενος, ἐν ἐπιδείξει σαρκὸς δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ἐν εἰκόνι καινότητος· ἡ γὰρ Θέλησις θεότητος μόνη, ἐπειδὴ καὶ φύσις ὅλη Θεότητος. » Ἐπειδὴ γὰρ τῆς δι' ἡμᾶς κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου γεννήσεως ὑπὲρ ἡμῶν ἡ πρόοδος γέγονεν· οὐ γὰρ σαρκὸς ἐμπαθὴς προηγήσατο Θέλησις ἢ λογισμὸς, ὡς ἐφ' ἡμῶν ὁρᾶται, διὰ τὴν ἐξ ἀπάτης τοῦ γένους κατακρατοῦσαν ἡδονὴν, ἀλλὰ Θέλησις θεότητος μόνη δι' Υἱοῦ αὐτουργοῦντος, ὡς ἔφην, τὴν οἰκείαν σωμάτωσιν κατ' εὐδοκίαν Πατρὸς, καὶ συνέργειαν τοῦ παναγίου Πνεύματος, καινοτομοῦντος ἐν ἑαυτῷ τε καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἐπεισαχθέντα τῇ φύσει τῆς γεννήσεως τρόπον, καὶ ἀσπόρως τὴν ἑαυτοῦ ποιουμένου σύλληψιν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας· τοῦτον δὴ τὸν ἄῤῥητον αὐτοῦ τῆς γεννήσεως σκοπήσαντες λόγον, ἐκεῖνος μὲν, « Θέλησιν μόνην ἐπ' αὐτοῦ θεότητος » εἶπεν, οὗτος δὲ, « Θέλημα ἓν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ προδήλως, φησὶν, ἐκ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, καὶ οὐχ ἁμαρτία· δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, » ὡς ὁ Θεῖός φησιν Ἀθανάσιος· οὐ μέν γε τὸ μὴ καὶ ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν μετὰ τοῦ εἶναι φύσει Θεὸν οὐκ ἔχειν ἀνθρώπινον θέλημα καὶ φυσικὸν, ὥσπερ οὖν καὶ θεῖον καὶ πατρικόν.

Τὸ δ' αὐτὸ κἀν τοῖς ἑξῆς ὑπαινίττεται, φάσκων, « Χωρὶς ἁμαρτίας συνελήφθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας, καὶ χωρὶς μολυσμοῦ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα γεγέννηται. » Τὴν δέ γε θείαν Γραφὴν ἐπαινετῶς τε καὶ ψεκτῶς παράγει τῆς σαρ-

[a] Galat. IV, 4.

NOTÆ.

(a) *Προσελήφθη ἡμετέρα φύσις, οὐχ ἁμαρτία.* Sana hæc admodum, unaque forte Honorio, perinde ac Magno Athanasio, cogitata : nec tamen Macarius, quanquam Honorium sequi auctorem sibi videbatur, unamque illam ex Adæ culpa nobis inolitam, exscindere voluntatem, damnationem evasit; quod nempe homo dementissimus, sic abesse a Christo, ipsoque Adamo, vitium illud voluntatis humanæ contendebat, ut nec ipsa voluntas in eis humana esset, sed solum divina : quod certe in sani hominis mentem ne quidem venire possit, nec in Honorii, sapientissimi viri præstantissimique antistitis venisse putandum sit; nisi forte, eo duntaxat sensu, quod et humana, ipsa divina diceretur, quod ex divinis rationibus, et pro eo ac naturæ a Deo inditum erat a creatione moveretur; seu immobili rectitudine, ut in Christo ob unitionem, seu etiam in malum vertibili ex ipsa potestate arbitrii, ut in Adamo : quæ humanæ voluntatis non abolitio est, aut cum divina confusio; sed nativa, ut a Deo est, eique subjecta, illius perfectio. Paulo ante τὸ συνδρομῆς, quod legit Anastasius, aptius est : et paulo post idem prope repetitur, ascripta Patri incarnationis effectione per Filium ac Spiritus cooperationem. Nihil bene Anastasius, jungendo τοῦ γένους cum ἡδονὴν et reddendo *generis desiderium*; cum sit *libido generi dominans* (nobis scilicet ac mortalibus) *a seductione*.

Digitized by Google

κὸς μνημονεύουσαν, οὐχ ἑτέραν, μὴ γένοιτο, τῇ τε φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑποβάλλων νοεῖν, ὅς γε ταύτην ἠπίστατο προσληφθεῖσαν ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, ἤγουν τῶν τῆς ὁμοφυοῦς ἡμῖν Ἀειπαρθένου καὶ Θεομήτορος παναγίων σπλάγχνων, ἀλλ' ἑτέραν τῇ ἁμαρτησίᾳ, καὶ τοῦ μηδαμῶς ἀντιταττόμενον ἔχειν, καθάπερ ἡμεῖς ἐν τοῖς μέλεσι τὸν ἐκ παραβάσεως νόμον τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος. « Οὐ γὰρ προσελήφθη, φησὶν, ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡ κατεφθαρμένη ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας σὰρξ, ἡ ἀντιστρατευομένη τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς αὐτοῦ. » Οὗ τινος γὰρ οὐ προκαθηγήσατο ὁ καθ' ἁμαρτίαν διὰ σπορᾶς τῆς γεννήσεως νόμος, τούτου παντελῶς οὐ δὲ τοῖς μέλεσιν ἐνυπάρχει, ἀλλὰ νόμος θείας δικαιοσύνης πρὸς ὑποτύπωσιν ἡμῖν ἐκφαινόμενος (*b*), καὶ τὸν ἐκ παραβάσεως ἐπεισαχθέντα τῇ φύσει τελείως ἐξαφανίζων. Ἦλθε γὰρ, φησὶν, ὁ ἀναμάρτητος *ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς*, τουτέστι τὴν ἁμαρτήσασαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους φύσιν. « Ἕτερος γὰρ νόμος ἐν τοῖς μέλεσιν αὐτοῦ, ἢ θέλημα διάφορον ἢ ἐναντίον οὐ γέγονε τῷ Πατρί. » Ἐντεῦθεν δεικνὺς, οὐχ ὡς οὐκ εἶχεν ἀνθρώπινον θέλημα καὶ φυσικόν· οὐ γὰρ λέξας φαίνεται τοῦτο· ἀλλ' ὅτιπερ ὡς ἄνθρωπος οὔτε κατὰ σῶμα διὰ τῶν μελῶν τὴν οἰανοῦν ἐκέκτητο παρὰ φύσιν ἐνέργειαν, οὔτε μὴν κατὰ ψυχὴν θελήματος ἐναντίαν ἢ παράλογον κίνησιν, ὥσπερ ἡμεῖς, « ἐπειδὴ καὶ ὑπὲρ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτέχθη. »

Τρανώτερον δὲ κἀν τοῖς ἑξῆς παρίστησιν, ὡς ὁ λόγος ἦν αὐτοῦ μόνον τὸ ἐμπαθὲς, ἀλλ' οὐ τὸ φυσικὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀποδιορίσασθαι θέλημα. Καὶ ὅτιπερ, κἀν τῷ φυσικῷ καὶ ἀνθρωπίνῳ πρὸς τὸ Πατρικὸν καὶ θεῖον συνέβαινε μὲν, οὐδεμίαν τὴν ἐξ ἀντιπράξεως ἔχων πρὸς ἐκεῖνο διαφοράν, ὑποτύπωσιν δὲ διδοὺς ἡμῖν ἑαυτὸν, τὸ οἰκεῖον ἑκουσίως ὑπέταττεν· συνίστα δὲ τὸ Πατρικὸν, ᾧ ἂν καὶ ἡμεῖς ἐκμιμούμενοι, τὸ ἑαυτῶν ἀθετήσαντες, τὸ θεῖον διὰ πάσης σπουδῆς ἐκπληρώσωμεν, λέγων οὕτως· Κἂν γέγραπται, « *Ὅτι οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός*· καὶ, *Οὐχ ὅ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' εἴ τι σὺ, Πάτερ*, οὐκ εἰσι ταῦτα διαφόρου θελήματος, » τουτέστιν ἐναντίου καὶ ἀντιπράττοντος, « ἀλλὰ τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπίνης οἰκονομίας » οἰκειουμένης συμπτώσεις τὰ ἡμέτερα. « Ταῦτα γὰρ δι' ἡμᾶς ἔλεγεν, οἷς δέδωκεν παράδειγμα ὁ τῆς εὐσεβείας Διδάσκαλος, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπώμεθα· καὶ μὴ τὸ ἴδιον ἕκαστος ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κυρίου μᾶλλον ἐν πᾶσι προτιμήσῃ θέλημα. » Οὐκ ἀναίρεσιν οὖν, ὡς ἔφην, τοῦ φυσικοῦ καὶ ἀνθρωπίνου θελήματος, ἀλλὰ τοῦ ἐμπαθοῦς καὶ παρὰ φύσιν ποιεῖ· καὶ διόλου φάναι, τὸ πάσης

A carnis meminisse profert, non ut aliam natura ac substantia Domini carnem, quam nostram, intelligendam esse admoneat; absit! quippe qui hanc ex nostra assumptam substantia noverat, id est, ex sanctissimo utero ejusdem nobiscum naturæ perpetuæ Virginis ac Deiparæ; sed aliam peccandi pronitate, quodque nullatenus, velut nos adversantem legi spiritus, quæ ex prævaricatione est, in membris legem haberet. « Non enim assumpta est, inquit, a Salvatore caro a peccato corrupta, quæ repugnaret legi mentis ejus. » Cujus enim, quæ per semen est, generationi non præivit peccati lex, hujus omnino nec in membris est; sed divinæ lex justitiæ, ad informationem nobis elucens, legemque perfecte abolens, ex prævaricatione inolitam naturæ. *Venit* enim, inquit, qui immunis a peccato est, *quærere, et salvum facere quod perierat* [b]; humani scilicet generis naturam, quæ peccaverat. « Alia enim lex in membris ejus, aut voluntas diversa, vel Patri contraria, non fuit in membris ejus. » Quibus ostendit, non quod non habuerit humanam voluntatem (non enim hoc dixisse apparet), sed quod ut homo, neque secundum corpus ullam per membra innaturalem operationem haberet; neque vero secundum animam, contrarium voluntatis motum, aut abhorrentem a ratione, uti se res in nobis habet: « quod et supra naturæ humanæ legem natus est. »

Expressius autem et in sequentibus comprobat quod dixerat, hoc solum spectare ut libidinosam ac vitiatam, non ut naturalem voluntatem a Salvatore eliminaret, quodque in naturali quoque ac humana, illi cum Patre ac Deo voluntate conveniret, nulla cum eo ex repugnantia diversitate; sed ut nobis exemplum præberet, voluntatem suam sponte subjiciebat. Commendabat vero paternam, quatenus nos quoque ipsum imitati, nostram abdicantes, omni diligentia paternam impleamus; dum sic ait: « Licet enim scriptum sit: *Non veni ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me, Patris* [c], et: *Non quod ego volo, sed si quid tu, Pater* [d]; Non sunt hæc diversæ voluntatis; id est, contrariæ ac repugnantis; sed dispensationis humanitatis assumptæ, quæ sibi miserantis affectu nostra arrogaret. **132** Ista enim propter nos dicebat, quibus dedit exemplum pietatis Magister, ut sequamur vestigia ejus [e]; et non suam unusquisque nostrum, sed Domini in omnibus potius præferat voluntatem. » Non ergo naturalem atque humanam, uti dicebam, voluntatem interimit, sed vitiosam et innaturalem. Atque, ut prorsus dicam,

[b] Luc. XIX, 10. [c] Joan. VI, 38. [d] Marc. XIV, 36. [e] I Petr. II, 21.

NOTÆ

(*b*) Πρὸς ὑποτύπωσιν ἡμῖν ἐκφαινόμενος. *Ad nostram informationem elucens*, ut nobis formula et exemplar esset: uti etiam Paulus II Tim. I: Ὑποτύπωσιν ἔσχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας· ubi Chrysost. metaphoram ait desumptam ex arte pictoria, qua pictores rem pingendam sibi delineant atque informant. Fulg., *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti.* Anast. prorsus barbare, *ad imaginationem nobis ostensa est*; cujus et superiora, nullo sano sensu reddita; sed parcendum viro opera strenuo, sed non satis in Maximi stylo versato.

Digitized by Google

ab omni immunem peccato attestatur, qui pro nobis simili nobis ratione Deus incarnatus est.

Et, ut summa dicam, per unam voluntatem, hoc eum significare existimo; nempe solam divinam voluntatem, ejus secundum carnem generationi præivisse. Quod vero ait, « non esse voluntatis differentiam; » hoc est, non habere contrariam voluntatem aut repugnantem, sed quæ omnino consentiat, ac sit unita. Idcirco, tum quidem, cum naturam nostram a deitate assumptam dicit, unius meminit voluntatis : cum vero illud affert : *Non veni ut facerem voluntatem meam* [f]; tunc omisso numero : « Non sunt hæc, inquit, diversæ voluntatis, » hoc est, contrariæ et adversantis; ex quo palam conficitur, esse in Christo duas naturales voluntates. Nam si contrariam ut homo non habuit, naturali præditus fuit. Quod enim contrarium non est, naturale prorsus est; nec ullus contradicet. Nihil enim in natura, vel iis quæ sunt ex natura, prorsus contrarium est. Itaque verisimile est eos mentiri ac subdere, quod ille in suis vere sermonibus non scripsit; hocque moliri adversarios, ut opinioni suæ, quæ plane non optima sit, ex viri litteris velamentum quærant, quas contra ejus mentem male interpretentur. Suffragatur enim illi ratio, quæ omnem procul calumniæ vim atque insultum amoliatur.

Et ego quidem, sic se habere sensum existimo, ab omni plane suspicione purum. Certiorem autem ipsum reddidit sanctissimus presbyter dominus abbas Anastasius, e seniore Roma reversus, vir, si quis alius, divina virtute ac prudentia ornatus; qui et dixit, diu se multumque, cum magnæ illic Ecclesiæ sacratissimis viris sermonem contulisse, ejus, quam ad Sergium scripserant, epistolæ gratia; sciscitando, quid causæ esset, ac quomodo una illi voluntas inserta esset : invenisseque ejus rei causa dolentes, ac excusantes, **133** prætereaque, qui jubente Honorio hanc Latine dictaverat, sanctissimum abbatem Joannem, ei ab epistolis adjutorem, affirmantem, nullo modo in ea per numerum unius prorsus voluntatis mentionem fecisse; licet hoc nunc ab eis conflictum sit, qui epistolam Græce reddiderunt. At neque ullo modo abolendam seu excludendam censuisse naturalem

ἁμαρτίας ἐλεύθερον τὸ καθ' ἡμᾶς, ἐπιμαρτύρετος τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα Θεόν.

Καὶ ἵν' ἐπιτόμως εἴπω, διὰ τοῦ ἑνὸς θελήματος, τὸ μόνην τῆς αὐτοῦ κατὰ σάρκα γεννήσεως τὴν θείαν προκαθηγήσασθαι θέλησιν δηλοῦν αὐτὸν οἶμαι· διὰ δὲ τοῦ « μὴ ὑπάρχειν θελήματος διαφοράν, » τὸ ἐναντίον οὐκ ἔχειν ἢ ἀντιπράττον, ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον δι' ὅλου καὶ ἡνωμένον. Ὅθεν ἡνίκα μὲν τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐκ τῆς θεότητος προσειλῆφθαι λέγῃ, θελήματος ἑνὸς μνημονεύει· ἡνίκα δὲ τὸ, *Οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν*, εἰς μέσον τῷ λόγῳ προτίθησι, τὸν ἀριθμὸν ἀφείς, « Οὐκ εἰσὶ ταῦτα, φησὶ, διαφόρου θελήματος, » τουτέστιν ἐναντίου καὶ ἀντικειμένου, ἐξ οὗ τὸ δύο κατὰ φύσιν ὑπάρχειν ἐν τῷ Σωτῆρι θελήματα προδήλως συνάγεται. Εἰ γὰρ ἐναντίον οὐκ εἶχεν, φυσικὸν εἶχεν ὡς ἄνθρωπος. Τὸ γὰρ οὐκ ἐναντίον, φυσικὸν πάντως, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ· οὐδὲν γὰρ ἐν τῇ φύσει ἢ τοῖς κατὰ φύσιν παντελῶς ἐναντίον· Δέος οὖν πολλὰ βαίνειν (*c*) [ἐπιβαλεῖν], ὃ μὴ κυρίως ἐν τοῖς ἑαυτοῦ γέγραφε λόγοις, καὶ μηχανᾶσθαι τοὺς δι' ἐναντίας οἰκείας δόξης ὡς οὐκ ἀρίστης ἐπικάλυμμα ποιεῖν τάνδρὸς τὰ γράμματα, καθ' ἕτερον ταῦτα παρὰ τὸν ἐκείνου σκοπὸν παρεξηγουμένους. Συνηγοροῦντα γὰρ ἔχει τὸν λόγον, πᾶσαν τοῦ ἐπηρεαστοῦ καταδρομὴν ἀπελαύνοντα.

Καὶ οὕτω μὲν ἐγώ γε τὸν νοῦν ἔχειν ὑπολαμβάνω, πάσης ὄντα καθαρὸν ὑποψίας. Βεβαιότερον δέ μοι τοῦτον πεποίηκεν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπανελθὼν ὁ ὁσιώτατος πρεσβύτερος κύριος ἀββᾶς Ἀναστάσιος, ἀνὴρ εἴ καί τις ἄλλος ἀρετῇ τε θείᾳ καὶ φρονήσει κεκοσμημένος· καὶ φήσας ὡς πολὺς αὐτῷ λόγος κεκίνηται πρὸς τοὺς ἐκεῖσε τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερωτάτους ἄνδρας, διὰ τὴν πρὸς Σέργιον ἐξ αὐτῶν γραφεῖσαν ἐπιστολήν, ὅτου χάριν καὶ πῶς αὐτῇ διερωτῶν ἐνετάγη τὸ ἓν θέλημα, καὶ εὗρεν ἀσχάλλοντας ἐν τούτῳ, καὶ ἀπολογουμένους, καὶ πρὸς αὐτοῖς τὸν ταύτην ἐν Λατίνοις ὑπαγορεύσαντα, κατὰ κέλευσιν αὐτοῦ κύριον ἀββᾶν Ἰωάννην ἁγιώτατον σύμπονον, ἰσχυριζόμενον ὡς οὐδαμῶς ἐπίμνησιν ἐν αὐτῇ δι' ἀριθμοῦ πεποίηνται ἑνὸς τὸ παράπαν θελήματος, εἰ καὶ τοῦτο νῦν ἀνεπλάσθη παρὰ τῶν ταύτην ἑρμηνευσάντων εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Οὔτε μὴν τὴν οἱανοῦν κυρίωσιν (*d*) ἢ ἐκβο-

[f] Joan. VI, 38.

NOTÆ.

(*c*) *Δέος οὖν πολλὰ βαίνειν*. Istud erroris scribæ palam est. Anast. quibus duriuscule reddit, *Timor ergo est opinari*, Maximi litteram velut digito ostendit; nempe scripsisse, Δέος οὖν ἐπιβάλλειν, seu ἐπιβαλεῖν, quod etiam sentire, intelligere, opinari reddi quandoque queat: hic autem aptior ipsi ejus vocis communioracceptio, nempe *adjicere, subdere*. Sic certe Latinos Romæ excusare ait Maximus non scripsisse *unius* vocem in epistola, quæ tamen in Græcis exstaret: sicque subditiliam eam esse, ἐπιβεβλημένην, illorum fraude adjectam, qui tanti tantæque sedis antistitis auctoritate, novitati suæ præsidium quærerent: cum præsertim qua sic obscure simpliciusque conscripta erat. non videtur iis deesse vocis illius inserendæ occasio, ipsamque totam sibi rapiendi epistolam, quasi illa Honorius Sergio reipsa astipulatus esset. Hincque forsitan ejus tandem et Romæ relictum vadimonium, ne, dum satis purgari non poterat, labis aliquid per ejus defensionem videretur prima ipsa sedes in Honorii successoribus contrahere, viris scilicet tanto fidei zelo clarioribus, quanto Honorius vel certe leniori in eam opera, ejus ipso ortu, videbatur seipsum obscurasse.

(*d*) *Τὴν οἱανοῦν κυρίωσιν*. Quin Maximus ἀκύρωσιν scripserit, vix dubito, eamque vocem altera illi subjecta exposuerit, ἢ ἐκβολήν. Sic certe ambæ unæ voces ejusdem sensus ac probe Græcæ, sibique

Digitized by Google

λὴν τοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον φυσικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος, ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς καὶ διαβεβλημένου τ λείαν ἀποσκευὴν καὶ ἀναίρεσιν, καθ' ὃ καὶ ὁ πρὸς ἄλληλα τῶν ὁμογενῶν συνίσταται πόλεμος, δεῖξαι βουλόμενοι πάσης οὖσαν καθαρὰν ἁμαρτίας τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα, κατὰ τὴν τῶν ἱερωτάτων λογίων καὶ τῶν Πατρικῶν διδαγμάτων παράδοσιν. Καὶ φαίνονται πως διὰ τῶν τοιούτων λόγων, συνᾴδοντες τοῖς ἀρτίως ἐξηγηθεῖσι παρὰ τῆς ἐμῆς οὐδενίας, καὶ οἷον ἐπισφραγίζοντες τὴν ὑπὲρ Ὑνωρίου γενομένην συνηγορίαν.

Ταῦτα γοῦν ἀπολογησαμένους διαγνοὺς, ἐθαύμασα λίαν αὐτῶν τὴν ἀκρίβειαν, ὥσπερ οὖν καὶ κατεπλάγην τὴν πανουργίαν, τῶν πάντα τολμώντων ὑπὲρ ἑνὸς, τοῦ διακενῆς ἀσεβεῖν, καὶ θελόντων, ὡς ἔθος αὐτοῖς πάλαι καὶ νῦν, παρακλοπαῖς τισι καὶ παρεξηγήσεσι τοὺς ἐκθύμως κατ' αὐτῶν ἀγωνιζομένους, τό γε παρὰ τὸ εἰκὸς, εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπᾶσθαι, καὶ τὸν νοῦν σφετερίζεσθαι μηδαμῶς συνεπόμενον. Ἀναγκαίως οὖν καὶ τοῦτο μαθὼν δεδήλωκά σοι, θεοτίμητε Πάτερ, ὡς ἂν διὰ πάντων φραξάμενος ἔχοις, ὅπως διακρούσῃ τῶν ἐναντίων τὰς φάλαγγας, λόγῳ τε βάλλων εὐτόνως καὶ πίστει κατὰ κράτος ὑπερνικῶν, δόξαν τε τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐντεῦθεν εἰς ἀνάῤῥησιν ἔχων, καὶ διάδημα τὴν αὐτοῦ κατὰ χάριν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν.

Ἀλλ', ὦ ἱερωτάτη καὶ τιμία μοι κεφαλὴ [23], ταῦτα γνώρισον τῷ ἱεραρχικῶς προκαθημένῳ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, οὗ πάντες οἵ τε πλησίον, καὶ οἱ μακρὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας ὁσίως ἐπαναπαυσόμεθα, μόνην κρηπῖδα δογμάτων ἱερωτέρων τὴν αὐτοῦ τε καὶ δι' αὐτοῦ μακαρίαν ἔχοντες ἐλλαμψιν, δι' ἧς πρὸς τὸ ἄσκιον φῶς καὶ Πατρικὸν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ χειραγωγούμεθά τε καὶ ἀναγόμεθα· πρὸς αὐτὸν ὡς ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, μετὰ τὸν φύσει καὶ πρῶτον, ἀποσκοποῦντες, καὶ τὰς τρίβους εὐσεβῶς κατευθύνοντες, εἰς ζωὴν ἐπειγόμενοι τὴν οὐ φθορᾷ λυομένην, ἀλλ' ἀφθαρσίᾳ συνισταμένην, ἧς ὥσπερ ἐνταῦθα ταῖς θεολήπτοις αὐτοῦ προσευχαῖς, καὶ ταῖς θεοσόφοις διδασκαλίαις ἐλπίδι μετέχομεν, οὕτω κἀκεῖ τῇ θεουργῷ μεσιτείᾳ καὶ προσαγωγῇ πείρᾳ κοινωνῆσαι καταξιωθείημεν, κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ μονὴν καὶ τελείωσιν.

Salvatoris, qua homo est, voluntatem; sed eam duntaxat quæ nostra est, atque vitii labem habet, penitus eliminasse ac sustulisse; ex qua est, ut et inter generis communione conjunctos et affines, conflentur pugnæ bellaque: hoc nempe satagentes, ut assumptam carnem ab omni mundam peccato ostenderent, uti plane sacratissima oracula Patrumque documenta docent. Ac liquet, quod sic illi loquuntur, illis consentire quæ modo exposita sunt a mea tenuitate, suoque suffragio allatam pro Honorio defensionem eos confirmare.

Hæc itaque ubi illos excusasse cognovi, oppido miratus sum eorum diligentiam ac solertiam; vicissimque horum etiam obstupui malignos mores ac vafritiem, qui hoc uno omnia audeant, ut impietati litent, ac sicut olim illis consuetum est, sic et nunc in more positum habent, ut furto quæsitis falsisque expositionibus, eos ipsos qui strenue adversus illos decertant, absurde prorsus ad se trahant, eorumque mentem, quæ nihil faveat, sibi tribuant. Necessario igitur, qui hoc didicerim, tibi quoque, Deo venerande Pater, ut significarem, operæ pretium duxi; quo scilicet undique communitus habeas unde adversariorum turmas dispellas, forti vigore doctrinæ vi illorum jugulum petens, fideique mucrone penitus profligans ac delens; atque inde Unigeniti gloriam ad victoriæ præconium ac diadema, ipsius per gratiam societatem ac unionem habens.

At, o sacratissimum summeque mihi venerandum caput, hæc ei nota facito, qui pontificis arce, inculpatæ nostræ ac orthodoxæ fidei præsidet, cujus sub pennis, omnes qui prope, et qui longe, sancte conquiescemus; unam sacratissimorum dogmatum basim illius nacti, ac per eum, beatam illustrationem; cujus fulgoribus ad lucem nullis umbris obsitam Patrisque in Spiritu fulgores manuducimur ac promovemur; ad ipsum respicientes ut nostræ salutis Auctorem, secundum eum qui id natura ac princeps est; pieque semitas 134 dirigentes, ad vitam festinando nullo interitu dissolubilem, sed incorruptione firmam ac stabilem: cujus, sicut hic, divinis ejus precibus sapientissimisque doctrinis spe participes sumus, sic illic futuroque ævo deifica intercessione ac admissione reipsa consortes effici mereamur; qua mansionem in ipso Verbo Deoque, Domino nostro Jesu Christo, ac consummationem consequemur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Περὶ ποιότητος, ἰδιότητος, καὶ διαφορᾶς, Θεοδώρῳ πρεσβυτέρῳ τῷ ἐν Μαζαρίῳ (e).

Οὐκ οἶμαι πρὸς γνῶσιν ἑτέρου δεῖσθαί τινος τῶν ἁπάντων τοὺς ἱερωτάτους ὑμᾶς, ἐν αὐτὸ ἤδη δι'

EJUSDEM,

De qualitate, proprietate et differentia, seu distinctione, Theodoro presbytero in Mazario.

Haud putem ullo vos alio (viri sacratissimi) ex omnibus ad scientiam egere, qui jam simplicis vir-

[23] Is forte Arcadius Cypri archiepisc., qui egregiam in Monothelitas operam navavit.

NOTÆ.

optime respondentes, non quod Anastasius videtur legisse, nempe κένωσιν, dum reddit *exinanitionem*; nisi et illi istud obrepsit vel scribæ vel typorum mendo, pro *abolitionem*. Sic passim Latinis depravantur voces, tum maxime, cum ex vetustis membranis, vel fallente oculo, vel manu præcurrente exscribuntur, exque apographo vulgantur.

(e) *Πρεσβυτέρῳ τῷ ἐν Μαζαρίῳ.* Mazara urbs

Digitized by Google

tutis munere hoc nacti sitis, ut ad unum ipsum sapientiæ præstitorem Spiritum sanctum mente clametis; ex quo etiam aliis infiniti muneris sapientiæ latice, velut e fonte, divina funditis: oris sermone large sensa profundentes, ut ad nos quoque humiles, omnisque eruditionis expertes, ad divinam capessendam scientiam ac disciplinam propensa benignitate extendatur: quamvis non me latet qua usi estis demissione, ex me scisçitando, eo scilicet animo ut provehatis, magisque adhuc per summam dejectionem, ad vestræ scientiæ sublimem arcem nos humi jacentes pressosque ignorantia, attollatis; quo nimirum per vestram illam modestiam depulsa mihi segnitie, ac per sciscitationem depurgata mentis insipientia, ad sapientiæ habitum, acremque et efficacem animi alacritatem ducatis; quibus, qui ea donantur, per gratiam salutem consequuntur; eorum scilicet opera qui, vobis similes, his qui digni sunt salutem præstare meruerunt.

Dicam igitur, de quibus ipsi erudiendo, amplius exquirendum jussistis, de qualitate scilicet, et proprietate, et differentia; ejusmodi esse nomina, quæ apud profanos scriptores multiplicis sint ac variæ significationis; longumque sit, quas in istis divisiones adhibent, explanare, orationemque protrahere, ut non tam epistolæ justam mediocritatem, quam plenæ lucubrationis modum videatur habere. Divinis autem Patribus, ipsa cohærens **135** brevisque horum explanatio est, ut non de subjecto accipiantur (de substantia scilicet et natura), sed de iis quæ in substantia (atque adeo in hypostasi seu persona) considerantur. Qualitatem igitur dicunt esse, essentialem quidem, ut in homine, quod rationalis est; aut equo, quod hinnibilis; hypostaticam vero seu personalem, ut hujus cujusdam hominis, quod sit aquilinus aut simus; vel hujus cujusdam equi, quod sturnini variique coloris, aut quod flavi. Sic vero etiam in reliquis omnibus creatis substantiis

A ἀρετῆς ἁπλῆς προσβοᾷν κεκτημένους κατὰ νοῦν σοφίζον, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐξ οὗπερ καὶ ἄλλοις τὸ θεῖα πηγάζετε κατ' ἀπειρόδωρον τῆς σοφίας χύσιν, τῆς τῶν νοημάτων διὰ προφορᾶς λόγου ποιούμενοι πρόχυσιν, ὡς καὶ μέχρι τῶν κατ' ἐμὲ ταπεινῶν, καὶ λόγου παντὸς ἀμοιρούντων ταύτην φιλανθρώπως ἐκτείνειν εὖ μάλα πρὸς ἐπιστήμην θείαν καὶ μάθησιν, εἰ καὶ συγκαταβάσει χρωμένους οἶδα δι' ἐρωτήσεως, ἐφ' ᾧ τε προβιβάσαι, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸ οἰκεῖον δι' ἄκρας ὑφέσεως μετεωρίζειν ὕψος τῆς γνώσεως τοὺς κάτω που κειμένους ἡμᾶς, καὶ ἀγνοίᾳ πιεζομένους, ὡς ἂν τὴν νωθείαν τῇ ὑποβάσει, τῇ τε πνεύσει τὴν ἄνοιαν τῆς ἐμῆς ἐκκαθάραντες διανοίας, εἰς ἕξιν ἀγάγοιτε γνωστικὴν, καὶ προθυμίαν εὐτονόν τε καὶ πρακτικὴν, ἐξ ὧν τοῖς σωζομένοις ἡ σωτηρία
B κατὰ χάριν προσγίνεται, διὰ τῶν καθ' ὑμᾶς σώζειν τοὺς ἀξίους ἠξιωμένων.

Λέγω γοῦν περὶ ὧν ἐκπαιδεύοντες προσεξετάζειν παρεκελεύσασθε, ποιότητός φημι, καὶ ἰδιότητος καὶ διαφορᾶς· πολυσχεδῆ μὲν τούτων παρὰ τοῖς ἔξω τυγχάνειν τὴν σημασίαν, καὶ μακρὸν ἂν εἴη τὰς ἐν τούτοις ἐκείνων διαιρέσεις ἐξαπλοῦν, λόγον τε διατείνειν, ὡς οὐ μᾶλλον ἐπιστολικῆς ταῦτα συμμετρίας, ἢ γραφικῆς ἀσχολίας τυγχάνοντες. Τοῖς δὲ θείοις Πατράσιν, συνεχής τε καὶ σύντομος ἡ τούτων καθέστηκε δήλωσις, οὐκ ἐπί τινος ὑποκειμένου λαμβανομένη, τουτέστιν οὐσίας καὶ φύσεως, ἀλλὰ τῶν
C τῇ οὐσίᾳ, καὶ μέντοι γε τῶν τῇ ὑποστάσει θεωρουμένων. Ποιότητα γοῦν εἶναί φασιν, οὐσιώδη μὲν ὡς ἐπ' ἀνθρώπου τὸ λογικόν, ἢ ἵππου τὸ χρεμετιστικόν· ὑποστατικὴν δὲ τοῦ τινος ἀνθρώπου γρυπὸν, ἢ σιμόν· ἢ τοῦ τινος ἵππου τὸ ψαρὸν ἢ ξανθόν. Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει γενητῶν ἁπάντων οὐσιῶν καὶ ὑποστάσεων, κοινῶς τε καὶ ἰδικῶς, ἤγουν καθολικῶς τε καὶ μερικῶς τοῖς οὖσιν ἐνθεωρουμένην, καθ' ἣν καὶ πρὸς ἄλληλα διαφορὰ τῶν τε εἰδῶν καὶ

NOTÆ.

Siciliæ littoralis in ora australi inter Thermas. Philipp. Ferrar. Libens Maximus scribit, his qui Romanæ diœcesis erant; vel qui paulo remotiores ab urbe Constantinopolitana liberius et doceri fidem, et docere poterant, in ea urbe potissimum, longa præsulum Monothelitarum serie exagitatam ac pene excisam, donec tandem per Seniorem Romam, novæ fidei lux nova affulsit: nec tamen animorum omnem rancorem, etiam ei Honorio litans, eximere potuit, quin se ille brevi post explicaverit, in eo sacerdotum cœtu, qui iterum in Palatii Trullo, Justiniano II imperatore, convenientes, per absentiam aliarum omnium sedium patriarchalium, canones edidere, nec paucos apostolicæ sedi injurios; quo ausu schismati radicem posuere; ut bene Matthæus Caryophilus archiepiscopus Iconiensis, vir Græcorum catholicissimus, in Confutatione Nili Thessalon. *De primatu papæ*. Placetque illa ejus observatio: *In summa, quidquid Orientales in conciliis egerunt clam papa, non sacris conciliis tribuenda sunt, sed artificiosis quorumdam machinamentis.* De Honorio vero, *Non ferebant quatuor Constantinopolitanos patriarchas anathematizari ut hæreticos Monothelitas, et non inseri Honorium Romanum.* Idque adeo sit, quod ait Adrianus papa in VIII synodo act. 7, dictum anathema Honorio post mortem ab Orientalibus, ὅτι ἐπὶ αἱρέσει κατηγορήθη· nec tamen sententiam ferre quemquam
D patriarcharum aut præsulum potuisse, εἰ μὴ ἡ τῆς αὐτῆς πρώτης καθέδρας αὐθεντία συνήνεσεν ἐπὶ τούτῳ. Reddebat Radd., *Nisi ejusdem primariæ sedis accedente ad eam rem auctoritate.* Tulisse itaque hanc injuriam Romanam Ecclesiam hæc significant, ut vel ea exulceratos Orientalium animos patriarcharum maxime ex nomine proscriptione e synodo Lateranensi, quovis modo liniret; uniusque periculo capitis, tot annorum schisma sopiret, ac Christi gregis tantam sibi partem, sicque illustrem (Senior Roma, novam; mater, filiam) adjungeret. Hæc Honorii antiquis nota defensio; hæc probata; hæc incolumis per tot sæcula, ante novitiam Sirleti ac sequacium cusam, steterat, stetitque ac stabit; ut sibi unius veritatis candor ecclesiasticis probe fultus monumentis, non conjectura nutans, semper sufficit: uno hoc Ecclesia feliciter vincit, nec ullam τοῖς ἔξω sua traducendi copiam facit; quin eorum imminet jugulo, hac vere armatura velut acies ordinata, illis terribilis.

Digitized by Google

ἀτόμων γνωρίζεται, διευκρίνουσα τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν.

rebus consideratur; secundum quam specierum qua distincte rerum veritas intelligatur.

A et personis, communiter et proprie, id est, universaliter et particulariter, qualitas proprietasque in individuorumque differentia ac distinctio noscitur,

Ἐπὶ δὲ τῆς ἀγεννήτου καὶ μοναρχικῆς φύσεως, οὐκ ἂν μὲν ὅλως ἡ κυρίως λεχθείη ποιότης. Οὐ γὰρ ἐξ οὐσίας τινὸς καὶ συμβεβηκότων τὸ Θεῖον, ἐπεὶ καὶ κτιστὸν ἔσται πάντως, ὡς ἐκ τούτων σύνθετον καὶ συγκείμενον. Καταχρηστικῶς δὲ, καὶ ὅσον ἂν τις ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς δύναιτ' ἂν τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς εἰκάζειν· ἄτε δὴ μήτ' ἄλλως ἢ οὕτως καὶ μόγις ἱκανούντων ἡμῶν τὴν ἐκείνων ἀμυδρῶς εἰσδέξασθαι γνῶσιν, καὶ λόγῳ κἂν ποσῶς γοῦν, εἰ καὶ μὴ τελείως, διατρανοῦν· φυσικὴ μὲν ποιότης ἐστὶ τὸ πανάγιον, τὸ πανσθενὲς, τὸ παντέλειον, τὸ ὑπερτελὲς, τὸ αὐτοτελὲς, τὸ αὐτοκρατορικὸν, τὸ παντέφορον, καὶ εἴτι τοιοῦτον ἄλλο λέγεται φυσικόν τε καὶ θεῖον, καὶ θεῷ μόνον συμπρέπον ὡς ὑπερούσιον. Ὑποστατικὴ δὲ ποιότης, Πατρὸς μὲν τὸ ἀγέννητον, Υἱοῦ δὲ τὸ γεννητὸν, καὶ Πνεύματος ἁγίου τὸ ἐκπορευτὸν, ἤγουν ἀγεννησία, καὶ ἡ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, ἅπερ καὶ ἰδιότητας ὀνομάζουσι, διὰ τῷ μόνον αὐτῷ καὶ οὐκ ἄλλῳ [(*f*) τῷ περὶ Θεοῦ λέγεται] προσεῖναι ταῦτα φυσικῶς ἢ ὑποστατικῶς. Ἐξ ὧν αἵ τε οὐσιώδεις καὶ ὑποστατικαὶ συνίστανται διαφοραὶ, καταχρηστικῶς μὲν, ὡς ἔφην, ἐπὶ Θεοῦ, κατὰ φύσιν δὲ κυρίως ἐπὶ τῶν γενητῶν ἁπάντων. Ὅθεν ταυτὸν μὲν ἀλλήλοις ὑπάρχειν ταῦτά φασι, ποιότητά φημι καὶ ἰδιότητα καὶ διαφοράν, καὶ τῶν τε συμβεβηκότων, ἀλλ' οὐχ ὑποκειμένου τινὸς, ἤγουν οὐσίας λόγον ἐπέχειν. Διαφέρειν μὲν τῷ τὴν ποιότητα καθολικωτέραν εἶναι, καὶ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς, εἴπερ οὐδὲν παρὲξ Θεοῦ τῶν ὄντων ἄποιον, ὡς οὐκ ἄσχετον, οὐδὲ ἀνείδεον. Τὴν ἰδιότητα δὲ μερικὴν, ὡς πρὸς ἐκείνην (*g*), καὶ μὴ ἁπασῶν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ τοιῶσδε [ὁπωσοῦν καὶ ἁπλῶς, ἀλλὰ τοιῶσδε] λέγεσθαι, καὶ ἐπὶ τῆσδε τῆς οὐσίας, καὶ οὐκ ἄλλης· τὴν δὲ διαφορὰν ὡς συστατικὴν τῶν ὄντων καὶ ἀφοριστικήν. Ὅθεν καὶ οὕτω ταύτην κατονομάζουσι, συστατικὴν καλοῦντες διαφοράν, διευκρίνουσαν, ὡς ἔφην, τὰ ὄντα κατά τε οὐσίαν καὶ φύσιν, κατά τε πρόσωπον καὶ ὑπόστασιν, καὶ πᾶσαν πασῶν ἐλαύνουσαν τροπήν τε καὶ σύγχυσιν.

Ad ingenitam autem unius principatus naturam quod attinet, non omnino proprieque in ea qualitas dicatur. Non enim divinitas ex substantia ac accidentibus concrescit; nam alioqui etiam omnino creata fuerit, velut quæ ex illis composita ac conflata sit. Per abusionem tamen, ac quantum quis ex humanis rebus, de iis, quæ superiora sunt quam pro illarum ratione, conjicere possit (quippe cum una hac duntaxat, nullaque alia ratione, atque id obscure vixque illorum notitiam capere valeamus, B ac tantisper sermone, quanquam non perfecte, enucleare) naturalis qualitas est, omnis generis sanctitas, robur, perfectio: omni celsior perfectione perfectio, a seipso perfectio, omnium conservatrix vis ac potentia, omnium inspectrix: ac si quid aliud ejusmodi naturale atque divinum, unique Deo conveniens (quippe quod superessentiale) dicitur. Personalis autem qualitas, Patris quidem, ingenitum; Filii autem, genitum; Spiritus sancti, procedens; id est, *innascentia* (ut sic loquar), nativitas et processio, quas etiam proprietates vocant; quod nimirum illi soli, non alii hæc suppetant, vel naturali ratione, vel quæ ad hypostasim seu personam spectat: ex quibus, tum essentiales, tum personales differentiæ constituuntur: abusu quidem in Deo, C uti dicebam: natura vero proprie, in omnibus creatis. Quamobrem hæc quidem idem inter se esse dicunt, qualitatem, proprietatem et differentiam; sic tamen ut accidentium, non vero subjecti alicujus (id est, substantiæ) rationem habeant. Distingui **136** vero aiunt, quod qualitas universalior sit, ac prorsus in omnibus: nulla quippe res (modo solum Deum excipias) omni qualitate vacat, velut non absoluta, aut quæ omni forma careat. Proprietas autem, si cum illa conferas, particularis, et quæ non quovis modo ac simpliciter, sed tali, certaque ratione dicatur, deque hac et non alia substantia. Differentia autem, ut quod vim constituendi et insigniendi ac distinguendi res habeat. Quamobrem etiam ita hanc vocitant; constituentem ac insignientem differentiam appellantes, quæ res, uti dicebam, distinguat, quod ad substantiam naturamque attinet, et quod ad personam ac hypostasim, omnemque ab omnibus mutationem confusionemque eliminet.

Αὕτη οὖν καὶ οὕτως ἔχουσα, κατὰ τὴν τῶν Πατέρων διδασκαλίαν, ἡ περὶ ποιότητος καὶ ἰδιότητος καὶ διαφορᾶς, ὡς ἐν ἐπιτομῇ φάναι, διάληψίς τε καὶ διασάφησις. Ἀμήχανον δέ τι τούτων εἶναί ποτ' ἂν ἢ ἐπινοηθῆναι δύνασθαι χωρὶς τῆς ὑποκειμένης οὐσίας, ἧς καὶ ἔστι καὶ λέγεται τούτων ἕκαστον·

D Hæc igitur, inque eum modum se habens, juxta Patrum doctrinam (ut sub compendio loquar) quæ de qualitate, proprietate et differentia commentatio ac explanatio est. Ut autem horum quidpiam unquam sit aut possit intelligi absque substantia seu essentia, cujus horum quodque tum est, tum dici-

NOTÆ.

(*f*) *Τῷ, περὶ Θεοῦ λέγεται.* Videntur hæc verba ex margine in textum irrepsisse, nec aliud esse quam scholion ac indicationem Maximo non insuetam, qua significet de Deo solum illi sermonem esse; idcirco clausa visum est repræsentare.

(*g*) *Ὡς πρὸς ἐκείνην.* Luxatam litteram, et laborantem in voce ἁπασῶν (quam unam mutavi ὁπωσοῦν) mihi videor restituisse, ut clarus sensus sit, et differentiæ explicatio tradita. Varin. certe vocem ὁπωσοῦν, voce ἁπλῶς explicat; nec aliter Maximus: ut ὁπωσοῦν et ἁπλῶς qualitati assignet, τὸ τοιῶσδε differentiæ; quomodo sic se habent, ut commune et proprium; et quod absolute, et certo aliquo modo; de pluribus, deque uno dicitur.

Digitized by Google

tur esse, haud fieri possit. Substantiæ enim, non sua ipsius, qualitas esse dicitur, et proprietas et differentia; ac, qui eat inficias, mentis inops est, naturali vecors emotus ratione; qua unus, ultraque omnes demens, excessit sophista Severus; quippe qui ea quæ nusquam prorsus sunt, ipse comminiscatur ac sibi confingat, et qualitatum substantiæ expertium in Christo differentiam dicat; quo nimirum ipsum non vere exsistentem statuat, ea ratione, quod naturas ex quibus et in quibus consistit, aboleat, unaque rursus qualitates abjiciat. Nunquam enim fiat, ut interemptis naturis; at neque ut in his jam, aut prorsus ex illis (nempe qualitatibus) Christus consistat; vel si eum compositum miser portento confingat, atque hinc ad ipsum perfecte negandum procedat. Non enim Deus aut Dei natura, quæ sit composita: alioqui etiam natura omnis composita, Deus sit natura. Quod si natura omnis composita Deus est natura, fit Patrem, ut qui omni vacet compositione, nec Deum esse, quantum ille existimat. Nam si quod compositum est, Deus natura est; quod non est compositum, nec Deus natura est. Quod si id etiam quod non est compositum, Deus natura est, plurium deorum assertor, homo sine Deo, Deique adversarius (impius scilicet) palam proditus est, ignorans **137** eum, qui cum vere Deus sit, caro factus est; sic tamen, ut et in ipsa persona composita, naturæ cum Patre simplicitatem, et, quod omni vacet compositione, ut Deus natura et ex Deo, servet, etsi homo ex hominibus per hominem supra homines, assumptione carnis anima intelligente præditæ, natus est. Ac neque hominem, qui homo factus est, Deum confitetur, ab omni humanitatis sensu alienus ac nec homo dicendus, ut qui in eo hominis naturam inficietur, uti et divinam. Non enim duplicis eum naturæ, seu naturis duplicem statuit, quemadmodum Patres sentiunt; sed compositam quamdam atque spuriam naturam invehit, perditam Apollinarii æmulatus impudentiam. Inque eum modum, magnum in rem nostram, homo scelestissimus, abrogans dispensationis mysterium, nominum appellatione captiosi oratoris more callide artificioseque abutitur, ne ejus facile furta deprehendantur; ac velut sensum fricat, ut blande obrepentem impietatem suscipiat. Deum enim atque hominem eum vocat, cum vere utriusque nominis proprietatem (veritatem scilicet) destruat; quippe qui naturas, quarum oppido appellationes sunt, minime confiteatur. Item differentiam nuncupat, qui nullam differentiam agnoscat; cum in ejus sententia, nullæ res natura subjectæ sint, penes quas differentia ac distinctio exsistat; ut et confusionem inducat per unam naturam compositam, naturasque inficiando, non exsistentiam sanciat; videaturque nominum assertione quod interimit, occultare; atque differentiæ vocibus confusionem explodere. Tanta scilicet male feriati hominis dementisque demens vere molitio ac subtilitas, ignorantiæ obtecta caligine, iisque qui se illius fraude capi sinant, offundens tenebras.

Ad quos, quasi pro illo contendentes, operæ pretium ut orationem convertamus, atque hoc addemus, siquidem, ut vos existimatis, Severus,

A οὐσίας γὰρ ἀλλ' οὐχ ἑαυτῆς ἡ τε ποιότης λέγεται καὶ ἰδιότης καὶ διαφορά· καὶ ὁ μὴ τοῦτο λέγων, ἠλόγησε, τοῦ κατὰ φύσιν λόγου παρὰ λόγον ἑκστάς. Οὗπερ μόνος καὶ παρὰ πάντας Σευῆρος ὁ παράφρων σοφιστὴς, ὡς τὰ μηδαμῆ μηδαμῶς περινοῶν ἑαυτῷ καὶ πλαττόμενος, καὶ ποιοτήτων ἀνουσίων ἐπὶ Χριστοῦ λέγων διαφορὰν, ἵν' ἀνύπαρκτον αὐτὸν ἀποφήνῃ, τῇ τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε φύσεων ἀποσκευῇ, καὶ αὐτῶν-γε πάλιν συναποσκευῇ τῶν ποιοτήτων. Οὐ γὰρ δύναιντ' ἂν ἀναιρουμένων τῶν φύσεων, ὡς μηδὲ κἂν ταύταις λοιπὸν ἢ ὅλως ἐκ τούτων, λέγω δὲ τῶν ποιοτήτων, ὑφιστᾷν δύνασθαι τὸν Χριστὸν, εἰ καὶ σύνθετον αὐτὸν τερατολογεῖ ὁ δείλαιος, κἀντεῦθεν τελείαν αὐτοῦ ποιούμενος τὴν ἐξάρνησιν. Οὐ γὰρ Θεὸς ἡ Θεοῦ φύσις, ἡ σύνθετος·
B ἐπεὶ καὶ πᾶσα σύνθετος φύσις φύσει Θεός. Εἰ δὲ πᾶσα σύνθετος φύσις φύσει Θεὸς, οὐ Θεὸς κατ' αὐτὸν ὁ Πατὴρ ὁ ἀσύνθετος· εἰ γὰρ τὸ σύνθετον φύσει Θεὸς, οὐ φύσει Θεὸς τὸ ἀσύνθετον. Εἰ δὲ καὶ τὸ ἀσύνθετον φύσει Θεὸς, πολύθεός τις ἂν ἀπέφηνεν ὁ ἄθεος καὶ ἀντίθεος, ἀγνοήσας τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν καὶ σάρκα γενόμενον, ἀλλὰ φυλάξαντα κἀν τῇ συνθέσει τῆς ὑποστάσεως τὸ πρὸς τὸν Πατέρα κατὰ φύσιν ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον, ὡς Θεὸν φύσει καὶ ἐκ Θεοῦ, κἂν ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων διὰ ἀνθρώπου ὑπὲρ ἀνθρώπους γεγέννηται προσλήψει σαρκὸς ψυχὴν ἐχούσης τὴν νοεράν· κἂν οὐδὲ ἄνθρωπον ὁμολογεῖ τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν ὁ ἀπάνθρωπος, ὡς φύσιν ἐπ' αὐτοῦ τὴν ἀνθρώπου, καθὰ καὶ τὴν θείαν,
C ἀρνούμενος. Οὐ γὰρ διφυᾶ τοῦτον, ἤγουν διπλοῦν τὴν φύσιν, ὡς οἱ Πατέρες, ἀλλὰ σύνθετόν τινα καὶ νόθον ὑποτίθεται φύσιν, τὴν Ἀπολιναρίου βδελυρίαν ζηλώσας. Ταύτῃ γε τὸ μέγα τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας ἀποσκευάζων μυστήριον ὁ ἀλητήριος, τῇ κλήσει τῶν ὀνομάτων εὐμηχάνως ὡς δεινὸς ἀποχέρηται ῥήτωρ, δυσφώρατον ποιούμενος τὴν τῶν πραγμάτων ὑποκλοπὴν, καὶ οἷον ὑποκνίζων τὴν αἴσθησιν, εἰς τὴν τῆς ἀσεβείας παραδοχήν. Θεόν τε γὰρ αὐτὸν ἀποκαλεῖ δῆθεν καὶ ἄνθρωπον· ἀποσκευάζει δὲ θατέρας προσηγορίας τὴν κυριότητα τὴν ἀλήθειαν, ὡς οὐχ ὁμολογῶν τὰς φύσεις, ὧν προδήλως
D αἱ κλήσεις τυγχάνουσι. Καὶ διαφορὰν λέγει, μηδεμίαν γνωρίζων διαφορὰν, τῶν διαφερούντων οὐχ ὑποκειμένων φύσει κατ' αὐτὸν τῶν πραγμάτων, ἵνα καὶ σύγχυσιν ἐπεισκρίνῃ διὰ τῆς μιᾶς συνθέτου φύσεως, καὶ ἀνυπαρξίαν νομοθετήσῃ τῇ ἀπαρνήσει τῶν φύσεων· καὶ δόξῃ τοῖς μὲν ὀνόμασι τὴν ἀναίρεσιν ἐπικαλύπτειν, τῇ δὲ διαφορᾷ διαῤῥίπτειν τὴν σύγχυσιν· τοσαύτη τοῦ κακόφρονος ἡ κακόφρων ὄντως μηχανὴ καὶ ἐπίνοια, τῷ τῆς ἀγνοίας ζόφῳ καλυπτομένη, καὶ σκοτίζουσα τοὺς ἁλόντας.

Πρὸς οὓς δέον, ὡς ὑπὲρ ἐκείνου διατεινομένους τρέψαι τὸν λόγον, καὶ τοῦτο προσειπεῖν, ὡς εἰπερ καθ' ὑμᾶς Κυρίλλῳ τῷ ἀοιδίμῳ Σευῆρος κατακολου-

Digitized by Google

θῶν ὁμολογεῖ τὴν διαφορὰν, ἐκτρεπόμενος τὴν συναίρεσιν, πῶς οὐ συνομολογεῖ καὶ τὰς φύσεις αὐτῷ, κἂν ταύταις, ὡς ἐκεῖνος, τὴν οὐσιώδη γνωρίζει διαφοράν, μόνην ἀποσκευαζόμενος τὴν τούτων διαίρεσιν, ἀλλὰ ποιότησι μόνον ψιλαῖς παρὰ τὸν ἐκείνου νόμον καὶ ὅρον τίθεται τὴν διαφοράν; Ὅτι γὰρ ὁμολογεῖ τὰς φύσεις ὁ μακάριος Κύριλλος, ὧν καὶ τὴν διαφορὰν δογματίζει, δῆλον ἐκ τοῦ μὴ δὲ Νεστορίῳ τῷ διῃρημένῳ κατ' αὐτήν γε τὴν τῶν φύσεων ὁμολογίαν ἀπαξιοῦν κοινωνεῖν, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὴν τῆς ἐννοίας τὸ σύνολον. « Τί γὰρ, φησὶν ὁ διδάσκαλος, κοινὸν ἐμοὶ καὶ Νεστορίῳ; τὸ δύο λέγειν τὰς δύο φύσεις μέχρι τοῦ γινώσκειν τὴν διαφορὰν τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἑτέρα γὰρ αὕτη κατὰ τὴν φυσικὴν ποιότητα, καὶ τῆς οὐσίας οὐχ ὁμογενὲς παρ' ἐκεῖνον. » Ἐὰν οὖν καὶ τὰς φύσεις ὁμολογῇ, καὶ ἐπ' αὐταῖς τὴν διαφορὰν γνωρίζῃ, καὶ τὴν τῆς ὁμολογίας αἰτίαν εὐσεβῶς ἀποδίδωσι, φάσκων, « Διὰ τὸ ἑτέραν εἶναι τὴν σάρκα παρὰ τὸν Λόγον κατὰ τὴν φυσικὴν ποιότητα· » ταυτὸν δὲ λέγειν, οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν, πρὸς τὴν Θεοῦ Λόγου διαφοράν· πῶς ὁ παράφρων Σεῦῆρος οὐδ' αὐτῷ τῷ πεπλασμένως αὐτῷ τετιμημένῳ Κυρίλλῳ κοινωνεῖν ἀξιοῖ, καὶ τὰς φύσεις συμφθέγγεσθαι μέχρι τοῦ γινώσκειν τὴν διαφορὰν κατὰ τὴν ἐκείνου διδασκαλίαν, οὐ κατὰ τὴν φυσικὴν ποιότητα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας οὐχ ὁμογενὲς, ἵν' ὁμοῦ τε τῶν φύσεων καὶ τῶν φυσικῶν ποιοτήτων, ἤγουν οὐσιῶν τε καὶ ἐνεργειῶν γνωρίσῃ τὴν διαφοράν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας οὐχ ὁμογενὲς ἐξαρνούμενος τῆς σαρκὸς πρὸς τὸν Λόγον, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν διάφορον, τὴν ἐν ποιότησιν ἀνυπάρκτοις (πᾶσα γὰρ πάντως ποιότης ἀνύπαρκτος δίχα τῆς ὑποκειμένης οὐσίας) ἀντεισαγάγοι διαφοράν; Ὁ δὲ κακοῦργος διαπραττόμενος, καὶ τῆς τοῦ σοφοῦ Κυρίλλου, ταυτὸν δὲ λέγειν πάντων τῶν θεοκρίτων Πατέρων, ἀληθοῦς κατεξανιστάμενος διδασκαλίας, ἀλλότριον ἑαυτὸν ἀποφαίνει, καὶ τοῦ ψεύδους κοινωνὸν καὶ συνήγορον.

A virum inclytum Cyrillum sequendo, differentiam confitetur, quem nimirum contractionis probri pudeat: quid causæ est, cur non etiam una cum eo naturas confitetur; inque illis, velut ille, essentialem agnoscit differentiam, sola nimirum divisione explosa; sed penes nudas duntaxat qualitates, secus ac ille sanxit sensitque, differentiam statuit? Quod enim B. Cyrillus naturas confiteatur, quarum et differentiam **138** docet ac tradit, inde perspicuum est, quod nec Nestorio, qui divisus est, in ipsa naturarum assertione renuat communicare, etsi a mente ejus sensuque prorsus abhorreat: « Quid enim, inquit ille, mihi commune cum Nestorio? Quod duas dicam naturas, hactenus dum carnis Deique Verbi differentia ac distinctio B noscatur. Est enim hæc alia ab ipso, quod attinet ad naturalem qualitatem, et quod substantia non unius generis est. » Cum igitur etiam naturas confiteatur, atque in illis differentiam agnoscat, pieque confessionis rationem reddat, dum ait: « Idcirco nimirum quod caro alia sit a Verbo, quod attinet ad naturalem qualitatem » (idemque est ac si substantiam dicas et operationem, quod attinet ad Dei Verbi differentiam), quonam modo emotæ mentis homo Severus, nec ipsi, quem simulat colere, Cyrillo dignatur communicare, ac cum eo pariter naturas confiteri, hactenus dum differentia noscatur, juxta ejus doctrinam, nedum quod attinet ad naturalem qualitatem, sed quod etiam substantia non unius generis sit; ut simul tum naturarum, tum naturalium qualitatum (id est, substantiarum et operationum) differentiam agnoscat; sed et hoc negans, quod carnis substantia non unius generis cum Verbo sit (quæ est naturalis differentia ac distinctio) ejus loco differentiam in qualitatibus non vere exsistentibus (omnis enim prorsus qualitas ne quidem exsistit absque subjecta substantia) inducat? Quod certe dum maligne animique perversitate factitat, adversumque sapientissimi Cyrilli (idemque dicas, probatorum Patrum) veritate fultam doctrinam insurgit, ab eo se alienum, mendaciique asseclam ac vindicem probat.

Ἆρα δὲ ποιοτήτων λέγων ἐπὶ Χριστοῦ διαφορὰν, μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἢ πρὸ τῆς ἑνώσεως λέγει τὴν διαφοράν; Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς ἑνώσεως, διαίρεσιν φρονεῖ πάντως, ἀλλ' οὐ διαφοράν, καὶ ἐκ διῃρημένων, οἷον τῶν καθ' αὐτὰ προϋφεστότων, δογματίζει τὴν D ἕνωσιν, ἢ ταύτην ἔλυσε διὰ τῆς τῶν ποιοτήτων διαφορᾶς καὶ ὁμολογίας, ἢ οὐδὲ ταύτας ὅλως ἡνῶσθαι τὴν ἀρχὴν ἀποφαίνεται. Καὶ εἰ μὲν οὐχ ἡνῶσθαι λέγει, δῆλον ὡς οὔτε τὰς φύσεις ὧν αἱ ποιότητες, ἡνωμένας δοξάζει, κἂν ὑποκρίνεται λέγειν· οὐ γὰρ ἐνδέχεται, τὰς μὲν ἡνῶσθαι, τὰς δὲ διῃρεῖσθαί ποτ' ἄν· ἀλλὰ σὺν ἀλλήλαις ταυτὸν ἀλλήλαις παθεῖν, εἴτε ἕνωσιν, εἴτε διαίρεσιν. Εἰ οὖν τὴν διαίρεσιν ἀποβαλλόμενος ἡνῶσθαι διαγορεύει μετὰ τῶν φύσεων, καὶ τὰς τούτων ποιότητας, ἀνάγκη πάντως αὐτὸν ἑαυτῷ γε στοιχοῦντα διὰ πάντων, ἢ μίαν σύνθετον λέγειν ποιότητα, καθάπερ καὶ μίαν σύνθετον φύσιν, διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἠλέγχθη μὴ δὲ τὴν ἐν ποιότητι γνωρίζων διαφορὰν, ἀλλ' ἐπ' ἀμφοῖν, οὐσιῶν τέ φημι καὶ

ΜΑΞ. Ὁ αὐτὸς οὖν πρὸς τὸν ἅγιον Κωνσταντῖνον [81], τὸν γενόμενον βασιλέα, ἐκ προσώπου πάλιν Ἰωάννου τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα περὶ αὐτῆς γράφων, ἔφη, ὅτι « Ἓν θέλημα ἔφημεν ἐπὶ τοῦ Κυρίου, οὐ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ μόνης τῆς ἀνθρωπότητος. Σεργίου γὰρ γράψαντος, ὡς τινες δύο θελήματα λέγουσι ἐπὶ Χριστοῦ ἐναντία, ἀντεγράψαμεν, ὅτι Ὁ Χριστὸς δύο θελήματα ἐναντία οὐκ εἶχε· σαρκὸς φημι, καὶ πνεύματος, ὡς ἡμεῖς ἔχομεν μετὰ τὴν παράβασιν· ἀλλ' ἓν μόνον, τὸ φυσικῶς χαρακτηρίζον τὴν αὐτοῦ ἀνθρωπότητα. » Καὶ τούτου ἀπόδειξις ἐναργὴς, τὸ καὶ μελῶν καὶ σαρκὸς μνησθῆναι· ἅπερ καὶ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἐκεῖνα ληφθῆναι οὐ συγχωρεῖ. Εἶτα καὶ προκατάληψιν ἀνθυποφορᾶς ποιούμενος, φησίν· « Εἰ δέ τις λέγοι· Καὶ τίνος χάριν περὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ διαλαβόντες, περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ μνήμην οὐκ ἐποιήσασθε; φαμὲν, ὅτι πρῶτον μὲν πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἡ ἀπόκρισις γέγονεν· ἔπειτα δὲ, καὶ τῷ τῆς γραφῆς ἔθει, ὡς ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτῳ ἑπόμενοι· ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ διαλεγομένης· ὡς ὅταν λέγῃ ὁ Ἀπόστολος· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία* · ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καὶ μόνον, ὡς ὅταν ὁ αὐτὸς λέγῃ· *Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν.* »

ΠΥΡ. Ἁπλούστερον ὁ πρὸ ἐμοῦ, τῇ λέξει προσεσχηκὼς, τοῦτο ἐδέξατο.

ΜΑΞ. Ἀλήθειαν λέγω· οὐδὲν οὕτως ἀπεδιέθηκέ με πρὸς τὸν πρὸ σοῦ, ὡς τὸ παλίμβολον αὐτοῦ· ἦγουν τὸ ἄλλοτε εἰς ἄλλας αὐτὸν μεταπίπτειν ἐννοίας, καὶ ἐν μηδενὶ βεβηκέναι φρονήματι. Ποτὲ μὲν τοὺς τοῦτο τὸ ἓν θέλημα θεῖον προσαγορεύοντας ἀποδεχόμενος, τὸ Θεὸν μόνον εἶναι τὸν σαρκωθέντα [82] εἰσῆγε· ποτὲ δὲ, τοὺς βουλευτικὸν αὐτὸ λέγοντας, ἄνθρωπον αὐτὸν ψιλὸν εἶναι εἰσῆγε, βουλευτικῶς καθ' ἡμᾶς διατιθέμενον [διακείμενον], καὶ μηδὲν διαφέροντα Πύρρου καὶ Μαξίμου· ποτὲ δὲ ὑποστατικὸν αὐτὸ λέγων, τῇ διαφορᾷ τῶν ὑποστάσεων συνεισῆγε καὶ τὸ διάφορον τῶν θελημάτων ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων· ποτὲ δὲ, καὶ τοὺς ἐξουσιαστικὸν αὐτὸ λέγοντας ἀποδεχόμενος, σχετικὴν εἰσῆγε τὴν ἕνωσιν· ἐξουσία γὰρ, καὶ αὐθεντία, καὶ τὰ τοιαῦτα, γνώμης προδήλως, ἀλλ' οὐ φύσεως ὑπάρχει κινήματα· ποτὲ δὲ, τοὺς προαιρετικὸν καὶ γνωμικὸν αὐτὸ λέγοντας προσλαμβανόμενος, καὶ κυρίους ἑαυτοῦ καθιστῶν, οὐ μόνον ψιλὸν ἄνθρωπον εἰσῆγε τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τρεπτὸν καὶ ἁμαρτωλόν· εἴπερ ἡ γνώμη τῶν ἀντικειμένων ἐστὶ κριτικὴ, καὶ τῶν ἀγνοουμένων ζητητικὴ, καὶ τῶν ἀδήλων βουλευτικὴ· ποτὲ δὲ, τοὺς οἰκονομικὸν αὐτὸ λέγοντας, τὸ,

A virtutibus, pietatis dogmatibus omnem Occidentem illustrat; an ii, qui Constantinopoli loquuntur quod in mentem venit?

PYR. Qui hanc composuit.

MAX. Is igitur ipse, cum ad sanctum Constantinum imperatorem, ex persona rursus sancti Joannis papæ, de hac epistola scriberet, dixit : « Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus et humanitatis, sed humanitatis duntaxat. Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in **182** Christo contrarias dicerent, respondit : Unam voluntatem diximus, Christum, non duas contrarias voluntates habuisse; carnis scilicet et spiritus, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, quæ naturaliter ejus humanitatem B insigniret. » Hoc autem ita esse, argumentum evidens est, quod membrorum carnisque meminerit, quæ quidem de divinitate illa accipi non sinunt. Deinde occurrit per anticipationem objectioni. « Si quis vero, inquit, dicat : Ecquid vero causæ est, cur, de Christi humanitate agentes, ejus divinitatis non memineritis? Respondemus, primum quidem respondisse ad quæstionem; deinde, ut in omnibus, sic etiam hic consuetudinem Scripturæ nos secutos esse, quæ aliquando ex divinitate ejus disserit, ut cum ait Apostolus : *Christus Dei virtus et Dei sapientia;* aliquando vero ex humanitate, eaque sola, ut cum ipse ait : *Quod est stultum Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est* C *hominibus* [1]. »

PYR. Meus decessor, vocis errore deceptus, hoc simplicius accepit.

MAX. Veritatem dico, nihil me sic a tuo decessore alieno animo fecit, ac ejus versatile ingenium mentisque levitas : quod nimirum in alias subinde animum transferret sententias, nec in ullo firmiter sensu consisteret. Aliquando enim eos, qui hanc voluntatem divinam dicebant, approbans, Deum solum esse, qui incarnatus esset, docebat : aliquando vero eis assentiens, qui ipsam consultricem, seu consilii, dicerent, purum hominem ipsum inducebat; qui more nostro consilio regeretur, nihilque a Pyrrho et Maximo differret. Interdum autem, hypostaticam eam vocitans, cum distinctione personarum, etiam distinctionem voluntatum introducebant, in iis quæ sunt ejusdem substantiæ. Quandoque eis calculum adhibens, qui liberæ potestatis ipsam dicerent, unionem quæ est habitudine affectuque tradebat. Potestas enim et auctoritas, et alia ejusmodi, γνώμης manifeste sunt ac sententiæ, non naturæ. Aliquando eos qui eligentis animi exque arbitratu voluntatem dicerent, sibi adjungens, seque illis mancipans, non solum Christum nudum hominem inducebat, verum etiam mutabilem ac peccatorem; siquidem γνώμη, quam

[1] I Cor. I, 24, 25.

[81] Constantinus hic Heraclii filius. [82] Λόγον 602.

Digitized by Google

vocant, et rationis arbitrium, judicium habet contrariorum, ignotorumque inquisitionem, et quæ sunt incerta in deliberationem vocat. Interdum eos sequens, qui œconomicam **183** (ac si ex ratione ipsa incarnationis dicas) voluntatem dicerent, ante dispensationem voluntatis expertem ipsum inducebat, ac si quid aliud absurdi ex ea doctrina sequitur : inque alias innumeras devolutus est opinationes, qui non veritate basi niteretur : quas si paulo exactius perscribere vellem, cum earum absurdis, nec futurum tempus mihi sufficeret. Quid vero necesse erat chartas proponere, et sanctam Dei Ecclesiam scindere? Nec quod omnibus communissimum est intelligere potuit. Aut enim, ut id vobis demus, chartæ hæ (diplomata) synodorum dogmata habent, ut vos falso jactatis, et sic nobis nihil iis opus est, qui synodos et ante et nunc recipimus et amplectimur : aut non habent synodorum dogmata, et sic magis eas aversari justum est, ac fugere. Cum igitur harum chartarum propositio utrinque injusta sit ac improba, ipsarum utique abrogatio propter utrumque justa est et canonica.

Α πρὸ τῆς οἰκονομίας ἀθέλητον αὐτὸν εἶναι, καὶ εἴ τι ἕτερον ἕπεται τῷ λόγῳ ἄτοπον, εἰσῆγε· καὶ εἰς ἄλλας μυρίας ἀτόπους ἐξηνέχθη ὑπολήψεις, τὴν ἀλήθειαν βάσιν οὐκ ἐσχηκώς· ἃς δι' ἀκριβείας εἰ βουληθείην Γραφῇ παραδοῦναι μετὰ τῶν αὐτῶν ἀτόπων, οὐδὲ ὁ μέλλων ἀρκέσει χρόνος. Τίς δὲ ἀνάγκη χάρτας προθεῖναι, καὶ σχίσαι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν; Οὐδὲ τὸ πᾶσι κοινότατον συνιδεῖν ἠδυνήθη. Ἢ γὰρ, ἵνα παραχωρήσωμεν ὑμῖν, τὰ τῶν συνόδων ἔχουσι δόγματα, ὡς ὑμεῖς οὐκ ἀληθεύοντες ἔφητε, καὶ οὐ δεόμεθα τῶν ὑμετέρων χαρτῶν, ταύτας καὶ πρὶν καὶ νῦν δεχόμενοι καὶ περιπτυσσόμενοι· ἢ οὐ τὰ τῶν συνόδων ἔχουσι, καὶ πολλῷ πλέον τούτους ἀποστρέφεσθαι καὶ φεύγειν δίκαιον. Τῆς οὖν τῶν αὐτῶν χαρτῶν προθέσεως καθ' ἑκάτερον ἀδίκου καὶ παρα- Β νόμου οὔσης, καὶ ἡ αὐτῶν κατάλυσις δι' ἑκάτερον δικαία καὶ κανονικὴ καθέστηκεν.

PYR. Sophronius, qui paulo ante fuit patriarcha Jerosolymitanus, in causa fuit, ut et cum nobis minime constitutum esset, id præstaremus, qui non opportuno satis tempore quæstionem de operationibus excitaverit.

ΠΥΡ. Σωφρόνιος, ὁ μικρῷ πρόσθεν πατριάρχης γενόμενος Ἱεροσολύμων, τοῦτο ἡμᾶς καὶ παρὰ πρόθεσιν πρᾶξαι πεποίηκε, τὸν περὶ ἐνεργειῶν λόγον οὐκ ἐν εὐθέτῳ καιρῷ κινήσας.

MAX. Ego omni ex parte nescio, quam vos excusationem daturos exspectetis, qui sic graviter virum innoxium criminemini. Rogo enim, per ipsam Veritatem, quando Sergius ad Theodorum Pharanitanum scripsit, misso etiam libello, quem Menæ C esse dicit, per Sergium Macaronam Arsinoes episcopum, hortans eum, ut quid sentiret de una in eo libello operatione et una voluntate aperiret ; et rescripsit approbans eas; ubi tunc erat Sophronius ; aut cum Theodosiopoli ad Paulum Monoculum et Severi sectatorem scripsit, misso quoque ad eum Menæ libello, Theodorique Pharanitæ ac sua appro-

ΜΑΞ. Ἐγὼ πάντοθεν ἀπορῶ, ποίαν ἐκδέχεσθε δοῦναι ἀπολογίαν, τὸν ἀναίτιον οὕτω πικρῶς αἰτιώμενοι. Εἰπὲ γάρ μοι, πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς, ὅτε Σέργιος ἔγραψε πρὸς τὸν τῆς Φαρὰν Θεόδωρον, πέμψας καὶ ὃν φησι λίβελλον (*j*) Μηνᾶ διὰ τῆς μεσιτείας Σεργίου τοῦ Μακαρωνᾶ [86] τοῦ Ἀρσινόης ἐπισκόπου, προτρεπόμενος αὐτὸν περὶ τῆς ἐν τῷ λιβέλλῳ μιᾶς ἐνεργείας καὶ ἑνὸς θελήματος τὰ δοκοῦντα εἰπεῖν, καὶ ἀντέγραψεν, ἀποδεχόμενος αὐτά, ποῦ οὖν τότε Σωφρόνιος ; ἢ ἡνίκα ἐν Θεοδοσιουπόλει πρὸς Παῦλον τὸν Μονόφθαλμον καὶ ἀπὸ Σεβηριτῶν ἔγραψε, πέμψας καὶ αὐτῷ λίβελλον Μηνᾶ, καὶ τὴν

[86] al. Μαχρωνᾶ, et Μαχαριωνᾶ, Fr. Μαχρονᾶ, τοῦ Ἀρσενόης.

NOTÆ.

(*j*) *Καὶ ὃν φησι λίβελλον.* Iis scite Maximus in Sergium refundit libellum Menæ dictum, tanquam is non vere Menæ esset, sed illi suppositum a Sergio, ut tum viri auctoritate, tum falsa Vigilii susceptione Monothelismum abs se disseminatum fulciret. Unde non mirum sibi in eo Sergium Pyrrhumque dissentire, cum falsum, nec sibi, nec vero D consentiat. Sic in vi synodo aperte νοθείας redarguitur ille libellus, cui in omnibus Maximus præivit, etsi ejus Honorii defensionem non est amplexa; quod ejus proscriptione visum mollire Orientalium animos, quod Martinus e concilio Lateranensi, tot capitum proscriptione ex nomine, ac quibuscum suspicio esset convenisse Honorium, gravius offendisset : in quam dispensationem ipsa Romana Ecclesia consenserit, ut satis aperte indicat Adrian. in vm synodo relatus, dum agnoscit Orientales dixisse anathema Honorio, *sed de consensu nostræ sedis*, Romanæ, cui præsidebat. Tanta hæc Sergii machinamenta Maximo exposita, ac Sergio successori in faciem objecta, veræ sint Monothelismi origines, non quam Theophanes collationem refert Heraclii cum Athanasio Jacobitarum patriarcha, cui et Antiochenum patriarchatum pollicitus sit, si modo is synodum reciperet, et in unitionem consentiret, cujus altum silentium, præterquam illis, qui simili chronographia, verbatim pene ipsum exscripserunt. Facitque quod Heraclius ad Joann. papam in Sergium et Constantinopolitanos, omnem ejus novitatis, et editæ ejus nomine Ecthesis, refert invidiam, cujus verba refert Maximus in Coll. cum principibus in secreto. Putemque incidisse Theophanem in alicujus Constantinopolitani minus probatam narrationem, quovis tandem animo hæc ille scripsisset, sive levandi causa suos Constantinopolitanos Sergiumque, sive præsidium quærendi Monothelismo, cui vir tantus, eaque zeli et unitionis Ecclesiarum specie, recepto cunctis consilio, exordium fecisset. Quamobrem etiam maluit Sergius Heraclianam Ecthesim dicere, quam suam, ejus professionis chartam, quam curasset ejus subscriptione muniri, ut ipse Heraclius auctor est. Sic sæpe chronologi, non magno judicio, hinc inde aliis aliisque dicta, sæpe etiam alia aliis pugnantia congerunt; quæ omnia qui velit tueri, næ is laborem improbum cassumque susceperit : potuitque mitius habere charissimus sodalis et commilito, P. Jacobus Goarius ὁ μακαρίτης in suo Theophane, quod pene tyro, non alio spiritu in eam rem, in meo de Monothelitarum hæresi syntagmate, scripseram.

Digitized by Google

τοῦ Φαρανίτου καὶ ἑαυτοῦ συγκατάθεσιν ; ἢ ὅτε πρὸς Γεώργιον τὸν ἐπίκλην Ἀρσᾶν [67], Παυλιανιστὴν ὄντα, ἔγραψε, χρήσεις αὐτῷ πεμφθῆναι περὶ μιᾶς ἐνεργείας αὐτῶν, ἐνθέμενος καὶ τοῦτο τῇ ἐπιστολῇ, ὅτι ἐν ταύταις, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς τῆς Ἐκκλησίας ποιεῖ ἕνωσιν ; Ταύτην δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ πάπας Ἀλεξανδρείας ἀφείλετο χειρὶ ἀπὸ τοῦ Ἀρσᾶ· ὅθεν καὶ βουληθεὶς δι' αὐτὴν ποιῆσαι τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ, ἐκωλύθη ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τηνικαῦτα γενομένης τῶν Περσῶν ἐπιδρομῆς. Ἢ ὅτε πρὸς Κῦρον τὸν Φάσιδος ἀντέγραψε περὶ μιᾶς ἐνεργείας καὶ δύο, ἐρωτηθεὶς παρ' αὐτοῦ, πέμψας καὶ αὐτῷ τὸν ῥηθέντα λίβελλον Μηνᾶ ; Τί οὖν ; ἐπειδὴ Σεργίου πολυτρόπως τὴν οἰκείαν νόσον ἐν τῷ κοινῷ προθέντος, καὶ τὸ πλεῖστον τῆς Ἐκκλησίας λυμηναμένου, ὁ μακάριος Σωφρόνιος ὑπέμνησεν αὐτὸν μετὰ τῆς πρεπούσης τῷ σχήματι αὐτοῦ ταπεινοφροσύνης, τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ προκαλινδούμενος [προκυλινδ.], καὶ ἀντὶ πάσης ἱκετηρίας αὐτοῦ προσφέρων αὐτῷ τὰ ζωοποιὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ παθήματα, ὥστε μὴ φωνὴν αἱρετικῶν, καλῶς πάλαι ὑπὸ τῶν προωδευκότων τὸν βίον ἁγίων Πατέρων σβεσθεῖσαν, ἀνανεώσασθαι, αὐτὸς αἴτιος τοῦ τοιούτου γέγονε σκανδάλου ;

A batione ; aut cum ad Georgium cognomento Arsam Paulianistam scripsit, rogans ut sibi mitteret auctoritates de una ipsorum operatione ; inseruitque epistolæ, in his etiam facturum se unionem Ecclesiæ cum ipsis ? Hanc vero epistolam beatus Joannes papa Alexandrinus manu abstulit ab Arsa. Unde cum et ea causa vellet eum deponere, impeditus est Persarum sub id tempus in Ægyptum irruptione. Aut quando ad Cyrum episcopum Phasidis rescripsit de una et duplici operatione, cum ab eo fuisset interrogatus ; misso etiam ad eum libello Menæ, quem diximus ? Quid igitur ? postquam Sergius multis modis suum morbum in commune proposuerat, et Ecclesiæ parti plurimæ labem intulerat, beatus Sophronius, quod ipsum **184** B cum debita ordini suo ac professioni modestia, ad ejus provolutus vestigia, omnisque supplicationis loco, vivificas Christi Dei ei offerens passiones, commonuit, ne vocem hæreticorum, bene pridem a sanctis Patribus, qui ante vixissent, exstinctam renovaret, ipse talis scandali auctor exstitit ?

ΠΥΡ. Πάντων τῶν προταθέντων τὴν ἀνατροπὴν δεόντως ὁ λόγος ἐποιήσατο, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐλλείπει ἡ περὶ θελημάτων ζήτησις.

PYR. Objecta omnia competenter sermo habitus evertit, nullaque prorsus de voluntatibus deest quæstio.

ΜΑΞ. Ἐπειδὴ ἡ περὶ θελημάτων ζήτησις πέρας εἴληφε, βούλει καὶ τὴν περὶ ἐνεργειῶν ποιησώμεθα ;

MAX. Quandoquidem quæstio de voluntatibus conclusa est, vis ut et de operationibus disseramus ?

ΠΥΡ. Τὸν περὶ τοῦ φυσικὰ εἶναι τὰ θελήματα λόγον ἀγνοήσας, κατὰ τοῦτον καὶ τὸν περὶ ἐνεργειῶν παρεδεξάμην· καὶ εἴ τι ἀγράφως, ἢ ἐγγράφως ἐρρέθη μοι, πρὸς τοῦτον ὁρᾷ τὸν σκοπόν. Νυνὶ δὲ τοῦ πεφυκέναι θέλειν, καὶ τοῦ πεφυκέναι ἐνεργεῖν συνεκδοχικῶς ὁμολογουμένων, πάντα τὰ περὶ τούτου πρώην μὴ συσταθέντα, ἠχύρωται· καὶ περιττὸν ἡγοῦμαι, λοιπόν τινα ὅλως περὶ τούτου κινῆσαι λόγον.

C PYR. Sicut ignoraveram naturales esse voluntates, sic quoque de operationibus acceperam ; et si quid sive scripto, sive verbo a me dictum est, in hunc finem collineat. Nunc autem cum certum sit, naturæ esse velle, et quod illi quasi partis ratione implexum est, operari etiam naturæ esse, omnia a me pridem in eam rem asserta atque probata, irrita cessere, superfluumque existimo, ullum jam prorsus de his sermonem movere.

ΜΑΞ. Τί οὖν ; ἐπειδὴ ὁ Θεὸς, διὰ τὴν προγνωσθεῖσαν αὐτῷ πρόθεσιν ἡμῶν, ἐκάλεσε πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας αὐτοῦ ἐπίγνωσιν, οὐ δεῖ τὰ περὶ τούτου ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως πρός τινας εἰρημένα βασανίσαι, διὰ τοὺς, ὡς εἰκὸς, ἀφυλάκτως αὐτοῖς περιτυχόντας, ἢ καὶ περιτυγχάνοντας εὐχερεστέρους ;

MAX Quid igitur, quandoquidem Deus ob præcognitum ipsi propositum nostrum, ad veritatis suæ agnitionem vocavit, nunquid ea, quæ aut scripto aut verbo, ejus rei causa, ad quosdam dicta sunt, non examinanda propter eos, qui, ut par est, incaute legerunt, aut etiam legunt, faciles ut decipiantur ?

ΠΥΡ. Εἴ τι πρὸς τοῦτο ὁρᾷ ἡ βάσανος, ἀναγκαῖόν ἐστι. Τὸ γὰρ φροντίσαι τῆς τῶν ἀκεραιοτέρων ἀσφαλείας, μίμησίς ἐστι θείας φιλανθρωπίας.

D PYR. Si quid eo spectat examinis discussio, necessaria est. Curare enim ut cautum sit simplicioribus, imitatio est Dei erga homines charitatis.

ΜΑΞ. Εἰ οὖν θείας φιλανθρωπίας ἐστὶ τοῦτο μίμησις, ἀρξώμεθα ἐντεῦθεν τῆς περὶ τούτου ἐξετάσεως.

MAX. Si igitur hæc est imitatio Dei erga homines charitatis, ejus rei disquisitionem hic ordiamur.

ΠΥΡ. Ἀρξώμεθα.

PYR. Ordiamur.

ΜΑΞ. Ἐν τοῖς σοῖς εὗρον συγγράμμασι, μίαν σε Χριστοῦ, ὡς ὅλου, ἐνέργειαν δογματίσαντα. Εἰ οὖν μία, ὡς ὅλου, ἔστιν ἐνέργεια, τὸ δὲ ὅλον ἡ αὐτοῦ ἐστὶν ὑπόστασις, ἆρα ἡ μία αὕτη ἐνέργεια ὑποστατικὴ ἔσται· καὶ ἑτέρας ἐνεργείας ὥσπερ καὶ ὑπο-

MAX. Inveni in libris tuis ,docuisse te unam esse operationem Christi, tanquam totius. Si igitur una est tanquam totius, operatio ; totum autem est ejus persona ; igitur una hæc operatio personalis erit, et ostendetur diversæ operationis esse, ut et per-

[67] Βαρσᾶν 235, 702. [68] Fuit hic Joannes Eleemosynarius.

Digitized by Google

sonæ, tum a Patre, tum a Matre; siquidem neuter eorum est Christus.

PYR. Si propter distinctionem **185** naturarum in Christo, duas dicitis operationes, et non propter unam personam, unam operationem, duæ reperientur in homine operationes, ob distinctionem essentialem animæ ejus et corporis. Quod si hoc ita est, tres erunt operationes Christi, non duæ.

MAX. Quæ vos ad tollenda ea quæ sunt naturalia objicitis, hæc ipsa contra naturas objiciunt qui contra ipsas pugnant : hoc enim ac solo belli estis ac lepidi, quod illis in omnibus assentemini. Unde quibus argumentis eos Patres redarguerunt, eisdem ipsi vos redarguimus, qui eodem morbo laboretis. Nam si propter naturarum distinctionem in Christo, ipsi quoque duas naturas nobiscum dicitis, et non propter unam personam, unam naturam; sic quidem duæ reperientur naturæ hominis, propter essentialem distinctionem animæ ejus et corporis: et, hoc concesso, tres erunt naturæ Christi, non duæ. Sin autem propter distinctionem naturarum, duas naturas nobiscum confitentes, non dicitis tres in Christo naturas; quomodo, quia nos, propter distinctionem naturarum, duas dicimus operationes, tres inferentur operationes? Quæ enim vos nobiscum adversus illos, qui contra naturas disputant, dicitis iisque obtenditis, hæc etiam nobis de operationibus adversus vos sufficient. Verum sic quidem a pari vos sermo refutavit, dum omni probabilitate carere, quæ a vobis movetur quæstio, ostendit. Ex abundanti autem dicimus, non idem esse, quod unum est secundum speciem hominis, et quod unum secundum substantiam animæ et corporis. Unum enim secundum speciem hominis, summam in omnibus individuis sub specie constitutis, invariabilemque similitudinem significat. Unde nec indeterminate hoc dicimus, sed cum adjuncto, *hominis*. Unum autem secundum substantiam animæ et corporis, ipsum esse illorum corrumpit, eo cogens ut omni penitus exsistentia careant. Quod si non est idem, unum secundum speciem hominis, et unum secundum substantiam animæ et corporis; non igitur necesse est, cum unam operationem secundum speciem dicimus, ut hanc vel personalem, vel tres operationes dicamus, eo quod operatio spectet ad naturam.

PYR. At, cum operationibus, ut sentit Nestorius, una inferuntur personæ : estque necesse eos, qui duas dicant **186** operationes, illius impura dogmata defendere.

MAX. Atqui Nestorius duas personas cum dicat, unam operationem tradit. Quod si cum operationibus, ut vos existimatis, personæ inferuntur, etiam cum personis consequenti ratione inferentur operationes; eritque necesse vestras regulas secutis,

στάσεως, δειχθήσεται Πατρί τε καὶ Μητρί· εἴπερ οὐδέτερον αὐτῶν ὑπάρχει Χριστός.

ΠΥΡ. Εἰ διὰ τὸ διάφορον τῶν δύο ἐν Χριστῷ φύσεων δύο λέγετε ἐνεργείας, καὶ οὐ διὰ τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου μίαν, δύο εὑρεθήσονται καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἐνέργειαι, διὰ τὸ κατ' οὐσίαν διάφορον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος. Εἰ δὲ τοῦτο, τρεῖς ἔσονται τοῦ Χριστοῦ ἐνέργειαι, καὶ οὐ δύο.

ΜΑΞ. Ἅπερ ὑμεῖς ἐπ' ἀναιρέσει τῶν φυσικῶν προῐσχεσθε, ταῦτα καὶ κατὰ τῶν φύσεων οἱ πρὸς αὐτὰς μαχόμενοι προτείνουσι. Τοῦτο γὰρ ὑμῶν καὶ μόνον τὸ χάριεν, τὸ ἐκείνοις ἐν πᾶσι συμπεριάγεσθαι. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς τοὺς παρὰ τῶν Πατέρων ἐκείνοις ἐπενεχθέντας ἐλέγχους, καὶ ὑμῖν, ὡς τὰ αὐτὰ αὐτοῖς νοσοῦσι προσάγομεν· ὅτι, εἰ διὰ τὸ διάφορον τῶν ἐν Χριστῷ φύσεων, δύο φύσεις καὶ αὐτοὶ μεθ' ἡμῶν λέγετε, καὶ οὐ διὰ τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου μίαν, δύο εὑρεθήσονται οὕτω γε καὶ τοῦ ἀνθρώπου φύσεις, διὰ τὸ κατ' οὐσίαν διάφορον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος· καὶ εἰ τοῦτο, τρεῖς ἔσονται τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐ δύο φύσεις. Εἰ δὲ διὰ τὸ διάφορον τῶν φύσεων, δύο μεθ' ἡμῶν λέγοντες φύσεις, τρεῖς οὐ λέγετε ἐπὶ Χριστοῦ φύσεις· πῶς ἡμῖν διὰ τὸ διάφορον τῶν φύσεων δύο λέγουσιν ἐνεργείας, αἱ τρεῖς συναχθήσονται ἐνέργειαι; Ἃ γὰρ ὑμεῖς μεθ' ἡμῶν πρὸς τοὺς ἐκεῖνα κατὰ τῶν φύσεων προτείνοντας λέγετε, ταῦτα καὶ ἡμῖν περὶ τῶν ἐνεργειῶν πρὸς ὑμᾶς ἀρκέσει· ἀλλ' οὕτω μὲν ὑμᾶς ἐκ τοῦ ἴσου ὁ λόγος ἀπερράπισε, δείξας τῆς ἀπορίας τὸ παράλογον. Ἐκ δὲ τοῦ ὑπερέχοντός φαμεν, ὅτι οὐ ταυτὸν τὸ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἓν, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν ψυχῆς καὶ σώματος ἕν. Τὸ μὲν γὰρ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἓν, τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν φύσιν ἀτόμοις ἀπαραλλαξίαν ἐνδείκνυται· ὅθεν οὐδὲ ἀπροσδιορίστως αὐτό φαμεν, ἀλλὰ προσεπάγοντες τοῦ ἀνθρώπου. Τὸ δὲ κατ' οὐσίαν ψυχῆς καὶ σώματος ἕν, αὐτὸ τὸ εἶναι αὐτῶν λυμαίνεται (*k*), εἰς ἀνυπαρξίαν αὐτὸ παντελῆ ὠθοῦν. Εἰ δὲ οὐ ταυτὸν τὸ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἓν, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν ψυχῆς καὶ σώματος ἕν, οὐκ ἄρα ἀνάγκη ἡμῖν, τὴν κατ' εἶδος μίαν λέγοντας ἐνέργειαν, ἢ ὑποστατικὴν ταύτην λέγειν, ἢ τρεῖς ἐνεργείας, διὰ τὸ πρὸς φύσιν ὁρᾷν τὴν ἐνέργειαν.

ΠΥΡ. Ἀλλὰ ταῖς ἐνεργείαις τὰ πρόσωπα κατὰ Νεστόριον συνεισάγεται· καὶ ἀνάγκη, τοὺς δύο λέγοντας ἐνεργείας, τὰ ἐκείνου μιαρὰ διεκδικεῖν δόγματα.

ΜΑΞ. Καὶ μὴν Νεστόριος, δύο πρόσωπα λέγων, μίαν δογματίζει ἐνέργειαν. Εἰ δὲ ταῖς ἐνεργείαις πρόσωπα καθ' ὑμᾶς συνεισάγεται, καὶ τοῖς προσώποις ἀκολούθως αἱ ἐνέργειαι συναχθήσονται· καὶ βιασθήσεσθε, τοῖς ἰδίοις ἑπόμενοι κανόσιν, ἢ διὰ τὴν

NOTÆ.

(*k*) *Αὐτὸ τὸ εἶναι αὐτῶν λυμαίνεται. Unum secundum substantiam animæ et corporis, ipsum eorum esse corrumpit :* sic unitorum, quod ut sint unum, una essentia ac substantia, una in alterum demutanda sit, aut ambæ in tertiam : qui ipsorum interitus et ἀνυπαρξία. Turr. nihil Maximum expressit, ejusque vim omnem argumenti elisit. Ac indicasse sufficit.

Digitized by Google

μίαν ἐνέργειαν τῆς ἁγίας Θεότητος, καὶ ἓν λέγειν αὐτῆς πρόσωπον· ἢ διὰ τὰς τρεῖς αὐτοῦ ὑποστάσεις, τρεῖς καὶ ἐνεργείας· ἢ σχετικὴν, ὡς Νεστόριος, λέγειν ἕνωσιν· ταύτης γὰρ (*l*) ἡ μία ἐνέργεια ἡ ἕνωσις, ὡς αὐτὸς Νεστόριος καὶ οἱ τῆς αὐτοῦφρατρίας ἐν τοῖς αὐτῶν ἀπέδειξαν γράμμασι. Καὶ ἐφ' ἡμῶν δὲ, ἐπειδὴ μία μὲν ἡ κατὰ τὸ εἶδος ἐνέργεια, πολλαὶ δὲ αἱ ὑποστάσεις· ἢ διὰ τὴν μίαν κατ' εἶδος ἐνέργειαν, καὶ ἓν τῶν πάντων λέγειν πρόσωπον· ἢ διὰ τὰ πολλὰ πρόσωπα, πολλὰς καὶ ἐνεργείας· καὶ διαπέπτωκε τοῖς Πατράσιν οὕτω γε ὁ φάσκων λόγος· « Τὰ τῆς αὐτῆς ὄντα οὐσίας, καὶ τῆς αὐτῆς εἶναι ἐνεργείας. »

A ut propter unam sanctæ Deitatis operationem, unam quoque ejus personam dicatis; aut propter tres ipsius personas, etiam tres operationes : aut denique, ut Nestorius, unionem quæ sit habitudine ac affectu dicatis; hujus enim, una operatio ac afflatus, unio est, quemadmodum ipse Nestorius, et qui ejus sodalitii sunt, scriptis suis ostenderunt. Quin et in nobis, quod una quidem secundum speciem operatio est, multæ vero personæ; aut propter unam secundum speciem operationem, una quoque omnium persona dicenda sit; aut propter multas personas, multæ etiam operationes : ita fiet ut incassum eat, quod dicunt Patres : « Quæ sunt ejusdem substantiæ, ejusdem etiam operationis esse. »

Ἔτι τε, εἰ τῇ ἐνεργείᾳ πρόσωπον συνεισάγεται κατ' αὐτοὺς, πολλὰς δὲ δεδώκασιν ἐνεργείας ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ Λόγου προελθεῖν, καὶ τὰ συνεισαγόμενα ταῖς προελθούσαις ἐνεργείαις πρόσωπα δώσουσιν· εἴπερ ἑαυτοῖς στοιχεῖν διέγνωσαν· καὶ εὑρεθήσονται ἄπειρα καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ αἱ ἐνέργειαι τοῦ αὐτοῦ.

B Præterea, si cum operatione, ut ipsi existimant, persona una inducitur, cum multas concesserint operationes, ex uno eodemque Deo Verbo incarnato procedere, etiam personas, quæ una cum operatione inducantur, dabunt; invenienturque ejusdem infinitæ tum personæ, tum operationes.

[89] Καὶ αὖθις, εἰ συνεισάγεται πρόσωπον, κατὰ τὴν αὐτῶν πρότασιν, τῇ ἐνεργείᾳ, καὶ ἀναιρουμένῃ ταύτῃ συναναιρεῖται πάντως. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ἆρα τῇ ἀναιρέσει τῶν δύο, καὶ τῆς μιᾶς ἐνεργειῶν, συναναιρεῖται καὶ τὰ δύο καὶ τὸ ἓν πρόσωπον· καὶ ἐχώρησεν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ ὄντος, καὶ ὑπερόντος, εἰς τὸ μὴ ὄν· οὗ τί γένοιτο ἂν ἀσεβέστερον;

Et rursus, si infertur persona cum operatione, quæ ipsorum propositio est; etiam ea interempta, una omnino hæc interimetur. Quod si hoc verum est, igitur sublatis duabus et una operatione, una quoque auferendæ erunt duæ, et una persona; cessitque Christus, quod in ipsis est, ab eo quod est esse ac supra esse, in non esse : quo quid magis impium esse potest?

Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἡμῶν τοῦτό τις ἐκ πολλῆς περιουσίας γυμνάζειν βουληθείη, εὑρήσει καὶ ἡμᾶς καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ λογιζομένους, καὶ περιπατοῦντας· ἢ καὶ ἕτερα μὲν διανοουμένους, ἕτερα δὲ τοῖς παρατυγχάνουσι διαλεγομένους· ὅπερ καὶ Μωϋσῆς ποιήσας ἱστορεῖται, κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ Θεῷ ἐντυγχάνων ὑπὲρ τοῦ λεοῦ, καὶ τῷ λαῷ διαλεγόμενος, καὶ πρὸς χρηστὰς παρορμῶν ἐλπίδας· καὶ οὔτε τῷ προσφυῶς ταῖς αὐτοῦ φύσεσι δυϊκῶς ἐνεργεῖν, δύο ὁ καθεὶς ἐστιν· οὔτε τῷ ἕνα εἶναι τὸν δυϊκῶς ἐνεργοῦντα, τὰς οὐσιωδῶς προσούσας ταῖς αὐτοῦ φύσεσι κινήσεις συγχεῖ. Καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ προφορὰν δὲ λόγου ὡσαύτως, καὶ τὴν ἐγκειμένην τῷ λόγῳ ὁρῶμεν ἔννοιαν, καὶ τὸν ὑποκείμενον τῇ ἐννοίᾳ λόγον, καὶ τὴν αὐτῶν δι' ὅλου εἰς ἄλληλα περιχώρησιν· καὶ οὔτε τῇ διαφορᾷ αὐτῶν τὸ διάφορον τῶν προσώπων συνεισάγεται, οὔτε τῇ ἄκρᾳ ἑνώσει τὸ συγκεχυμένον. Τί δ' ἂν τις εἴποι καὶ περὶ τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας, οὐχ ἧττον τῶν φύσεων, τουτέστι τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ σιδήρου, καὶ τὰς αὐτῶν φυσικὰς ἐνεργείας, τὴν καῦσίν φημι καὶ

C Si quis vero etiam hoc in unoquoque nostrum tractare velit, ut abunde satisfiat, nos quoque inveniet uno eodemque tempore et ratiocinantes et ambulantes; sive alia quidem cogitantes, alia vero his qui præsentes sunt, disserentes (quod et Moysen i fecisse narrant, qui uno eodemque tempore, tum Deum pro populo interpellaret tum populum alloqueretur, et ad bonas spes ipsum incitaret), neque tamen, quod pro eo ac decet suas naturas, dupliciter operetur, unusquisque singularis duo est : nec quod unus est, qui dupliciter operatur, substantialiter **187** competentes suis naturis motus confundit. Simili quoque ratione in sermone qui ore profertur, videmus tum sensum qui sermoni inest, tum sensui subjectum sermonem, D eorumque inter se ex toto circumimmeationem : ac neque cum horum distinctione, personarum distinctio infertur, nec cum summa unione confusio. Quidnam vero quis dicat et de ignito gladio; qui non minus quam naturas (ignem scilicet ac ferrum) ipsarum quoque naturales servet opera-

i Exod. xxxii,30.

VARIÆ LECTIONES.

[89] Marg. Fr. Δείκνυσι τὸ ἀσεβὲς τῶν μίαν λεγόντων ἐνέργειαν, ἐκ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς· *Ostendit impietatem dicentium unam operationem, reducendo ad absurdum.*

NOTÆ.

(*l*) *Ταύτης γάρ. Hujus* σχετικῆς *unitionis unitio, una operatio*, sive afflatus; quo Nestoriani singulariter agi Christum hominem a Verbo asserebant, more scilicet aliorum sanctorum, etsi quadam excellentia ob majorem puritatem, præ illis. Alii ὡς ἕνωσις· quasi in ea, quæ unitionis vice est, una operatio ac afflatus; quæ et ipsa subtilis Nestoriani dogmatis expressio est.

Digitized by Google

tiones; tum scilicet urere, tum secare; quique omnibus simul, ac semel eas exhibeat? Neque enim ustio est post unionem, a secandi actione soluta; neque rursus secandi actio, ab ustione semota. Ac neque rursum quod duplex est naturalis operatio, duos inducit ignitos gladios: nec quia unus gladius ignitus est, substantialis eorum commiscetur confunditurque distinctio.

PYR. Nonne unus erat, qui operabatur?

MAX. Certe, unus.

PYR. Si igitur unus erat, qui operabatur; et una item, tanquam unius, operatio.

MAX. Hic unus Christus (rursus enim, quia ad eadem revertimini, eadem cum superius ex vobis percontabor) unusne persona est, an natura?

PYR. Persona: nam natura duplex exsistit.

MAX. Dupliciter igitur, propter duplicem naturam, idem operabatur; an singulariter propter unam personam? At si dupliciter operabatur, unus ipse et idem exsistens, non igitur cum numero operationum numerus personarum inducitur: si vero singulariter operabatur, ob singularis personæ unitatem, eadem in eisdem absurda incurret opinio. Si enim est operatio hypostatica (id est, personalis) cum multitudine personarum, operationum distinctio simul spectabitur.

PYR. Haud omnino, quia dupliciter operabatur, duæ erant ejus operationes; sed quia unus erat operans, una erat.

MAX. Hoc etiam alius contra te de naturis dicet: Non quia ejus δυαδικὴ est (duplex scilicet) natura, jam duæ naturæ sint ac dicantur; sed quia una erat ejus persona, una itidem est et dicitur ejus natura. Cæterum, ut omnia missa faciam, quæ ea de re dici possunt, cum unam operationem dicitis, quamnam istam dicere vultis? divinam, an humanam, vel neutram? Atqui sane si divinam dicitis, Deum solum Christum dicitis; si humanam, nec prorsus **188** Deum, sed solum purum hominem, dicitis; si neutrum horum, neque Deum, neque hominem, sed qui non vere exsistat, ac rem chimæricam, Christum traditis.

PYR. Dicendo unam operationem divinitatis Christi ejusque humanitatis, non ratione naturæ dicimus hanc ei competere, sed modo unionis.

MAX. Si ex unione, ut vos loquimini, operatio illi accessit; igitur ante unionem illius expers fuit; et, ut vos sentitis, vis ei illata est, ut mundum fabricaretur. Ac rursus, si ex unione accessit operatio, Pater vero et Spiritus sanctus non sunt uniti carni secundum hypostasim; non ergo sunt operandi facultate præditi. Si autem non sunt operandi facultate præditi, nec sunt rerum opifices; ne dicam nec prorsus esse.

Ac rursus, quandoquidem unio habitudo est,

τὴν τομὴν, σωζούσης, καὶ διὰ πάντων ἅμα, καὶ ἐν ταυτῷ, ταύτας ἐνδεικνυμένης; Οὔτε γὰρ ἡ καῦσις αὐτῆς τῆς τομῆς ἄρετός ἐστι μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὔτε ἡ τομὴ τῆς καύσεως· καὶ οὔτε διὰ τὸ διττὸν τῆς φυσικῆς ἐνεργείας, δύο εἰσάγει τὰς πεπυρακτωμένας μαχαίρας· οὔτε διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας, τῆς αὐτῶν οὐσιώδους διαφορᾶς φύρσιν ἢ σύγχυσιν ποιεῖται.

ΠΥΡ. Οὐχ εἷς ἦν ὁ ἐνεργῶν;

ΜΑΞ. Ναὶ, εἷς.

ΠΥΡ. Εἰ οὖν εἷς ὁ ἐνεργῶν, καὶ μία, ὡς ἑνὸς, ἡ ἐνέργεια.

ΜΑΞ. Ὁ εἷς οὗτος Χριστός· πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀνωτέρω εἰς τὰ αὐτὰ ὑμᾶς ὑποστρέψαντας ἐρήσομαι· εἷς τῇ ὑποστάσει, ἢ τῇ φύσει ἐστίν;

ΠΥΡ. Τῇ ὑποστάσει· τῇ γὰρ φύσει διπλοῦς τυγχάνει.

ΜΑΞ. Δυϊκῶς οὖν διὰ τὸ διπλοῦν τῆς φύσεως ὁ αὐτὸς ἐνήργει, ἢ ἑνικῶς διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς ὑποστάσεως; Ἀλλ' εἰ μὲν δυϊκῶς, εἷς ὢν ὁ αὐτὸς ἐνήργει, οὐκ ἄρα τῷ ἀριθμῷ τῶν ἐνεργειῶν ὁ τῶν προσώπων συνεισάγεται ἀριθμός. Εἰ δὲ ἑνικῶς, διὰ τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου, τὰς αὐτὰς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀτοπίας ὁ περὶ τούτου δέξεται λόγος. Εἰ γὰρ ὑποστατικὴ ἡ ἐνέργεια, τῷ πλήθει τῶν ὑποστάσεων, καὶ ἡ τῶν ἐνεργειῶν διαφορὰ συνθεωρηθήσεται.

ΠΥΡ. Οὐ πάντως, ἐπειδὴ δυϊκῶς ἐνήργει, δύο ἦσαν αὐτοῦ αἱ ἐνέργειαι· ἀλλ' ἐπειδὴ εἷς ἦν ὁ ἐνεργῶν, μία.

ΜΑΞ. Τοῦτο καὶ περὶ τῶν φύσεων ἕτερος λέγει πρὸς σὲ, ὅτι οὐκ ἐπειδὴ δυαδικὴ αὐτοῦ ἡ φύσις, ἤδη καὶ δύο εἶησαν. καὶ λεχθείησαν αἱ φύσεις· ἀλλ' ἐπειδὴ μία ἦν αὐτοῦ ἡ ὑπόστασις, μία ἐστὶν αὐτοῦ ἡ φύσις, καὶ λέγεται. Πλὴν ἵνα πάντα παραλίπω, ὅσα περὶ τούτου ῥηθῆναι δύναται, μίαν ἐνέργειαν λέγοντες, ὁποίαν ταύτην λέγειν ἀξιοῦτε; Θείαν, ἢ ἀνθρωπίνην, ἢ οὐδετέραν; Ἀλλ' εἰ μὲν θείαν, Θεὸν μόνον τὸν Χριστὸν λέγετε· εἰ δὲ ἀνθρωπίνην, οὐδὲ ὅλως Θεὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον μόνον ψιλόν· εἰ δὲ οὐδετέραν τούτων, οὐδὲ Θεὸν, οὐδὲ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀνύπαρκτον δογματίζετε τὸν Χριστόν.

ΠΥΡ. Μίαν λέγοντες ἐνέργειαν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος, οὐ λόγῳ φύσεως ταύτην προσεῖναι αὐτῷ φαμεν, ἀλλ' ἑνώσεως τρόπῳ.

ΜΑΞ. Εἰ ἐκ τῆς ἑνώσεως αὐτῷ, κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, προσεγέγονεν ἡ ἐνέργεια, πρὸ τῆς ἑνώσεως ἄρα ἀνενέργητος ἦν· καὶ τετυράννηται, καθ' ὑμᾶς, δημιουργήσας. Καὶ αὖθις, εἰ ἐκ τῆς ἑνώσεως αὐτῷ προσεγέγονε τὸ ἐνεργεῖν· ὁ Πατὴρ δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐχ ἡνώθησαν καθ' ὑπόστασιν σαρκὶ, οὐκ ἄρα ἐνεργητικοί. Εἰ δὲ μὴ ἐνεργητικοὶ, οὐδὲ δημιουργοί· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι οὐδὲ ὅλως εἰσίν.

Καὶ πάλιν, ἐπειδὴ ἡ ἕνωσις σχέσις ἐστὶ, καὶ οὐ

Digitized by Google

πρᾶγμα, σχέσις ἄρα, καὶ οὐ πρᾶγμα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐνέργεια.

Ἔτι τε, ἢ κτιστήν, ἢ ἄκτιστον λέγειν ταύτην ἀναγκασθήσεσθε· ἐπειδὴ μέσον κτιστῆς καὶ ἀκτίστου οὐδεμία ὑπάρχει τὸ σύνολον. Καὶ εἰ μὲν κτιστὴν αὐτὴν φήσετε, κτιστὴν καὶ μόνην δηλώσει φύσιν· εἰ δὲ ἄκτιστον, ἄκτιστον καὶ μόνην χαρακτηρίσει φύσιν· δεῖ γὰρ πάντως κατάλληλα ταῖς φύσεσι τὰ φυσικὰ εἶναι· καὶ πῶς ἂν δυνατὸν, τῆς κτιστῆς φύσεως καὶ ἠργμένης (*m*), ἄκτιστον εἶναι τὴν ἐνέργειαν, ἄναρχόν τε, καὶ ἄπειρον, καὶ δημιουργὸν, καὶ συνεκτικήν; ἢ πῶς ἀκτίστου καὶ ἀνάρχου, κτιστὴν, καὶ ἠργμένην, καὶ πεπερασμένην, καὶ ὑφ' ἑτέρας πρὸς τὸ ἀδιάλυτον εἶναι συνεχομένην;

ΠΥΡ. Οὐδὲ τὸ ἀποτέλεσμα τῶν ὑπὸ Χριστοῦ γενομένων ἔργων λέγοντας μίαν ἐνέργειαν, ἀποδέχῃ καὶ ὁμονοεῖς;

ΜΑΞ. Ἄλλης ἄλλο πράξεως ἀποτέλεσμα, καὶ οὐχ ἕν, ὡς ἐπὶ τῆς πεπυρακτωμένης ἐδείχθη μαχαίρας. Εἰ γὰρ καὶ ἥνωνται ἀλλήλαις, ἥ τε τοῦ πυρὸς, καὶ ἡ τοῦ ξίφους ἐνέργεια· ἀλλ' ὁρῶμεν τὸ ἀποτέλεσμα τοῦ πυρὸς τὴν καῦσιν ὄν, καὶ τοῦ σιδήρου τὸ ἀποτέλεσμα τὴν τομήν· εἰ καὶ μὴ διῄρηνται ἀλλήλων ἐν τῇ κεκαυμένῃ τομῇ, ἢ ἐν τῇ τετμημένῃ καύσει· ὥσπερ καὶ οὐρανοῦ ἄλλο, καὶ γῆς ἄλλο, καὶ ἡλίου ἄλλο. Οὐ δυνατὸν οὖν ἓν λέγειν ἀποτέλεσμα, εἰ μηδ' ἂν μία εἴη καὶ μόνον ἡ πρᾶξις. Εἰ οὖν πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα τῶν ὑπὸ Χριστοῦ γενομένων ἔργων ἀπιδόντες μίαν ἐνέργειαν ἐδογματίσατε, ἢ καὶ μίαν πρᾶξιν δογματίσατε· ἢ διὰ τὰς ἀπείρους πράξεις, ἀπείρους καὶ τὰς ἐνεργείας. Πλὴν περὶ τῶν ἔργων ἡμῖν ἐστι τὸ ζητούμενον· οὐ γὰρ περὶ τῶν ἔξω Χριστοῦ ἐστιν ὁ λόγος ἡμῖν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ· τουτέστι περὶ τοῦ φυσικοῦ τῶν οὐσιῶν τοῦ Χριστοῦ λόγου, εἴτε ἐλλιπὴς ἐκ τῆς ἑνώσεως, εἴτε ἀνελλιπὴς μεμένηκε· καὶ εἰ ἐλλιπὴς, εἰ δυνατὸν ἐλλιποῦς φύσεως ὕπαρξιν εἶναι· εἰ δὲ ἀνελλιπὴς, εἰ ἐν αὐτῷ, φημὶ δὴ τῷ συστατικῷ τῆς οὐσίας λόγῳ, ἡ ἐνέργεια θεωρεῖται, ἢ τῶν ἐκτὸς τυγχάνει. Ἀλλ', ὅτι μὲν οὐ τῶν ἐκτὸς τυγχάνει ἡ κατὰ φύσιν ἐνέργεια, δῆλον ἐκ τοῦ ἄνευ μὲν τῶν ἔργων δύνασθαι τὴν φύσιν εἶναι· ἄνευ δὲ τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας, οὔτε εἶναι τὴν φύσιν, οὔτε γινώσκεσθαι δυνατόν. Οἷς γὰρ ἕκαστον φυσικῶς ἐνεργεῖ, πιστοῦται ὅπερ ἐστὶ μὴ τρεπόμενον.

[90] Ὁπόταν οὐδὲ πρὸς ἔργον ἀντιδόντες, τὴν ἀναπλασθεῖσαν ὑμῖν τραγελάφου δίκην μίαν ἐνέργειαν ἐδογματίσατε, ἀλλὰ πρὸς τὸν φυσικὸν τῶν ἑνωθεισῶν οὐσιῶν λόγον· καὶ τούτου πίστις ἀψευδὴς τὰ ὑπὸ Κύρου μὲν δογματισθέντα κεφάλαια, ὑφ' ὑμῶν

non res; habitudo igitur, et non res erit Christi operatio ac virtus.

Ad hæc, necesse est, ut vel creatam, vel increatam eam dicatis; quandoquidem nulla prorsus, inter creatam et increatam intercedit operatio media. Si creatam dicitis, creatam naturam duntaxat indicabit: sin autem increatam, etiam naturam duntaxat increatam signabit. Oportet enim omnino naturalia naturis convenire. At quomodo fieri potest, naturæ creatæ certæque in tempore originis ac cœptæ, increatam esse operationem et sine principio et infinitam et creatricem ac conservatricem; vel quomodo naturæ increatæ et sine principio, creatam et cœptam ac terminatam, et quæ ab alia conservetur, ne intereat?

PYR. Neque eos probas, qui eorum, quæ a Christo facta sunt, effectum, unam operationem vocant, iisque consentis?

MAX. Alius, alius actionis effectus, et non unus, sicut in gladio ignito ostensum est. Etsi enim copulatæ sunt inter se ignis actio ac ferri, videmus tamen effectum ignis ustionem, et ferri effectum sectionem; quamvis eæ inter se minime divisæ sint in sectione usta, aut in ustione secta: sicut alius quoque est effectus cœli, alius terræ, alius solis. Non potest igitur dici unus effectus, nisi una et sola actio sit. Quare si respiciendo ad effectum operum Christi, unam operationem tradidistis, vel unam etiam actionem tradite; vel propter infinitas actiones, etiam infinitas operationes. Cæterum, **189** non est nobis quæstio de operibus: nec enim loquimur de iis quæ sunt extra Christum, sed de iis quæ in ipso Christo; de ratione scilicet naturali substantiarum Christi; utrum hæc imperfecta ac manca ab unione, an perfecta, et cui nihil deesset, remanserit. Ac siquidem manca, an fieri possit, ut naturæ, quæ manca sit, exsistentia sit. Sin autem non manca, num in ipsa (ratione scilicet substantiam constituente) operatio intelligatur, an ex iis sit, quæ sunt extra. Sed quod non sit operatio ac virtus naturalis ex iis, quæ extra sunt, ex eo liquet, quod potest quidem esse natura sine operibus, sine operatione autem naturali, natura nec esse, nec cognosci potest. Unde enim quisque naturaliter operatur, probatur immutatum esse id quod est.

Quod vero non respicientes ad opus, unam operationem, a vobis instar hircocervi fictam docuistis, sed ad rationem naturalem substantiarum unitarum, fidem certam facit, quod capita a Cyro tradita, a vobis comiter libentissimeque suscepta

VARIÆ LECTIONES.

[90] Marg. Fr. Τὴν ἀναπλασθεῖσαν αὐτοῖς μίαν ἐνέργειαν· οὐ πρὸς τὸ ἔργον ἀπιδόντες, ἀλλὰ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἑνωθεισῶν οὐσιῶν ἀναπλάσαντες ταύτην· ἦν ὁ μέγας τραγέλαφον ἐκάλεσεν ἐνέργειαν, ὡς ἐπινοηματικὴν καὶ ἀνύπαρκτον· *Fictam ab eis unam operationem, non ad opus respiciendo, sed ad rationem unitarum substantiarum, eam confingentes; vir magnus hircocervum vocavit, ut rationis figmentum, ac quod exsistentia careat et nihil sit.*

Digitized by Google

sunt: in quibus unam cum traderet (id est operationem) eadem dixit operatum divina pariter et humana; non solum cum Scriptura et sanctis Patribus pugnans, verum etiam cum ipsa creatorum natura. Nulla enim res, in iis manens quæ sunt ex natura, comparatum habet ut edat contraria. Non enim ignis calefacit et frigefacit; neque gelu refrigerat et calefacit: neque siccat terra et humectat, neque humectat aqua et siccat. Igitur, si in nulla re hoc cernitur, quomodo non horruistis dicere, Verbum incarnatum et substantialiter factum hominem, tum miracula, tum passiones, quæ naturæ ratione inter se differant, una peregisse operatione?

A δὲ προσηνῶς, καὶ λίαν ἀσπασίως δεχθέντα· ἐν οἷς καὶ μίαν δογματίσας, τῇ αὐτῇ ἔφη ἐνεργῆσαι τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα· οὐ μόνον τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσι μαχόμενος, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ τῶν γεγονότων φύσει. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, ἐν τοῖς κατὰ φύσιν μένον, τὰ ἐναντία ποιεῖν πέφυκεν. Οὐ γὰρ θερμαίνει τὸ πῦρ καὶ ψύχει· οὔτε ψύχει ἡ κρύσταλλος καὶ θερμαίνει· οὔτε ξηραίνει ἡ γῆ καὶ ὑγραίνει· οὔτε ὑγραίνει τὸ ὕδωρ καὶ ξηραίνει. Εἰ οὖν ἐπ' οὐδενὸς τῶν ὄντων τοῦτο θεωρεῖται, πῶς τὸν σαρκωθέντα Λόγον καὶ οὐσιωδῶς γενόμενον ἄνθρωπον, μιᾷ ἐνεργείᾳ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη λόγῳ φύσεως ἀλλήλων διαφέροντα, ἐπιτελέσαι λέγοντες, οὐ δεδοίκατε;

PYR. Quid igitur Cyrillus Ecclesiæ lumen, contraria docuit piæ sententiæ, quæ nunc ex disputatione enituit, cum « unam et cognatam amborum munere operationem (Christum scilicet) exhibuisse » dixit?

B

ΠΥΡ. Τί οὖν ἐναντία τῆς νῦν ἐκ τῆς ζητήσεως ἀναφανείσης εὐσεβοῦς ἐννοίας, ὁ τῆς Ἐκκλησίας [91] φωστὴρ Κύριλλος ἐδογμάτισε [92], « μίαν συγγενῆ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεδειγμένον ἐνέργειαν, » τὸν Χριστὸν δηλαδή, φήσας;

MAX. Nullo modo cum duplici operatione hæc auctoritas pugnat: contra vero, etiam astruit. Non enim unam operationem naturalem dixit divinitatis Christi, ejusque humanitatis; alioqui enim non dixisset alio loco, «Unam factoris et operis operationem, nemo sanæ mentis unquam concesserit;» sed cum vellet ostendere unam esse deitatis operationem, et sine carne, et cum carne. Ut **190** si quis unam esse ignis operationem cum materia et sine materia ostendere volens, diceret, ignem, et cum materia, et sine materia urere; sic et Cyrillus non unam dixit ambarum naturarum operationem; sed unam operationem divinam ac paternam, substantialiter exsistentem in Verbo incarnato; qua scilicet non solo jussu omnium rerum opifice, divina signa incorporea ratione patrabat, sicut ipse ait (cum et post incarnationem, eadem ac Pater præditus esset operandi vi, qui incorporee operetur), sed quod etiam contactu suæ carnis hæc corporaliter ederet. Hoc enim sibi vult, quod ita dictum est, « amborum munere, et per utraque: » adeoque naturaliter cognata erat ac affinis, quæ sermone, jussuque omnium opifice effecta est puellæ suscitatio, sive visus cæco reparatio, sive panum benedictio, vel leprosi mundatio, cum ea, quæ tactu corporaliter edebatur; ut et carnem vivificam monstraret, quippe quæ ejus proprie, non alterius cujusquam exsisteret, ex vera cum ipso unione. Per utraque enim hæc, jussione scilicet ac tactu, divina operatio ac virtus rebus ipsis patescebat, nihil prorsus humanam nobis similem, et qua passio sit, naturalem carnis operationem lædens; contra vero suiipsius manifestandi causa eam con-

C

D

ΜΑΞ. Οὐ μάχεται ὅλως ἡ παροῦσα χρῆσις ταῖς δύο ἐνεργείαις· τουναντίον δὲ, καὶ συνίστησιν. Οὐ γὰρ μίαν φυσικὴν ἐνέργειαν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ ἔφη, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀνθρωπότητος· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἀλλαχοῦ ἔλεγεν, ὅτι « Ποιητοῦ καὶ ποιήματος μίαν ἐνέργειαν, οὐκ ἄν τις δοίη σωφρονῶν· » ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος μίαν τῆς θεότητος οὖσαν τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἄνευ σαρκὸς, καὶ μετὰ σαρκός. Ὡς εἴ τις μίαν τοῦ πυρὸς ἐνέργειαν μετὰ ὕλης καὶ ἄνευ τῆς ὕλης δεῖξαι θέλων, φήσειεν, ὅτι τὸ πῦρ καὶ ἄνευ ὕλης καὶ μετὰ ὕλης καίει. Οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ οὐ μίαν τὴν τῶν δύο φύσεων εἶπεν ἐνέργειαν· ἀλλὰ μίαν τὴν ἐνέργειαν εἶπε τὴν θείαν καὶ τὴν Πατρικὴν, οὐσιωδῶς ἐνυπάρχουσαν τῷ σαρκωθέντι Θεῷ Λόγῳ, καθ' ἣν οὐ παντουργῷ μόνον προστάγματι τὰς θεοσημίας ἀσωμάτως ἐτέλει, καθὼς αὐτός φησιν· εἴπερ καὶ μετὰ σάρκωσιν ὁμοεργός ἐστι τῷ οἰκείῳ γεννήτορι, ἀσωμάτως ἐνεργοῦντι· ἀλλὰ καὶ τῇ τῆς οἰκείας σαρκὸς ἁφῇ ταύτας ἐδείκνυ σωματικῶς. Τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ, « Δι' ἀμφοῖν. » Ὡς συγγενῶς ἔχειν κατὰ τὴν φύσιν διὰ λόγου, καὶ παντουργοῦ προστάγματος γενομένην τὴν ζώωσιν τῆς παιδὸς, ἢ τὴν ἀνάβλεψιν τοῦ τυφλοῦ, ἢ τὴν εὐλογίαν τῶν ἄρτων, ἢ τὴν κάθαρσιν τοῦ λεπροῦ, πρὸς τὴν διὰ τῆς ἁφῆς σωματικῶς τελουμένην· ἵνα ἀποδείξῃ καὶ τὴν σάρκα ζωοποιὸν, ὡς αὐτοῦ κυρίως, καὶ οὐκ ἄλλου ὑπάρχουσαν, τῇ πρὸς αὐτὸν ἀκραιφνεῖ ἑνώσει (*n*). Δι' ἀμφοτέρων γὰρ τούτων, προστάγματός φημι καὶ ἁφῆς, ἡ θεία ἐνέργεια δι' αὐτῶν ἐγνωρίζετο τῶν πραγμάτων, μηδόλως τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνην, καὶ πάσχουσαν φυσικὴν τῆς σαρκὸς ἐνέργειαν παραβλάπτουσα· τοὐναντίον δὲ, συντηροῦσα αὐτὴν εἰς οἰκείαν ἔκφανσιν· ὥσπερ οὖν καὶ ψυχὴ, ὡς δι' ὀργάνου τοῦ

[91] εὐσεβείας 336. [92] Tom. IV in Joan.

NOTÆ.

(*n*) Ἀκραιφνεῖ ἑνώσει. *Vera unitione*, quam φυσικὴν et οὐσιώδη Cyrillus perinde dicit; distinctione ab ea quæ est σχετική. Ἀκρᾳ occurrit Turriano cum reddit, *propter summam cum ea unionem;* quam vocem Patres Nestorio opponunt, ea potissimum ratione, ut significent primo statim ortu unitam carnem Verbo, ea unitione quæ est secundum hypostasim, non ex profectu, ut divino afflatu sic eximie donaretur, supra omnes prophetas consecutum esse.

Digitized by Google

οἰκείου σώματος, καὶ τῆς αὐτοῦ φυσικῆς ἐνεργείας τὰ οἰκεῖα, καὶ τὴν ἑαυτῆς προσφέρει κατὰ φύσιν ἐνέργειαν. Ἡ τε γὰρ ἔκτασις τῆς χειρὸς καὶ ἡ ἁφὴ, καὶ ἡ κράτησις, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν τοῦ πηλοῦ μίξις καὶ ἡ τοῦ ἄρτου κλάσις · καὶ ἁπλῶς, πᾶν ὅ διὰ τῆς χειρὸς, ἢ ἑτέρου μέλους, ἢ μέρους τοῦ σώματος ἐτελεῖτο, τῆς φυσικῆς ἐνεργείας τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ ὑπῆρχε · καθ' ἣν, ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργὴς ἦν αὐτὸς, ὁ φύσει Θεὸς, καὶ τὰ θεῖα φυσικῶς ἐνεργῶν · ὡς ἂν δι' ἑκατέρων ἑκάτερα κατὰ φύσιν πιστώσηται, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας ἑαυτὸν ὄντα κατ' ἀλήθειαν δεικνύς.

A servans; uti nimirum etiam anima, per suum corpus ut instrumentum ejusque naturalem operationem, quæ sua sunt, suamque secundum naturam profert operationem. Extensio enim manus, et tactus, et quod apprehendit, eaque lutum miscuit ac panem fregit: ac denique id omne, quod manu, vel alio membro, aut parte corporis fiebat, ad naturalem humanitatis Christi operationem spectabat, qua tanquam homo, ipse natura Deus efficax erat, cum et divina naturaliter operaretur; ut, per utraque, utraque secundum naturam astrueret, Deum se perfectum, ac hominem perfectum, uno duntaxat peccato excepto, vere esse ostendens.

Οὐκ ἠγνόησεν οὖν ὁ Πατὴρ τὴν ἑκάστης φύσεως κατ' ἐξαίρετον ἰδιότητα, καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν ἰδιωμάτων περιληπτικήν · τήν τε δημιουργικὴν φημι, καὶ τὴν ἐκ τῆς ψυχῆς ἐνδιδομένην τῷ σώματι αὐτοῦ, ζωτικὴν ἐνέργειαν · ἃς σώζων ἐν ἑαυτῷ ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος εὐκρινεῖς καὶ ἀσυγχύτους ἔδειξε · τὴν μὲν δημιουργικὴν, ἐν τῷ οὐσίαν καὶ ποιότητα καὶ ποσότητα δημιουργῆσαι · ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, καὶ ἅπερ ἡ τῶν ὄντων ὕπαρξις ἔστι τε καὶ θεωρεῖται. Εἰ γὰρ καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες εἰς δέκα κατατείνουσι λόγους τὰ ὄντα · ἀλλ' οὖν τούτοις τὸ πᾶν συνέχεται καὶ περικλείεται · οὐσίαν μὲν, τοὺς λείποντας τοῦ τυφλοῦ ὀφθαλμοὺς ἀναπληρώσας · ποιότητα δὲ, τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλών · ποσότητα δὲ, τοὺς ἄρτους αὐξήσας · τὴν δὲ ζωτικὴν ἐνέργειαν ἔδειξεν ἐν τῷ ἀναπνεῖν, λαλεῖν, ὁρᾶν, ἀκούειν, ἅπτεσθαι, ὀσφραίνεσθαι, ἐσθίειν καὶ πίνειν · χεῖρας κινεῖν, βαδίζειν, ὑπνοῦν, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν φύσιν ἀπαραλλαξίαν τῆς κατὰ φύσιν ἐνδείκνυται ἐνεργείας.

B Non igitur ignoravit Cyrillus, cujusque naturæ singularem proprietatem, et quæ reliquas proprietates naturales complectitur; tum scilicet creandi vim, et quæ ex anima corpori provenit, vitalem operationem: quas Verbum incarnatum in se servans incolumes, distinctas nihilque confusas ostendit: vim scilicet creatricem, in substantiæ et qualitatis et quantitatis fabrica; ex quibus, et **191** in quibus, ac quæ est ac intelligitur rerum veritas ac exsistentia. Etsi enim Græci philosophi in decem rationes res omnes distribuunt, his tamen rerum universitas continetur ac concluditur. Substantiæ quidem enituit fabrica, supplendo quod oculis cæci deerat: qualitatis, mutatione aquæ in vinum; quantitatis, multiplicatione panum: vitalis denique operationis dedit specimen, respirando, loquendo, videndo, audiendo, tangendo, C olfaciendo, edendo, bibendo, manus movendo, ambulando, dormiendo, ac reliqua quæcunque in individuis ejusdem naturæ operationem naturalem sine ulla variatione demonstrant.

ΠΥΡ. Εὐσεβῶς καὶ ἀδιάστως τὴν τοῦ Πατρὸς παρέστησας ἔννοιαν, οὐ μαχομένην, ἀλλὰ συμβαίνουσαν διὰ πάντων ταῖς δύο ἐνεργείαις. Τί δὲ περὶ τοῦ ἁγίου Διονυσίου φαμὲν, ἐν τῇ πρὸς Γάϊον τὸν θεραπευτὴν ἐπιστολῇ, φήσαντος, « Καινήν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν, περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐν ἡμῖν πεπολιτευμένον; »

PYR. Pie nihilque violenter ostendisti non pugnare cum duabus operationibus Cyrilli sententiam, sed potius per omnia convenire. Quid vero dicemus de sancto Dionysio, qui in epistola ad Caium Cultorem de Christo, dixit: « Novam quamdam ac deivirilem in nobis operationem gessisse. »

ΜΑΞ. Ἡ καινότης ποιότης ἐστὶν, ἢ ποσότης;

MAX. Novitas, qualitasne est, an quantitas?

ΠΥΡ. Ποσότης.

PYR. Quantitas.

ΜΑΞ. Οὐκοῦν καὶ φύσιν ἑαυτῇ συνεισάγει τοιαύτην · εἴπερ πάσης φύσεως ὅρος, ὁ τῆς οὐσιώδους αὐτῆς ἐνεργείας καθέστηκε λόγος. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὅταν λέγῃ ὁ Ἀπόστολος, *Ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινὰ*, οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἢ ὅτι, Ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα ἕν · εἴτε δὲ φύσει, εἴτε ἐνεργείᾳ τοῦτο καλεῖν βούλεσθε, τοῦτο τῆς ἡμῶν ἔστω ἐξουσίας. Εἰ δὲ ποιότης ἐστὶν ἡ καινότης, οὐ μίαν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸν καινὸν καὶ ἀπόῤῥητον τρόπον τῆς τῶν φυσικῶν τοῦ Χριστοῦ ἐνεργειῶν ἐκφάνσεως, τῷ ἀποῤῥήτῳ τρόπῳ τῆς εἰς ἀλλήλας τῶν Χριστοῦ φύσεων περιχωρήσεως προσφόρως, καὶ τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ πολιτείαν, ξένην οὖσαν καὶ παράδοξον, καὶ τῇ

D MAX. Igitur etiam naturam secum talem inducet; siquidem naturæ omnis definitio, ejus operationis seu virtutis est ratio. Non solum autem, sed et cum dicit Apostolus: *Ecce nova facta sunt omnia* [k], nihil aliud dicit, quam, ecce omnia unum sunt facta; naturane, an operatione velitis dicere, vestri sit arbitrii ac potestatis. Si vero novitas qualitas est, non unam operationem designat, sed novum et arcanum modum sese explicandi naturalium Christi operationum, convenienter arcano modo mutuæ naturarum Christi inter se circumincessionis, necnon ipsius ratione hominis vitæ genus, novum ac inauditum, naturæque rerum

[k] II Cor. v, 17.

Digitized by Google

ignotum, ac qui per unionem nullis verbis explicabilem est reciprocæ modus communicationis.

PYR. Nec deivirilis unam operationem dicit?

MAX. Minime : imo contra, vox ipsa quadam circuitione, per numeratas naturas, earum operationes tradidit : quandoquidem negatis extremis, nihil in Christo medium exsistit. Si autem unam operationem significat, aliam ac Pater operationem habebit Christus ut Deus. Erit igitur Filius diversæ a Patre operationis ; siquidem Patris operatio deivirilis non est : præterquam quod naturam deivirilem insignit constituitque. Operatio enim ac virtus, cum sit naturalis, naturam constituere **192** habet, ac naturalis character notaque propria est. Sed et qui his de rebus commentati sunt, aliud genus, quantitatis esse, atque aliud qualitatis, dixere.

PYR. Neque quantitas, neque qualitas, est novitas ; sed substantia.

MAX. Miror quomodo hoc dicere ausus es. Quid distinguendo substantiæ apponitur?

PYR. Quod non est.

MAX. Quid vero novitati?

PYR. Vetustas.

MAX. Igitur non est substantia novitas, sed qualitas. Quomodo autem si de una operatione vocem accipiamus, non hunc divinarum rerum doctorem ac interpretem hac ratione sibi ipsi ac reliquis Patribus adversantem inducimus? Omnes enim diserte communiter et dixerunt et docuerunt, quæ ejusdem substantiæ sunt, ejusdem esse et operationis ; et quæ sunt ejusdem operationis, ejusdem et substantiæ esse ; et quæ substantia differunt, operatione quoque differre ; et quæ differunt operatione, etiam substantia differre.

PYR. Hoc in theologia dictum est a Patribus, non autem in œconomia (de Deo, non de Christo). Unde non fuit mentis veracis, ea quæ dicta ab eis erant in theologia, ad œconomiam transferre, et hujusmodi absurdum inducere.

MAX. Si in theologia tantum dicta sunt ista a Patribus, igitur, opinione vestra, post incarnationem non est conjuncta theologia de Filio cum paterna. Quod si non est conjuncta ejus theologia, nec connumeratur cum Patre in invocatione baptismatis : invenieturque fides et prædicatio vana.

Et rursus, si post incarnationem Filius cum Patre non assumitur in professione trinæ deitatis, nec erit ejusdem substantiæ : quæ enim ratione differunt, omnino etiam different natura.

Et rursus, si post incarnationem non simul cum Patre de Filio prædicatur divinitas, cui tribuemus illud : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* [1]? Item illud : *Quæ viderit Patrem facientem, hæc et Filius similiter facit* [1a]? Et : *Si mihi non cre-*

A φύσει τῶν ὄντων ἄγνωστον, καὶ τὸν τρόπον τῆς κατὰ τὴν ἀπόῤῥητον ἕνωσιν ἀντιδόσεως.

ΠΥΡ. Οὔτε ἡ θεανδρικὴ μίαν δηλοῖ ;

A τεῖν ἐπετάγημεν· καὶ τὰ μὲν ὡς μετὰ Θεὸν ὑπὸ γνώμην ἡμετέραν ὄντα καὶ δύναμιν, κατὰ πάντα τρόπον θελήσαιμεν, καὶ μορφῶσαι δι' αὐτῶν τῶν ἔργων σπουδάσαιμεν· τὰ δὲ, πάσαις ψήφοις, ὡς τῆς ἡμῶν πρὸς τὸ γίνεσθαί τε καὶ ἀπογίνεσθαι γνώμης οὐ χρῄζοντα, παραχωρήσαιμεν τῷ Θεῷ μετ' εὐχαριστίας καὶ πίστεως ἄγειν ὅπῃ θέλει καὶ βούλεται, μηδὲν πρὸς τοὺς λόγους διαφερόμενοι τὸ σύνολον τῆς αὐτοῦ προνοίας καὶ διοικήσεως· οἷς τὸ πᾶν ἀγνώστως μετὰ σοφίας ἀπορρήτου πρὸς τὸ ἑαυτοῦ κατὰ πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ φέρεται πέρας· κἂν ἄλλως, καὶ παρὰ τὴν ἡμῶν ἐλπίδα ποιῆται τῶν τοιούτων λόγων τὴν ἔκβασιν. Σοφώτατος γάρ ἐστι τῶν ἡμετέρων κηδεμὼν καὶ προστάτης, ἅτε δὴ μὴ συμβᾶσαν αὐτῷ τὴν σοφίαν κτησάμενος, ἀλλ' αὐτὸς B κατ' οὐσίαν σοφία κυρίως καὶ ὢν καὶ λεγόμενος. Ἓν μόνον γνησίως τηρῆσαι θελήσωμεν, τὸ ἀγαπᾷν αὐτὸν, καθὼς εἶπεν, ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ψυχῆς, καὶ δυνάμεως, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτούς· σπουδάζοντες πάντα τρόπον ἐπινοῆσαι πρὸς πέρας ἀγαγεῖν τὸ θεῖον τοῦτο διάταγμα· καὶ ὅλος πληρέστατος ἡμῖν κατὰ περιγραφὴν ὁ θεῖος κατώρθωται σκοπὸς (3), ὡς ἂν ἀξίας ἢ τάξεως, βίου τε καὶ σχήματος ἔχωμεν· εἴτε ἄρχοντες, εἴτε ἀρχόμενοι, πλουτοῦντές τε καὶ πενόμενοι, καὶ ὑγιαίνοντες καὶ νοσοῦντες, καὶ ἄλλως πῶς τοῦ σώματος ἔχοντες· καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα πάντως ἡμῶν κατὰ διάθεσιν οὐχ ἕπεται τῇ θελήσει, μηδόλως μεριμνήσωμεν. Τί γὰρ πρὸς ἡμᾶς, τὸ μὴ καθεστὼς κατὰ φύσιν ἐξ ἀνάγκης, ἢ κατὰ γνώμην ἐκ τοῦ θέλειν ἡμέτερον; Καὶ τοῦτο C τυχὸν ἡμᾶς σκοπῆσαι βουλόμενος ὁ λόγος, διὰ θείας ἐντολῆς οὐ δέδωκεν ἡμῖν περὶ τούτου διάταξιν· ἵνα μὴ τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐγχειροῦντες παρὰ φύσιν, τῇ τοῦ θέλειν δυνάμει ψεκτῶς παραχρώμεθα· καὶ τὴν μὲν ἀσθενοῦσαν δείξωμεν, οὐκ ἔχουσαν τὰ μηδαμῶς ὑπ' αὐτὴν εἶναι δυνάμενα· τὸν δὲ Θεὸν βιαζώμεθα, νομίζοντες ἑαυτῶν εἶναι τὴν τῆς προνοίας διοίκησιν, τὴν σοφῶς τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἰς κόλασιν μὲν χρωμένην τῶν ἐφ' ἡμῖν κακῶν· ἐπίδοσιν δὲ καὶ εὔτονον δρόμον τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀγαθῶν.

D Διαιροῦντες οὖν τῶν ἐφ' ἡμῖν τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τὰ μὲν τῆς θείας ὑπάρχειν ὁλοσχερῶς προνοίας· τὰ δὲ, μετὰ τῆς θείας προνοίας, καὶ τῆς ἡμῶν κατὰ θέλησιν γνώμης εἶναι κατόρθωμα πιστεύσωμεν. Ἐφ' ἡμῖν οὖν ἐστιν, ἵνα ὡς ἐν ὅρῳ περιλαβὼν εἴπω (4), πᾶν ὅτιπερ ἀρετῆς λόγῳ, ἢ τοὐναντίον κακίας τρόπῳ περιεχόμενον, κατὰ θέλησιν ἡμῶν τῇ γνώμῃ παρέπεται. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστι (5), πᾶν ὅτιπερ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως δημιουργὸν τὴν ἡμῶν οὐκ

p Rom. VIII, 38. q Matth. XXII, 37.

Digitized by Google

ἔχει προαίρεσιν· καὶ πᾶν μὲν κατὰ φύσιν ὑπάρχον ἀρετῆς καὶ κακίας ἐλεύθερον· τῇ δὲ χρήσει τῶν ἐχόντων, τοῦτο ἢ ἐκεῖνο γινόμενον, ἢ φαινόμενον εἶπεῖν οἰκειότερον. Πάντα τοιγαροῦν τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ μονώτατα, ὡς τῆς ἡμῶν σὺν Θεῷ προαιρέσεως ἔργα, καὶ τῆς ἡμῶν γνώμης ὑπάρχοντα πράγματα, θελήσωμέν τε σφοδρῶς καὶ περὶ πολλοῦ ποιησώμεθα· καὶ ἐσόμεθα τῆς θείας οὕτω γε χάριτος πῶλοι εὐπειθεῖς καὶ εὐήνιοι, ἐπιβαίνοντα τὸν Λόγον δεχόμενοι, καὶ τὸν δρόμον ἡμῖν εὐτάκτως κατορθοῦντα τῶν ἀρετῶν. Τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ὡς οὐκ ὄντα δι' ἑαυτὰ κατὰ φύσιν κακία ἢ ἀρετή, ἀλλ' ὄργανα προαιρέσεως, τοῦ ἐφ' ἡμῖν λόγου κεκρυμμένην τὴν ὁρμὴν εἰς τὸ φανερὸν ἄγοντα, μὴ θελήσωμεν ὅλως· ἵνα μὴ τὴν κατὰ φύσιν τοῦ θέλειν τῇ παραχρήσει διαφθείρωμεν δύναμιν, βουλομένην ἐπιλαβέσθαι τῶν ἀμηχάνων, καὶ ὑπ' αὐτῆς κατορθοῦσθαι μὴ δυναμένων. Ἀλλὰ πιστεύσωμεν αὐτὰ τῷ Θεῷ, καὶ δεξώμεθα μετ' εὐχαριστίας πᾶσαν καιρῶν τε καὶ πραγμάτων μεταβολήν, κατὰ τὴν σωτήριον τοῦ Θεοῦ βούλησιν συμφερόντως ἡμῖν γινομένην· ὥστε μὴ μόνον διὰ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν οὐ τῶν αὐτῶν ὡσαύτως, καὶ διὰ τῶν ἀνωμάλων ὁμαλῶς ἡμῖν τὸ καλὸν κατορθωθῆναι τῆς ἀρετῆς. Οὐδεὶς γὰρ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ἐκπίπτει ποτὲ, παραχωρῶν καὶ ἐμπιστεύων τῷ Θεῷ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῶν οὐκ ἐπ' αὐτῷ διοίκησίν τε· καὶ πρόνοιαν. Καὶ ἀληθὴς ὁ φήσας που τῶν ἑαυτοῦ λόγων Σοφός· *Ἐμβλέψατε εἰς τὰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε τίς ἐπίστευσε Κυρίῳ καὶ κατησχύνθη· ἢ τίς ἐπικαλέσατο αὐτὸν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν;*

nostraque situm facultate, quidquid ut exsistat, liberam nostram voluntatem auctorem non agnoscit: ac omnino quidem quod est naturale, nec virtutis laudem habet, neque vitii labem; eorum tamen usu qui habent, hoc illudve efficitur; sive, ut magis proprie loquar, apparet ac videtur. Quæcunque igitur in nobis nostræque facultatis singularissima bona sunt, quippe quæ liberæ nostræ cum Deo voluntatis sint opera, nostroque gerantur arbitrio ac consilio, hæc cum acrius cupiamus, tam longe pluris faciamus; sicque fiat, ut divinæ gratiæ pulli obsequentes simus ac tractabiles sessorem Verbum admittentes, ac, quo moderante, composite nobis virtutum cursus peragatur. Quæ autem in nobis non sunt nec arbitrio nostro geruntur, ut quæ ipsa a se natura nec vitii nec virtutis rationem obtineant, sed liberæ **205** voluntatis organa sint, quibus in apertum proferatur rationis in nobis occulta appetitio, ne prorsus velimus; quo scilicet naturalem voluntatis vim per abusum minime vitiemus, dum quæ illi impossibilia suni aggredi nititur, ac quæ illi implere non est concessum. Sed ea Deo permittamus, ac quidquid rerum temporumque mutatione, pro eo ac nobis consultum est, salutari Dei voluntate acciderit, cum gratiarum actione suscipiamus: ita nimirum, ut non solum per ea quæ eadem sunt, sed per ea quæ non eadem, et per ea quæ inæquabilia sunt, æquabiliter virtutis atque honesti bonum nobis impleatur. Nemo enim unquam bona spe excidit aut frustratus est, qui rerum in ejus arbitrio minime positarum gubernationem, suique in eis providentiam, Deo permittit atque committit. Veraxque Sapiens, dum quodam loco suorum sermonum ait: *Respicite ad antiquas nationes, et videte: Quis credidit Domino et confusus est? aut quis invocavit eum, et despexit illum* [r]?

Ἐπειδὴ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, κοσθὼς ἔδειξε σὺν ἀληθείᾳ τρέχων ὁ λόγος· καὶ τὴν τῶν θελητῶν καὶ οὐ θελητῶν ἰδιότητα παρέστησε σαφῶς, ἀλλήλων διακρίνας ὁρισμῷ τὰ μὴ φυρόμενα· μήτε ἀφαιρουμένης ἡμῶν τῆς ἀρχῆς, ὡς καλοῦ τινος στέρησιν ὑπομένοντες, ἀντιποιήθωμεν· οὔτε γὰρ ἔπεται πάντως ἡμῖν ἡ ἀρχὴ θελήσασι, τοῦ ἐφ' ἡμῖν λόγου πόρρω τυγχάνουσα· ὥσπερ οὐδὲ πλοῦτος καὶ ὑγεία, οὐδ' ὅσα τῶν ἐν μέσῳ κειμένων δι' ἡμῶν μορφοῦται πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν· μήτ' αὖ πάλιν διδομένην, ὡς κακόν τι παντελῶς ταύτην ἀπωσώμεθα, δυναμένην τυχὸν ἀρετῆς ὄργανον εἶναι τοῖς φιλοθέοις· καὶ πάντα προσφέρειν Θεῷ διὰ πάσης σπουδῆς πρὸς τοῖς ἐπ' αὐτοῖς ἅπασι, καὶ τὰ οὐκ ἐπ' αὐτοῖς κατ' οἰκονομίαν συμβαίνειν αὐτοῖς συγχωροῦμενα, προηρημένοις. Τὸ γὰρ μὴ δι' ἑαυτὸ κατὰ φύσιν τυχὸν καλὸν ἢ κακὸν, οὔτε ἐραστὸν οὔτε φευκτὸν εἰκότως ἐστίν. Ὧν γὰρ ἄνευ καλοί τε καὶ ἐνάρετοι γίνεσθαί τε καὶ εἶναι καὶ διαμένειν δυνάμεθα· καὶ πάλιν κακοὶ καὶ πάσης ἀρετῆς ἔρημοι, τούτων οὐκ ἀναγκαία πάντως ἡμῖν καθοτιοῦν ἡ κτῆσις· οὔτε μὴν ἡ ἀκτησία, πρὸς γένεσιν καλοῦ τινος ἢ κακοῦ καὶ συντήρησιν. Ἐπεὶ καὶ δυναστείας καὶ πλούτου καὶ

Hæc cum ita se habeant, uti vere decurrens probavit oratio; ac tum eorum quæ voluntati subsunt, tum quæ minime illi subjecta sunt, proprietatem clare ostendit, jis, definite discretis, quæ nihil inter se commiscentur aut confunduntur; nec si cessare jussi sumus, abrogataque nobis præfectura est, tanquam boni alicujus jacturam dolentes obnitamur (neque enim omnino volentibus comes magistratus est, procul ipse ab ejus ratione quod nostri arbitrii est nostræque facultatis; uti nec divitiæ ac valetudo, vel si quid aliorum est, quæ virtutem inter vitiumque media, ad virtutem atque vitium a nobis informantur), neque iterum delatum ipsum atque creditum, velut quid malum prorsus repudiemus, cum forte viris religiosis Deique cultoribus virtutis organum esse possit; iis denique quibus animo constitutum, ut omni diligentia cuncta Deo offerant, nedum omnia quæ eorum arbitrii sunt, sed quæ etiam non ejusmodi, certa illis consilii ratione evenire permittuntur. Quod enim ipsum a se suique gratia, natura forsitan nec bonum nec malum est, hoc utique nec iis quæ amore prosequenda sunt, nec quæ fugienda

[r] Eccli. II, 11.

Digitized by Google

merito accensendum sit. Quæ enim istiusmodi sunt, ut sine illis boni ac studiosi cum evadere, tum esse, ac perseverare possimus, vicissimque mali ac omni virtute destituti; hæc ut habeamus, **206** hisve careamus, ut bonum aliquod aut malum eveniat, vel factum conservetur, nihil prorsus nobis necessarium sit. Nam et aliqui, nullo perfuncti magistratu, egenique cum essent ac ægra valetudine, ingentes æternorum bonorum thesauros consecuti sunt : contra vero alii, magistratuum clari infulis, substantiaque locupletes ac robusta freti valetudine, sua ipsi voluntate ac arbitrio, divinorum omnium bonorum jacturam feeerunt. Certamque rei faciunt fidem, tum mendicus Lazarus, tum ei æqualis ac socius dives [s]. Lazarus quippe, terreno omni potentatu carens, afflictissimaque utens valetudine, nec ulla fultus rerum copia, beatam in sinu Abrahæ requiem nactus est : qui vero terrenis omnibus summe stipatus erat ac largissime iis affluebat, a sanctorum, hiatu, disseptus cœtu, ultricibus flammis addictus est. Rursusque David ac Jobus (magni scilicet veritatis pugiles), utroque vitæ genere oppositis e diametro affectionibus dissito, alterna vicissitudine probati, virtutem contrariorum usu provectam servaverunt. Non enim virtus divitiarum ambitu prosperaque valetudine ac imperii infulis præstatur ; nec vicissim his, quæ illis ådversantur; sic nimirum ut pro rerum mutatione, contraria et ipsa affectione mutetur : sed divino animi affectu, menteque ad summum honesti qualitate imbuta, immobilique fixa pietate, ac quæ contrariis alternantibus, nihil sui dissimilis eademque constanter conservetur.

ὑγείας τινὲς ἐστερημένοι, πολλοὺς ἀγαθῶν αἰωνίων ἐκτήσαντο θησαυρούς· ἕτεροι δὲ τοὐναντίον, δυναστείαν καὶ πλοῦτον καὶ ὑγείαν ἔχοντες, πάντων τῶν θείων ἀγαθῶν κατ' οἰκείαν γνώμην γεγόνασιν ἔκπτωτοι. Καὶ μαρτυροῦσιν ὅ τε πτωχὸς Λάζαρος, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν πλούσιος. Ὁ μὲν πάσης ὑλικῆς δυναστείας, ὑγείας τε καὶ περιουσίας ἐστερημένος, τὴν ἐν κόλποις Ἀβραὰμ δεχόμενος μακαρίαν ἀνάπαυσιν· ὁ δὲ τούτων τῶν ὑλικῶν εἰς ἄκρον ὑπάρχων κατάκορος, εἰργόμενος ἀπὸ τῶν ὁσίων τῷ χάσματι, καὶ τὸ κολαστικὸν πῦρ ἔχειν μερίδα κατακρινόμενος. Καὶ πάλιν Δαβὶδ καὶ Ἰὼβ, οἱ μεγάλοι τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ, δι' ἀμφοτέρων τῶν βίων τῶν ἀλλήλων κατὰ διάμετρον ἀντιπαθῶς ἀπῳκισμένων δοκιμασθέντες, τὴν ἀρετὴν διεσώσαντο διὰ τῶν ἐναντίων αὐξάνουσαν. Οὐ γάρ ἐστι πλούτου καὶ ὑγείας καὶ δυναστείας ἔργον· οὐδ' αὖ πάλιν τῆς τούτοις ἀντικειμένης μοίρας ἡ ἀρετὴ, ἵνα πάθῃ πρὸς τὰ ἐναντία μεταβολὴν, συναλλοιωθεῖσα τοῖς πράγμασιν· ἀλλὰ διαθέσεως θείας, καὶ γνώμης εἰς ἄκρον τῷ καλῷ πεποιωμένης, καὶ κατὰ Θεὸν ἀμεταβόλως πεπηγυίας, καὶ τὴν οἰκείαν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἀπαράλλακτον φυλαττούσης ταυτότητα.

Delatum itaque magistratum libentes habeamus, ac ceu organum virtutis adjumento nobis a Deo concessum suscipiamus. Rursusque eumdem ademptum ne requiramus ; qui scilicet ingens tremendæ sollicitudinis onus excusserimus ; quo nempe sic adempto, divinæ in nos providentiæ, quod cuique conducat benignissime dispensantis, scopus detegatur. *Noli enim*, inquit Sapiens, *fieri judex, ne forte non possis irrumpere iniquitatem : ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in rectitudine tua, peccesque in multitudinem civitatis, et te dimittas in turbam , ac peccatum bis alliges* [t]. Quin etsi sæculari ea potentia clarere volueris, benedicte, nulli sodalium deteriori sorte effectus es. Nam, ut ait idem Sapiens : *Oculi Domini respexerunt in te in bona , et erexit te ab humilitate tua ; et exaltavit caput tuum , et admirati te sunt multi* [u], narrantque populis ac nationibus **207** virtutes tuas. Quodque de apostolis, magno Davide proloquente, Spiritus sanctus claro præconio extulit : *In omnem terram exivit sonus* eorum, quæ abs te præclare gesta sunt; *et in fines orbis terræ* [v] suave fragrans tuarum virtutum evaporatio pervasit. Non enim comedisti panem tuum solus, sed eo affatim pupillos impartisti, ac tanquam parens jam a puero ipsos aluisti, exque eorum matris utero ad justitiam dux eis fuisti [x]. Non despexisti nudos

Διδομένην τοίνυν τὴν ἀρχὴν στέρξωμεν, καὶ ὡς τῆς κατ' ἀρετὴν ἡμῖν παρὰ Θεοῦ δοθεῖσαν ἐπικουρίας ὄργανον καταδεξώμεθα. Καὶ πάλιν ἀφαιρουμένην αὐτὴν μὴ ζητήσωμεν, ὡς μέγα φοβερᾶς ἀχθηδόνος βάρος ἀποτιθέμενοι, καὶ τὸν ἐφ' ἡμῖν τῆς Προνοίας σκοπὸν ἀποκαλύπτουσαν, τῆς τὸ συμφέρον ἑκάστῳ φιλανθρώπως οἰκονομούσης· *Μὴ ζήτει*, γὰρ, φησὶν ὁ Σοφὸς, *γενέσθαι κριτὴς, μὴ οὐκ ἰσχύσῃς ἐξᾶραι ἀδικίας· μή ποτε εὐλαβηθῇς ἀπὸ προσώπου δυνάστου* [11], *καὶ θήσεις σκάνδαλον ἐν εὐθύτητί σου· καὶ ἁμάρτῃς εἰς πλῆθος πόλεως, καὶ καταβάλῃς ἑαυτὸν ἐν ὄχλῳ, καὶ καταδεσμεύσῃς δὶς ἁμαρτίαν.* Πλὴν γε ὅτι εἰ κἀκ τούτων φανῆναι θελήσειας, εὐλογημένε, οὐδενὸς ἔλαττον ἦλθες τῶν κατὰ σέ. *Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ Κυρίου*, καθὼς ὁ αὐτὸς ἔφη Σοφὸς, *ἐπέβλεψαν ἐπὶ σὲ εἰς ἀγαθὰ, καὶ ἀνώρθωσέ σε ἐκ ταπεινώσεώς σου, καὶ ἀνύψωσε τὴν κεφαλήν σου, καὶ ἀπεθαύμασάν σε πολλοὶ*, καὶ διηγοῦνται λαοῖς τε καὶ ἔθνεσι τὰς ἀρετάς σου. Καὶ ὁ περὶ τῶν ἀποστόλων διὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ τὸ ἅγιον Πνεῦμα προανεφώνησεν· *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος* τῶν κατορθωμάτων σου, *καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης* τῶν σῶν ἀρετῶν ἡ εὐώδης ἦλθε διάδοσις. Οὐ γὰρ ἔφαγες τὸν ἄρτον σου μόνος, ἀλλ' ὀρφανοῖς ἐξ αὐτοῦ πλουσίως μετέδωκας, καὶ ἐκ νεότητος αὐτῶν ἐξέτρεψας αὐτοὺς ὡς πατὴρ, καὶ ἐκ γαστρὸς μητρὸς αὐτῶν ἐπὶ

[s] Luc. xvi, 19 seqq. [t] Eccli. vii, 6-8. [u] Eccli. xi, 13. [v] Psal. xviii, 5 ; Rom. x. 18. [x] Job xxxi,

[11] Fr. δυναστοῦ.

Digitized by Google

δικαιοσύνην ὡδήγησας. Οὐχ ὑπερεῖδες γυμνοὺς ἀπολλυμένους, καὶ οὐκ ἠμφίασας· ἀδύνατοι δὲ πάντες ηὐλόγησάν σε· τοὺς γὰρ ὤμους αὐτῶν ἐθέρμανας ἀπὸ κουρᾶς ἀμνῶν σου. Οὐκ ἔταξας τὸ χρυσίον σου εἰς τὸν χοῦν σου, τουτέστιν εἰς ἀπόλαυσιν τῆς σαρκός σου· ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πάντα τὸν πλοῦτόν σου προέπεμψας, εἰς ἑτοιμασίαν τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν. Οὐκ ἠπατήθης πλούτῳ φθειρομένῳ, καὶ ῥέοντι αὐτῷ οὐ προσέθηκας καρδίαν. Γελοπασταῖς οὐ συνηυλίσθης, ὧν ὁ βίος ἐστὶν αἰσχύνη, καὶ ἡ ζωὴ κηλίδων πεπλήρωται. Οὐκ ἐσπούδασεν ὁ ποῦς σου εἰς δόλον· οὐδὲ ἐπεχάρης πτώματι ἐχθρῶν, καὶ εἶπεν ἡ καρδία σου· Εὖγε. Οὐκ ἐστέναξεν ἡ γῆ ἐπὶ σοί· οὐ γὰρ ἔφαγες μόνος τὴν ἰσχὺν αὐτῆς ἄνευ τιμῆς, οὐδὲ ψυχὰς κυρίων αὐτῆς ἐξέθλιψας. Ἀπὸ δώρων ἀδίκων τὰς χεῖρας συνέστειλας· διέσωσας δὲ πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ ἔκλαυσας ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ· καὶ ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις, ἐστέναξας. Ὀρφανοῖς οἷς οὐκ ἦν βοηθὸς ἐβοήθησας· στόματα δὲ χηρῶν ηὐλόγησάν σε. Δικαιοσύνην γὰρ ἐνεδύσω, καὶ ἡμφιάσω κρῖμα εὐθὲς, ἴσα [12] διπλοΐδι. Ὀφθαλμὸς ἐγένου τυφλῶν, ποῦς δὲ χωλῶν, καὶ πατὴρ ἀδυνάτων. Μύλας ἀδίκων συνέτριψας, καὶ ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἐξέσπασας [13] ἅρπαγμα. Καὶ συνελόντα φάναι, πεινῶντας διατρέφεις, καὶ διψῶντας ποτίζεις, καὶ ξένους περιστέλλεις, καὶ γυμνοὺς περιβάλλεις, καὶ ἀσθενοῦντας ἐπισκέπτῃ, καὶ τοῖς ἐν φυλακαῖς διακονεῖς· μᾶλλον δὲ, Θεῷ διὰ πάντων τούτων εὐαρεστεῖς· ὃτ' ὃν πᾶσι τούτοις προθύμως ἐπαρκεῖν, πάντων ἐπιδοξότερον ἔκρινας. Διὰ τοῦτό σε δικαίως ἐφύλαξεν ὁ Θεὸς, καὶ ὁ λύχνος αὐτοῦ λάμπει ὑπὲρ κεφαλῆς σου· τουτέστιν, ὁ νόμος τῶν ἐντολῶν τῇ πράξει τῶν ἀρετῶν ἐπὶ σοὶ πᾶσι λαμπρῶς διαφαίνεται· καὶ τῷ φωτὶ αὐτοῦ πορεύῃ ἐν σκότει· τουτέστι, τῇ γνώσει τῆς τῶν ὄντων εὐσεβοῦς θεωρίας, τὴν ἀπάτην τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ τὴν ἄγνοιαν ἀβλαβῶς διοδεύεις, πρὸς τὸ ἄσκιον φῶς ἐπειγόμενος. Σοὶ γὰρ μόνῳ κατὰ ἀλήθειαν ὑπῆρξε παρὰ πάντας ἀνθρώπους, ἠγαπημένε, τῷ τῆς ἀρχῆς ὄγκῳ μὴ διαφθεῖραι τὴν ἀρετὴν, μηδὲ τῷ χρυσῷ τὸν τοῦ Χριστοῦ καθοτιοῦν ὑποκλῖναι νόμον· ἀλλὰ τοσοῦτον τῇ ἀρετῇ δουλῶσαι τὴν ἐξουσίαν, ὥστε καὶ ἀπὸ μόνων, ἀρετῆς τέ φημι καὶ λόγου, γνωρίζεσθαι· καὶ πᾶσι πανταχοῦ γενέσθαι διὰ τὸ κλέος τῆς δικαιοσύνης ἐξάκουστον.

Εἰ δὲ τὸ κατὰ σάρκα δυσπαθὲς ὡς εἰκὸς παραιτούμενοι, τὴν ταύτης νομίζομεν περιποιεῖσθαι διὰ τῆς ἐξουσίας εὐπάθειαν, γνῶμεν, ὡς τὴν μὲν εὐπάθειαν τῆς σαρκὸς, θείας ἐντολῆς ἐφεῦρε τῷ βίῳ παράβασις, καὶ ἄνθρωπος τῶν αἰωνίων τὰ πρόσκαιρα προτιμήσας εἰσήγαγε· τὴν δὲ τῆς σαρκὸς δυσπάθειαν, θείας ἐντολῆς τήρησις, καὶ Θεὸς διὰ τοῦτο γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἑαυτοῦ παρέδειξέ τε καὶ ἐνομοθέτησε· καὶ τὴν μὲν εἶναι τῆς τοῦ παραδείσου καὶ τῶν ἐκεῖσε ἀγαθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἀποξενώσεως αἰτίαν· τὴν δὲ τῆς εἰς τὸν παράδεισον ἐπαναγωγῆς, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως· καὶ τὸ δὴ πάντων θαυμασιώ-

A pereuntes atque rigentes, et non operuisti : quin te imbecilles omnes benedixerunt, ut qui eorum calefeceris humeros de vellcribus ovium tuarum. Non posuisti aurum tuum in pulverem tuum; nempe, non impendisti in carnis tuæ delicias, sed in cœlum omnes facultates tuas, animi paraturus bona, præmisisti. Non corruptibilibus seductus divitiis es, nec illis fluentibus cor apposuisti [y]. Non versatus es cum derisoribus, quorum vita probrum est, ac conversatio sordibus scatet. Non festinavit pes tuus ad dolum, nec gavisus es super ruina inimicorum tuorum, dixitque cor tuum : Euge [z]. Non gemuit terra super te; non enim comedisti solus robur ejus sine pretio, nec animas dominorum ejus afflixisti. Manus tuas ab iniquis muneribus cohibuisti, ac mendicum de manu potentis salvasti, superque omni invalido flevisti; videnque virum in necessitatibus, ingemuisti. Pupillos, quibus non erat adjutor, adjuvasti; os autem viduarum benedixit te [a]. Justitiam enim indutus es, et vestitus es judicio recto sicut diploide. Oculus fuisti cæcorum, pesque claudorum, et pater invalidorum. Molas iniquorum confregisti, et de medio dentium eorum extraxisti rapinam. Atque, ut summa dicam, esurientes pascis, sitientes potas, peregrinos suscipis, nudos operis, infirmos visitas, et his qui in carcere sunt, ministras [b]. Quinimo hisce omnibus Deum demereris, cujus demerendi causa, ut his omnibus prompto animo sufficeres, cunctis ad laudem majus existimasti. Idcirco te Deus jure merito custodivit, ejusque lucerna lucet super caput tuum [c]; nempe lex mandatorum, virtutum actione micans, super te cunctis magnifice splendet; ambulasque ejus lumine in tenebris; hoc est, piæ rerum contemplationis scientia, sæculi hujus seductionem ac ignorantiam illæse transis, ad lucem festinans cui nulla umbra obtundit. Tibi enim revera uni, quod nulli **208** aliorum, dilecte, obtigit, ut ex imperii mole fasciumque amplitudine, nulla virtutem labe afficeres, nec Christi legem auro prorsus submitteres; sed sic potestatem virtuti mancipares, ut solis virtute ac ratione, ceu notis, splendesceres, cunctisque ubique ob justitiæ decus spectabilis ac fama celebris evaderes.

D Sin autem carnis molestias ac labores seu ærumnas, ut par est, defugientes, ejus nos bonam habitudinem ac delicias magistratu adepturos speramus; noverimus, bonam carnis habitudinem ejusque delicias, divini mandati transgressionem mundo adinvenisse, hominemque ea ratione quod sempiternis temporanea prætulit, invexisse; carnis vero molestias ac labores, divini mandati observationem, Deumque in eam rem factum hominem, exemplo suo ostendisse atque sanxisse; ac quidem carnis delicias, paradiso ejusque bonis extrusisse, labores vero ac molestias, ut in paradisum reverta-

[y] Psal. LXI, 11. [z] Job XXXI, 5. [a] Job XXIX, 12, 13; XXX, 25. [b] Matth. XXV, 35. [c] Job XXIX, 3.

[12] Fr. Isa. [13] In textu sacro, ἐξήρπασας.

Digitized by Google

mur, ac in cœlos recipiamur, præstare; quodque sane omne vincit miraculum, necessitudinis cum Deo causam esse. Quamobrem carnis quidem molestias atque labores, ceu divinæ gratiæ organum, nusquam non amplectamur, ita nimirum ut nihil temporum rerumque mutationibus, anima moribusque mutemur; ejus vero delicias ac remissionem bonamque habitudinem penitus negligamus, ceu rem abominabilem prorsusque solubilem; cui necesse ut accidat, quod ejus proprium est; *nec suos excedat fines*, ut divinum Christi os locutus est Gregorius [d]; quæque demum omnes animo maculas inurat; quo scilicet toti unius soliusque Dei efficiamur, qui omnibus animi corporisque motibus divinos fulgores emicemus. Atque, ut verbo dicam, Dei totius capaces, totique ex integro dii per gratiam reddamur; sic nimirum ut alter ipse per omnia esse videamur, excepto duntaxat ne idem secundum essentiam esse existimemur : hæc enim consummatio summaque perfectio, ut nullam prorsus hujus sæculi notam in nobis præferamus, ne per eam aliqua saltem ratione divino habitu careamus, acerbiusque animo doleamus, tum quod veræ labem integritati intulerimus, tum vero quod emendationis opportuna tempora ac causas non inveniamus.

A τερον, τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώτεως πρόξενον. Καὶ διὰ τοῦτο τῆς μὲν σαρκικῆς δυσπαθείας, ὡς θείας ὀργάνου χάριτος ὑπαρχούσης, μέχρι πάντως ἀνθεξώμεθα, μὴ συμμεταβαλλόμενοι τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασι· τῆς δὲ τῆς σαρκὸς εὐπαθείας παντελῶς ἀλογήσωμεν, ὡς ἀποπτύστου, καὶ πάντως λυθησομένης, καὶ πεισομένης τὸ ἑαυτῆς, *καὶ τοὺς ἰδίους ὅρους οὐχ ὑπερβαινούσης*, ὡς τὸ θεῖον ἔφη τοῦ Χριστοῦ στόμα Γρηγόριος· καὶ ὡς πάντων τῶν τῆς ψυχῆς στιγμάτων ποιητικῆς· ἵνα ὅλοι γενώμεθα τοῦ Θεοῦ καὶ μόνου [15-15], διὰ πάντων τῶν τε ψυχικῶν καὶ σωματικῶν κινημάτων, τὰς θείας αὐγὰς ἀπαστράπτοντες. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅλου Θεοῦ χωρητικοὶ, καὶ ὅλοι δι' ὅλου θεοὶ κατὰ χάριν γενώμεθα· τοσοῦτον, ὥστε ἄλλον αὐτὸν ἡμᾶς εἶναι διὰ πάντων νομίζεσθαι· B χωρὶς τῆς πρὸς αὐτὸν κατ' οὐσίαν ταυτότητος· τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, μηδὲν τὸ παράπαν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου γνώρισμα φέροντες· ἵνα μὴ δι' ἐκεῖνο κατά τι στέρησις ἡμῖν τῆς θείας ἕξεως γένηται, καὶ πικρῶς μὲν ὀδυνηθῶμεν ἐπὶ τῷ μώμῳ τῆς ἀληθοῦς ἀρτιότητος· τῆς δὲ διορθώσεως τὰς ἀφορμὰς οὐχ εὑρήσωμεν.

Exacto nobis, quod actionibus assignatum est, sæculo, nihil prorsus præsentium rerum manebit, qua nunc figura ac situ **209** conspicitur. Nihil est iis in rebus quas oculis usurpamus, quod earum dominis ratum maneat, nec facile concidat ac dilabatur. Nihil iis, quos rerum libido superaverit, durat, immobile perseverans; non gloria, non divitiæ, non potestas, non sanitas, non ignominia, non paupertas, non servitus, non ægritudo, non pulchritudo, non juventus, non claritas, non deformitas, non senectus, non ignobilitas. Omnia transeunt, omnia marcescunt; evanescunt umbræ instar omnia humana; omnisque humanæ præfecturæ tumor, quavis bulla facilius diffiatur. *Omnis* enim *homo*, inquit, *fenum, et omnis gloria hominis sicut flos feni; exaruit fenum, et flos cecidit* [e]. Revera namque humana omnia ortui conjunctam potentia interitionem habent; quin et sæpius in nonnullis, interitionem ortui præeuntem; ita ut mutua extremorum in unum coitione, quod medium intercedit, fugacius quam ut queas advertere, dilabatur : idque adeo sapienter moliente sapientia, ut ad astruendam æternorum fidem doctrina sit, eorum ipsa ratio, quæ ad interitum immutantur. Alia aliis vicissim commutantur, ac velut quodam circulo unumquodque altero vertitur; ejuscemodique alternatione, interitum sibi potius, quam ortum ratum præstant.

Τοῦ αἰῶνος ἡμῖν ἀπογενομένου τῶν πράξεων, οὐδὲν μένει τὸ σύνολον τῶν παρόντων ὡς ἔχει νῦν, σχήματός τε καὶ θέσεως. Οὐδὲν τῶν ὁρωμένων τὸ πιστὸν ἔχει τοῖς κεκτημένοις, καὶ ἄπτωτον. Οὐδὲν διαρκῶς ἔστηκε τοῖς ἡττημένοις αὐτῷ προσδιαμένον ἀκίνητον· οὐ δόξα, οὐ πλοῦτος, οὐ δυναστεία, οὐχ C ὑγεία, οὐκ ἀδοξία, οὐ πενία, οὐ δουλεία, οὐ νόσος, οὐ κάλλος, οὐ νεότης, οὐ περιφανεία, οὐκ ἀμορφία, οὐ γῆρας, οὐ δυσγένεια· πάντα παρέρχεται, πάντα μαραίνεται, πάντα σκιᾶς δίκην ἀφανίζεται τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πομφόλυγος εὐδιαπνευστότερός ἐστι πᾶς ὁ τῆς ἀνθρωπίνης δυναστείας ὄγκος. *Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος*, φησὶ, *χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε.* Πάντα γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ ἀνθρώπινα, συνημμένην ἔχει κατὰ δύναμιν τὴν φθορὰν τῇ γενέσει· πολλάκις δὲ καὶ προηγουμένην ἐπ' ἐνίων τῆς γενέσεως τὴν φθοράν· ὡς δύνασθαι κλαπῆναι τῇ κατὰ τὸ αὐτὸ τῶν ἄκρων πρὸς ἄλληλα συνόδῳ τὸ μέσον (6), καὶ δι' ἀμφοῖν θεωρούμενον· καὶ τοῦτο D σοφῶς τῆς προνοίας μηχανωμένης, ἵνα γένηται πρὸς τὴν τῶν αἰωνίων πίστωσιν ὁ τῶν ἀλλοιουμένων λόγος παιδαγωγία. Πάντα μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, καὶ περιτρέπεται ἕκαστον ἑκάστῳ· καὶ δι' ἀλλήλων μᾶλλον κυροῦσιν ἑαυτῶν τὴν φθορὰν ἢ τὴν γένεσιν.

Ne itaque animam, quæ non sit interitioni obnoxia, temporaneis rebus alligemus; neve animum gravemus, ita ut terrenorum cura in terram detrahamus, qui per naturam a terrena concretione liber sit. Pro eo ac naturæ consentaneum est, ratione

Μὴ τοίνυν ἐνδήσωμεν [16] τοῖς ἐπικαίροις τὴν μὴ φθειρομένην ψυχήν· μηδὲ βαρήσωμεν τὸν νοῦν κατασπῶντες πρὸς γῆν τῇ φροντίδι τῶν ὑλικῶν, ὕλης ὄντα κατὰ φύσιν ἐλεύθερον. Φυσικῶς ἀλλήλων διείλωμεν τῷ λόγῳ, τὰ μηδέποτε κατ' οὐσίαν ἀλλήλοις

[d] Orat. de amore pauperum. [e] Isa. XL, 6.

[15-15] al. τοῦ ἑνὸς Θεοῦ. [16] Fr. ἐκδύσωμεν, quod mendosum.

Digitized by Google

συμπίπτοντα · καὶ οὐδεὶς κόπος ἡμῖν περίεστιν ἐλ- A
κύσαι τῆς προσπαθείας τῶν φθειρομένων, τὴν ἀσύν-
θετον καὶ μηδαμῶς διάλυσιν φύσεως ἐπιδέξασθαι
δυναμένην ψυχήν. Φύγωμεν Σόδομα · τὴν περὶ τὰ αἰ-
σθητὰ τῶν αἰσθήσεων πλάνην · λέγω καὶ σύγχυσιν ,
ἵνα φύγωμεν τὸν ἐμπρησμόν · τὴν τούτοις φημὶ πάν-
τως διὰ πυρὸς ἑπομένην κόλασιν. Εἰς τὸ ὄρος σωθῶ-
μεν, εἰς τὸ ὕψος δηλαδὴ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας,
ἵνα μὴ συμπαραληφθῶμεν, οἱ μήπω τῶν αἰσθήσεων
ὁλικῶς ἐξοικισθέντες, κἂν ἀργεῖν δοκῶμεν κατὰ τὸν
μακάριον Λὼτ ἀπὸ κακίας (7), τῷ μὴ συνεργάζε-
σθαι τοῖς Σοδομίταις τὰ ὅμοια · τουτέστι, τοῖς διὰ
τῶν αἰσθήσεων πάθεσι, τὰ πρόσφορα πάθεσι. Παρα-
δράμωμεν ὅση δύναμις τὰ παρατρέχοντα, καὶ κρα-
τεῖσθαι μὲν παρ' ἡμῶν οὐδαμῶς δυνάμενα, αὐτὴν
ἔχοντα φύσιν τὴν παροδικὴν ῥεῦσιν ὑπόστασιν · B
μόνην δὲ ἡμῖν ἐναφιέντα τὴν ἐπ' αὐτοῖς τῆς ψυχῆς
κακῶς ἐστιγμένην διάθεσιν, δι' ἣν πᾶσα μέλλει τοῖς
κατακρίτοις ἐπανατείνεσθαι βάσανος. Ἀφῶμεν πάν-
τα προθύμως, ἢ Θεῷ διὰ τῶν δεομένων προχρήσωμεν,
ὧν ἐξ ἀνάγκης φυσικῶς ἡμῖν παρέπεται στέρησις.
Ἀφῶμεν γνωμικῶς κατὰ θέλησιν, τὰ φυσικῶς κατ'
ἀνάγκης ἀφιέντά τε καὶ ἀφιέμενα. Μὴ ποιήσωμεν
τοῖς γινομένοις τε καὶ ἀπογινομένοις διὰ ἀλογίστου
σχέσεως κάτοχον, τὴν τὸν Ποιητὴν ἑαυτῆς φυσικῶς
εἰκονίζουσαν ψυχήν · τὴν μηδέποτε μετὰ τὸ γενέσθαι
πέρας τοῦ εἶναι λαμβάνουσαν, καὶ ἀεὶ ζητεῖν τὸν
Θεὸν διὰ πάντων, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπείγεσθαι προ-
στεταγμένην. Μὴ θελήσωμεν ἔχειν ἅπερ κρατεῖν οὐ
δυνάμεθα · μήτε μὴν ὡς αἰωνίοις προστεθῶμεν τοῖς C
πάντως παρερχομένοις. *Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ*
αἰῶνος τούτου, καθὼς εἶπεν ὁ Ἅγιος · καὶ · *Ὁ*
οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, καθὼς εἴρηκεν
ὁ τοῦ Ἁγίου Θεός · καὶ δεχώμεθα [ἐκδεχώμ.] τὴν
θείαν ἀψευδῶς ἀπόφασιν, καὶ φθάνωμεν τῇ πίστει
τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, καὶ πιστούμεθα δι' ἀποδεί-
ξεως ἐναργοῦς τῶν λεγομένων τὴν ἔκβασιν. Οὕτινος
γὰρ τὰ μέρη φθοραῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑπόκειται,
καθώς τις τῶν ἡμετέρων ἔφη σοφὸς [17], τούτου καὶ
τὸ πᾶν δηλονότι, κἂν μήπω δι' ἐνεργείας ἐφέστηκεν
ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ ταῦτα, τὸ πᾶν ὑποστήσεται · ἐπεὶ καὶ
πᾶς ἄνθρωπος ἐξ ὧν πάσχει καθ' ἑκάστην ἡμέραν,
φυσικῶς οἶδε τεθνήξεσθαι, κἂν μήπω πάρεστι διὰ τῶν
πραγμάτων ὁ θάνατος.

inter se dividamus, quæ secundum essentiam, secum ipsa nunquam eadem sunt; nulloque labore, ac quam facile, animam omni vacantem compositione, ac quæ nullo modo natura interitioni obnoxia sit, ab earum rerum quæ intereunt licentiori affectu ac libidine retrahemus. Fugiamus Sodoma (nempe sensuum errorem ac confusionem, circa eas res quæ sensu attinguntur), quo incendium (his nempe omnino comes ignis conflagratione supplicium) caveamus [f]. In montem saluti consulturi evadamus (ad vitæ scilicet ex divinis rationibus institutæ sublimitatem), ne forte comprehendamur, qui necdum sensibus omnino excesserimus; tametsi instar beati Lot, vitio ac pravitate vacare videmur, quod non eadem atque Sodomitæ opera agamus; ii scilicet, quibus sensuum opera usu veniunt, quæ vitiis affectibusque consentanea sunt. Quanta vis **210** est ac conatus, quæ transeunt, nec a nobis ulla ratione teneri possunt, prætercurramus; quæ nimirum ipsam natura substantiam viaticum fluxum habeant, nec aliud, quam male iis compunctam ac maculatam animi affectionem, unde cruciatus, omnis reprobis intuendus, immittant. Prompto animo cuncta dimittamus, aut per egenos Deo prærogemus, quorum nobis natura comes privatio est. Animi sententia ac voluntate ultro dimittamus, quæ natura necessario et dimittunt et dimittuntur. Ne aliena a ratione libidine ac affectione, rebus quæ oriuntur ac intereunt, animum ipsum natura Auctoris sui imagine insignitum, addicamus; qui scilicet ubi semel in rerum naturam editus est, nullum sit exsistendi finem habiturus, ac cui præceptum, ut per omnia Deum semper quærat, et ad eum contendat. Ne ea nancisci velimus, quæ rata possidere non possumus; neque vero, tanquam æternis, rebus omnino labentibus animum adjiciamus. *Præterit* enim *figura hujus sæculi*, uti dixit Apostolus [g]. Et : *Cœlum et terra transibunt*, quemadmodum ait apostoli Deus [h]. Certa veritate futuram divinam sententiam exspectemus, ac sermonis vim fide occupemus, claraque demonstratione, eorum quæ dicuntur eventus, certiores reddamur. Cujus enim partes interitionibus, aliisque ex aliis qualitatibus deterentibus, obnoxiæ sunt, ut nostrum quidam sapiens protulit, iis plane et totum obnoxium est, etsi necdum tempus actu appetiit, quo hæc totum patietur. Nam etiam quivis hominum, ex iis quæ quotidie accidunt, natura se mortalem agnoscit, quanquam necdum reipsa mors adest.

Γενώμεθα τοίνυν ἑαυτῶν, καὶ τοῦ Θεοῦ · μᾶλλον D
δὲ μόνου Θεοῦ, ἀλλὰ μὴ τῆς σαρκὸς ὅλως καὶ τοῦ
κόσμου. Ἑτοιμασθῶμεν τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεὸν
ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον · *Ἑτοιμάζου, τοῦ ἐπι-*
καλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ · ὅπερ ἐστὶ, καθ-
αρθῶμεν τῶν κακῶν στιγμάτων καὶ μολυσμῶν, ἀποβα-
λόντες ἑαυτῶν καὶ αὐτὰς ψιλὰς τῶν παθῶν, κατὰ τὸ δυ-
ατὸν, τὰς φαντασίας. Οὕτω γὰρ ἀληθῶς ἑτοιμάζεται
πᾶς ἑτοιμάζεσθαι θέλων καλῶς · ἵνα δεξώμεθα διὰ τῶν

Nostri itaque ipsorum ac Dei efficiamur; quin potius solius Dei; haud vero carnis omnino et mundi. Præparemur ad Dominum Deum nostrum invocandum, sicut scriptum est : *Præparare ut invoces Deum tuum, Israel* [i]; ac si dicat : Emundemur a malorum sordibus atque maculis, ipsis quoque, quoad fieri potest, nudis affectuum vitiorumque cogitationibus, a nobis depulsis. Sic enimvero præparatur, quisquis rite cupit præparari; quo nimi-

[f] Gen. xix, 15 seqq. [g] I Cor. vii, 31. [h] Matth. xxiv, 35. [i] Amos iv, 12.

[17] Basil. homil. 1 in Hexaemeron.

Digitized by Google

rum virtutum luce, ceu divinis quibusdam coloribus, accuratam cum Deo similitudinem nobis informemus. Sic enim convenienter invocat, qui modum quo Deus sit invocandus non ignorat. Præparatio enim, ut quidem existimo, in eo posita est, ut a vitiis ac perturbationibus **211** animo abhorreamus; invocatio vero, ut virtutum cultu veram cum Deo necessitudinem ineamus. Aut rursus, præparatio est, quæ virtutum amictu, his, qui digni sunt, claritas provenit; invocatio autem, ipsa est per veram scientiam susceptio gratiæ deificantis. Sic enim semper candida vestimenta nobis licebit habere [j], juxta quod scriptum est; hoc est, claros atque lucidos virtutum modos, nullumque tenebrarum vestigium habentes. *Et anima nostra exsultabit in Deo Salvatore nostro* [k]; quam exhilaret, quod tum veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, exuerit; tum novum, qui secundum Deum creatus est, in spiritu induerit[l]. *Induet* enim nos Deus *vestimento salutis et tunica justitiæ* [m]; morali scilicet habitu virtutum cultu philosophiæ actione, certaque ac inoffensa in spiritu sapienti doctaque contemplatione, ut et futura divini et immortalis thalami originalia bona consequamur. Ad hæc omnia diligenter attendamus quomodo ambulemus, quidve ipsi de nobis statuamus, qui spiritales multos ac inaspectabiles, eorum quæ a nobis geruntur et cogitantur, testes adesse non nesciamus; qui nimirum, nedum id cernant quod oculis conspicuum est, verum in ipsam quoque conspiciant animam, acerbique censores, hoc ipsum quod imo pectore occultum latet, redarguant.

Multi enim revera angelicarum Potestatum chori nos undique circumstant; ac quæ a nobis geruntur ac dicuntur, atque animo versantur, ad nudam usque cogitationem omni diligentia in cœlo perscribunt, quibus in tremendo judicii die coarguamur; tum nimirum cum rerum omnium aspectabilium creatura, immensa celeritate concita nutansque in suam impelletur consummationem; cœlumque ac terra magno strepitu ac fragore transibunt; interjectaque his elementa calore solventur [n]; et erit cœlum novum et terra nova, et quæ sequuntur [o]. Quando apponentur throni, et Antiquus dierum sedebit, ac libri aperientur; quibus nimirum facta a nobis dictaque ac cogitata fideliter ac sincere scripta contineantur: milliesque millia angelorum ministrabunt ei, et decies millies centena millia ei assistent [p]; formidabilesque ignis ardentis ubique minæ discurrent, ac quæ circa sunt omnia complectentur, instarque ceræ macerabunt ac resolvent montes. **212** *Fluvius* enim *ignis*, inquit, *trahebat ante eum* [p]. Quando tartarus, hiansque ac immensa vorago [q], necnon tenebræ exteriores, et qui non moritur, vermis, adesse monstrabuntur [r]. Super his omnibus, suspensus

A ἀρετῶν, ὡς διά τινων θείων χρωμάτων τὴν ἀκριβῆ πρὸς Θεὸν ἐξομοίωσιν. Οὕτω γὰρ ἐπικαλεῖται δεόντως, ὁ τὸν Θεὸν πῶς ἐπικαλεῖσθαι χρὴ μὴ ἀγνοιῶν· ἑτοιμασία γάρ ἐστι, κατ' ἐμὲ φάναι, τῶν παθῶν ἀλλοτρίωσις· ἐπίκλησις δὲ, ἡ γνησία διὰ τῶν ἀρετῶν πρὸς Θεὸν οἰκείωσις. Ἢ πάλιν, ἑτοιμασία ἐστὶν, ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν τοῖς ἀξίοις ἐγγινομένη λαμπρότης· ἐπίκλησις δὲ, ἡ διὰ γνώσεως ἀληθοῦς ὑποδοχὴ τῆς θεοποιοῦ χάριτος. Οὕτω γὰρ ἂν λευκὰ διὰ παντὸς τὰ ἱμάτια ἔχειν δυνησόμεθα, κατὰ τὸ γεγραμμένον· τουτέστι φαιδροὺς τοὺς διὰ τῶν ἀρετῶν τρόπους· καὶ διαφανεῖς, καὶ μηδὲν σκότους τεκμήριον ἔχοντας. *Καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν*· χαίρουσα ἐπί τε τῇ ἀπεκδύσει τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου, τοῦ φθειρομένου κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· καὶ τῇ ἐπενδύσει τοῦ νεοῦ τοῦ κατὰ Θεὸν κτισθέντος ἐν πνεύματι. *Ἐνδύσει* γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἡμῶν *ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης*· τουτέστι τὴν ἐκτικὴν κατ' ἦθος διὰ τῶν ἀρετῶν φιλόσοφον πρᾶξιν, καὶ τὴν ἀπταιστον ἐν πνεύματι γνωστικὴν θεωρίαν, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων τοῦ θείου καὶ ἀκηράτου νυμφῶνος ἀρχικῶν ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν. Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἀκριβῶς σκοποῦντες πῶς περιπατοῦμεν, καὶ τί περὶ ἑαυτῶν βουλευόμεθα· πολλοὺς γινώσκοντες τοῖς παρ' ἡμῶν γινομένοις τε καὶ νοουμένοις ἀοράτους παρίστασθαι μάρτυρας, οὐκ εἰς τὸ φαινόμενον βλέποντας μόνον, ἀλλ' εἰς αὐτὰς παρακύπτοντας τὰς ψυχὰς, καὶ τὸ κρυπτὸν διελέγχοντας τῆς καρδίας.

Πολλοὶ γὰρ, ὡς ἀληθῶς, χοροὶ πανταχόθεν ἀγγελικῶν Δυνάμεων ἡμᾶς περιεστήκασι, τὰ γινόμενά τε καὶ λεγόμενα παρ' ἡμῶν, καὶ νοούμενα, μέχρι καὶ ψιλῆς ἐνθυμήσεως, δι' ἀκριβείας πάσης ἐν οὐρανῷ καταγράφοντες, πρὸς ἔλεγχον ἡμῶν ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· ὅτε πᾶσα τῶν ὁρατῶν ἡ κτίσις κλονουμένη κατ' ἔπειξιν ἄφατον πρὸς τὴν οἰκείαν ὠθεῖται συντέλειαν· καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται· καὶ τὰ διὰ μέσου στοιχεῖα καυσούμενα λυθήσεται· καὶ ἔσται οὐρανὸς καινὸς καὶ γῆ καινὴ, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Ἡνίκα θρόνοι προτίθενται, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν προκαθέζεται, καὶ βίβλοι ἀνοίγονται, τῶν ἡμετέρων ἔργων τε καὶ λόγων καὶ νοημάτων τὰ ἔγγραφα πιστῶς τε καὶ ἀνυθεύτως ἔχουσαι· χίλιαί τε χιλιάδες ἀγγέλων λειτουργοῦσιν αὐτῷ, καὶ μυρίαι μυριάδες αὐτῷ παρεστήκασι· καὶ ἀπειλὴ φρικώδης αἰθομένου [καιομένου] πυρὸς παντοχοῦ διατρέχουσα, καὶ τὰ κύκλῳ πάντα περιλαμβάνουσα, καὶ ὄρη ὡσεὶ κηρὸν ἐκτήκουσα. *Ποταμὸς* γὰρ *πυρὸς*, φησὶν, *εἵλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ*. Ἡνίκα τάρταρος, καὶ βάθρος ἀχανὴς καὶ ἀνείκαστος, καὶ σκότος ἐξώτερον, καὶ σκώληξ ἀκοίμητος ἀναδειχθῶσι παρόντα· καὶ ἐπ' αὐτοῖς φόβος εἱστήκει διὰ πάντων μετέωρος ἐκδεχομένων τὴν ἔκβασιν· καὶ ὁρ-

[j] Eccle. IX, 8. [k] Isa. LXI, 10. [l] Eph. IV, 24. [m] Isa. LXI, 10. [n] II Petr. III, 10. [o] Isa. LXV, 17. [p] Dan. VII, 9, 10. [q] Psal. XCVI, 3. [r] Luc. XVI, 26; Matth. XXV, 30; Marc. IX, 45.

Digitized by Google

γῆς ἄγγελοι κολαστικὸν πῦρ ἀποστίλβοντες, πῦρ δὲ βλέποντες, καὶ πῦρ ἀναπνέοντες, ἕτοιμοι πρὸς πᾶσαν ἐκδίκησιν πάσης παρανομίας ἑστήκασι. Πᾶσά τε πρὸς τούτοις κτίσις ἐπίγειός τε καὶ ἐπουράνιος, ὅση τε ἐν ἀγγέλοις, καὶ ταῖς ὑπὲρ ἀγγέλους δυνάμεσι, καὶ ὅση ἐν ἀνθρώποις, παρίσταται μετὰ τρόμου τὴν φοβερὰν τῆς θείας βουλῆς ἐκδεχομένη φανέρωσιν· ἐφ' ὧν ἁπάντων, αἱ πάντων ἡμῶν ἀναγνωσθήσονται πράξεις, καὶ τῶν κρυπτῶν ἡ γύμνωσις γενήσεται· ὥστε πάντας οὕτως γινώσκειν ἀλλήλων τὰς ἁμαρτίας, ὡς ἕκαστος τὰς ἑαυτοῦ, τὴν βίβλον ἁπλανῶς ἀναγινώσκων τῆς ἑαυτοῦ συνειδήσεως. *Ἐλέγξω γάρ σε, φησὶ, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου.* Καὶ πάλιν· *Κυκλώσει αὐτοὺς τὰ διαβούλια αὐτῶν.*

A timor atque anxius, exspectato exitu, cunctos invadet; iræque ministri angeli, ultorem ac pœnalem ignem emicantes, flammantibus oculis ignemque spirantibus parati stabunt, ut omnem iniquitatem ac quidquid scelerum est, ulciscantur. Tumque omnis creatura terrestrium pariter ac cœlestium (quotquot nimirum angelorum, iisque superiorum potestatum, ac quotquot hominum implent numeros) cum tremore astabit, formidabilem divini judicii manifestationem exspectans: inter quæ omnia, omnium nostrum legentur acta, ac nudabuntur, quæ latent, occulta. Sic plane ut quisque alter alterius peccata haud aliter ac sua pervideat; qui certo nibilque cespitanti judicio, suæ librum conscientiæ legat. Ait enim: *Arguam te, et statuam* B *contra faciem tuam* [s]. Ac rursus: *Circumdabunt eos cogitationes eorum* [t].

Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ δικαστὴς ἀπαραλόγιστος, παρισταμένην ἔχων τὴν φοβερὰν καὶ μεγαλοπρεπῆ τῶν οὐρανίων ταγμάτων δύναμιν, ὑψηλὸς προκαθέζεται, πᾶσαν ἀπαστράπτων δικαιοσύνην, καὶ ἑκάστῳ δι' ἀποφάσεως ἀληθοῦς καὶ δικαίας ἀπονέμων τὰ πρὸς ἀξίαν· τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν διὰ τὰς καλὰς πράξεις στεθεῖσιν, μειλιχίως τὴν ἡτοιμασμένην ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τῶν οὐρανῶν βασιλείαν διδούς· τοὺς δὲ τὴν ἐξ εὐωνύμων διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν ἀγαθῶν ἔργων στάσιν λαχόντας, εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, μετ' ὀργῆς ἀπωθούμενος. Τίς ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐνέγκει μαινόμενον; Τίς οὐ καταπτήσσει τὸ ξένον ἐκείνου τοῦ σκώληκος θέαμα; Τίς τοῦ σκότους ἐκείνου τοῦ ἐξωτέρου τὸ ταχύ τε ὁμοῦ καὶ βαρὺ φέρειν δυνήσεται; Τίς μυκώμενον τὸν τάρταρον, καὶ ἐκ πυθμένος αὐτῷ συναναβρασσομένην τὴν ἄβυσσον ὑποστήσεται; Τίς τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων ἀγγέλων τὸ δριμύ τε καὶ βλοσυρὸν τοῦ βλέμματος, καὶ τοῦ προσώπου τὸ κατηφὲς οὐχ ὑποτρέμει δονούμενος; Τίς τὸ πάντων δεινότερον τῶν κακῶν, τὴν ἀποστροφὴν τοῦ προσώπου τοῦ φύσει πράου καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ καὶ οἰκτείρμονος οὐ φοβηθήσεται, ᾧ πᾶσα κτίσις συναποστρέφεταί τε καὶ συμβδελύττεται, τοὺς διὰ φιλαπεχθήμονα γνώμην ἑαυτοὺς τοσούτοις κακοῖς περιπείραντας, ἀγανακτοῦσα κατ' αὐτῶν ἐνδίκως, ὡς τοιοῦτον ἑαυτοῖς φανῆναι τὸν φύσει τε καὶ μόνον φιλάνθρωπον Θεὸν βιασαμένων; Τίς τὴν κατὰ συνείδησιν ἀπέραντον αἰσχύνην ἔσεσθαι μέλλουσαν ἐπὶ τῇ φανερώσει τῶν κρυπτῶν ὑποστήσεται; Τίς τὸν ἀσίγητον κλαυθμὸν, καὶ τὸ πικρὸν ἐκεῖνο καὶ ἀνόνητον δάκρυον, καὶ τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τοὺς κωκυτοὺς τῶν ἐν ταῖς βασάνοις πιεζομένων, ἢ τὸν ἐκ τῆς μεταμελείας πόνον κατὰ μέσης αὐτῶν ἐπικείμενον τῆς καρδίας, καὶ διασμύχοντα δικαίως αὐτῶν τῆς ψυχῆς τὸν πυθμένα, μετρῆσαι δυνήσεται; Τίς τὴν ἐγγινομένην αὐτοῖς στενοχωρίαν ἐκ τοῦ μὴ ἐλπίζειν προθεσμίαν μεταποιήσεως, καὶ τέλος τῆς ἐπικειμένης κολάσεως, μηδὲ τῆς πρὸς τὸ εὖ ζῆν πάλιν μεταβο-

Et ecce homo ac opus ejus, judexque sagacissimus ac integerrimus, astante terribili ac magnifico cœlestium ordinum exercitu, sublimi præsidens sede, justitiæ omnis fulgores emicans, veraque ac justa sententia cuique pro meritorum ratione æqua præmia distribuens: iis quidem, qui pro bonorum operum merito a dextris stationem nanciscentur, paratum a mundi constitutione regnum cœlorum blande assignans; eos autem, qui propterea quia bonis operibus destituuntur, a sinistris collocandi sunt, in ignem æternum paratum diabolo et angelis ejus [u] cum ira amandans. Quis sævientem immanem ignem illum sustineat? Quis inauditum vermis illius spectaculum non exhorreat? Quis tenebras exteriores sic densas gravesque ferre queat? Quis mugientem tartarum, unaque cum illo ab imo gurgite bullientem abyssum sustinebit? Quis angelorum istiusmodi cruciamentis præfectorum, austerum trucemque aspectum, vultumque tetricosum vertigine correptus non tremat? Quoâque malorum omnium gravissimum est ac dirissimum; quis Dei natura mitissimi ac humanissimi summeque misericordis, aversum vultum non formidabit? quocum pariter creaturæ omnes, tantorum sibi malorum mentis pravitate auctores aversabuntur **213** prorsusque exsecrabuntur; illisque jure optimo in- D fensæ erunt, eo vel nomine, quod in causa ipsi exstiterint, ut natura solusque benignissimus clementissimusque, pene invitus, sic illis appareret. Quis nullum finem habituram conscientiæ confusionem probrumque occultorum manifestatione portabit? Quis jugis clamoris luctum, amarasque illas nec commodi aliquid habentes lacrymas, stridoremque dentium in tormentis positorum iisque algentium, aut pœnitentiæ laborem mediis ipsorum præcordiis hærentem ac imum pectus depascentem, commetiri poterit? Quis eorum inde angustiam, quod futuræ quandoque instaurationis, finisque ingruentis supplicii, his ablata sit, nec ulla jam mutatio ad beatitudinem exspectetur, enarra-

[s] Psal. xlix, 21. [t] Osc. vii, 2. [u] Matth. xxv, 34, 41.

Digitized by Google

re idoneus sit : Extremum enim solumque, tremendumque illud ac justum vere restat judicium; justiusque illud quam tremendum; eaque forsitan ratione tremendum magis formidolosiusque quod et justum ; cunctaque in seipso sæcula , justa Dei concludat ac complectatur sententia. Quis ex medio ipsorum pectore erumpentia lamenta ac suspiria, ipsasque medullas attingentia ac amare depascentia viscera, secum animo reputans, sibi a lacrymis temperare possit? Quis nullo doloris sensu indeque orta mœstitia, planctum ejusmodi ac ululatum ferat; ac quibus ex animi pœnitudine verbis proferuntur, tum cujusque eorum qui in tormentis sunt ad seipsum, tum universorum ad universos?

Tunc enim sua quisque errata atque delicta vere agnoscet, cum res in seipsis nudæ apparebunt, atque ab omni deceptionis involucro immunes. Justum est, Deus, judicium tuum [y]: vocasti enim nos, et non obedivimus; sermones adhibuisti ac hortamenta, nec attendimus animum, sed consilia tua irrita fecimus ; nec sermonibus tuis ac monitis auscultavimus. Idcirco juste in nos venit perditio et interitus et procella atque tribulatio. Et nunc invocamus te, neque exaudis ; abs te misericordiam quærimus, et non invenimus; nam neque nos obaudivimus sermones tuos, vel proximo misericordiam impendimus. Qui enim sapientiam odio habuimus, nec timorem Domini elegimus, aut Dei consiliis attendere animum voluimus, ejuscemodi seminum nostrorum fructus legimus, nostraque dementia saturamur. **214** Excæcavit enim nos error sæculi, nec Dei mysteria cognovimus ; neque futuram omnino bonorum mercedem speravimus. Idcirco *in semitis iniquitatis lassati sumus, ac deserta inaccessa ambulavimus* (divina nempe inspectione destituta loca), *viam autem Domini non cognovimus* [x]. Nunc vero *quid nobis superbia profuit? quid divitiæ contulerunt cum jactantia conjunctæ? Transierunt illa omnia tanquam umbra, et tanquam nuntius prætercurrens; et ut navis, quæ fluctibus agitatum transmittit æquor; cujus cum transierit, vestigium nullum inveniri queat, nec ejus carinæ semita in fluctibus; aut sicut avis cum transvolaverit aera, cujus nullum itineris indicium occurrit* [x']. Transierunt illa omnia, hoc nobis igne hæreditario jure relicto, in sempiternum mausuro.

Justum est Deus, judicium tuum (nec enim unquam eadem loqui jam cessabimus). Vocabamur, nec obaudiebamus ; corripiebamur, nec animum attendebamus [y]. Hæc quotidie mala ac cruciatus docebamur, ac quæ dicebantur spernebamus. Ne vel minimum doloris sensum tum verba ingerebant, alioqui non sic modo res atroci dolore cruciarent. Insania nobis videbantur, quæ nunc nostram constringunt vitam, cum illa crebrius occinerentur. O segnitiem! o errorem! o mala consilia! o mala

λῆς ἐκδέχεσθαι προσδοκίαν, ἐξειπεῖν ἐστιν ἱκανός; Τελευταῖον γὰρ καὶ μόνον, καὶ φοβερὸν ἐκεῖνο καὶ δίκαιον ὡς ἀληθῶς ἐστι τὸ κριτήριον, καὶ δίκαιον πλέον ἢ ὅσον ἐπίφοβον, καὶ διὰ τοῦτο τυχὸν φοβερώτερον, ὅτι καὶ δίκαιον· καὶ πάντας ἑαυτῷ κατὰ τὴν δικαίαν τοῦ Θεοῦ ψῆφον τοὺς αἰῶνας ἐναποκλεῖον. Τίς τὰς οἰμωγὰς καὶ τοὺς στεναγμοὺς τοὺς ἐκ μέσης αὐτῶν προφερομένους τῆς καρδίας, καὶ αὐτῶν καθαπτομένους τῶν μυελῶν, καὶ πικρῶς τὸ σπλάγχνα καταδάκνοντας ἐπὶ νοῦν λαβὼν, δακρύων ἐλεύθερος εἶναι δυνήσεται; Τίς τὸν θρῆνον καὶ τὸν ὀλοφυρμὸν ἐνέγκῃ χωρὶς ὀδύνης καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ κατηφείας, καὶ μεθ' οἵων προφερομένους τῶν ἐκ μεταμελείας λόγων, τῶν τε πρὸς ἑαυτὸν ἑκάστου τῶν κολαζομένων, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντας;

Τότε γὰρ ἀληθὴς ἐπιγνώμων τῶν ἑαυτοῦ πταισμάτων καθέστηκεν ἕκαστος, ὅταν ἐφ' ἑαυτῶν γυμνὰ φανῶσι τὰ πράγματα, καὶ παντὸς καλύμματος ἀπάτης ἐλεύθερα. Δικαία ἡ κρίσις σου, ὁ Θεός· ἐκάλεις γὰρ ἡμᾶς, καὶ οὐχ ὑπηκούομέν σου· λόγους δὲ παρεῖχες ἡμῖν, καὶ οὐ προσείχομεν, ἀλλ' ἀκύρους ἐποιοῦμεν τὰς σὰς βουλάς· τοῖς δὲ σοῖς λόγοις οὐ προσείχομεν. Τοιγαροῦν δικαίως ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἀπώλεια, καὶ ὄλεθρος, καὶ καταιγὶς, καὶ θλῖψις, καὶ πολιορκία· καὶ νῦν ἡμεῖς ἐπικαλούμεθά σε, καὶ οὐκ εἰσακούεις· ζητοῦμεν παρὰ σοῦ, καὶ οὐχ εὑρίσκομεν ἔλεος· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς εἰσηκούσαμέν σου τῶν λόγων· οὐδὲ τῷ πλησίον ἐποιήσαμεν ἔλεος. Οἱ γὰρ μισήσαντες σοφίαν, καὶ τὸν φόβον Κυρίου μὴ προελόμενοι, μηδὲ θελήσαντες Θεοῦ προσέχειν βουλαῖς, τοιούτους δρεπόμεθα τῶν οἰκείων σπερμάτων τοὺς καρποὺς, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀνοίας ἐμπιπλώμεθα. Ἀπετύφλωσε γὰρ ἡμᾶς ἡ ἀπάτη τοῦ βίου, καὶ οὐκ ἐγνωμεν μυστήρια Θεοῦ· οὐδὲ μισθὸν εἶναι τὸ σύνολον ἠλπίσαμεν ὁσιότητος. Διὰ τοῦτο *τρίβοις ἀνομίας ἐνεπλήσθημεν, καὶ διωδεύσαμεν ἐρήμους ἀβάτους*, δηλαδὴ θείας ἐπισκοπῆς, *τὴν δὲ ὁδὸν Κυρίου οὐκ ἐγνωμεν*. Καὶ νῦν *τί ὠφέλησεν ἡμᾶς ἡ ὑπερηφανία, καὶ τί ὁ πλοῦτος μετὰ ἀλαζονείας συμβέβληται ἡμῖν; Παρῆλθεν ἐκεῖνα πάντα, ὡς σκιὰ, καὶ ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα, καὶ ὡς ναῦς διερχομένη κυμαινόμενον ὕδωρ· ἧς διαβάσης οὐκ ἔστιν ἴχνος εὑρεῖν, οὐδὲ ἁρπαὸν τρόπεως* [τρόπις] *αὐτῆς ἐν κύμασιν· ἢ ὡς ὀρνέου διαπτάντος ἀέρα, οὐθὲν εὑρίσκεται τεκμήριον πορείας*. Παρῆλθεν ἐκεῖνα πάντα, τοῦτο τὸ πῦρ ἡμῖν ἀφέντα κληρονομίαν, εἰς πάντας διαμένουσαν τοὺς αἰῶνας.

Δικαία ἡ κρίσις σου, ὁ Θεός· τὰ αὐτὰ γὰρ λέγοντες οὐδέποτε λοιπὸν παυσόμεθα· ἐκαλούμεθα, καὶ οὐχ ὑπηκούομεν· ἐνουθετούμεθα, καὶ οὐ προσείχομεν. Περὶ τούτων καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐδιδασκόμεθα τῶν δεινῶν, καὶ κατεφρονοῦμεν τῶν λεγομένων. Οὐκ ἐλύπει ἡμᾶς τότε κἂν μικρὸν τὰ περὶ τούτων ῥήματα· ἐπεὶ οὐκ ἂν νῦν σφοδρῶς οὕτως ἐλύπει τὰ πράγματα· λῆρος ἡμῖν ἐνομίζετο τὰ νῦν ἡμῶν συνέχοντα τὴν ζωὴν, τότε συχνῶς ἐπᾳδόμενα. Ὦ τῆς ῥᾳθυμίας! ὦ τῆς ἀπάτης! ὦ τῶν κακῶν

[y] Psal. cxviii, 137. [x] Sap. v, 7. [x'] ibid. 8-10. [y] Prov. i, 24.

Digitized by Google

βουλευμάτων! ὦ τῶν πονηρῶν συναλλαγμάτων! ὦ τοῦ θαύματος τῆς ἐπὶ τούτοις δικαίας τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς ἀποφάσεως! Πῶς ἑκάστου τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων εἶδους πρόσφορον ἡμῖν ἀντέδωκε βάσανον. Δι' οἰκτρὰν γὰρ καὶ ἀπόπτυστον σαρκὸς ἡδονὴν, ταύτην ἔχειν τὴν φοβερὰν δικαίως κατεδικάσθημεν γέενναν. Τὸν ζόφον καὶ τὸ σκότος τοῦτο τὸ φρικτὸν οἰκεῖν κατεκρίθημεν, ἐπειδήπερ ἠγαπήσαμεν πάντα τὰ αἰσχρὰ, καὶ θεάματα καὶ ἀκούσματα καὶ ῥήματα· καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν θείων ἀγαθῶν, τὰ ἱππικὰ καὶ τὰ θέατρα καὶ τὰ κυνηγέσια προετιμήσαμεν· ἐν οἷς δαιμόνων ἐχόρευον δῆμοι, καὶ πᾶσα θεία δι' ἀγγέλων ἀπῆν ἐπισκοπὴ καὶ ἐπίγνωσις· ἔνθα τὸ μὲν σεμνὸν τῆς σωφροσύνης πολλοῖς καθυβρίζετο τρόποις· τὸ δὲ τῆς ἀκολασίας κακόν τε καὶ βδελυρὸν περιφανῶς ἐσεμνύνετο. Δικαίως τοῦ φωτὸς ἐστερήθημεν νῦν, ὅτι πρὸς δόξαν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ τὴν κτίσιν κατὰ τὴν πρόσκαιρον ἡμῶν ζωὴν οὐκ ἐθεασάμεθα· ἀλλ' ἐμολύναμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν καὶ τὰ ὦτα καὶ τὴν γλῶσσαν· μᾶλλον δὲ διὰ τούτων τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένην ψυχὴν πᾶσι τοῖς τῷ Θεῷ μισουμένοις θεάμασί τε καὶ ἀκροάμασι, καὶ ῥήμασι, καὶ ταῖς κατ' ἀλλήλων βασκανίαις ἐφθείραμεν. Εἰς δὲ τὸν τάρταρον κατερρίφημεν, πήξει καὶ βυθῷ κατὰ ταυτὸν τρυχώμενοι δεινῶς· ἐπειδὴ τῆς μὲν ὑψηλῆς, καὶ τῶν ὑψηλῶν καὶ θείων προξένου ταπεινοφροσύνης προεκρίναμεν τὴν ὑπερηφανίαν· καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς στερρόν τε καὶ σύντονον διὰ τὴν τῆς σαρκὸς ὑπερβάλλουσαν θρύψιν τε καὶ διάχυσιν ἀπεωσάμεθα. Ποῦ νῦν ἡμῶν ἐστιν ἡ ὑπερηφανία, καὶ ἡ δι' αὐτὴν ἀλαζὼν πρὸς πάντας διάθεσις, καὶ ἡ τῆς σαρκὸς βλακώδης καὶ εὐδιάχυτος θρύψις; Ὦ τῆς ἀβουλίας! Ἀντὶ γέλωτος ἀκρατοῦς, καὶ τοῦ ἀκολάστου ψόφου τῶν παρειῶν, ὁ βαρὺς οὗτος βρυγμὸς ἐστιν ἡμῖν τῶν ὀδόντων. Τὴν τῶν θείων τε καὶ σωτηρίων λόγων ἀσκῆσαι μάθησιν μὴ βουληθέντες, ἀλλὰ μέθης ἀμετρίαν τῆς διὰ λόγου θείας προτιμήσαντες αἰνέσεως, δεινῶς κολαζόμεθα νῦν, τῆς γλώσσης δίψῃ φοβερᾷ διακαιομένης. Ἄξιον δὲ καὶ τοῦ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν μίσους, φθόνου τε καὶ δόλου καὶ ὑποκρίσεως, ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν ὁ φόνος, λοιδορίας τε καὶ συκοφαντίας, καὶ μνησικακίας καὶ ψεύδους καὶ ἐπιορκίας δρεπόμεθα καρπὸν, τοῦτον τὸν ἀκοίμητον σκώληκα, τὸ βάθος ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἀκορέστως ἐσθίοντα. Ἐπειδὴ τῆς ἀγάπης τὸ εὐθὲς διαστρέψαντες, ἐσκολιώσαμεν τὴν καρδίαν, καὶ τῆς ἀληθείας τὸ ἀπαθὲς διαφθείραντες, αὐτὴν ἐσκαμβώσαμεν· κακὸν διὰ μίσους ἑκουσίου, ἀκούσιον ἑαυτοῖς δημιουργήσαντες σκώληκα, καὶ πονηροτέραν σκαμβότητα διὰ ψεύδους ὀρύξαντες, δι' ἣν τῷ Θεῷ τῷ εὐθεῖ καὶ ὀρθῷ οὐχ ἡνώθημεν. Αὐτὸς γὰρ εἶπε διὰ τοῦ ἁγίου Δαβὶδ τοῦ προφήτου, *Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή.*

commercia! o miraculum justæ in nos hinc Dei sententiæ! Quomodo uniuscujusque nobis commissorum nomine, ac pro cujusque genere delictorum, congruam pœnæ vim rependit! Ob misellam enim ac abominabilem carnis libidinem, huic merito tremendæ gehennæ addicti sumus. Caliginoso horrendoque tenebrarum harum damnati sumus hospitio ac ergastulo, idcirco quia turpia omnia dileximus, et spectacula et auditiones et verba; cunctisque divinis bonis circenses ludos, spectacula venationum ludicra, præhabuimus; in quibus scilicet dæmonum populi tripudiabant, divinaque omnis per angelos inspectio ac agnitio exsulabat: ubi castitatis honestas multis modis deturpabatur; luxuriæ vero nefas ac abominatio magnifice omnique splendore honestabatur. Juste nunc luce privati sumus, quod per temporaneæ hujus vitæ usuram, illaque superstite, creaturam haud aspeximus, ad ejus qui condidit, gloriam; sed oculos nostros, auresque fœdavimus et linguam; quin et per illa, animum, ad Dei **215** imaginem conditum, cunctis Deo exosis spectaculis, auditionibusque ac verbis, necnon mutua aliorum in alios invidia, corrupimus. In tartarum projecti sumus, ut simul quo loco defixi sumus, ejusque profundo dire cruciemur; idcirco nimirum quod sublimi, sublimiumque ac divinorum conciliatrici modestiæ (id est, humilitati) superbiam prætulimus; virtutisque districtionem ac tenorem præ carnis exsuperanti mollitie ac luxuria repulimus. Ubi nunc nobis superbia, ac quo fastu ea tumebamus, arrogans in omnes animi affectio, mollisque ac dissoluta carnis lascivientis libido? O consilii inopiam! Pro effusiore risu ac buccarum luxurioso strepitu hic nobis gravis dentium stridor provenit. Qui divinorum salutariumque sermonum disciplinam colere noluimus, sed divinas oris cantico laudes, ebrietatis intemperantiæ posthabuimus, dire nunc exurente linguam horrenda siti cruciamur. Sed et ejus, quo fratres nostros prosecuti sumus, odii invidiæque et doli et simulationis (ex quibus ac per quæ homicidium) detractionisque et calumniæ et rancoris (seu simultatis) et mendacii et perjurii, dignum legimus fructum; hunc scilicet insoporabilem vermem, qui insatiabili morsu animi sinum exedit ac depascitur; idcirco nimirum, quod dilectionis rectitudinem pervertentes, cor nobis obliquum fecimus; illibatamque veritatem corrumpentes, depravavimus; ipsi nobis spontaneo odio, non spontanei mali (vermis scilicet) pejorisque mendacii fraude pravitatis opifices: quo factum est ut Deo qui rectus ac directus sit, minime uniremur. Ipse enim sancti prophetæ Davidis verbis ait: *Non adhæsit mihi cor pravum* [2].

Ἄξια τοιγαροῦν ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· μᾶλλον δὲ, τῆς οἰκείας κατὰ πρόθεσιν διαθέσεως ἄξια κομιζόμεθα τὰ ἐπίχειρα· πυρὸς ἡδονῆς, πῦρ γεέννης· καὶ σκότους ἀγνοίας καὶ ἀπάτης προσκαί-

Dignam itaque eorum, quæ gessimus, mercedem recipimus: quinimo, nostræ secundum propositum animi affectionis ac voluntatis digna præmia reportamus; ignis luxuriæ, gehennæ incendia;

[2] Psal. c, 3.

Digitized by Google

tenebrarum ignorantiæ errorisque temporanei, æternas tenebras; vermem ultorem ac insoporabilem, vermis illius qui odii ac mendacii labe in obliquum pravumque cor vertit; luxuriosi genarum crepitus ac cachinnationis, strepitum ac stridorem dentium; inanis superbiæ celsitatis ac diffusionis, ruinam immensamque voraginem, ac pavoris tristitiam. Atque, ut summa dicam, cujusque eorum quæ sponte mala admisimus, **216** quæ quemque deceat invitis illatam cruciationem juste recipimus. O nostram miserandam sortem! Quid nos, miseri, carnis incendia jejuniis ac vigiliis, divinarumque Scripturarum meditatione (quibus id præclare facileque præstandum erat) non exstinximus et nos igni hoc torrendos servavimus? Quidni ex naturæ rationibus, oculos, aures, linguam, videre, audire, loqui assuefecimus, ne hac nunc caligine durissimoque silentio damnati ageremus; sed nos quoque sanctorum collegio, Dei luce, sermone, sapientia (quippe qui divinæ gloriæ spectatores, auditoresque atque cantores seu laudatores fuissemus) frueremur? Si modo charitatis ope, qui a voluntate est, odii vermem exstinxissemus, luceque veritatis mendacium abolevissemus, a verme loc qui nunc exurit, malisque reliquis, quæ vitam nostram obsæpiunt, immunes essemus. Justum Dei judicium. Non invenimus, quod quærere non studuimus. Non aperitur nobis janua regni cœlorum, quia virtutum januam actionis cultu non pulsavimus. Sempiterna bona fruenda non nanciscimur, quod scientiæ gratiam precibus non petiimus. Nullo enim divinorum amore tenebamur, sed qui terrenis devinctam mentem haberemus, totam cum eis vitam nostram corrupimus. Ac quidem illa omnia velut fumus evanuerunt ac transierunt; quæ vero illorum causa irrogatur pœna, semper manet nunquam transitura.

Atque hæc quidem illi, ex suis tormentis, divinæ justitiæ vim (qua ejus ignorantia tenebantur) edocti, ut rudi quasi delineatione complectar, alii aliis forsitan colloquentur; me autem misero quid fiet? Quibus nixus operum meritis fore sperem, ut a tremenda damnatione eripiar, qui omnis expers virtutis ac scientiæ exsistam? Vereor ne vinctis manibus et pedibus in terram caliginosam et tenebrosam projiciar; in terram æternarum tenebrarum, ubi non est videre splendorem nec vitam hominum, velut scilicet, qui servientes actioni animæ vires sponte vitiis perturbationibusque devinxerim, atque a divino cursu evangelicæ institutionis

A ρου, σκότος αἰώνιον· καὶ σκώληκα κολαστικὸν καὶ ἀκοίμητον, σκώληκος τοῦ διὰ μίσους καὶ ψεύδους τὴν καρδίαν σκολιώσαντός τε καὶ σκαμβώσαντος· καὶ ψόφου παρειῶν ἀσελγοῦς καὶ βράσματος, ψόφον καὶ ὀδόντων βρυγμόν· καὶ ὕψους ὑπερηφανίας μεταίας καὶ διαχύσεως, πτῶσιν καὶ βάθος ἀχανὲς, καὶ στυγνότητα πτήξεως (*c*). Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἑκάστου τῶν ἑκουσίων ἡμῶν κακῶν, τὴν ἑκάστῳ πρόσφορον ἀκούσιον τιμωρίαν δικαίως ἀντιλαμβάνομεν. Ὦ τῆς ἐλεεινότητος ἡμῶν! Τί ἡμᾶς τοὺς ἀθλίους, μὴ κατασβέσαι τὸ πῦρ τῆς σαρκὸς διὰ νηστείας καὶ ἀγρυπνίας, καὶ τῆς τῶν θείων λόγων μελέτης, καλῶν ὄντων καὶ εὐμαρῶν τοῦ πυρὸς σβεστηρίων, καὶ μὴ τούτῳ νῦν τῷ πυρὶ τηγανίζεσθαι; Τί μὴ κατὰ φύσιν ὁρᾷν τε καὶ ἀκούειν καὶ λαλεῖν, τοὺς ὀφθαλμοὺς

B καὶ τὰ ὦτα καὶ τὴν γλῶτταν εἰθίσαμεν, ἵνα μὴ τοῦτον εἴχομεν νῦν τὸν ζόφον, καὶ τὴν βαρυτάτην σιγήν· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ λόγου καὶ σοφίας τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀπηλαύομεν, ὡς τῆς θείας γενόμενοι δόξης θεαταὶ καὶ ἀκουσταὶ καὶ ὑμνῳδοί; Εἰ δι' ἀγάπης τὸν ἑκούσιον τοῦ μίσους ἐνεκρώσαμεν σκώληκα, καὶ δι' ἀληθείας τὸ ψεῦδος ἠφανίσαμεν, νῦν ἂν τούτου τοῦ καυστικοῦ καθειστήκαμεν ἐλεύθεροι σκώληκος, καὶ τῶν λοιπῶν ὅσα ἡμῶν νῦν συνέχει δεινὰ τὴν ζωήν. Δικαία ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ. Οὐχ εὑρίσκομεν, ὅπερ μὴ ἐζητήσαμεν. Οὐκ ἀνοίγεται ἡμῖν ἡ θύρα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐπειδὴ τὴν θύραν τῶν ἀρετῶν διὰ πράξεως οὐκ ἐκρούσαμεν· οὐ λαμβάνομεν τῶν αἰωνίων ἀγα-

C θῶν τὴν ἀπόλαυσιν, ἐπειδὴ δι' εὐχῆς τὴν χάριν τῆς γνώσεως οὐκ ἠτήσαμεν. Οὐδένα γὰρ τῶν θείων ἔσχομεν ἔρωτα, ἀλλὰ τοῖς γηΐνοις τὸν νοῦν καταδήσαντες, πᾶσαν αὐτοῖς ἡμῶν συνεφθείραμεν τὴν ζωήν. Κἀκεῖνα μὲν πάντα καπνοῦ δίκην ἀφανισθέντα παρῆλθεν, ὁ δὲ τῆς ἐπ' αὐτοῖς δίκης λόγος μένει διὰ παντὸς ἀπαρόδευτος.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι, τῆς θείας δικαιοσύνης μεταμανθάνοντες ἐξ ὧν πάσχουσι τὴν δύναμιν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ἀλλήλοις τυχὸν διαλεχθήσονται· ἐγὼ δὲ τίς γένομαι ὁ τάλας; Τίσιν ἐρειδόμενος πράξεσιν, ἐλπίσω τῆς φοβερᾶς ἐξαιρεθῆναι κατακρίσεως, πάσης ἀρετῆς καὶ γνώσεως ὑπάρχων ἔρημος; Δέδοικα μὴ δεθεὶς χεῖρας καὶ πόδας, ῥιφῶ εἰς γῆν

D γνοφερὰν καὶ σκοτεινὴν, εἰς γῆν σκότους αἰωνίου, ἔνθα οὐκ ἔστι φέγγος, οὐδὲ ὁρᾷν ζωὴν βροτῶν· ὡς δήσας τοῖς πάθεσιν ἑκουσίως τὰς πρακτικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, καὶ ἀπὸ τοῦ θείου δρόμου τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας κωλύσας τῆς ψυχῆς τὰ διαβήματα. Οἴμοι τῆς φοβερᾶς αἰσχύνης, τῆς μηδέποτε πέρας

NOTÆ.

(*c*) *Καὶ στυγνότητα πτήξεως.* Hanc Veneti codicis lectionem merito præfero, quod ea sensus expeditus, nec sic dicta πτῆξις a carceris infernalis pœna abhorreat. Nam τὸ πτήσσειν, proprie dici volunt de animantibus, quæ conspecto hoste prodire non audent, sed præ metu in loco aliquo apto ad latitandum se contrahunt. Habet et vim quamdam cessandi, quod qui metu comprimuntur, nec movere se, nec mussitare audent. Sic itaque in inferni barathro pavidi semper reprobi, quæ illis tristitia maxima et mœror. Τὸ πήξεως, communius est, magisque respiciat inanima; nec tam στυγνότητα legendum, quam στενότητα· ut fixæ tartari angustiis moræ injucunditas designaretur; quod voluisse videbatur Dufrenii Antiquarius in illa voce parum depravata, στεγνότητα, non explicato motu proprio viventium, ex mali imminentis cum stupore certa exspectatione.

Digitized by Google

ἐχούσης, εἰ μὴ μεταβαλών, τῶν πολλῶν μου κακῶν ἐλεύθερος γένομαι. Οἴμοι τοῦ κλαυθμοῦ, καὶ τῶν πικρῶν δακρύων, καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, εἰ μὴ νήψας κἂν ὀψέ ποτε τὸν βαθὺν ὕπνον τῆς ῥᾳθυμίας ἀποτινάξωμαι, καὶ τὸ ῥυπαρὸν ἔνδυμα τῆς ἁμαρτίας ἐκδύσωμαι. Ἀντὶ φωτὸς, σκότος· ἀντὶ χαρᾶς, λύπη· ἀντὶ ἀνέσεως, κόλασις καὶ στενοχωρία με πάντως ὑποδέξονται. Καὶ τὸ δὴ πάντων ἐλεεινότερον, ἢ βαρύτερον εἰπεῖν ἀληθέστερον, ὃ καὶ λέγων μόνον ὀδυνῶμαι· πόσῳ γε μᾶλλον πάσχων (ἱλάσθητι, Χριστὲ, καὶ σῶσον ἡμᾶς ταύτης τῆς ὀδύνης;) ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ δυνάμεων χωρισμός· καὶ ἡ πρὸς διάβολον, καὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας οἰκείωσις εἰς ἀεὶ διαμένουσα· καὶ τὴν ἐκ τούτων ἐλευθερίαν τῶν δεινῶν ἀπροσδόκητον ἔχουσα. Οἷς γὰρ κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον διὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἡμῶν τῶν πονηρῶν συνεῖναι κατὰ θελητὸν γνωμικῶς ἐπελεξάμεθα, σὺν τούτοις εἰκότως ἐξ ἀνάγκης εἶναι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα καὶ μὴ θέλοντες κατακριθησόμεθα. Καὶ ἔστι πάσης κολάσεως κολαστικώτερόν τε καὶ δεινότερον, τὸ διὰ παντὸς συνεῖναι τοῖς μισοῦσι καὶ μισουμένοις, καὶ βασάνων χωρὶς, μὴ ὅτιγε σὺν ταύταις· κεχωρίσθαι δὲ τοῦ ἀγαπῶντός τε καὶ ἀγαπωμένου. Θεὸς γὰρ οὔτε μισεῖται κρίνων δικαίως ὑπὸ τῶν κρινομένων, κατὰ φύσιν ἀγάπη καὶ ὢν καὶ καλούμενος· οὔτε μισεῖ τοὺς κρινομένους· πάντως γὰρ φύσιν ὑπάρχει πάθους ἐλεύθερος.

animi gressus prohibuerim. Heu tremendam confusionem, nullum unquam finem habituram, nisi mutatis vitæ rationibus, a multis meis malis me ipse expediam! Heu fletum amarasque lacrymas ac stridorem dentium, nisi **217** tandem aliquando sobrius vigilansque altum pigritiæ soporem excussero, sordidumque peccati indumentum exuero. Pro luce, tenebrarum obscuritas; pro gaudio, tristitia et dolor; pro remissione, cruciatio et angustia ne omnino suscipient. Quodque omnibus miserabilius est, sive, ut verius dicam, molestius atque gravius, cujus vel mentio dire cruciat; quanto magis nos cruciabit (propitius esto, Christe, nosque ab hoc dolore ac cruciatu serva!) quæ a Deo sanctisque ejus virtutibus est separatio; ac cum diabolo ejusque nequissimis dæmonibus in sempiternum duratura necessitudo; quodque ab his nulla sit exspectanda liberatio. Quibuscum per hujus vitæ tempus decurrente sæculo, pravis studiis nostris voluntate animique arbitrio versari elegimus, cum illis ut versemur necessario vel inviti futuro illo ævo damnabimur. Omnique durius cruciatu ac acerbius est, vel sine tormentis, ut cum illis perpetuo agas, qui oderunt odioque habentur; nedum cum tormentis obnoxius sis; atque ut divortio ab eo separeris, qui et diligit et diligitur. Deus enim, nec cum judicat, juste iis odio habetur, quos judicio ferit, qui ipsa per naturam dilectio seu charitas sit et dicatur; neque vero ipse eos qui judicantur odit, quippe qui ab omni natura immunis affectu exsistit.

Ταῦτα κατ' ἀλήθειαν ἀψευδῶς ἔσεσθαι πιστεύοντες, ἠγαπημένε, μὴ ἀμελήσωμεν ἑαυτῶν· ἀλλὰ σπουδῇ πάσῃ, καθ' ὅλην τὴν δύναμιν, ὡς ἔχομεν καιρὸν, τὸν πλάνον φύγωμεν κόσμον καὶ κοσμοκράτορα. Παρέρχεται γὰρ, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα μαραίνεται. Ἔσται γὰρ ὡς ἀληθῶς, ἔσται καιρὸς, ὅτε φοβερά τις βοήσει σάλπιγξ, ξένην ἠχοῦσα φωνὴν, καὶ τὸ πᾶν τοῦτο λυθήσεται, διαπίπτον τῆς ἐν αὐτῷ νῦν ὁρωμένης διακοσμήσεως. Καὶ ὁ μὲν φαινόμενος κόσμος παρελεύσεται, τὴν οἰκείαν λαμβάνων συντέλειαν· ὁ δὲ νῦν κρυπτόμενος τῶν νοητῶν φανήσεται κόσμος, ὀφθαλμοῖς καὶ ἀκοαῖς καὶ διανοίαις ξένα παντάπασι κομίζων μυστήρια. Καὶ ἡ μὲν σάλπιγξ κατὰ τὸ θεῖον βοῶσα πρόσταγμα, τὰς ἀπείρου; ὑφὲν, καὶ ἀθρόως τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων μυριάδας, ὡς ἐξ ὕπνου τινὸς ἀναστήσει τοῦ θανάτου, πρὸς ἐξέτασιν ἄγουσα· ὁ δὲ Θεὸς δικαίας ἑκάστῳ πρὸς ἃ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν, εἴτε καλὸν, εἴτε φαῦλον, καταξίαν τὰς ἀμοιβὰς ἀποδίδωσιν, μέγαν καὶ φοβερὸν καὶ ἔσχατον πᾶσι τοῖς οὖσι διδοὺς συγκλεισμόν. Ἀλλὰ γένοιτο πάντας ἡμᾶς, τόν τε σωτήριον τῆς γεέννης φόβον, καὶ τὸν τίμιον πόθον τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας (ταυτὸν δὲ κυρίως ἐπ' ἀμφοτέρων εἰπεῖν ἔστι, Θεοῦ πᾶσι πάντα γινομένου τε καὶ λεγομένου· καθὼς ἕκαστος ἔχει κακίας ἢ ἀρετῆς ποιότητος) πρὸ ὀφθαλμῶν ἀδιαστάτως ἔχειν· τὸν μὲν φόβον, παντελῆ τῶν κακῶν ἡμῖν ἀποχὴν

Qui hæc reipsa futura, dilecte, credamus, ne ipsi nos negligamus; sed omni diligentia, quanta facultas est, nec deest occasio, seductorem mundum mundique rectorem, fugiamus. Transit enim mundus, et quæ in eo sunt universa marcescunt. Erit enim, erit vere tempus, cum clanget formidolosa tuba [a], inauditam ac stupendam insonans vocem; rerumque hæc universitas solvetur; quidquid in ea nunc conspicui ornatus est, amittens. Ac quidem mundus hic omnis ob oculos positus transibit, suam nactus consummationem; qui vero nunc occultus est spiritalium conspicietur mundus, oculis, auribus, mentibus, nova prorsus ac inaudita mysteria ingerens. Ac quidem tuba divino jussu, simul ac repente, quasi a somno quodam, innumeras a morte suscitabit humanorum corporum myriadas, ad judicii examen ac cognitionem trahens; Deus autem, juste singulis prout gesserunt per corpus, sive bonum, sive malum, ex meriti ratione mercedem reddet [b]; magno tremendoque atque extremo **218** compendio cuncta concludens. Faxit vero Deus, ut cuncti nos, et salutarem gehennæ metum, et præclarum regni cœlorum amorem ac desiderium (quodque idem verum dictu sit in utrisque, Dei, qui omnia omnibus fit atque dicitur, prout quisque vitii aut virtutis imbutus qualitate est) ob oculos semper habeamus: metum quidem, quo a

[a] I Cor. xv, 52. [b] II Cor. v, 10.

Digitized by Google

malis prorsus abstineamus, ab eisque cessationem nobis indicamus; amorem vero ac desiderium, quo abunde ad bonorum opera hilari animo defungenda impellamur.

Hæc mihi ad te profecta sunto, benedicte, exiguo egenoque dilectionis indicia, ut quibus bonis præditus es, diligentem curam ac cautelam adhibeas; quam et illi oppido necessariam arbitror, qui velut tu ipse, omni virtutum ornatu fulgeat. Non enim alia ratio est, qua juste pro tantis in me tuis muneribus vicem reddere valeam, quam sic statuendo atque mandando. Mecum vero omnes vere unanimiter, qui tuo munere atque gratia hanc provinciam incolunt, venerandi Patres salutant, diu noctuque jugiter cum lacrymis Deo supplicantes, ut sanus et incolumis noster nobis restituatur Georgius, vere ille aspectu dulcis et nomine; ut cum illo, tum præsentem vitam innoxie decurramus, tum futura gratia clementissimi Dei bonorumque largitoris potiamur; intercedente pro nobis, Deumque nobis propitium reddente sanctissima gloriosa Domina nostra Dei Genitrice semper virgine Maria, cum omnibus sanctis. Amen.

A καὶ ἀργίαν ποιοῦντα· τὸν δὲ πόθον, κατὰ περιουσίαν καὶ εἰς τὰς τῶν ἀγαθῶν πράξεις ἱλαρῶς προτρεπόμενον.

Ταῦτά σοι παρ' ἐμοῦ τοῦ μικροῦ καὶ πένητος, εὐλογημένε, τῆς ἀγάπης ἔστω τῆς πρὸς σὲ γνωρίσματα, φυλακῆς ἕνεκεν καὶ ἀσφαλείας τῶν προσόντων σοι καλῶν· ἧς χρῄζειν ὑπολαμβάνω, καὶ τὸν λίαν κατὰ σὲ ταῖς ἀρεταῖς διὰ πάντων κοσμούμενον. Οὐ γὰρ ἄλλως ἔχω σε δικαίως ἀμείψασθαι δυνηθῆναι, τῶν εἰς ἐμὲ πολλῶν σου καλῶν, ἢ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον διατιθέμενος. Σὺν ἐμοὶ δὲ γνησίως πάντες [18] ὁμοθυμαδὸν οἱ ταύτην διὰ σὲ παροικοῦντες τὴν χώραν τίμιοι Πατέρες ἀσπάζονται, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀπαύστως μετὰ δακρύων τὸν Θεὸν ἱκετεύον-
B τες, ἀποκαταστῆσαι μεθ' ὑγείας ἡμῖν τὸν ἡμῶν Γεώργιον, τὸν ὄντως γλυκὺν καὶ ὁρώμενον καὶ ὀνομαζόμενον· ἵνα σὺν αὐτῷ τήν τε παροῦσαν ἀβλαβῶς διοδεύσωμεν ζωὴν, καὶ τῆς μελλούσης χάριτος τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ καὶ δοτῆρος τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν· πρεσβευούσης ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὸν Θεὸν ἡμῖν ἱλεουμένης τῆς παναγίας ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. Ἀμήν.

—

SCHOLIA.

1. Vide de humano principatu.

2. Quænam quærenda et volenda; ac quænam Deo permittenda.

3. Neque præsse neque subditum esse; nec divitiis opulentum, nec pauperie oppressum agere, voluntatis esse animique sententiæ; sed ejus, quæ cuncta regit, Providentiæ.

4. Definitio ejus quod in nobis est; id est, facultatis arbitrii.

5. Definitio ejus quod non est in nobis; sive eorum quæ libero arbitrio non subsunt.

6. Extrema vocat ortum et interitum; medium vero ortus et interitus, ipsum est quod oritur, in quo plerumque interitus ortum occupat, rem, cum necdum orta sit, interitione delens.

7. Qui sensuum libidini animum defixum habent, tametsi iis vacent affectibus atque vitiis, quæ sensus oblectant, haud tamen, inquit, salutem consequentur, quin perfecte ab ea in sensus libidine animum avocaverint; uti nec beatus Lot, nisi Sodomis exiisset, etsi non patrabat Sodomitarum nefanda, ignis de cœlo missi pœnam evasisset.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Fr. Ὅρα περὶ ἀρχῆς ἀνθρωπίνης.

β'. Fr. Τίνα χρὴ ζητεῖν καὶ θέλειν· καὶ τίνα παραχωρεῖν τῷ Θεῷ.

C γ'. Ὅτι τὸ ἀρχεῖν καὶ ἄρχεσθαι, καὶ πλουτεῖν καὶ πένεσθαι, οὔτε φύσεώς ἐστιν, οὔτε γνώμης, ἀλλὰ τῆς ἀγούσης τὰ πάντα Προνοίας.

δ'. Ὅρος τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἤγουν τοῦ αὐτεξουσίου.

ε'. Ὅρος τοῦ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, εἴτουν τῶν μὴ ὑπὸ τὸ αὐτεξούσιον.

ς'. Τὰ ἄκρα λέγει τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθοράν, μέσον δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἐστι τὸ γενητόν· ἐφ' οὗ πολλάκις ἡ φθορὰ προλαμβάνει τὴν γένεσιν· ἅμα τῇ γενέσει περὶ τὸ γινόμενον συνειστιοῦσα, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὶν γενέσθαι διαφθείρουσα σύστασιν [19].

ζ'. Οἱ τὴν ψυχὴν τῇ σχέσει τῶν αἰσθήσεων ἔχοντες
D προσηλουμένην, οὐ σώζονται, φησὶ, κἂν ἀργῶσιν ἀπὸ τῶν τερπόντων τὰς αἰσθήσεις παθῶν, εἰ μὴ τελείως τῆς πρὸς τὰς αἰσθήσεις σχέσεως τὴν ψυχὴν ἀποστήσωσιν· ὡς οὐδὲ ὁ μακάριος Λὼτ, εἰ μὴ ἐξῆλθε Σοδόμων, κἂν οὐκ ἐποίει τὰ Σοδομιτῶν, οὐκ ἂν διέφυγε τοῦ πυρὸς τὴν κατάβασιν.

—

219 II. — *Ejusdem ad Joannem cubicularium, de charitate.*

Qui sanctæ vos erga Deum et proximum charitatis, secundum gratiam, studiosissimos, Deo charis-

B'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην κουβικουλάριον (d), περὶ ἀγάπης.*

Τῆς πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ χάριν καὶ τὸν πλησίον ἁγίας ἀγάπης ἀντεχομένους ὑμᾶς, θεοφύλακτοι, καὶ

[18] Nempe monachi in Africa hospites, cum per calumniam Georgius cessare jussus ac evocatus fuisset.
[19] Fr. πλάσιν.

NOTÆ.

(*d*) Ἰωάννην κυβικουλάριον. Plures Maximus ad Joannem hunc epistolas scripsit, quem inter primos in aula merentes, sibi vir sanctus serio demereri studebat, ut esset laboranti Ecclesiæ fidei-

Digitized by Google

τοῖς καθήκουσι τρόποις ἐπιμελουμένους, καὶ ἤδη μὲν μαθὼν παρ' ἐμαυτοῦ παρὼν, καὶ ἀπὼν δὲ οὐχ ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον τοῦ παρεῖναι, τὸ πάσχειν ὅσα τῆς θείας ἀγάπης ἴδια καὶ ἔστι καὶ λέγεται, ἵνα καὶ τοῦτο θεῖον ἔχητε, τὸ κατ' ἀρετὴν ἀπερίγραφον καὶ ἀόριστον· τὸ μὴ παρόντας μόνον εὐεργετεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας προθυμεῖσθαι, καὶ πολλῷ ἀπωκισμένους τῷ τοπικῷ διαστήματι· καὶ τὴν εἰς μῆκος ταύτης ἐπίδοσιν ἑκάστοτε μανθάνων διὰ τῶν ἐνταῦθα παραγινομένων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν τιμίων ὑμῶν συλλαβῶν, ὡς δι' ἐσόπτρου τὴν ἐμπρέπουσαν ὑμῖν τῆς θείας χάριτος μορφὴν εἰκονιζόμενος, εἰκότως χαίρω καὶ εὐφραίνομαι· καὶ εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν τῷ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν Θεῷ, καὶ μετὰ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου βοῶν· οὐ παύομαι· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ὑμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις* · πεπεισμένος μάλιστα, καὶ γινώσκων τὴν ἁγίαν ὑμῶν ψυχὴν, τῆς ἐμῆς ἀθλίας ἐν πνεύματι δι' ἀγάπης ἀλύτως ἠρτῆσθαι, δεσμὸν φίλιον ἔχουσαν τὸν νόμον τῆς χάριτος, καθ' ὃν ἑαυτοῖς ἀοράτως με συνάπτοντες, συμφαιδρύνετε, τὸ ἐμὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας αἶσχος τῇ παραθέσει τῶν ἰδίων καλῶν ἀφανίζοντες. Οὐδὲν γὰρ ὄντως τῆς θείας ἀγάπης θεοειδέστερον, οὐδὲ μυστηριωδέστερον, οὐδὲ ἀνθρώποις πρὸς θέωσιν ὑψηλότερον· ὅτι πάντα ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα ἔχει τὰ καλὰ, ὅσα τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἐν ἀρετῆς εἴδει διέξεισι· καὶ πάντων ἀσχέτως τῶν ἐν κακίας εἴδει κατειλημμένων ἀπῴκισται, ὡς πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν (1)· οὗς διαδέχεται τὸ τῆς ἀγάπης μυστήριον, τὸ ἡμᾶς θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων ποιοῦν, καὶ συντέμνον πρὸς τὸν καθόλου λόγον τῶν ἐντολῶν τοὺς μερικούς· ὑφ' οὗ πάντες κατ' εὐδοκίαν μονοειδῶς περιέχονται, καὶ ἐξ οὗ πολυτρόπως κατ' οἰκονομίαν ἐκδίδονται.

simi, congruisque moribus illi serio cura impensos, tum jam ipse coram meoque experimento, tumque nihilominus absens (ni et ipsa exploratius absentia) noverim; quod reipsa obveniant quæcunque divinæ propria charitatis et sunt, et dicuntur; ut et divinum istud habeatis, quod incircumscripta nullisque angustata finibus virtute polleatis: ea scilicet ratione, quod non solum præsentes, sed et absentes, longioreque locorum intercapedine dissitos, demereri libentes studeatis; quique adeo, hancce charitatis quam longissime sese explicantis largitatem, per illos quotidie discam, qui ad has partes adventant: quin et per venerabiles vestras syllabas, velut speculi conspectu, elucentem in vobis divinæ gratiæ formam vivis expressam coloribus, mihi ipse animo contueri videar; merito gaudeo et lætor; vestroque nomine Deo bonorum largitori gratias ex animo agens, non cesso clamare cum beato Apostolo: *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit vos in omni benedictione spirituali in cœlestibus* [c]; qui maxime certus sim, noverimque sanctam vestram animam a misella mea in spiritu per charitatem insolubili nexu pendere, amicitiæ vinculum legem gratiæ nactam; qua me vobis invisibiliter copulantes, una vobiscum lætificatis, meum ex peccato dedecus abolendo, bonorum vestrorum comparatione. Nec enim plane quidquam divina charitate deiformius, mysteriove abstrusius, vel hominibus ad deificationem sublimius; quod nimirum cuncta in se bona complectatur, quæcunque vera doctrina in virtutis censu habet, longeque dissita sit ac absoluta ab iis omnibus, quæ in vitii genere continentur, ut quæ plenitudo legis sit et prophetarum [d]. His namque succedit charitatis mysterium; quod nos ex hominibus deos facit, singularesque mandatorum rationes in universalem summa contrahit, qua omnes uniformiter **220** secundum beneplacitum continentur, ac ex qua multifariam secundum dispensationem explicantur seu diducuntur.

Ποῖον γὰρ εἶδος τῶν ἀγαθῶν οὐ κέκτηται ἡ ἀγάπη; Οὐ πίστιν τὴν πρώτην τῶν κατ' εὐσέβειαν πραγμάτων ὑπόθεσιν, τὴν τὸν Θεὸν εἶναι καὶ τὰ θεῖα πληροφοροῦσαν τὸν ἔχοντα· καὶ πλέον ἢ ὅσον ὀφθαλμὸς ταῖς ἐπιφανείαις προσβάλλων τῶν αἰσθητῶν τὴν περὶ αὐτῶν τοῖς ὁρῶσι δόξαν παρέχεται; Οὐκ ἐλπίδα, τὴν ὑφιστῶσαν ἑαυτῇ τὸ ὄντως ὑφιστάμενον ἀγαθὸν, καὶ πλέον κατέχουσαν, ἢ ὅσον χεὶρ τὸ τῇ ἁφῇ ὑποπίπτον τῆς ὕλης παχύτατον; Οὐ τῶν πιστευθέντων τε καὶ ἐλπισθέντων δίδωσι τὴν ἀπόλαυσιν, δι' ἑαυτῆς ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα κατὰ

Quotum enim bonorum genus, quod non habeat charitas? Nonne fidem, rerum ad pietatem spectantium primum argumentum, quæ scilicet ea præditum, Deum esse ac divina certiorem reddat; idque adeo majori certitudine ac persuasione, quam rerum in sensum cadentium externam speciem attingens oculus, earum opinionem coram cernentibus præbeat? Nonne spem, quæ ipsa vere illud subsistens bonum, sibi ipsa subsistere faciat, ac quasi sistat adhibeatque ac magis teneat, quam manus mole crassius aliquid eorum quæ sub ta-

[c] Ephes. I, 3. [d] Rom. XIII, 10.

NOTÆ.

que præsidio. Quod sic absolute cubicularius dicitur, princeps videatur eorum, qui a sacro cubiculo erant, isque forsitan qui rem privatam curabat, ac quem communius παρακοιμώμενον Græci scriptores vocant: qui et quandoque vir integer erat. In hac de charitate epistola, vere maximum agit Maximus, ac nescio an divinius majorique emphasi de charitate ab ullo scribi possit, cujus vel maxime mysterium, non hic solum, verum etiam aliis passim locis vir sanctus mirifice detexit; ut qui alte animo eam imbibisset, Deique in ejus præcepto ac lege scopum apprime exploratum haberet; qui ipse totius dispensationis ac mysterii Christi scopus est: ut unum cum Deo, aliique cum aliis simus, vicissimque curemus ac curemur: quod ipsum in præcepto eleemosynæ, sequenti ad eumdem epistola, alte contemplatur.

Digitized by Google

ctum cadunt? Nonne quæ fide tenemus bona ac spe præsumimus, fruenda tribuit; quæ scilicet ipsa a se suoque munere, quæ sunt futura, ut præsentia amantis animi affectu habeat? Nonne primam virtutum sedem ac fundamentum, animi sensusque modestiam (id est, humilitatem) qua nos ipsos nosse possumus, vanumque superbiæ tumorem convellere? Nonne mansuetudinem, qua tum vituperantium, tum laudantium sermones diffiamus; exque diametro pugnantium malorum (gloriæ scilicet ac ignominiæ) molestiam submovemus? Nonne lenis animi sustinentiam, qua et injuria læsi, in eos qui læserint pristinum animi tenorem servamus, nullo eis infensi odio aut rancore? Nonne misericordiam, qua ipsi ultro aliorum ærumnas ac mala nostra deputamus; nec naturæ necessitudinem ac quod cognati fratresque sumus, ignorare sinimur? Nonne continentiam et patientiam et longanimitatem et benignitatem, pacemque et gaudium, quibus iram et cupiditatem, earumque urentem æstum ac incendium, facili negotio sedamus? Omninoque, ut summa dicam, charitas omnium bonorum finis est, ut quæ ad Deum supremum bonorum apicem, omnisque boni auctorem, in ipsa ambulantes ducat eique admoveat, tanquam scilicet ipsa fida, rataque et quæ non excidat atque maneat [a]?

A διάθεσιν ἔχουσα; Οὐ ταπείνωσιν τὴν πρώτην βάσιν (τῶν ἀρετῶν, καθ' ἣν ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες γενέσθαι, καὶ τῆς ὑπερηφανίας τὸ μάταιον οἴδημα καταβάλλειν δύνανται [δυνάμεθα]; Οὐ πραότητα, δι' ἧς τοὺς ψόγους τε καὶ τοὺς ἐπαίνους ῥαπίζομεν, καὶ τῶν ἐκ διαμέτρου κακῶν, δόξης τέ φημι καὶ ἀδοξίας [10], τὴν ὄχλησιν ἀπωθούμεθα; Οὐ πραϋπάθειαν, καθ' ἣν καὶ πάσχοντες ἀναλλοίωτοι μένομεν πρὸς τοὺς δρῶντας κακῶς, δυσμενῶς οὐδόλως διατιθέμενοι; Οὐκ ἔλεον, καθ' ὃν τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς θέλοντες (οἰκειούμεθα· καὶ τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον ἀγνοεῖσθαι μὴ συγχωρούμεθα; Οὐκ ἐγκράτειαν καὶ ὑπομονὴν, καὶ μακροθυμίαν καὶ χρηστότητα, εἰρήνην τε καὶ χαρὰν, δι' ὧν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν B καυστικὴν τούτων ζέσιν, καὶ πύρωσιν εὐμαρῶς κατευνάζομεν; Καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντων ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀγάπη τέλος, ὡς πρὸς Θεὸν τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀκρότατον, καὶ παντὸς αἴτιον ἀγαθοῦ, τοὺς ἐν αὐτῇ περιπατοῦντας ἄγουσα καὶ προσάγουσα, ὡς πιστὴ, καὶ ἀδιάπτωτος καὶ μένουσα.

Fides enim fundamentum est eorum quæ post ipsam sunt, spei scilicet et charitatis; quæ nimirum veritatem firmiter a se statuat ac eis repræsentet. Spes autem extremorum vis est, charitatis scilicet atque fidei; quod certum ratumque sit, ac quod amabile, ipsa per se utrique submonstrans, inque illud cursum dirigere suo munere docens. Charitas denique horum **221** complementum est, quæ supremum appetibile totum tota complectatur, ambarumque in illud motum quiescere faciat ac sistat; pro eo quod est credere et sperare, beatam rei præsentis a se ipsa fruitionem inducens. Sola hæc, ut vere dicam, hominem ad Dei imaginem esse ostendit, facultatem arbitrii sapienter rationi submittens; non illi quidquam rationem inclinans; suadensque ut voluntas e naturæ rationibus ambulet, nihil dissidens a naturæ ratione; qua nimirum, sicut unam naturam, sic et animum unum, unamque voluntatem cum Deo aliique cum aliis habere possumus, nullo cum Deo invicemque divortio; si modo legem gratiæ, qua naturæ legem animi voluntate instauramus, consectandam nobis ipsi indixerimus. Neque enim fieri potest, ut qui Deo per concordiam non prius adhæserunt, sibi ipsis mutuo animi voluntate consentiant.

Quia enim hominis a principio seductor diabolus, structa ei per summam nequitiam ac versutiam, sui ipsius improbi amoris illecebra, dolo, objecta voluptate decipiens, a Deo aliosque ab aliis voluntate diviserat, rectitudinemque everterat; sicque adeo scissa partibus natura, in multas opiniones sensaque diversa ac cogitationes secuerat; viamque

Ἡ πίστις γὰρ βάσις ἐστὶ τῶν μετ' αὐτὴν, ἐλπίδος λέγω καὶ ἀγάπης, βεβαίως τὸ ἀληθὲς ὑφιστῶσα· Ἡ δὲ ἐλπὶς, τῶν ἄκρων ἐστὶν ἰσχὺς, ἀγάπης λέγω καὶ πίστεως, τὸ πιστόν τε δι' ἑαυτῆς καὶ ἐραστὸν ἀμφοῖν ὑποφαίνουσα, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸν δρόμον δι' ἑαυτῆς C ποιεῖσθαι διδάσκουσα. Ἡ δὲ ἀγάπη τούτων ἐστὶ συμπλήρωσις, τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ὅλον ὅλη περιπτυσσομένη, καὶ ταύταις τῆς ἐπ' αὐτὸ κινήσεως στάσιν παρεχομένη, τοῦ πιστεύειν εἶναι καὶ ἐλπίζειν παρέσεσθαι, τὸ ἀπολαύειν παρόντος δι' ἑαυτῆς ἀντεισάγουσα. Αὕτη μόνη, κυρίως εἰπεῖν, κατ' εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος τὸν ἄνθρωπον ὄντα παρίστησι, τῷ μὲν λόγῳ σοφῶς τὸ ἐφ' ἡμῖν ὑποτάσσουσα· τούτῳ δὲ τὸν λόγον οὐχ ὑποκλίνουσα· καὶ πείθουσα τὴν γνώμην κατὰ τὴν φύσιν πορεύεσθαι, μηδαμῶς πρὸς τὸν λόγον τῆς φύσεως στασιάζουσαν· καθ' ὃν ἅπαντες ὥσπερ μίαν φύσιν, οὕτω δὲ καὶ μίαν γνώμην καὶ θέλημα ἔν, Θεῷ καὶ ἀλλήλοις ἔχειν δυνάμεθα, οὐδεμίαν πρὸς Θεὸν καὶ ἀλλήλους διάστασιν ἔχοντες, D δτ' ἂν τῷ νόμῳ τῆς χάριτος, δι' οὗ τὸν νόμον τῆς φύσεως γνωμικῶς ἀνακαινίζομεν, στοιχεῖον προαιρούμεθα. Ἀμήχανον γὰρ τοὺς μὴ πρότερον Θεῷ καθ' ὁμόνοιαν συναφθέντας, ἀλλήλοις συμβαίνειν δύνασθαι κατὰ τὴν γνώμην.

Ἐπειδὴ γὰρ κατ' ἀρχὰς τὸν ἄνθρωπον ὁ ἀπατήσας διάβολος, δόλῳ κακούργως μεμηχανημένῳ διὰ φιλαυτίας, καθ' ἡδονῆς προσβολὴν ἀπατήσας, Θεοῦ καὶ ἀλλήλων ἡμᾶς κατὰ τὴν γνώμην διέστησε, τό τε εὐθὲς διατρέψας, καὶ τὴν φύσιν κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον μερίσας, κατέτεμεν εἰς πολλὰς δόξας καὶ φαντασίας, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ κακῷ μέθοδόν τε

[a] I Cor. XIII, 8.

[10] ἀτιμίας. Apost. II Cor. VI, 8.

Digitized by Google

καὶ εὕρεσιν, τῷ χρόνῳ νόμον κατέστησε, ταῖς ἡμῶν πρὸς τοῦτο δυνάμεσι συγχρησάμενος, καὶ πονηρὸν πρὸς διαμονὴν τοῦ κακοῦ τοῖς πᾶσιν ἐνθέμενος; ἔρεισμα, τὸ κατὰ τὴν γνώμην ἀσύμβατον· ἀφ' οὗ τὸν ἄνθρωπον ἅπας τῆς κατὰ φύσιν κινήσεως τραπῆναι παρέπεισε, καὶ πρὸς τὸ κεκωλυμένον ἀπὸ τοῦ ἐπιτεταμμένου κινῆσαι τὴν ὄρεξιν, καὶ τρία τὰ μέγιστα καὶ ἀρχαῖα κακά, καὶ πάσης ἁπλῶς εἰπεῖν κακίας γεννητικὰ ἑαυτῷ ὑποστήσασθαι· ἄγνοιαν, φημὶ, καὶ φιλαυτίαν, καὶ τυραννίδα, ἀλλήλων ἐξηρτημένας, καὶ δι' ἀλλήλων συνισταμένας. Ἐκ γὰρ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνοίας, ἡ φιλαυτία. Ἐκ δὲ ταύτης, ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς τυραννὶς ἐστι· καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος· τῷ κατὰ παράχρησιν τρόπῳ τῶν οἰκείων δυνάμεων, λόγου τε καὶ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ, ταύτας ὑποστησαμένων· δέον λόγῳ μὲν, ἀντὶ τῆς ἀγνοίας πρὸς τὸν Θεὸν διὰ γνώσεως κατὰ ζήτησιν μονώτατον κινεῖσθαι· δι' ἐπιθυμίας δὲ, τοῦ τῆς φιλαυτίας πάθους καθαρὸν κατὰ πόθον πρὸς τὸν Θεὸν μόνον ἐλαύνεσθαι· καὶ τῷ θυμῷ τυραννίδος κεχωρισμένῳ, πρὸς τὸ Θεοῦ μόνου τυχεῖν ἀγωνίζεσθαι· καὶ τὴν ἐκ τούτων καὶ δι' ἣν ταῦτα, θείαν καὶ μακαρίαν ἀγάπην δημιουργῆσαι, τὴν Θεῷ συνάπτουσάν τε, καὶ Θεὸν ἀποφαίνουσαν τὸν φιλόθεον. Ἐπειδὴ ταῦτα κατὰ θέλησιν μὲν ἰδίαν τοῦ ἀνθρώπου, ἀπάτην δὲ τοῦ διαβόλου συμβέβηκε κακῶς περὶ τὸν ἄνθρωπον, ὁ τὴν φύσιν καὶ ποιήσας Θεὸς, καὶ ἀσθενήσασαν ὑπὸ κακίας σοφῶς ἐξιώμενος, δι' ἀγάπην τὴν πρὸς ἡμᾶς, *ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν*, ἀτρέπτως ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν ταύτην ἑνώσας, ὅλος καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν δι' ἡμᾶς τοσοῦτον γενόμενος ἄνθρωπος, ὅσον τοῦ μὴ Θεὸς εἶναι τοῖς ἀπίστοις ἐνομίζετο· καίτοι τοσοῦτον ὑπάρχων Θεὸς, ὅσον τοῖς πιστοῖς ὁ ἄῤῥητος τῆς εὐσεβείας καὶ ἀληθὴς ὑποτίθεται λόγος, ἵνα καταλύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ τῇ φύσει ἀχράντους ἀποδοὺς τὰς δυνάμεις, πάλιν τῆς πρὸς αὐτὸν συναφείας, καὶ ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων, ἀνακαινίσῃ τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν, τὴν τῆς φιλαυτίας ἀντίπαλον· τῆς πρώτης ἁμαρτίας [21], καὶ πρώτου γεννήματος τοῦ διαβόλου καὶ παθῶν τῶν μετ' αὐτὴν μητρὸς καὶ οὔσης καὶ γινωσκομένης· ἣν δι' ἀγάπης ἀφανίσας ὁ ἑαυτὸν Θεοῦ παρασχόμενος ἄξιον, συνηφάνισεν αὐτῇ καὶ πάντα τὸν τῆς κακίας; ὄχλον, βάσιν ἄλλην ἢ αἰτίαν τοῦ εἶναι μετὰ ταύτην οὐκ ἔχοντα. Οὐκέτι γὰρ οἶδεν ὁ τοιοῦτος ὑπερηφανίαν, τὸ γνώρισμα τῆς ἀντιθέου οἰήσεως, τὸ σύνθετον κακὸν καὶ ἀλλόκοτον. Ἄγνοεῖ δόξαν τὴν πίπτουσαν, καὶ ἑαυτῇ τοὺς κατ' αὐτὴν φυσωμένους καταβάλλουσαν. Μαραίνει φθόνον, τὸν τοὺς ἔχοντας πρῶτον δικαίως μαραίνοντα, δι' εὐνοίας ἑκουσίου τοὺς συγγενεῖς οἰκειούμενος· θυμόν τε καὶ μιαιφονίαν καὶ ὀργὴν καὶ δόλον καὶ ὑπόκρισιν καὶ εἰρωνείαν καὶ μῆνιν καὶ πλεονεξίαν, καὶ πάντα οἷς ὁ εἷς μεμέρισται ἄνθρωπος, συναπερίζωσε. Τῇ γὰρ φιλαυτίᾳ ὡς ἀρχῇ, καθὼς εἶπον, καὶ μητρὶ τῶν κακῶν ἀποτιλείσῃ, πάντα τὰ ἐξ αὐτῆς τε καὶ μετ' αὐτὴν συναποτίλλεσθαι εἴωθεν·

ac modum mali cujusque inveniendi, tempori legem statuerat, eam in rem nostras sibi vires socias adhibens, pessimumque ad mali perennitatem fulcimentum, animorum discordiam cunctis invehens : qua videlicet omnino homini a motu naturali deflectendi auctor fuerat; atque ab eo quod ei concessum erat, ad id quo illi interdictum, convertendi appetitum; et ut sibi tria maxima ac antiqua mala, omnisque (ut summa dicam) vitii ac pravitatis semina (ignorantiam scilicet, pravumque sui amorem ac tyrannidem) asciscere; quæ nimirum ex se mutuo pendeant aliaque aliorum ope consistant. Sui enim ille pravus amor (φιλαυτίαν dicunt) ex Dei ignorantia est; exque illo tyrannis (iniqua scilicet vis) erga generis necessitudine conjunctos (resque extra controversiam est), quo nempe sibi ille suarum virium abusu (rationis scilicet, cupiditatis et iræ) hæc sibi vitia conderet; cum par esset, ut pro ignorantia, rationis incitatione, per scientiam in Deum unice singularem, quærendo moveretur; cupiditate autem, pravi illius amoris affectione purus, in solum **222** Deum desiderio ferretur; ac demum iræ vi nihil tyrannicum habentis aut iniquæ vis, Deum solum assequi niteretur; divinamque ac beatam, ex his, ac cujus illa gratia, charitatem, tum Deo copulantem, tum eum qui religiosus ac pius Dei cultor sit, deum efficientem sibi conflaret. Quod itaque propria quidem hominis voluntate, at diaboli tamen erga hominem fraude, hæc male acciderant; naturæ ipse conditor, Deus, ac qui vitio laborantem sapienter sanat (quæ ejus erga nos charitas est ac dilectio) *seipsum, exinanivit formam servi accipiens* [f], eamque sibi immutabiliter in persona uniens, totus nostro more ex nobis propter nos usque adeo factus est homo, ut incredulis nec Deus esse putaretur; tantumque nihilominus ipse Deus exsistens, quantum arcana pietatis veraque doctrina fidelibus documento tradit : ut nempe diaboli dissolveret opera, illibatasque reponens naturæ vires, qua cum ipso copulamur, aliique aliis homines societate jungimur, charitatis vim, pravi sui amoris (φιλαυτίας scilicet) æmulam instauraret : primi nimirum peccati, primique diaboli germinis, ac qui vitiorum affectuumque ipsum sequentium, parens sit atque noscatur : quo nimirum charitatis vi e medio sublato, qui se dignum Deo exhibuit, omnem pariter vitiorum turbam submovit atque delevit; quibus deinceps fundamentum aliud, ac causa qua consistant desit. Qui enim talis evasit, haud amplius superbiam novit, impiæ Deo adversantis arrogantiæ notam; compositum illud malum atque absonum. Ignorat caducam gloriam, et quæ ea inflatos pari secum casu elidit. Livorem conficit atque macerat, qui ipso laborantes merito primo conficiat maceretque, animi benevolentia concilians sibique

[f] Philipp. II, 7.

[21] Marg. φιλαυτίας δηλονότι.

Digitized by Google

addicens, quos generis necessitudo consociat; unaque iram, sanguinariam mentem, irascentiam, dolum, simulationem, derisionem, rancorem, avaritiam; quidquid denique ejus generis est quibus homo unus cum esset, partibus scissus est, radicitus evellit. Pravo enim sui amore, velut origine ac parente, uti dicebam, evulso, quæ ex ipso sunt atque sequuntur vitia reliqua, pariter evelli habent; quippe cum illo sublato, nullum prorsus vitii genus, aut vestigium possit consistere; vicissimque omne virtutis genus proclive inducatur, complens charitatis vim; quæ nimirum **223** ea colligat, quæ divisa sunt, atque in unam rationem modumque rursus hominem condat, omnem in omnibus voluntate inductam inæqualitatem ac distinctionem exæquans atque complanans; convenientique ratione ad laudabilem eam inæqualitatem provehens, qua quisque animi proposito tantumdem ad se proximum trahit, sibique honore anteponit, quantum prius ex animo repellere, eique præcellere, gliscebat; seque ipsum a seipso sponte propter eam absolvit atque dimittit, discessione ac divortio ab iis tum rationibus tum proprietatibus, quæ per voluntatem ac rationis arbitrio privatim illis inesse intelligebantur; inque unam simplicitatem (ut sic loquar) colligitur, qua nemo usquam est aliquid a communi divisus, sed singuli singulis, omnesque omnibus, ac Deo magis quam inter se invicem, unus exsistunt, quibus una per seipsos ejus quod est esse ratio, cum natura tum voluntate animique sententia, singularissima præluceat, ac qui in ea intelligitur, Deus; quocum una intelligi, et ad quem ut auctorem ac opificem referri habet, ejus quod est esse rerum ratio, dum tamen sincèra ac illibata, omni a nobis diligentia custodiatur, prudentique studio ac opera; virtutum cultu, eorumque laborum, qui eis comites sunt, functione, ab eis depurgata perturbationibus atque vitiis, quæ adversus eam tumultuantur.

Id forte magnus ille Abraham cum implevisset, seque ipsum ejus quod est esse rationi naturæ, aut sibi ipse rationem restituisset; indeque tum Deo redditus esset, tum ipse Deum recepisset (utrumque enim dicatur, quandoquidem etiam in utroque veritas consideratur), humana Deum specie videre meruit ac suscipere[6], perfecta per naturam ex humanitatis studio ratione una hospitem ac contubernalem; ad quem provexit ac evectus est, earum rerum, quæ divisæ ac dividuæ sunt, explosa proprietate, nullum jam præter se alium, a seque distinctum, reputans hominum, sed velut omnes unum, ac quasi unum omnes cognoscens; nempe non eam quæ voluntate animique sententia est, circa quam divortium contingit ac divisio, quandiu ei cum natura non convenit; sed quæ naturæ, circa quam exacta nihilque evarians similitudo est, singularissimam rationem spectans; quacum Deum elucere ac apparere omnino compertum est, ac per quam **224** ut bonus manifestari sustinet, sibi ipse asciscens quæ ipso auctore condita sunt; cum alioqui ipsum ex seipso Deum, uti est, creatura non possit cognoscere. Neque enim, ut par est, fieri

[6] Gen. xviii, 1 seqq.

A ἐπειδὴ ταύτης μὴ οὔσης, οὐδὲν οὐδαμῶς τὸ παράπαν κακίας εἶδος, ἢ ἴχνος ὑφίστασθαι δύναται· πάντα δὲ τὰ τῆς ἀρετῆς εἴδη ἀντεισάγεσθαι, τὰ συμπληροῦντα τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν, τὴν τὰ μεμερισμένα συνάγουσαν, καὶ πρὸς ἕνα καὶ λόγον καὶ τρόπον πάλιν δημιουργοῦσαν τὸν ἄνθρωπον, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν πᾶσι κατὰ τὴν γνώμην ἀνισότητά τε καὶ διαφορὰν ἐξισοῦσάν τε καὶ ὁμαλίζουσαν· καὶ εἰς τὴν ἐπαινετὴν ἀνισότητα δεόντως προβιβάζουσαν, ἑκάστου δηλονότι τοσοῦτον πρὸς ἑαυτὸν κατὰ πρόθεσιν ἐφελκομένου τὸν πέλας, καὶ ἑαυτοῦ προτιμῶντος, ὅσον τὸ πρὶν αὐτὸν ἀπεῶσαι, καὶ προύχειν πρόθυμος ἦν· καὶ ἑαυτὸν ἑκουσίως ἑαυτοῦ δι' αὐτὴν ἀπολύοντος, τῷ χωρισμῷ τῶν ἰδικῶς κατὰ τὴν γνώμην ἐπ' αὐτῷ νοουμένων λόγων τε καὶ ἰδιωμάτων· B καὶ πρὸς μίαν ἁπλότητά τε καὶ ταυτότητα συναγομένου, καθ' ἣν οὐδεὶς οὐδαμῶς ἐστιν οὐδὲν τοῦ κοινοῦ διωρισμένος, ἀλλ' ἕκαστος ἑκάστῳ, καὶ πᾶσιν ἅπαντες, καὶ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀλλήλοις, εἷς καθεστήκασι, τὸν ἕνα δι' ἑαυτῶν τοῦ εἶναι λόγον, καὶ φύσει καὶ γνώμῃ μονότατον, προφαινόμενον ἔχοντες· καὶ τὸν ἐν τούτῳ νοούμενον Θεόν· ᾧ συνθεωρεῖσθαι, καὶ πρὸς ὃν ἀναβιβάζεσθαι, ὡς αἴτιον καὶ ποιητὴν, ὁ τοῦ εἶναι τῶν ὄντων λόγος, ἀκραιφνὴς μέν τοι καὶ ἄχραντος διὰ πάσης προσοχῆς ὑφ' ἡμῶν φυλαττόμενος πέφυκεν, καὶ κατ' ἔμφρονα σπουδὴν δι' ἀρετῶν καὶ τῶν ταύταις παρεπομένων πόνων, τῶν πρὸς αὐτὸν στασιαζόντων παθῶν ἀποκαθαιρόμενος.

C Ὅπερ τυχὸν ἐκεῖνος ὁ μέγας Ἀβραὰμ κατορθώσας, καὶ ἑαυτὸν τῷ τοῦ εἶναι λόγῳ τῆς φύσεως, ἢ ἑαυτῷ τὸν λόγον ἀποκαταστήσας, καὶ διὰ τούτου ἀποδοθεὶς τε τῷ Θεῷ, καὶ τὸν Θεὸν ἀπολαβών· λεγέσθω καὶ ἄμφω, ἐπειδὴ καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τὸ ἀληθὲς θεωρεῖται· ὡς ἄνθρωπον τὸν Θεὸν ἰδεῖν ἠξιώθη, καὶ ὑποδέξασθαι, τελείῳ τῷ κατὰ φύσιν διὰ φιλανθρωπίας λόγῳ συνένδημον· πρὸς ὃν ἀνήχθη, τῶν μεμερισμένων καὶ μεριστῶν ἀφεὶς τὴν ἰδιότητα, μηκέτι ἄλλον παρ' ἑαυτὸν ἕτερον ἡγούμενος ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς πάντας τὸν ἕνα, καὶ ὡς ἕνα τοὺς πάντας γινώσκων· οὐ τὸν τῆς γνώμης δηλονότι, περὶ ἣν ἡ στάσις ἐστὶ, καὶ ἡ διαίρεσις, ἕως μένῃ πρὸς τὴν φύσιν ἀσύμβατος· ἀλλὰ τὸν τῆς φύσεως, περὶ ἣν τὸ ἀπαράλλακτον ἔστηκε, μονώτατον λόγον σκοπούμενος, ᾧ συν- D εμφαίνεσθαι πάντως τὸν Θεὸν ἐπιστάμεθα, καὶ δι' οὗ δηλοῦσθαι ὡς ἀγαθὸς ἀνέχεται, τὰ ἴδια οἰκειούμενος κτίσματα· ἐπειδὴ αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ, ὡς ἔστι γνῶναι τὸν Θεὸν ἡ κτίσις οὐ δύναται. Οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν κατὰ τὸ εἰκὸς πρὸς τὸν ἁπλοῦν τε καὶ ταυτὸν συναχθῆναι, τὸν μὴ ταυτὸν ἑαυτῷ γενόμενον καὶ ἁπλοῦν, ἀλλ' ἔτι πολλοῖς κατὰ τὴν γνώμην πρὸς τὴν φύσιν διαιρούμενον μέρεσι, εἰ μὴ πρότερον διὰ φιλ-

Digitized by Google

ἀνθρωπίας τῇ φύσει τὴν γνώμην συνάψας, ἵνα ἐπ' ἀμφοῖν λόγον εἰρηνικόν τε καὶ ἀστασίαστον, καὶ πρὸς οὐδὲν οὐδαμῶς ἄλλο προηγουμένως τῶν μετὰ Θεὸν κινούμενον ἔδειξε· καθ' ὃν ἄτμητος καὶ ἀδιαίρετος μένει ἡ φύσις ἐν τοῖς τοῦτο λαβοῦσι τὸ χάρισμα· ταῖς τῶν πολλῶν γνωμικαῖς ἑτερότησιν οὐ συνδιατεμνομένη. Οὐκέτι γὰρ πρὸς τόνδε καὶ τόνδε ἄλλοι καὶ ἄλλοι γινόμενοι τὴν φύσιν μερίζουσιν, ἀλλ' οἱ αὐτοὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς διαμένουσι, μὴ σκοποῦντες τὸ ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ τὴν γνώμην ἴδιον, καθὸ μερίσται τὰ μεμερισμένα, ἀλλὰ τὸ ἐν πᾶσι κατὰ τὴν φύσιν κοινὸν καὶ ἀμέριστον, καθὸ τὰ μεμερισμένα συνάγεται· τῶν μεριστῶν οὐδὲν ἑαυτῷ συνεπαγόμενον, καὶ δι' οὗ τοῖς ἔχουσιν ὁ Θεὸς ἐμφανίζεται, κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ἀρετῆς ἑκάστου διὰ φιλανθρωπίαν μορφούμενος, καὶ ἐξ αὐτῆς ὀνομασθῆναι καταδεχόμενος. Ἔργον γὰρ τῆς ἀγάπης τελειότατον, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας πέρας, δι' ἀντιδόσεως σχετικῆς τῶν κατ' αὐτὴν συνημμένων ἀλλήλοις ἐμπρέπειν τὰ ἰδιώματα παρασκευάζειν, καὶ τὰς κλήσεις· καὶ Θεὸν μὲν τὸν ἄνθρωπον ποιεῖν, ἄνθρωπον δὲ τὸν Θεὸν χρηματίζειν καὶ φαίνεσθαι, διὰ τὴν μίαν καὶ ἀπαράλλακτον ἀμφοτέρων κατὰ τὸ θέλημα βούλησίν τε καὶ κίνησιν, ὡς ἐπί τε τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων εὑρίσκομεν. Καὶ τοῦτο ἴσως ἐστὶ, τὸ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ εἰρημένον· *Ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην*· ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἕκαστον, ἐκ τῆς ἐνούσης κατὰ πᾶξιν ἀρετῆς ἑκάστῳ διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν μορφοποιία. Χεὶρ γὰρ παντὸς δικαίου, ἡ κατ' ἀρετὴν αὐτοῦ πρᾶξίς ἐστιν· ἐν ᾗ καὶ δι' ἧς ὁ Θεὸς τὴν πρὸς ἀνθρώπους ὁμοίωσιν δέχεται. Μέγα οὖν ἀγαθὸν ἡ ἀγάπη, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸ πρῶτον καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν, ὡς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους δι' ἑαυτῆς περὶ τὸν αὐτὴν ἔχοντα συνάπτουσα, καὶ ὡς ἄνθρωπον τὸν ποιητὴν τῶν ἀνθρώπων φανῆναι παρασκευάζουσα, διὰ τὴν τοῦ θεουμένου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ ἀπαραλλαξίαν· ἣν ἐνεργεῖν ὑπολαμβάνω, τὸ ἀγαπῆσαι Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν. Ὅπερ ἐστὶν, ἵνα ὡς ἐν ὅρῳ περιλαβὼν εἴπω, ἡ καθ' ὅλου πρὸς τὸ πρῶτον ἀγαθὸν μετὰ τῆς ὅλης τοῦ ὅλου κατὰ τὴν φύσιν γένους προνοίας ἐνδιάθετος σχέσις· μεθ' ἣν πρὸς οὐδὲν ἀνώτερόν ἐστιν ἀναβιβασθῆναι τὸν φιλόθεον ἄνθρωπον, πάντων αὐτῷ διαβαθέντων τῶν κατ' εὐσέβειαν τρόπων· ἣν ἀγάπην καὶ οἴδαμεν καὶ ὀνομάζομεν, οὐκ ἄλλην καὶ ἄλλην μεμερισμένως Θεῷ καὶ τῷ πλησίῳ προσνέμοντες, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὅλην· Θεῷ μὲν ὀφειλομένην, ἀνθρώπους δὲ ἀλλήλοις ἐπισυνάπτουσαν. Ἐνέργεια γὰρ καὶ ἀπόδειξις σαφὴς τῆς πρὸς τὸν Θεὸν τελείας ἀγάπης ἐστὶν, ἡ γνησία δι' εὐνοίας ἑκουσίου πρὸς τὸν πλησίον διά-

poterat, ut in eum qui simplex idemque ipse est, colligeretur, qui non secum ipse idem simplexque evasisset, sed adhuc voluntate animique sententia, multis partibus a natura divisus esset; nisi prius humanitatis cultu copulata naturæ voluntate, unam in utrisque pacatissimam nihilque tumultuantem (ejusmodi scilicet, ut nullo modo ad aliud quidpiam eorum quæ a Deo secunda sunt, ex instituto, idque ipsum agens, moveretur) rationem ostendisset; qua utique natura indivisa nullisque partibus scissa (nulla scilicet voluntatum diversitate divisa) in illis manet, qui munus illud consecuti sunt (neque enim jam, quasi alii aliique cum hoc illove exsistant, naturam partibus scindunt, sed iidem cum iisdem perseverant; qui nimirum, non quod in singulis per arbitrii facultatem ac voluntatem proprium est attendant; quo partibus scinduntur quæ scissa sunt; sed quod in omnibus natura commune ac indivisum est; quo divisa colliguntur et adunantur, nihil scilicet secum ipse inferens eorum quæ divisa sunt); quaque adeo Deus, iis qui ea præditi sint se conspicuum facit, pro cujusque virtutis proprietate, per summam clementiam ac humanitatem semet ipse informans, nec ab ea nuncupari abnuens. Charitatis enim opus id perfectissimum, ejusque operationis atque vis in eo positus terminus, ut per reciprocam habitudinis attributionem, rerum ea copulatarum proprietates atque nomina per eam vicissim conveniant; sic nimirum ut et homo deus fiat, et Deus homo exsistat appareatque, ob unam per omnia similem et invariabilem amborum voluntatem motusque incitationem; uti in Abrahamo aliisque sanctis invenimus. Idque forte sit, quod ex Dei persona scriptum est: *In manibus prophetarum assimilatus sum* [h]; quod nempe Deus cum singulis, ex virtute quæ cuique per actionem inest, per summam humanitatem ac bonitatem formetur. Cujusque enim justi manus, ejus actio est qua virtutem colit, eaque nitet qua et Deus, ac cujus ratione similis esse hominibus admittit.

Ingens itaque bonum est charitas; interque bona primum ac eximium bonum, ut quæ Deum et homines **225** circa eum qui ea præditus sit, conjungat, ac hominem velut hominum conditorem videri faciat; ob eam scilicet, pro boni ratione, ejus qui deificatur, summam cum Deo, quantum homini concessum est, similitudinem; quam per hoc præstari existimo, quod Dominus Deus ex toto corde et animo et fortitudine diligatur; et proximus sicut ipse qui diligit [i]. Quod est, ut velut sub definitione complectar, universalis in primum bonum, cum universa universi generis secundum naturam providentia, animis insita affectio; ultra quam nihil sublimius est, quo vir religiosus ac Dei cultor provehi queat; modis omnibus, qui ad pietatem ducunt ejusque rationis sunt, illi superatis. Hanc charitatem et novimus et nuncupamus; non quam aliam aliamque divisione sectam Deo atque proximo tribuamus, sed unam eamdemque totam; Deo quidem obstrictam, sed quæ homines alios aliis præterea conjungat. Vis enim, apertaque per-

[h] Osee XII, 10. [i] Deut. VI, 5

Digitized by Google

fectæ in Deum charitatis probatio, vera est, ac sincera per benevolentiæ spontaneum specimen, animi in proximum affectio. *Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt*, inquit divinus Joannes apostolus, *Deum, quem non videt, non potest diligere* [i]. Hæc veritatis via [k], quam se nuncupans Dei Verbum, in ea ambulantes ab omnis generis vitiorum labe mundatos, Deo ac Patri repræsentat atque adhibet. Hæc est janua [l], per quam si quis introierit, intra ipsa Sancta sanctorum penetrat, inaccessique decoris sanctæ ac regiæ Trinitatis dignus spectator fieri promeretur. Hæc est vitis vera, in quam si quis insertus radices firmiter egerit, hoc consequetur, ut divinæ compos pinguedinis fiat [m]. Hujus gratia legalis omnis et prophetica, atque adeo evangelica doctrina, et data et promulgata est; ut nempe arcanorum bonorum cupiditate concepta, quod ita desiderio incitamur, moribus probaremus; tantum fictoris ergo, cujus desiderio tenemur, figmentum honorantes atque colentes, quantum fictori adlubet exigitque naturæ ratio, pares omnibus honoris partes sanciens, omnemque in quolibet ex præsumpta opinione apparentem inæqualitatem, a natura amputans; sibique omnes secundum unam identitatis (ut sic loquar) vim concludens.

A θεσις. *Ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἑώρακε, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος Ἰωάννης, τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακεν, οὐ δύναται ἀγαπῆσαι.* Αὕτη ἐστὶν, ἡ τῆς ἀληθείας ὁδὸς, ἣν ἑαυτὸν ὀνομάσας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τοὺς ἐν αὐτῇ ὁδεύοντας τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καθαροὺς παντοίων γενομένους παθῶν παρίστησιν. Αὕτη ἐστὶν ἡ θύρα, δι' ἧς ὁ εἰσερχόμενος εἰς τὰ Ἅγια γίνεται τῶν ἁγίων, καὶ τοῦ ἀπροσίτου κάλλους τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς Τριάδος θεατὴς γενέσθαι καθίσταται ἄξιος. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ἐν ᾗ ὁ παγίως ἑαυτὸν ἐνριζώσας, θείας καταξιοῦται μέτοχος γενέσθαι ποιότητος. Διὰ ταύτην πᾶσα νομικὴ τε καὶ προφητικὴ καὶ εὐαγγελικὴ, καὶ ἔστι, καὶ ἐκδέδοται διδασκαλία, ἵνα τῶν ἀῤῥήτων ἐπιθυμίαν λαβόντες ἀγαθῶν, τοῖς τρόποις τὸν πόθον
B πιστώσωμεν· τοσοῦτον διὰ τὸν πυθούμενον πλάστην τὸ πλάσμα τιμήσαντες, ὅσον τῷ πλάστῃ παρίσταται, καὶ ὁ τῆς φύσεως ἀπαιτεῖ λόγος, νομοθετῶν τὸ ἰσότιμον, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ἕκαστον φαινομένην κατὰ πρόληψιν ἀνισότητα περιτέμνων τῆς φύσεως· καὶ ἑαυτῷ τοὺς πάντας κατὰ μίαν ταυτότητος δύναμιν περικλείων.

Ob hanc ipse naturæ auctor (rem sane tremendam et auditionem!) humanam naturam induit, quam sibi ipse immutabiliter **226** in persona copulavit, ut quod ferebatur eratque instabilis, sisteret, atque ad se eam colligeret, secum ipsam collectam, ac quæ nullum cum illo, ac secum ipsa, voluntatis sententia ac arbitrio, discrimen haberet; viamque charitatis inclytam propalaret (ejus, inquam, quæ divina reipsa sit et deifica, atque ad Deum ducens; quin et dicatur, quæ et Deus exsistat [n]; quam jam initio pravi sui amoris spinæ operuerant [o]), susceptisque nostri causa passionibus, in se ipse velut delineans, impedimentis omnibus liberam eam præstaret; qui in ea erant lapides per discipulos suos projiciens, juxta ac ipse olim jam in prophetis prænuntiaverat dicens [p]: *Et lapides de via projicite;* apteque suaderet operæ pretium esse, ut sic ipsum, aliique alios colamus ac diligamus, quemadmodum ipse priore exemplo ostenderat, nostri causa pati ac mori sustinens. Propter hanc sancti omnes peccato jugiter restiterunt, ejus, quam agimus, vitæ nullam rationem habentes; variaque mortis genera pertulerunt, ut ad scipsos Deumque a mundo colligerentur, naturæque scissuras ipsi in se committerent. Hæc vera ac inculpata fidelium divina sapientia est, cujus finis bonum est ac veritas; quippe cum bonum humanitas sit; verumque, fidei pietas ac religiositas; charitatis scilicet notæ propriæ ac insignia; ut quæ Deo aliosque aliis homines conjungat, ac idcirco bonorum perennitatem firmam extraque casus aleam habeat.

Διὰ ταύτην, αὐτὸς ὁ τῆς φύσεως ποιητὴς· τὸ φρικτὸν ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ἄκουσμα! τὴν φύσιν ἐνδύεται τὴν ἡμετέραν, ἑνώσας ταύτην ἀτρέπτως ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, ἵνα στήσῃ τοῦ φέρεσθαι, καὶ
Hujus porro tristitiæ characteres proprii notæque insignientes, sic moribus comparatum esse, ut creaturam ad Creatoris duntaxat gloriam aspicias; quæ sunt proximi, omni prorsus semoto livore consideres; aures, ad divina solum eloquia, eorumque supplicationes qui ope indigeant, propense patulas habeas; ad omne autem convicium seu obtrectationem, turpiumque verborum obscenitatem, diligenter occlusas; linguamque ejusmodi, cui aliorum celebratæ laudes sanctimoniam conferant, nulloque modo adversus alios prolata verba injuriosa ac maledicta polluant. Omninoque, ut summa dicam, omnia corporis animique membra componamus, pro eo ac visum Spiritui, ac quidquid ad pietatis attinet scopum, nobis impleatur.

Ταῦτα, εὐλογημένε, κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν ἑαυτοὺς ἐρευνῶντες, εἰ μὲν εὕρωμεν ἔχοντας, ἐπιμελῶς διατηρήσωμεν· εἰ δὲ μηδὲν τούτων κεκτημένους, κατὰ σπουδὴν κτήσασθαι φιλοπονήσωμεν, πᾶσι διὰ τὸν Θεὸν καὶ τὴν κοινὴν φύσιν ἀνθρώποις, ὡς ἄνθρωποι ταπεινούμενοι· πρὸς τὰ συμβαίνοντα παρὰ τὴν ἡμετέραν γνώμην, πρᾴοι καὶ ἥμεροι διαμένοντες·

Hæc, benedicte, omni nos ipsos diligentia scrutantes, siquidem nos habere invenerimus, omni cura servemus: sin autem horum omnium nos expertes esse constiterit, ea ut paremus diligenti opera laborem conferamus; sic nimirum ut propter Deum, ac communis naturæ contemplatione, tanquam ipsi homines, cunctis hominibus humiliemur,

Digitized by Google

ad ea quæ præter sententiam invitisque eveniunt, mansueti atque placidi permaneamus; erga pauperes, liberales; erga peregrinos, **235** hospitales; his, qui defensione indigeant, quanta facultas, prompti adjutores; erga amicos, unanimes ac iis consentientes; erga notos ac familiares, ubique affabiles; humilioris sortis hominibus, accessu faciles; infirmis, animo condolentes ac humanissimi; his, qui ira exasperant, longa patientia præditi; his, qui offendunt, indulgentia proni; his, quos mœror ac tristitia afficit, mite solatium. Atque, ut verbo dicam, omnia omnibus efficiamur, tum ob Dei timorem, tum ob exspectatas futurorum judiciorum minas. Absque his enim sic a me percensitis, omnis prorsus salutis spes mortalibus omnibus evanescit.

A εὐμετάδοτοί τε πρὸς τοὺς πτωχοὺς, καὶ πρὸς τοὺς ξένους φιλόξενοι· τοῖς δεομένοις προστασίας, κατὰ τὸ δυνατὸν, πρὸς ἀτέλεσιν ἕτοιμοι· πρὸς τοὺς φίλους ὁμόψυχοι καὶ ὁμογνώμονες· πρὸς τοὺς γνωρίμους ἐν πᾶσι περιδέξιοι· τοῖς ταπεινοτέροις εὐπρόσιτοι· τοῖς ἀσθενέσι συμπαθεῖς καὶ φιλάνθρωποι· μακρόθυμοι τοῖς παροργίζουσι· τοῖς πταίουσι συγγνώμονες· τοῖς λυπουμένοις, παρηγορία γινόμενοι. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα πᾶσι γενώμεθα, διά τε τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τὴν προσδοκωμένην τῶν μελλόντων κριμάτων ἀπειλήν. Χωρὶς γὰρ τούτων τῶν ἀπηριθμημένων, οὐκ ἔστιν οὐδενὶ τὸ παράπαν σωτηρίας ἐλπίς.

Hæc atque his plura, ut loquar, meus in te cogit amor. Non enim habeo, quem ei modum imponam, qui faciat ut te semper coram animo habeam, ac velut cum præsente, sermones misceam, cogatque ut per litteras absenti congrediar. Enimvero haud defunctorie eorum quæ dicuntur vim accipiamus. Præter alia namque, ejus generis sermones qui patrocinentur autve accusent in tremendo judicii die [e], ego pariter, qui loquor, ac auditores omnino habituri sumus, quoto quoque ad eos modo affecti fuerimus. Faxit Deus ut omnes, tum qui aliquid quod officii sit dicimus, tum qui audimus, divinorum omnium sermonum factores efficiamur, non auditores tantum atque præcones [f]; gratia Christi Dei ac Salvatoris nostri, qui nos in gloriam suam ac regnum vocavit [g].

B Ταῦτά με, καὶ πλείονα τούτων βιάζεται λέγειν ὁ πρὸς σὲ πόθος. Οὐ γὰρ ἔχω πῶς μετρῆσαι τοῦτον, διὰ παντὸς ἀνατυποῦσθαί σε παρασκευάζοντα, καὶ ὡς παρόντι κατὰ ψυχὴν διαλέγεσθαι, καὶ ἀπόντι βιαζόμενον συντυγχάνειν διὰ γραμμάτων. Ἀλλὰ μὴ παρέργως δεξώμεθα τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν· ἐπειδὴ μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοὺς τοιούτους λόγους ἔξομεν πάντως ἢ συνηγόρους ἢ κατηγόρους· ἐγώ τε ὁ λέγων, καὶ οἱ ἀκούοντες, κατὰ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς διαγνώσεως, ὁποτέρως ἂν περὶ αὐτοὺς διατεθῶμεν. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς, τούς τε λέγοντάς τι τῶν δεόντων, καὶ τοὺς ἀκούοντας, πάντων τῶν θείων ποιητὰς ἀποδειχθῆναι λόγων· καὶ μὴ μόνον ἀκροατὰς ἢ λέκτας· χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς εἰς C τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τε καὶ βασιλείαν.

V. — *Ejusdem ad Constantinum.*

Si tanquam mecum coram loqueretur, sic vero per litteras dominus meus benedictus lætatur, uti scripsit; liquet prorsus idcirco lætari, quod meos placide habeat ac probet sermones. In eo autem eorum posita probatio est, ut is qui probat gratamque habet doctrinam, ex ejus rationibus animo afficiatur. Sic autem affecti animi ac comparati certissima demonstratio est, ejus quæ doctrina continetur ipso opere virtutis exhibitio. Igitur exhortationis ad dicendum certissimam mihi arrhabonem præbeat dominus meus; promptum simul ac alacrem animum præstandi ea, quæ **236** sermone traduntur; fietque, juxta quod scriptum est, ut nunquam prohibeam labia mea [h], quin ad eum, quæ et ipsi, et vero mihi aliisque conducere possint, tractem ac disputem; quantum scilicet per facultatem licebit, ut Dei, *qui dat omnibus simpli-*

Ε'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κωνσταντῖνον (h).*

Εἰ ὡς παρόντι μοι συντυγχάνων, διὰ τῶν γραμμάτων εὐφραίνεται κατ' ἀλήθειαν ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, ὡς γέγραφε, δῆλον ὡς τοὺς ἐμοὺς ἀποδεχόμενος λόγους πάντως εὐφραίνεται. Ἀποδοχὴ δὲ λόγων ἐστὶν, ἡ κατὰ τοὺς λόγους τοῦ ἀποδεχομένου τοὺς λόγους διάθεσις. Ταύτης δὲ τῆς διαθέσεως ἀπόδειξίς ἐστιν ἀκριβὴς, τὸ ἔργον τῆς ἐμφερομένης τοῖς λόγοις δυνάμεως. Οὐκοῦν τῆς περὶ τὸ λέγειν προτροπῆς ἀῤῥαβῶνά μοι παράσχῃ πιστότατον ὁ ἐμὸς δεσπότης, τὴν αὐτοῦ περὶ τὸ ποιεῖν τὰ λεγόμενα προθυμίαν· καὶ οὐδέποτε κωλύσω, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὰ χείλη μου, τοῦ λέγειν πρὸς αὐτὸν τὰ λυσιτελεῖν αὐτῷ τε κἀμοὶ καὶ ἄλλοις δυνάμενα· D καθόσον εἰμὶ δυνατὸς ὑποδέξασθαι τὴν περὶ τὸ νοεῖν τε συνετῶς καὶ εὐσεβῶς λέγειν τὰ νοηθέντα χάριν τοῦ δωρουμένου [25] Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος.

[e] Rom. II, 15, 16. [f] ibid. 13. [g] I Thess. II, 12. [h] Psal. XXXIX, 10.

[25] Græc. vulg. διδόντος.

NOTÆ.

(*h*) *Πρὸς Κωνσταντῖνον.* Frustra sit divinare quis hic Constantinus, cum ejus noscendi nullas Maximus peculiares notas aperiat; quam quod ejus libens documenta haberet illisque proficeret; scribente ad eum Maximo, cum forte in Africa versaretur, et Constantinus in aula ageret, sive alias illi absens esset. Constantinus Heraclii nepos, sub quo habita VI synodus, aliis titulis compellandus videbatur; nec patre sic ei infenso licuisset familiarius ad Maximo.

Digitized by Google

diter et non exprobrat [1], gratiam suscipiam, ut tum solerter intelligam, tum quæ fuerint intellecta, pie eloquar ac tradam.

Γενώμεθα τοίνυν, ἠγαπημένε, πρόθυμοι τῶν κατ' ἐντολὴν ἔργων ποιηταί· καὶ φύγωμεν τὴν πλάνην τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ μηδενὶ τῶν ἐν αὐτῷ νομιζομένων τερπνῶν τὴν ψυχὴν καταδήσωμεν. Παρέρχεται γὰρ ὁ κόσμος, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ μαραίνεται, φθορᾶς ὄντα κατὰ φύσιν παραναλώματα. Ταύτην δὲ τὴν περὶ τὰ θεῖα τῶν σωτηρίας ἐφιεμένων τεκμηριοῖ προθυμίαν, οὐ μόνον τὸ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν μῖσος, καὶ ἡ ἀπράγμων διαγωγή· ἥ τε τῶν μοχθηρῶν ἀνδρῶν ἀλλοτρίωσις, καὶ πρὸς τὰ φθειρόμενα πάντα τῆς ψυχῆς ἀποδιάθεσις· ἥ τε τῆς σαρκὸς διὰ τὴν ἀρετὴν καταφρόνησις, καὶ ἡ πρὸς πάντα τὰ διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀπατηλῶς τὴν ψυχὴν ὑποσαίνοντα, στερρὰ καὶ ἀνένδοτος ἐγκράτεια· δι' ἧς πάσας τε τὰς ἀκολάστους ὀρέξεις μαραίνομεν· καὶ τὰς ἀτάκτους κινήσεις τοῦ θυμοῦ κατευνάζομεν, μὴ συγχωροῦντες ἐξανδραποδισθέντα συνεκφέρεσθαι ταύταις τὸν λογισμόν, καὶ καθάπερ ἡνίοχον ὑπὸ δυσηνίων ἵππων συναρπασθέντα κατὰ βαράθρων φέρεσθαι· μηδενὸς ὄντος τοῦ τάσσοντος καὶ ἐπισχεῖν δυναμένου τὴν ἄλογον τῶν ὑπεζευγμένων ὁρμήν. Ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς πάντας τοὺς ἀκουσίους πειρασμοὺς, ὑπομονὴ καὶ καρτερία· καθ' ἣν καὶ πάσχοντες σωματικῶς, ἀπαθεῖς κατὰ ψυχὴν διαμένομεν, καὶ ἀήττητοι· μηδενὶ τῶν τινασσόντων καταβαλλόμενοι. Δι' ὧν ἀμφοτέρων, ἐγκρατείας τε λέγω τῶν ἐφ' ἡμῖν παθημάτων, καὶ ὑπομονῆς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, δοκιμασθέντες, καθάπερ τινὸς σποράς θειοτάτης τῶν ἐντολῶν, εὐπρεπεῖς καὶ ὡρίμους προβαλλόμεθα καρποὺς τὰς ἀρετάς. Οἷον, φρόνησιν γνωστικὴν, κατά τε τῆς ἀγνοίας, καὶ τῆς δεισιδαιμονίας· ἀνδρείαν, κατά τε τῆς δειλίας, καὶ τῆς προπετοῦς θρασύτητος· σωφροσύνην, κατὰ τῆς ἀκολασίας καὶ τῆς ἠλιθιότητος· δικαιοσύνην κατὰ τῆς ἀδικίας· λέγω δὲ κατὰ τῆς πλεονεξίας καὶ μειονεξίας· ταπεινοφροσύνην, κατὰ τῆς ὑπερηφανίας ὀπλίζοντες· συγκατάβασιν, κατὰ τῆς ἐπάρσεως προφέροντες· μετριότητα κατὰ τῆς οἰήσεως· μακροθυμίαν κατὰ τῆς ὀλιγοψυχίας· ἡμερότητός τε αὖ πρὸς πάντας, καὶ πραότητος, καὶ τῆς πρὸς τοὺς δεομένους ἱλαρᾶς μεταδόσεως ἀντεχόμενοι· φιλοξενίας τε καὶ φιλαδελφίας, καὶ φιλανθρωπίας φιλοπόνως φροντίζοντες· εἰρήνην τε καὶ ἀγάπην μεταδιώκοντες· ἐνῇ, καθάπερ τινὶ πυθμένι τῶν καλῶν, συνάγεταί τε καὶ φυλάττεται πάντα τὰ τοῖς ἀνθρώποις δεδωρημένα θεόθεν ἀγαθά.

A Efficiamur igitur, dilecte, prompti atque alacres eorum quæ nobis præcepta sunt, operum factores, hujusque sæculi errorem fugiamus; nec ulli eorum, quæ in eo delectare videntur, animum addicamus. Præterit enim mundus, ac marcescunt quæ in eo sunt omnia; sic nimirum comparata, ut natura corruptione intereant. Hujus vero colendi divina alacritatis certum argumentum, in iis qui salutis desiderio tenentur, non solum in eo est, ut peccatum oderimus, sed ut etiam vitam otio componamus ac curis subducamus; a viris pravis alieno simus animo; ab iis omnibus, quæ corruptioni obnoxia sunt, animum retrahamus; carnem virtutis consectandæ causa contemnamus, firmaque ac inflexa continentia, iis omnibus quæ per sensus B fraude obblandiunt animo, obsistamus; qua nimirum impudicas omnes cupiditates exstinguimus, motusque iræ inordinatos sedamus, non sinentes ut una cum illis animus mancipatus feratur, ac aurigæ in modum indomitis equis raptatus, præceps in barathrum abeat; cum nemo sit qui regat ac componat, quique extra rationis metas incitatum jugalium impetum cohibere valeat. Sed et adversus violentas omnes ac quæ invitis eveniunt, tentationes, patientiam tolerantiamque teneamus, qua, tum etiam cum malis corpore afficimur ac ærumnis, illæsi animo et imperturbati, invictique perseveramus; sic plane, ut nullo turbinum impetu dejiciamur. Quo utroque (eorum scilicet affectuum continentia quæ in nobis nostræque sunt facultatis, C eorumque malorum patientia, quæ non sunt in nobis nec nostri arbitrii) probati, velut divinissimæ cujusdam mandatorum sementis venustos ac maturos fructus, virtutes producimus; puta spiritalem eruditamque ac sapientem prudentiam, adversus tum ignorantiam, tum superstitionem; fortitudinem, adversus tum ignaviam, tum audaciæ temeritatem; castitatem, adversus tum luxuriam, tum **237** vecordiam et stoliditatem; justitiam, adversus injustitiam, qua scilicet excessu aut defectu juris æquitas violatur; sensus animi modestiam (id est, humilitatem) adversus superbiam instruentes; commodam in aliorum usum demissionem, adversus elationem proferentes; animi moderationem, ad- D versus jactantiam; longanimitatem, adversus animi pusillitatem; mansuetudinem ad omnes et lenitatem, hilaremque erga egenos liberalitatem colentes; hospitalitatis, fraterni amoris, humanitatis sedulo satagentes; pacemque ac charitatem sectantes, in qua, ceu bonorum quodam gremio, quæ a Deo concessa sunt hominibus bona omnia colliguntur atque servantur.

Ταῦτα, δέσποτά μου εὐλογημένε, πᾶς ἐρῶν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, καὶ φεύγειν σπεύδων τῶν ἠπειλημένων τοῖς ἁμαρτάνουσιν αἰωνίων κολάσεων τὴν πεῖραν, κατὰ δύναμιν πάντως ποιεῖν τε καὶ φυλάττειν ἐπιτηδεύει· τῆς τῶν τοιούτων ἔχων φυλακῆς ἀρωγὸν, τοῦ τε θανάτου, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν

Hæc, domine mi benedicte, quisquis regni cœlorum amore tenetur, studetque cavere, ne æternorum suppliciorum, quæ Deus peccatoribus comminatus est, reipsa periculum faciat, pro virili sua omnino et præstare curat, et vitare: in eam rem, mortis pariter, ejusque incertæ horæ ac momenti

[1] Jac. 1, 5.

Digitized by Google

nulla oblivione delendam memoriam auxilio habens; ejus item, quæ post excessum futura est, animæ desolationis, nihil aliud secum inferentis, præter unam duntaxat male ei gestorum reatu commaculatam conscientiam [i] : futuri quoque cum ipsa in hoc aere nequissimorum spirituum tremendi examinis altam cogitationem; necnon acerbæ nunc in inferno illucisque animorum inclusionis ac carceris considerationem : ejus denique confusionis ac probri coram justo Judice ac cœlestibus potestatibus, cum occulta pandentur, exspectationem; omnibus utique Deo ultore ingruentibus pro reatu suppliciis, peccatoribus longe graviorem. Hæc, atque his plura, tum jam pro virili scripsi, tum scribendi, quoad licuerit, nullum finem faciam, qui nimirum amorem, quo dilectum dominum meum prosequar, istiusmodi sermonum ac admonitionum exactorem habeam.

Verum sobrii simus ac vigilemus, ut ipsi nobis caveamus, o benedicte, ac custodiamus, ne forte majorem damnationem asciscamus; velut qui frustra ac temere divina et loquamur et audiamus. Nam et pro his quoque sermonibus in die judicii rationem Deo reddituri sumus [k]; tum ipse ego qui loquor, tum qui hæc auditis; siquidem hoc nobis contigerit, ut eos otiosos nulloque fructu **238** abire sinamus. Faxit vero Deus, ut potius omnes nos in omnibus Dei sermonibus atque doctrinis exsultemus, divinarumque ac salutarium voluntatum, quæ illis continentur, factores efficiamur, precibus et intercessionibus gloriosissimæ ac sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et omnium sanctorum. Amen.

A ἀδηλίας, τὴν ἄληστον μνήμην· τῆς τε μετὰ τὴν ἔξοδον τῆς ψυχῆς ἐρημώσεως, μηδὲν ἄλλο συνεπαγομένης ἑαυτῇ, πλὴν τῆς ἐπὶ τοῖς αὐτῇ κακῶς πεπραγμένοις ἐστιγμένης συνειδήσεως· καὶ τῆς πρὸς αὐτὴν κατὰ τὸν ἀέρα τοῦτον γενησομένης τῶν πονηρῶν πνευμάτων φοβερᾶς ἐρεύνης τὴν ἔννοιαν· τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ νῦν πικρᾶς καὶ ἀφεγγοῦς τῶν ψυχῶν κατακλείσεως τὴν ἐνθύμησιν· τῆς ἐπὶ τοῦ δικαίου Κριτοῦ καὶ τῶν οὐρανίων Δυνάμεων ἐπὶ τῇ φανερώσει τῶν κρυπτῶν αἰσχύνης τὴν προσδοκίαν, τῆς πασῶν βαρυτέρας τῶν ἠπειλημένων τοῖς ἁμαρτάνουσι κολάσεων. Ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα, καὶ ἤδη κατὰ δύναμιν γέγραφα, καὶ γράφων οὐ παύσομαι, καθ' ὅσον οἷός τέ εἰμι, τὸν πρὸς τὸν ἐμὸν ἠγαπημένον δεσπότην πόθον ἔχων, τῶν τοιούτων λόγων ἐκβιβα-
B στήν.

Ἀλλὰ νήψωμεν, καὶ γρηγορήσωμεν περὶ τὴν ἑαυτῶν φυλακήν, εὐλογημένε· μήπως πλέον κατακριθῶμεν, ὡς εἰκῇ καὶ μάτην τὰ θεῖα λέγοντες μόνον καὶ ἀκούοντες. Ἐπειδὴ καὶ ὑπὲρ τούτων τῶν λόγων τῷ Θεῷ λόγον ὑφέξομεν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ἐγώ τε ὁ τούτους λέγων, καὶ οἱ τούτων ἀκούοντες· ἐὰν ἀργοὺς παντελῶς καὶ ἀκάρπους αὐτοὺς καταλείψωμεν· γένοιτο δὲ μᾶλλον πάντας ἡμᾶς, πᾶσιν ἐπαγάλλεσθαι τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς
C θείων καὶ σωτηρίων θελημάτων ποιητὰς ἀποφανθῆναι· εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς πανενδόξου καὶ παναγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

VI. — *Ejusdem ad sanctissimum beatissimumque archiepiscopum Joannem, qua animam esse incorpoream ostendit.*

Venerabilibus perfectionis vestræ virtutis laude acceptis litteris, magnifica omni modestia egregie ornatis admirari pariter ac stupere subiit; nempe consideranti, quomodo in utrisque tibi ipse similis exstiteris; quem nec sublimitas inaccessum reddat, nec humilitas faciat despectum. Qui enim genus unum virtutis ex utroque temperaveris, alterum in
D altero dispici et elucere mira solertia facis; nempe,

Ϛ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Ἰωάννην* (i), *περὶ τοῦ, Ὅτι ἀσώματός ἐστιν ἡ ψυχή* (i').

Τὸ τίμιον τῆς ὑμετέρας ἐπ' ἀρετῇ τελειότητος δεξάμενος γράμμα, πάσης μεγαλοφυοῦς μετριοφροσύνης ὡραϊσμένον, ἠγάσθην τε ὁμοῦ καὶ ἐξέστην· πῶς τε ὁ αὐτὸς διανοούμενος ἐν ἀμφοτέροις, σαυτῷ καθέστηκας ὅμοιος· μήτε τῷ ὑψηλῷ ἀπρόσιτος, μήτε τῷ ταπεινῷ καταφρονούμενος. Ἐν γὰρ ἀρετῆς εἶδος, σοφῶς σαυτῷ ἐξ ἀμφοῖν κερασάμενος, ἑκατέρῳ ποιεῖς παραδόξως ἐνθεωρεῖσθαι τὸ ἕτερον·

[i] Judæ 23. [k] Rom. XIV, 12.

NOTÆ.

(i) Joannes episcopus Cyzicenus, cui inscriptæ *Quæstiones in Gregorium*.

(i') Ὅτι ἀσώματός ἐστιν ἡ ψυχή. Procedit vel maxime disputatio hæc contra Origenianos, qui sic animam vel corpus, vel corpori semper conjunctam (etsi tenuioris substantiæ, a crasso hoc nostro corpore) existimabant : quod ipsum sic animæ datum velut carcerem volebant. Argumenta omnia Maximi physica sunt : quod se ille non certo sententiam dicere affirmat, sed quasi disputando quærere, Methodium, Basilium, Patresque alios respicit, qui angelos non omnino vacare corpore senserunt, nec proinde animas : pure scilicet igneum et aereum illis assignantes corpus, cujus merito nobis spiritus, pro terrena hac crassa mole, Deo corpora sint, pro illius elevatiore diversique generis spiritalitate. Aliud certe quod Deus, aliud quod angelus et anima spiritus : nec forte alii aliique Patres reipsa diversa senserunt, etsi re nobis obscura (qui ipsa in se spiritalia, ac per illorum species non cognoscimus) tanta diversitate locuti sunt. Certe plena perfectaque ἀοριστία, absolutioque a loco et tempore, Dei propria est, utcunque exponatur locus angelicus; certaque sphæra est quantitatis ejus virtualis, cui comes ipsa substantia est, ac extra quam nisi mutatione et quasi migrando angelus adesse non potest.

Digitized by Google

τῷ ταπεινῷ μὲν, τὸ ὑψηλόν· τῷ ὑψηλῷ δὲ τὸ ἔμπαλιν, τὴν ταπείνωσιν. Διὸ δὴ, δοῦλε Θεοῦ, ἀπαραιτήτως σου δέχομαι τὸ ἐπίταγμα, φυσικώτερον ἀποδεῖξαι κελεῦον, Γραφικῆς καὶ Πατρικῆς μαρτυρίας χωρὶς, εἰ ἔστι κτίσμα ἀσώματον ἡ ψυχή. Ταῖς ὑμετέραις πάλιν θαῤῥοῦσι τῆς διδασκαλίας ψεκάσιν, αἷς με διαφόρως ἀγνοίᾳ φρυγόμενον ἐδρόσισας. A sublimitatem in humilitate, vicissimque humilitatem in sublimitate. Idcirco, serve Dei, nihil cunctatus aut excusans, quod abs te præceptum est, devotus suscipio; ut nempe ex natura potius petitis rationibus, nullisque Scripturæ aut Patrum prolatis testimoniis, demonstrem atque ostendam, num anima res ejusmodi sit, quæ incorporea creata sit: idque rursus qui vestris fidam doctrinæ stillis, quibus me varie ignorantia torridum, mitius irrorasti.

Τίνες δὲ οὗτοι ὑπάρχουσιν, οἱ κτίσμα ἀσώματον μὴ εἶναι διαβεβαιούμενοι; καὶ τίσι τούτοις, ταῖς ὑμετέραις τῶν λόγων ἀληθείαις ἀνυπάρκτοις ἀναπλασμοῖς ἀντιπίπτοντες; Πῶς δὲ, εἰ μὴ τοῦ δέοντός εἰσι φιλονεικότεροι, τῷ ὑμετέρῳ οὐκ ἐδυσωπήθησαν ἐπιχειρήματι, παντὸς εἰς ἄκρον οὕτως ἀντιπτωτικοῦ λόγου πόῤῥω τυγχάνοντι; Καὶ ἵνα μοι μᾶλλον καθ' ὁδὸν ὁ περὶ τούτου λόγος προΐῃ, αὐτὸ ὑμῶν ὡς τῆς ἀληθείας σύμμαχον ἀκαταγώνιστον σοφὸν ἐπιχείρημα, τῶν οἰκείων ἀπαρχὴν ποιήσομαι· ὡς ἐφοδικοῖς [26] τοῖς ὑμετέροις ἐναῤῥυνόμενος. pugnaculum, unde mea sum auspicaturus, **239** vestris ansam occasionemque arripiam.

Quinam vero hi audaculi sunt, qui nullam rem creatam incorpoream esse asserunt? ac quibus frivolis nugacis animi figmentis, veris vestris doctrinis ac rationibus obnituntur? Quomodo autem, nisi justo contentiosiores sunt, vestræ non acquieverunt argumentationi, sic nimirum accuratæ, ut quam longissime sit, ut ulla prorsus contraria B ratione, seu objectione, omnino infringi ac convelli possit? Atque ut certiori methodo præsens mihi procedat disputatio, ipsam vestram sapientissimam argumentationem, ceu veritatis insuperabile propulso in limine statuam; inde glorians, quod ex

α'. [27] Εἰ τὸ σῶμα τῇ οἰκείᾳ φύσει ἀκίνητον· σῶμα δὲ καὶ ἡ ψυχὴ, εἰ καὶ τὸ λεπτομερέστατον, ὥς φασι, καθὸ σῶμα, οὐ κινηθήσεται. Καὶ εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει, πόθεν ἡμῖν ἡ κίνησις; Καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον, ἕως οὗ ἔλθωμεν εἰς ἀσώματον κτίσμα. Εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ φήσουσι κατὰ πρῶτον λόγον ἡμᾶς κινεῖσθαι· ἐπειδὴ τὰς πλείους ἡμῶν κινήσεις ἀτόπους ἐπίσταμαι καὶ αἰσχρὰς, αἴτιον πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ τούτων ἀποφανοῦνται τὸ θεῖον.

1. Cum corpus natura sua sit immobile, siquidem etiam anima corpus est; tametsi, ut vocant, partibus subtilissimum; ea ratione qua est corpus, non movebitur. Sin autem hæc se ita habent, unde nobis ut moveamur? Sicque in infinitum, donec ad aliquid creatum incorporeum veniamus. Sin a Deo secundum primam nos rationem moveri dicant, cum non nesciam motuum nostrorum plures absonos turpesque esse, horum quoque omnino C necessario divinum numen asserent auctorem esse.

β'. Ἄλλο. Καὶ πάλιν, εἰ πᾶσα καὶ ὁπωσδήποτε οὖσα σωματικὴ ὕπαρξις κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, τῷ ποσῷ τε καὶ τῷ ποιῷ διειλημμένη, ἐν ὄγκῳ καὶ εἴδει, καὶ ἐπιφανείᾳ καὶ σχήματι, τὴν περὶ ἑαυτῆς πεῤατοῖ θεωρίαν, ὡς ἀναγκαίοις διειλημμένη πέρασιν. Οὐ γάρ τι τούτων ἐκτὸς ἔχοι [28] φαντάζεσθαι ὁ ταύτην διερευνώμενος· σῶμα δὲ καὶ ἡ ψυχὴ, ἢ ἐκ τούτων, ἢ ταῦτα, ἢ τινα, ἢ τούτων τι, ἢ τούτοις, ἢ τισιν, ἢ τινι τούτων περιγραπτὸς πάντως ἐστίν· ἀλλὰ μὴν οὔτε ἐκ τούτων, οὔτε ταῦτα, οὔτε τινά, οὔτε τι τούτων, οὔτε τούτοις, οὔτε τισὶν, οὔτε τινὶ τούτων ἐστὶ περιγραπτός· οὐκ ἄρα σῶμα ἡ ψυχή.

2. Ac rursus, cum omnis, ac quæ ullo modo est, corporalis substantia, ut vera habet ratio atque doctrina, quantitate et qualitate divisa, quæ de ipsa est, considerationem, mole, forma, colore, figura terminet, tanquam necessariis terminis comprehensa. Qui enim hanc rimatur, extra hæc quod animo cogitet, nihil habet. Siquidem igitur etiam anima corpus est, aut ex his, aut hæc, aut eorum aliquid vel his, vel quibusdam, aut eorum aliquo, omnino circumscripta est: atqui neque ex his, neque hæc, neque aliqua, neque horum aliquid, neque his, neque quibusdam, neque horum aliquo circumscripta est: non ergo D anima corpus est.

γ'. Ἄλλο. Εἰ τοίνυν αὐτοῖς εἶναι μὴ ἀμφιβέβληται [29] ἡ ψυχὴ· οὖσα δὲ οὐδὲν ὑπάρχει ὧν καταλαμβάνει ἡ ἔννοια, ἐξ ὧν, ἢ ἃ ὑπάρχει τὰ σώματα· οὐ χρῶμα, οὐ σχῆμα, οὐκ ἀντιτυπία, οὐ βάρος, οὐ πηλικότης, οὐχ ἡ εἰς τρία διάστασις· καὶ ἁπλῶς ὅλως οὐδὲν οὖσα τῶν περὶ τὴν σωματικὴν φύσιν καταλαμβανομένων· ἡ μηδὲν οὖσα τούτων, ὡς ἔδειξεν ὁ λόγος, ἀσώματος ἔσται πάντως, εἴπερ ἐστίν.

3. Item, siquidem igitur extra controversiam illis est, esse animam; cumque adeo sit, nihil tamen eorum est, quæ comprehendit animus, ex quibus, aut quæ corpora exsistunt: non color, non figura, non durities, non pondus, non moles, non trina dimensio; ac omnino cum nihil prorsus eorum sit, quæ in natura corporea esse intelliguntur; quæ nihil eorum sit, uti probavit oratio, plane incorporea erit, siquidem reipsa exsistit.

VARIÆ LECTIONES.

[26] Fr. ἐπ' ἰδικοῖς. [27] Συλλογισμοὶ φυσικοὶ, ὅτι ἀσώματος ἡ ψυχή. *Syllogismi naturales, quibus probetur animam esse incorpoream.* [28] Venet. Blacch. et Fr. ἔχει. [29] Cod. alius ἀμφιβάλλεται.

Digitized by Google

4. Præterea, cum omnis in angustum coactio, inque majorem molem dilatatio seu explicatio, et divisio seu sectio, corporum affectiones sint; omninoque incorporeum sit, quod ab ejusmodi omni contractione et dilatatione quavis ac divisione immune est; plane fit animam esse incorpoream, quæ nihil prorsus horum omnium in se recipiat.

δ'. Ἄλλο. Ἔτι, εἰ πᾶσα συστολὴ καὶ διαστολὴ καὶ τομὴ τῶν σωμάτων ἐστί· τὸ δὲ πάσης συστολῆς καὶ διαστολῆς καὶ τῆς οἱασοῦν τομῆς ἐλεύθερον, πάντως ἀσώματον, ἡ ψυχὴ ἄρα ἀσώματος, ὡς τούτων πάντων [30] παντελῶς ἀνεπίδεκτος.

5. Itemque, cum substantia omnis corporea, in animatam atque inanimem divisa sit, ipsaque adeo anima corpus sit, omnino aut corpus animatum, aut **240** inanime erit. At, siquidem animatum, plane vel substantia, vel potentia seu accidente animante, animatum esse obtinebit. Anima autem ut animari dicatur, uti et lux illuminari, vel ignis calefieri, prorsus risu excipiendum. Ac siquidem id quod animat animam, substantiam esse dixerimus, eam rursus, vel corpus, vel quid incorporeum dicemus. Ac siquidem corpus, eadem semper ex iisdem absurdis rationibus, absurda objectionum momenta instantiasque doctrina hæc patietur, donec animam esse incorpoream pariter admittamus. Sin autem potentiam, seu qualitatem, animam animare dixerimus, quod nec est substantia nec vere est, id vero erit, quod substantiæ vitam motumque præbet. Accedit fore ut in diversum et contra naturam discrimen illud eat, ut alterum imperet, alterum pareat; siquidem anima sic condita ut natura corpori dominetur, utpote incorporea substantia; haud secus ac corpus, eorum sententia, ejus imperio suberit, quod nec vere ac substantia exsistit (nempe potentiæ, dantis esse quale), cum ipsa vere ac substantia exsistat, ut est communis omnium animis indita opinio. Quod si inanime illam corpus dixerimus, erit quid sensu carens, cogitandi vi ac imaginum, rationeque ac mente destitutum. Atqui cuncta hæc circa animam et in anima tum exsistunt, tumque visuntur; non ergo anima corpus exsistit. Habere quidem eam corpus ejusmodi, quod diversæ substantiæ sit, cum probe noverimus, ne fateri quidem recusamus. Corpus vero eam asserere, ceu quid summæ temeritatis maximæque imperitiæ, omnino cavemus; quos non lateat plurimum interesse, ut esse eam et habere corpus dicamus.

ε'. Ἄλλο. Εἰ πάσης τῆς σωματικῆς οὐσίας, εἴς τε τὸ ἔμψυχον καὶ τὸ ἄψυχον διῃρημένης· σῶμα δὲ καὶ ἡ ψυχή, ἢ ἔμψυχον, ἢ ἄψυχον ἔσται πάντως. Ἀλλ' εἰ μὲν ἔμψυχον, διὰ ψυχούσης πάντως, ἢ οὐσίας, ἢ δυνάμεως, ἤτοι συμβεβηκότος ψυχωθήσεται. Ψυχὴν δὲ ψυχοῦσθαι λέγειν, ὥσπερ καὶ φῶς φωτίζεσθαι, ἢ θερμαίνεσθαι τὸ πῦρ, παντελῶς καταγέλαστον. Καὶ εἰ μὲν οὐσίαν ψυχοῦν τὴν ψυχὴν εἴπωμεν, ἢ σῶμα ἢ ἀσώματον αὐτὴν πάλιν λέξομεν. Καὶ εἰ μὲν σῶμα, τὰς αὐτὰς ἀεὶ τῶν λογισμῶν ἀτόπους ἐξ ἀτόπων ἐφόδους, ὁ περὶ τούτου δέξεται λόγος, μέχρις οὗ ἀσώματον τὴν ψυχὴν εἶναι συνδιομολογηθῇ. Εἰ δὲ δύναμιν, ἤτοι ποιότητα ψυχοῦν τὴν ψυχὴν εἴπωμεν, τῆς οὐσίας ζωοποιητικόν τε καὶ κινητικόν, τὸ ἀκούσιον ἔσται καὶ ἀνυπόστατον. Πρὸς τὸ [31], καὶ ἐναλλὰξ καὶ παρὰ φύσιν τὴν κατὰ τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι εἶναι διαφοράν· εἴπερ σώματος ἄρχειν κατὰ φύσιν δημιουργηθεῖσα ἡ ψυχή, ὡς ἀσώματος οὐσία, ὡς σῶμα κατ' αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ μὴ κατ' οὐσίαν ὄντος· τῆς κατὰ τὸ ποιὸν λέγω δυνάμεως, ἀρχθήσεται· ἡ κατ' οὐσίαν οὖσά τε καὶ ὑφεστῶσα, καὶ τὴν κοινὴν πάντων πρόληψιν. Εἰ δὲ ἄψυχον αὐτὴν εἴπωμεν σῶμα, ἀναίσθητον καὶ ἀφαντασίαστον, ἄλογόν τε καὶ ἀδιανόητον ἔσται. Ἀλλὰ μὴν ταῦτα πάντα περὶ τὴν ψυχὴν, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ ἔστι καὶ ὁρᾶται· οὐκ ἄρα σῶμα ἡ ψυχή. Σῶμα μὲν γὰρ ἔχειν τοῦτο αὐτὴν ἑτεροούσιον, καλῶς εἰδότες λέγειν οὐ παραιτούμεθα· σῶμα δὲ αὐτὴν εἶναι ἀποφαίνεσθαι, ὡς θρασύτατόν τε ἅμα καὶ ἀπαιδευτότατον, παντελῶς ἀποφεύγομεν· πολὺ διαφέρειν τοῦ ἔχειν τὸ εἶναι οὐκ ἀγνοοῦντες.

Sin autem idcirco, quod Deum incorporeum vocant, fanatico metu territi, animam incorpoream dicere non admittunt, ne pari eam cum Deo gloria ac sorte efferant; etiam alia nobis auferant, ut perfecta eis constet dementiæ pugna; quæcunque nimirum ex Deo, velut ejus facti participes, nomina mutuati sumus, ac quibus Deus ex nobis, ut ipse efficiens, præbensque seu impartiens, vocari dignatus est. Quænam vero illa? Nempe, esse, vivere, illuminari, bono imbui seu bonum esse, cogitare, intelligere; quorum alia ratione substantiæ competunt; alia, motus, sive voluntatis affectusque animi ac sententiæ. Dicimur enim esse **241** qui exsistamus, et vivamus, et lumina et boni, et intellectu et ratione præditi simus. Deum-

Εἰ δὲ ὅτι ἀσώματον λέγουσι τὸ Θεῖον, τὸν μὴ ὄντα φοβούμενοι φόβον, ἀσώματον εἰπεῖν τὴν ψυχὴν οὐ καταδέχονται, ἵνα μὴ εἰς ἴσον αὐτὴν τῷ Θεῷ ἐνέγκωσι· καὶ τὰ λοιπὰ ἡμῶν περικοπτέτωσαν [32], ἵν' ᾖ αὐτοῖς τῆς ἀπονοίας τέλειον τὸ ἀγώνισμα, ὅσα ἐκ Θεοῦ ὡς μετέχοντες· ἢ Θεὸς ἐξ ἡμῶν, ὡς ἐνεργῶν καὶ διδοὺς, ἢ μεταδιδοὺς, προσηγορεύθημεν, ἢ παρ' ἡμῶν προσηγορεύθη Θεός. Τίνα δὴ λέγω ταῦτα; Τὸ εἶναι, τὸ ζῆν, τὸ φωτίζεσθαι, τὸ ἀγαθύνεσθαι, τὸ λογίζεσθαι, τὸ νοεῖν· τὰ μὲν, διὰ τὴν οὐσίαν· τὰ δὲ, διὰ τὴν κίνησιν, ἤτοι γνώμην καὶ διάθεσιν. Ὄντες γὰρ λεγόμεθα, καὶ ζῶντες, καὶ φῶτες, καὶ ἀγαθοὶ, καὶ νοεροὶ, καὶ λογικοί. Τόν τε Θεὸν ὁμοίως, ὄντα καὶ ζῶντα, καὶ φῶς, καὶ ἀγαθὸν, καὶ νοῦν, καὶ λόγον ὀνομάζομεν· εἴτε ὡς ἐξ αἰτίου ὄντες ταῦτα

VARIÆ LECTIONES.

[30] Τὸ, *πάντων*, plerisque deest. [31] Alii codd. τῷ, quod melius. [32] Venet. Blacc. περικοπέτωσαν.

Digitized by Google

καὶ καλούμενοι· εἴτε ὡς ἐνεργούμενοι, ἐκ τῶν ἡμετέρων ταῦτα τὸ Θεῖον προσαγορεύοντες. Τίς οὖν ὁ λόγος αὐτοῖς, ταῦτα μὲν πάντα πρὸς ἑτέροις πολλοῖς εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ ὀνομάζεσθαι· ἀσώματον δὲ, μηκέτι, ὅ τί περ τὸ Θεῖον; Ὡς δέον, ἢ μὴ λέγεσθαι ἡμᾶς ταῦτα, διότι τὸ Θεῖον, ἢ τὸν Θεὸν ταῦτα μὴ ὀνομάζεσθαι, ὅ τί περ καὶ ἡμεῖς. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐσμὲν ταῦτα· καὶ ὀνομαζόμεθα· οὐχ ὡς ταυτὸν τῷ Θεῷ διὰ ταῦτα ὄντες· ἀλλ' ὡς πρὸς αἴτιον αἰτιατόν, ἢ μέτοχον πρὸς μετεχόμενον, ἢ ὕπαρξιν πρὸς αἰτίαν. Οὐδὲ συγκριτικῶς ἢ συνωνύμως, ὡς ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων· ἀλλ' ὁμωνύμως, καὶ οἷον εἰπεῖν μεθεκτῶς· τῶν πραγμάτων κατὰ τὸ ἄπειρον ἀλλήλων τῇ φύσει διεστηκότων· εἰ μὴ τῷ φίλον, ὡς ἀληθῶς, τὸ Θεῖον εἰπεῖν, καὶ ὑπὲρ φύσιν καὶ πρᾶγμα.

A que similiter esse dicimus, atque vivere; lumenque, et bonum et mentem et rationem ipsum vocamus; sive tanquam Deo auctore hæc simus atque movemur; sive tanquam in eorum actu exsistentes, has ex nostris Deo appellationes tribuamus. Quæ igitur illis ratio, ut hæc anima, aliaque plura et sit et vocetur, non item incorporea, idcirco quod Deus incorporeus est? Proinde necesse sit ut vel hæc nomina, eo quod tribuantur Deo, minime nobis usurpemus; aut non dicamus de Deo, quod et nobis ea communis nuncupatio sit. Atqui sumus nos quoque illa et nuncupamur; non velut eam ob rem idem ac Deus simus, sed sicut quod ex causa est in causam relatum; sive quod particeps est, in id quod participatur; aut quod exsistit, in id quo auctore in rerum naturam editum est: neque id æqua comparatione, eademque cum voce etiam ratione, ut iis in rebus contingit quæ sunt ejusdem substantiæ; sed nominis solum (diversa substantia) communione, et, ut sic dicam, participatione, cum res a se invicem infinitis parasangis remotæ sint ac distent; nisi cui magis libeat, ut (quod vere est) Deum supra naturam atque rem dicat; longe scilicet illis eminere.

Ποῦ δὲ λοιπὸν κατ' αὐτοὺς πάλιν, εἰ δοθείη τὴν ψυχὴν εἶναι σῶμα, ὁ τοῦ κατ' εἰκόνα ἡμῖν διασωθήσεται λόγος, εἰ μὴ διὰ πάντων ἔχειν φαμὲν τὴν ψυχὴν, τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ὁμοιότητα; Ὥσπερ γὰρ τοῦ νοεροῦ νοερὰν, καὶ τοῦ ἀθανάτου, ἀφθάρτου τε καὶ ἀοράτου, τὴν ἐν τούτοις γνωριζομένην εἰκόνα ὀνομάζομεν· οὕτω δὴ καὶ τοῦ ἀσωμάτου, ἀσώματον λέγοντες, ὡς πάντα τε ὄγκον, καὶ πᾶσαν ὁμοίως διαφεύγουσαν διαστηματικὴν καταμέτρησιν· ἄλλο τι πάλιν αὐτὴν παρ' ἐκεῖνο, κατὰ τὴν τῆς φύσεως ἰδιότητα λέγομεν. Ἐπεὶ οὐκ ἔτι ἂν εἴη εἰκὼν, ἀλλ' ἀπαράλλακτος ταυτότης. Ἐν οἷς δὲ ἐν τῇ ἀκτίστῳ καὶ ἀτρέπτῳ καὶ ἀνάρχῳ φύσει ἐκεῖνο καθορᾶται, ἐν τοῖς αὐτοῖς τὴν κτιστὴν λογικὴν φύσιν· οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ, ἀλλ' ὡς ἐν ἐσχάτοις ἀπηχήμασι φωνῆς λόγου δήλωσιν, δείκνυσθαι, ἐναργῶς νομίζομεν. Καὶ ὥσπερ διὰ τῶν ἐν τοῖς οὖσι κατὰ τὴν τοῦ παντὸς διακόσμησιν ἐπιτελουμένων ὁ φιλοσοφώτατος νοῦς, πρὸς τὸ καθαρόν τε καὶ ἄῦλον μετενεγκὼν τῶν νοημάτων αὐτοῦ τὰς δυνάμεις, διακρίνει ἀπὸ τῶν κινουμένων τὸ κινοῦν, καὶ ἓν καὶ μόνον καὶ ἁπλοῦν αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ ὑπάρχον, ὡσαύτως ἔχον καὶ ποιητικὸν αἴτιον καταλαμβάνων ἐν τῇ οἰκείᾳ τῆς ταυτότητος μονιμότητι, ἀπρόσιτον κατὰ τὴν φύσιν τοῖς ἄλλοις ἐπίσταται· ἄτρεπτον μὲν, ὅτι ἀκίνητον· οὐ γάρ ἐστι πρὸς ὃ κινηθήσεται τὸ, τὰ ὄντα καὶ ποιοῦν καὶ πληροῦν, καὶ ὑπὲρ πάντα ὂν τὰ ὄντα· περιεκτικὸν δὲ, ὡς δημιουργὸν, καὶ πρὸ γενέσεως, τῷ ἀπείρῳ τῆς δυνάμεως τὰ πάντα γινῶσκον. Κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς θεωρίας τρόπον, καὶ διὰ τῆς τῶν μελῶν καὶ μερῶν ποικίλης καὶ ἐντεχνοῦς κινήσεως τοῦ μικροῦ κόσμου [33]· λέγω δὴ τοῦ ἀνθρώπου· τὸ κινητικὸν αἴτιον λογιζόμενος, ἄλλο τι οἶδε κατὰ τὴν οὐσίαν παρὰ τὴν ὀργανικὴν τοῦ σώματος ὕπαρξιν· καὶ οὐχ ὡς σῶμα ἐν σώματι· ὅπερ δοκεῖ τοῖς νέοις σοφοῖς, καὶ τῶν ἀναποδείκτων δογματισταῖς· ἀλλ'

B Ubinam vero deinceps, illorum sententia (siquidem animam corpus esse dederimus) nobis ratio imaginis constabit; nisi per omnia animam exemplari similem esse dicamus? Quemadmodum enim intelligentis intelligentem; immortalis, incorruptibilisque ac invisibilis, quæ his dotibus insignita sit, imaginem nuncupamus; sic sane, cum etiam incorporei incorpoream, tanquam omnis tum molis, tum et similiter dimensionis, quæ ex partium distantia est, expertem vocitamus; aliud rursus ab eo, ad naturæ proprietatem quod attinet, eam esse dicimus. Alioqui enim non imago, sed ipsa eadem res nulla evariatione exstiterit. In quibus autem in increata et immutabili principiique experte, seu æterna natura, similitudo cernitur, in iisdem naturam creatam ratione utentem, etsi non secundum eumdem modum, sed extremo velut vestigio vocisque pene evanescentis resonantia sermonis manifestationem, liquido monstrari existimamus. Ac sicut in rebus, per ea quibus rerum ornatus completur mens sapientissima, ad puros omnique materia vacantes conceptus sensusque **242** vires suas transferens, ab iis quæ moventur, motorem discernit; unumque illum ac solum atque simplicem, ipsum in se exsistentem, eodemque se modo habentem, auctorem rerum et conditorem in sua identitatis perennitate comprehendens, reliquis natura inaccessum pernoscit: immutabilem quidem, ea ratione quod immobilis est: non enim est quo moveatur, qui res et creet, et impleat, cunctisque rebus emineat: rerum vero conservatorem easque continentem, quod ipse conditor sit, cunctaque, etiam priusquam fiant, infinitæ potentiæ vi noverit [1]. Eodem ipso speculationis modo, ex vario etiam ac artificioso concinnoque membrorum partiumque mundi minoris motu (nempe hominis)

[1] Dan. XIII, 42.

[33] Homo μικρὸς κόσμος, non ut apud Greg. μακρός.

Digitized by Google

ejus ipsius auctorem, et qui motum imprimit, cogitans, aliud quid ipsum novit secundum substantiam, a tota corporis organica struc ac substantia : nec sicut corpus in corpore (ut recentioribus sapientibus placet, et qui improbabilia cudant, doceantque), sed simplicem ac indivise unum, in his quæ divisa sunt et dissipata, eum considerat; inque iis quæ contracta sunt, indefinitum : mutabilem, velut qui moveatur : qui autem moveatur, ut cui non desit quo motum intendat : ejus tamen mutationis quæ ex motu est, non naturam, sed judicium, cum illud erraverit, auctorem cognoscit.

A ἁπλοῦν [84] καὶ ἑνιαῖον ἐν τοῖς ἐσχεδασμένοις θεωρεῖ, καὶ ἐν τοῖς συνεσταλμένοις, ἀόριστον· τρεπόμενον μὲν, ὡς κινούμενον· κινούμενον δὲ, ὡς ἔχον πρὸς ὃ κινηθήσεται· τῆς δὲ κατὰ τὴν κίνησιν τροπῆς αἴτιον, οὐ τὴν φύσιν γινώσκει, ἀλλὰ τὴν κρίσιν, ὅτ' ἂν ἐσφαλμένη οὖσα τυγχάνῃ αὕτη.

Mutatio igitur, non circa ipsam, ut existimo, est animæ substantiam (nam alioqui infinitas mutationes subiret, nec eadem ipsa secundum substantiam maneret) sed penes motum qui in nostra est facultate; quæ videlicet arbitraria agi se sinat voluntate. Quocirca quod dicunt adversarii atque affirmant, ipsam quoque jugis animæ motus circa Deum agitationem, mutationi obnoxiam esse, haud vera loquentium arbitror, sed eorum qui composita verborum pompa decipere studeant, non pietatis æmula voluntate, quod sit accurate verum, exquirant. Quis enim vel micam rationis habens, nec omnis virtutis amoris expers, quem lateat, jugis illam animæ circa bonum motus agitationem, nihil aliud esse quam naturalem ipsam operationem, ejus rei causa elicitam ac promanantem, cujus et ipsa condita est. At mutatio motus est innaturalis, hujus ipsius causæ frustrationem inducens. Mutatio enim, mea quidem substantia, nihil aliud est, quam debilitas, et a naturalibus **243** operationibus prolapsio. Dicas igitur, quæso, ac denunties viris nugacibus, ne Deum cum creatura temere componere præsumant. Deitas namque proprie nec corpus est, nec incorporeum, nec substantia, nec eorum aliquid quæ intelliguntur aut dicuntur (ne cuncta sigillatim percenseam), sed et cum intelligitur, incomprehensa, et cum dicitur, ineffabilis ipsa perseverat.

B Ἡ τροπὴ οὖν, οὐ περὶ αὐτὴν τῆς ψυχῆς ὑπάρχει, ὡς οἶμαι, τὴν οὐσίαν· ἐπεὶ καὶ μετέβαλλεν ἀπειράκις, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ διέμενε κατ' οὐσίαν· ἀλλὰ κατὰ τὴν κίνησιν τὴν ἐφ' ἡμῖν, τῷ αὐτοκρατορικῷ θελήματι συμφερομένη. Τοιγάρτοι τροπῆς δύναμιν ἔχειν τοὺς ἀντιλέγοντας φάσκειν καὶ ἀποφαίνεσθαι, καὶ αὐτὴν τὴν περὶ τὸ Θεῖον τῆς ψυχῆς ἀεικινησίαν, οὐ μὴ δοκεῖ ἀληθευόντων εἶναι· ἀλλὰ πομπικῶς τὸ κομψὸν, καὶ οὐκ εὐλαβῶς τὸ ἀκριβὲς τοῦ λόγου ἐπιζητούντων. Ἐπεὶ τίς ἂν λόγου μέτοχος, καὶ ἀρετῆς φιλίας [85] οὐκ ἄμοιρος, ἀγνοεῖ, ὅτι οὐδὲν ὑπάρχει ἕτερον ἡ περὶ τὸ καλὸν τῆς ψυχῆς ἀεικινησία, ἢ ἐνέργεια φυσικὴ, ἐφ' ᾗ καὶ δι' ἣν γεγένηται αἰτίαν τελουμένη; ἡ δὲ τροπὴ, κίνησις παρὰ φύσιν, τὴν ταύτης ἀποτυχίαν τῆς αἰτίας εἰσάγουσα. Τροπὴ γὰρ, κατ' ἐμὲ εἰπεῖν, οὐδὲν καθέστηκεν ἕτερον, ἢ ἀσθένεια, καὶ ἔκπτωσις τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν. Μηκέτι οὖν φᾶναι ἀξίωσον τοῖς λογολέσχαις, Θεὸν καὶ κτίσιν συγκρῖναι τολμήσητε. Ἐπειδὴ τὸ Θεῖον κυρίως εἰπεῖν, οὔτε σῶμα, οὔτε ἀσώματον, οὔτε οὐσία, οὔτε τι τῶν νοουμένων ἢ λεγομένων ἐστὶν, ἵνα μὴ πάντα καθεξῆς ἀπαριθμῶμαι· ἀλλὰ καὶ νοούμενον ἄληπτον, καὶ λεγόμενον ἄῤῥητον διαμένει.

C

Hæc quidem disputando ac quærendo, non velut decernendo, dicta a nobis sunto : ac siquidem pro argumenti præstantia, quantum per epistolæ angustias licuit, dicta sufficiant, nec a vestri sensus longius magnitudine abeant, Deo gratias, vobisque, qui ad dicendum invitastis reique admonuistis. Sin autem etiam libet, ac nisi acquieverint adversarii, in promptu est ut in eos divina ope acrius pugnam instruamus, ut nempe circumstantem nos testium testimoniorumque nubem adversus eos emittamus[m]; ut laboriosæ omnis argumento hoc dispectionis mole posita, ac pervicaci contentiosiorum hominum verborum pugna valere jussa, veram de Deo atque creatis scientiam tranquille teneamus. Sin autem minus plene se habeant (quod plane accidisse necesse sit) nec satis metam attigerint, ut ex rudi profecta ingenio ac imbecilli organo, quæso ignoscatis, dilecte, cum hæc ipsa solius obedientiæ causa, ut novit qui corda scrutatur, Deus[n], loqui

Ταῦτα μὲν οὖν ζητητικῶς, ἀλλ' οὐ δογματικῶς παρ' ἡμῶν εἰρήσθω· καὶ εἰ μὲν αὐτάρκως ἔχει πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὡς δι' ἐπιτόμου ἐπιστολῆς δυνατὸν, καὶ οὐ πολὺ τῆς ὑμετέρας μεγαλονοίας ἀπολέλειπται· Θεῷ χάρις, καὶ ὑμῖν τοῖς προθιβάζουσιν. Εἰ δὲ βούλεσθε, εἴπερ μὴ πεισθεῖεν οἱ ἀντιλέγοντες, ἀγωνιστικώτερον αὐτοῖς συμπλακῆναι, ἕτοιμοί ἐσμεν Θεοῦ χάριτι, τὸ περικείμενον ἡμῖν τῶν θείων μαρτύρων τε καὶ μαρτυριῶν καταφεῖναι αὐτῶν νέφος· ἵνα πάσης τῆς ἐπιπόνου περὶ τούτου διασκέψεως τὸν ὄγκον ἀποθέμενοι, καὶ τὴν εὐπερίστατον τῶν φιλονείκων λογομαχίαν, ἀνενοχλήτως τὴν ἀληθῆ περὶ τε Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων γνῶσιν κατέχωμεν. Εἰ δὲ ἐνδεῶς, ὅπερ πᾶσα παθεῖν ἀνάγκη, καὶ οὐκ ἐπιτετευγμένως, ὡς ἐξ ἀμαθοῦς διανοίας καὶ ἀσθενοῦς ὀργάνου προενηνεγμένα· σύγγνωτέ μοι, ἠγαπημένοι, δι' ὑπακοὴν καὶ μόνην, ὡς ὁ ἐρευνῶν τὰς καρδίας ἐπίσταται Θεὸς, καὶ ταῦτα εἰπεῖν θαῤῥήσαντι· καὶ διορθώσασθε ἠπίως τὸν οὐκ ἐθέλοντά

D

[m] Hebr. xii, 1. [n] Psal. vii, 10.

[84] Marg. Fr. βλέπε, *vide*. [85] Alter cod. Reg. καὶ φιλίας.

Digitized by Google

τι τῶν συμφερόντων ἀγνοεῖν, καὶ χειραγωγήσατε συμπαθῶς τὸν ὀρθῶς βαίνειν ἐπιθυμοῦντα.

ausus sim; leniterque, studentem nihil nescire, eorum quæ utilia sunt, emendate; ac miseranter, qui recta incedere cupiat, manuducite.

Ζ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην πρεσβύτερον, περὶ τοῦ καὶ μετὰ θάνατον ἔχειν τὴν ψυχὴν τὴν νοερὰν ἐνέργειαν, καὶ μηδεμιᾶς ἐξίστασθαι φυσικῆς δυνάμεως.*

VII. — *Ejusdem ad Joannem presbyterum, animam etiam a morte intelligere, nec ullam ex facultatibus, quæ insunt a natura, amittere.*

Τῇ δευτέρᾳ τοῦ ἐνεστῶτος Αὐγούστου μηνὸς τῆς παρούσης πρώτης ἐπινεμήσεως [26], ὁ κοινὸς ἡμῶν φίλος τίμια τῆς ὑμετέρας πατρικῆς ἁγιωσύνης γράμματα ἐπιδέδωκέ μοι· οἷς ἐντυχὼν, παρεκλήθην μὲν εἰκότως ἐφ' ὑμῖν τοῖς ἐμοῖς δεσπόταις, καὶ μετὰ Θεὸν πάντων μοι τῶν καλῶν αἰτίοις, ἐν ὑγείᾳ διάγουσι. Τοσοῦτον γὰρ ὑμῖν ἥνωται δι' ὅλου τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον, ὅτι καὶ ἀπόντας ὑμᾶς νοὸς ὀφθαλμοῖς μόνον ἀναθεωρῶν, ῥυθμίζομαι κατὰ τὴν ὑποῦσάν μοι δύναμιν καὶ βίον καὶ λόγον· ὡς Θεὸν κατὰ τὴν μνήμην δι' ὑμῶν ἐμφανιζόμενον, καὶ ὁρῶν καὶ αἰδούμενος. Ἠνιάθην δὲ οὐ μετρίως ἐπὶ τῷ περὶ ψυχῆς δόγματι τῷ ὑπό τινων, ὡς γεγράφατε, ἀδεῶς ἐκεῖσε κηρυττομένῳ, ὅσην κἀνταῦθα τὸ τοιοῦτο κακὸν ἔχειν ἰσχὺν καὶ παῤῥησίαν ἐννοῶν. Τὸ δὲ πλέον με κατηφείας ἐμπιπλῶν ἐνταῦθα, καὶ βάρος ὥσπερ νέφος τῇ διανοίᾳ ἐμβάλλον, τὸ νῦν ὑπὸ πάντων σχεδὸν, καὶ μάλιστα τῶν δῆθεν ἐπιφανῶν μοναχῶν πρεσβευόμενον περὶ ἀναστάσεως καινοπρεπὲς δόγμα· ὥστε μηδὲ στοχαστικῶς ἔτι προοιμιάζεσθαι τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν ὑπολαμβάνειν· παρεῖναι δὲ μᾶλλον πιστεύειν καὶ διαβεβαιοῦσθαι, καὶ τὸν ὀπωσοῦν μετέχοντα τοῦ λογίζεσθαι· αὐτὴν μαρτυροῦσαν τῷ τοιούτῳ κακῷ τὴν τῶν λεγομένων [ἀτοπίαν] ἔχοντα.

Secunda labentis Augusti mensis, primæ hujus indictionis, communis amicus noster venerabiles paternæ sanctitatis vestræ litteras mihi reddidit. Harum lectione mire quidem recreatus sum, quod vos dominos meos, ac secundum Deum, omnium mihi bonorum auctores, bene valere cognovi. Sic enim prorsus vobis unitus est Spiritus Dei sanctus, **244** ut et absentes vos mentis oculis contuens, pro ea quæ mihi subest, facultate, et vita et ratione meliore componar; velut nimirum, qui per vos, Deum memoriæ obversantem, et videam et reverear. Haud mediocri vero dolore affecit, quod illic a nonnullis (ut scripsistis), de anima licentius dogma evulgatur; dum mecum ipse cogito, quantas hic quoque istiusmodi malum vires acceperit, quantam nactum sit libertatem. Quod autem hic constitutum majori opplet mœstitia, ac quasi nubem, grande animo pondus injicit, istud est, quod cuncti fere, ac præsertim illustriores monachi, novam de resurrectione doctrinam statuant atque doceant: sic nimirum, ut nedum conjectura adesse jam Antichristi adventus præludia suspicari subeat, sed et certo præsentem credere et affirmare, si quis tantisper librare rem ratione queat; qui videlicet eorum quæ dicuntur absurditatem istiusmodi malo fidem astruentem habeat.

Φασὶ γὰρ οἱ πρὸς πάντα τὴν γλῶσσαν ἀδεῶς ὀξύνοντες, καὶ μηδὲν τῶν ἀσεβῶς γινομένων ἢ λεγομένων ἡγούμενοι φοβερὸν, φλέγματι πάλιν καὶ αἵματι, χολῇ τε αὖ ξανθῇ καὶ μελαίνῃ, καὶ ὀλκῇ ἀέρος, καὶ τροφῇ αἰσθητῇ πρὸς τὸ ζῆν συνέχεσθαι μέλλειν τὰ σώματα κατὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐδενὸς τὸ σύνολον ξένου παρὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν διὰ τῆς ἀναστάσεως ἀναφανησομένου, πλὴν τὸ μὴ δύνασθαι πάλιν ἀποθανεῖν· οὐκ οἶδ' ὅπως πρὸς πάντα τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ περί τε ψυχῆς καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν διά τε προφητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ διὰ σαρκὸς ὁμιλήσαντος ἡμῖν Θεοῦ Λόγου, καὶ μάλιστα Κορινθίοις ἰδιοτρόπως διὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου περὶ ἀναστάσεως διηγορευμένα, τήν τε ἀκοὴν ἑκουσίως βύσαντες, καὶ πρὸς κατανόησιν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἐπιμύσαντες, οὕτω τρανὰ ὑπάρχοντα καὶ ἐξάκουστα καὶ μηδενὸς τοῦ ἑρμηνεύοντος πρὸς τὸ γνωσθῆναι δεόμενα· καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν τῶν ὄντων οὐχ ἧττον τῶν θειωδῶς ἐκπεφασμένων παιδεύουσαν ἔχοντες· ἣ καὶ τοὺς Βαρβάρους πρὸς γνῶσιν ἀληθείας ἐνάγειν ἐπίσταται, ἀρίδηλον ἑαυτὴν προβαλ-

Aiunt enim qui licenter ad omnia linguam aeuunt, nec quidquid impie fiat aut dicatur, formidandum aliquid ducunt; pituita rursus ac sanguine, flavaque et atra bile, nec non aeris tractu, ac cibo qui sensu percipiatur, continenda ad vitam ac conservanda in resurrectione humana corpora; ut nihil penitus novum, quam quod vita hac cernitur, per eam exhibendum sit, uno hoc duntaxat excepto, quod non rursus corpora morti obnoxia erunt: qui nempe, nescio qua ratione, ad omnia, quæ in Scriptura, de anima, deque mortuorum resurrectione per prophetas et apostolos, ipsumque adeo per carnem nobiscum versatum, Deum Verbum, ac cum primis quæ seorsim Corinthiis divinus Paulus exposuit tradiditque [o], aures obturaverint animique oculum ne intelligant clauserint; tametsi illa adeo clara sunt audituque facilia, ut ad intelligendum nulla interpretis necessaria diligentia sit. Nec cum adeo, ipsam rerum naturam atque indolem, haud secus ac divina ipsa oracula, docentem habeant; cujus ea vis, ut et Barbaros ad veri-

[o] I Cor. xv, 44.

VARIÆ LECTIONES.

[26] Incidit hæc indictio, juxta Baronii computum, in annum 643, quando Maximus agebat in Africa. Vide Scalig. *De emend. temp.* et *Comput.* Maximi apud eumdem.

Digitized by Google

tatis cognitionem inducere noverit, nihil eam veriti, quæ se ipsa claram, eorum quæ in quæstionem vocantur, demonstrationem producat.

Quis enim, nisi rationis munus omne penitus amisit, hoc nesciat: naturam omnem, quæ suis essentialiter **245** proprietatibus distincta sit; eaque ratione tum substantiæ suæ modum, tum differentiam ostendat, qua a reliquis naturis, nulla cum eis commistione, discreta est; si semel proprietatibus, quæ substantiam continent ac servant, nudata fuerit, ne ipsam quoque ullo modo fore, vel quod non erat aliudque futuram? Siquidem omnino peremptis proprietatibus fore illam, velut indulgentia ingratiisque dicere non abnuerit. Sic enim comparatum, ut corruptis naturalibus proprietatibus, omne quoque subjectum una corrumpatur. Quid enim, aut ubi bos et equus et leo, atque ejusmodi alia, desideratis proprietatibus, quæ cujusque rei naturam contineant? Quis vero hæc esse absque illis dicere præsumat, si modo sani capitis est, haud intelligo. Siquidem igitur verum est nullam rem esse aut cognosci posse, absque iis quæ natura vereque eam insigniunt; plane fit, ut qui animæ adimunt, quod illi essentialiter ingenitum est (vim scilicet rationis et intelligendi, quatenus semper et est et operatur intelligendo ac cogitando seu ratione utendo), id quoque quod est esse perspicue adimant. Sicque eorum opinione, corruptioni mortique obnoxia erit, quæ corpore vita functo, ipsa jam nec esse habeat; quo quid absurdius dici queat?

Sin autem eam vivere, vel verbo tenus, etsi non reipsa, docent, omnium reprehensionem veriti, plane etiam movebitur. Omnis enim rerum creatarum vita, motu proditur. Si autem movetur, omnino etiam operatur: omnis enim motus, per operationem manifestatur. Si autem operatur, plane naturaliter mota, non ab extrinseco motore, aut per accidens. Non enim quod in orbem rotetur, aut locum ex loco mutet; omninoque, ut verbo dicam, corporum more, sed mente et ratione.

Sin autem mente et ratione et vivit et movetur et operatur, omnino ratione utitur seu discurrit, et intelligit et cognoscit. Nisi vero etiam cognoscit et discurrit, ne operatur quidem, neque movetur, aut vivit. Neque enim vita constare potest, si desit innatus motus; at neque innaturalis motus prodi potest, quin natura conveniens ac cognata operatio sit.

Ad hæc vero, anima aut ipsa a se suique ratione rationalis est ac intelligens, aut mutuatur a corpore. Ac siquidem sui ipsa ratione, seu essentiæ suæ, rationalis est **246** ac intelligens, ipsa a se omnino vere exsistens est. Sin autem vere exsistens est, sui ipsa ratione natura, et per se operabitur ac cum corpore, natura intelligens utensque ratione; nec unquam natura, quin intelligendi prædita viribus sit, desinens. Quæ enim cuivis rei, quamcunque demum dixeris, natura insunt, hæc, quandiu illa est ac vere exsistit, nunquam auferri

A λομένη τῶν ζητουμένων ἀπόδειξιν, οὐκ αἰδούμενοι.

Τίς γὰρ, εἴπερ μὴ πάντη τῆς κατὰ τὸν λόγον ἐστέρηται χάριτος, ἀγνοεῖ, ὅτι πᾶσα φύσις οὐσιωδῶς οἰκείοις ἰδιώμασι διειλημμένη· καὶ ταύτῃ τόν τε τρόπον τῆς οἰκείας ὑπάρξεως, καὶ τὴν διαφορὰν καθ' ἣν τῶν ἄλλων ἀμιγῶς διώρισται δεικνύουσα φύσεων· ἐπὰν τῶν συνεκτικῶν τῆς οὐσίας αὐτῆς ἀπογένηται ἰδιωμάτων, ἢ οὐδ' ὅλως ἔσται, ἢ ὅπερ οὐκ ἦν, γέγονεν· εἴπερ ὅλως κατὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἰδιωμάτων εἶναι συμπεριφορικῶς αὐτὴν ἀνάσχοιτο εἰπεῖν. Πέφυκε γὰρ πᾶν ὑποκείμενον τοῖς φυσικοῖς ἰδιώμασι φθειρομένοις συμφθείρεσθαι. Τί γὰρ, ἢ ποῦ βοῦς ἔσται, καὶ ἵππος, καὶ λέων, καὶ τὰ τοιαῦτα, B τῶν συνεκτικῶν τῆς ἑκάστου φύσεως ἰδιωμάτων οὐκ ὄντων; Ἤ τίς εἶναι ταῦτα ἐκείνων χωρὶς εἰπεῖν θαῤῥήσοι, μανίας ὑπάρχων ἐλεύθερος, οὐ συνορῶ. Εἰ οὖν ἀληθὲς, τὸ μηδὲν δύνασθαι τῶν ὄντων εἶναι ἢ γνωσθῆναι ἄνευ τῶν φυσικῶς καὶ κυρίως αὐτὸ χαρακτηριζόντων, οἱ τῆς ψυχῆς τὸ κατ' οὐσίαν αὐτῇ ἐμπεφυκὸς ἀφαιρούμενοι· τουτέστι, τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν, καθὸ ἀεί τέ ἐστι καὶ ἐνεργεῖ νοοῦσα καὶ λογιζομένη, προδήλως καὶ τὸ εἶναι αὐτῆς, κἂν μὴ λέγουσι, συναφαιροῦνται· καὶ ἔσται κατ' αὐτοὺς, φθαρτὴ καὶ θνητὴ, τὸ εἶναι μετὰ τὸν τοῦ σώματος θάνατον οὐκ ἔχουσα· οὗ τί ἀτοπώτερον;

Εἰ δὲ ζῇν αὐτὴν ὑποτίθενται, κἂν λόγῳ, εἰ καὶ μὴ C πράγματι, τὸν παρὰ πάντων ὑφορώμενοι ἔλεγχον, πάντως καὶ κινεῖται. Πᾶσα γὰρ ζωὴ τῶν γενητῶν, ἐν κινήσει δείκνυται. Εἰ δὲ κινεῖται, καὶ ἐνεργεῖ[*] πάντως· πᾶσα γὰρ κίνησις, δι' ἐνεργείας ἐκφαίνεται. Εἰ δὲ ἐνεργεῖ, φυσικῶς πάντως κινουμένη, καὶ οὐ θετικῶς, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, ἐνεργήσει. Οὐ γὰρ κυκλοφορικῶς, ἢ μεταβατικῶς· ἢ, συνελόντα εἰπεῖν, σωματικῶς· ἀλλὰ νοερῶς τε καὶ λογικῶς.

Εἰ δὲ νοερῶς τε καὶ λογικῶς καὶ ζῇ καὶ κινεῖται καὶ ἐνεργεῖ, λογίζεται πάντως καὶ νοεῖ καὶ γινώσκει. Εἰ δὲ μὴ γινώσκει καὶ λογίζεται, οὐδὲ ἐνεργεῖ, οὐδὲ κινεῖται, οὐδὲ ζῇ. Οὐ γὰρ οἷόν τε εἶναι ζωὴν ἄνευ τῆς ἐμφύτου κινήσεως· οὐδὲ κίνησιν φυσικὴν, D προσφυοῦς ἐνεργείας οὐκ οὔσης, ἐμφαίνεσθαι.

Ἄλλως τε δὲ, ἡ ψυχὴ, ἢ δι' ἑαυτὴν ἐστι λογικὴ τε καὶ νοερὰ, ἢ διὰ τὸ σῶμα. Καὶ εἰ μὲν δι' ἑαυτὴν, ἤτοι τὴν ἑαυτῆς οὐσίαν ἐστὶ λογικὴ τε καὶ νοερὰ, καὶ αὐθυπόστατος, πάντως ἐστίν. Εἰ δὲ αὐθυπόστατος δι' ἑαυτὴν φύσει καὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ σώματος ἐνεργήσει, νοοῦσα κατὰ φύσιν καὶ λογιζομένη, καὶ οὐδέποτε παυομένη τῶν φυσικῶς αὐτῇ προσουσῶν νοερῶν δυνάμεων. Τὰ γὰρ φύσει τῷ ὁπωσοῦν ὄντι προσόντα, ἕως ἐστὶ καὶ ὑφέστηκεν, ἀναφαίρετα τυγχάνει. Ἡ ψυχὴ οὖν ἀεί τε οὖσα, ἀφ' οὗ γέγονεν, καὶ ὑφισταμένη διὰ τὸν οὕτως

[*] Ven. Blac. ἐνεργεῖται.

Digitized by Google

αὐτὴν δημιουργήσαντα Θεὸν, ἀεὶ νοεῖ καὶ λογίζεται καὶ γινώσκει, καὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ σώματος, δι' ἑαυτὴν καὶ τὴν ἑαυτῆς φύσιν. Οὐδεὶς οὖν εὑρεθήσεται λόγος, ὁ τὴν ψυχὴν τῶν προσόντων αὐτῇ φυσικῶς, καὶ οὐ διὰ τὸ σῶμα, μετὰ τὴν τούτου λύσιν ἀλλοτριῶσαι δυνάμενος. Εἰ δὲ διὰ τὸ σῶμα λογική τε καὶ νοερά ἐστιν ἡ ψυχὴ, πρῶτον μὲν, τιμιώτερον τῆς δι' αὐτὸ γενομένης ψυχῆς ἔσται τὸ σῶμα. Ἔπειτα δὲ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἕξει τό τε νοερὸν καὶ λογικὸν, ὡς δι' αὐτὸ γενομένη. Εἰ γὰρ σώματος χωρὶς, οὐδαμῶς νοεῖν ἢ λογίζεσθαι δύναται ἡ ψυχὴ, ἐξ αὐτοῦ πάντως τὸ νοεῖν αὐτῇ καὶ λογίζεσθαι προσέσται. Εἰ δὲ τὸ νοεῖν καὶ λογίζεσθαι ἐκ τοῦ σώματος κέκτηται ἡ ψυχὴ, ὡς αὐτοῦ χωρὶς ταῦτα ἔχειν μὴ δυναμένη κατὰ τοὺς λέγοντας, οὐδὲ αὐθυπόστατος ἔσται πάντως· πῶς γὰρ ἡ ἄνευ σώματος καθ' ἑαυτὴν τὸ χαρακτηρίζον οὐκ ἔχουσα; Εἰ δὲ αὐθυπόστατός οὐκ ἔστιν, οὐδὲ οὐσία ἐστὶ δηλονότι. Οὐσία δὲ αὐθυπόστατος μὴ οὖσα, συμβεβηκὸς ἔσται, φυσικῶς μόνον ὑφισταμένῳ τῷ σώματι ἐνυπάρχουσα· μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ λύσιν, οὐδὲν οὐδαμῶς εἶναι δυναμένη· καὶ οὐδὲν ἔσται πλέον τοῖς τοσοῦτον ἀνοηταίνουσι, τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀφῃρημένοις (*j*), τῆς Ἐπικούρου καὶ Ἀριστοτέλους ματαιοπονίας, οἷς, ὡς εἰκὸς, οἱ γεννάδαι, καὶ σεμνύνονται συντασσόμενοι. Καὶ περὶ μὲν τούτου, ταῦτα.

Εἰ δέ τινες τοῦ ἀληθοῦς τὸ δόξαν προτιμῶντες, φασὶ τὸν ἀριθμὸν διαιρετικὸν εἶναι ἢ διαιρετὸν, ἢ διαιρέσεως εἰσαγωγικόν· καὶ διὰ τοῦτο τὸν οὐκ ὄντα φοβούμενοι φόβον, δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ τὰς συνελθούσας σώζεσθαι λέγειν παραιτοῦνται μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἵνα μὴ τομὴ καὶ μερισμὸς τῷ μυστηρίῳ τῆς ἐνανθρωπήσεως παρεισκρίνηται, οὐ συνορῶ τίς C ὁ λόγος αὐτοῖς τῆς περὶ τοῦτο συνέσεως. Ἢ γὰρ σοφωτέρους ἐν τούτῳ τῶν χρησαμένων τῇ τοιαύτῃ φωνῇ ἁγίων Πατέρων, καὶ διαίρεσιν οὐδεμίαν ὑποπτευσάντων ἑαυτοὺς ἀποφαίνουσιν· ὡς δή τι πνευματικώτερον αὐτῶν τοῖς θείοις ἐμβατεύειν δύνασθαι ἀπατώμενοι, ἢ τοὺς τῶν ὄντων καθ' ἑαυτοὺς διασκεπτόμενοι λόγους, τῇ περὶ τὸ δόξαν οἰήσει φυσώμενοι, τὸ ἀληθὲς αὐτοὺς διαλαθὸν οὐκ ἐπέγνωσαν. Ἐπεὶ τίς ἀγνοεῖ τῶν ὁποσοῦν τὰ θεῖα τῶν Πατέρων ἠσκημένων διδάγματα, ὅτι πᾶς ἀριθμὸς κατὰ τὸν μέγαν καὶ θεοφόρον Γρηγόριον[81], τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποκειμένων ἐστὶ δηλωτικὸς, ἀλλ' οὐ τῆς διαιρέσεως[82] τῶν πραγμάτων, καθὰ τούτοις δοκεῖ; Πῶς γὰρ ἂν καὶ διαιρεῖν δυνήσηται, ἠδέως ἂν αὐτοὺς ἠρόμην, τὸ κατ' οὐσίαν μὴ ὑφεστώς; οὐσίας γὰρ D ὑφεστώσης, τὸ, τι δρᾷν πεφυκέναι περί τι ἕτερον δύνασθαι. Πῶς δὲ καὶ διαιρεθήσεται, τὸ πάσχειν μὴ δυνάμενον κατὰ τὸν ἴδιον λόγον; Συμβεβηκότος γὰρ, ἤτοι ποιότητος τοῦτο ὑπάρχειν ἴδιον, οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ ἀπεφήναντο, τῶν ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι λεγομένων. Εἰ δὲ οὔτε διαιρεῖν, οὔτε διαιρεῖσθαι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ὁ ἀριθμὸς δύναται. Οὔτε γὰρ ποιεῖν πέφυκεν, οὐσίας γάρ· οὔτε πάσχειν, συμβεβηκότος γάρ· οὔτε διαίρεσιν ἑαυτῷ συνεισάγειν ἐξ ἀνάγκης

Sin autem aliqui, suam ipsorum opinionem ac sententiam veritate pluris facientes, numerum rem ejusmodi esse dicant, quæ vim dividendi habeat, aut sit dividua, vel quæ divisionem inducat; idque in causa est, cur timentes ubi non est timor [p], duas, quæ in Christo convenerunt, naturas post unionem incolumes dicere recusant, ne qua assumpti hominis mysterio divisio ac partitio admisceatur; non video quænam illis ejus cautionis ac prudentiæ ratio sit. Aut enim eo sanctis Patribus, qui ea utentes voce nullam suspicati sunt divisionem, ipsi se sapientiores pronuntiant, tanquam videlicet **269** posse se spiritualius divina inspicere ac penetrare errore præsumant; vel ipsas per se rerum rationes considerantes, proprii sensus opinione inflati, latere ipsos verum non agnoverunt. Quis enim in divinis Patrum tantisper documentis versatus, nescit, omnem numerum, uti magnus divinusque sentit Gregorius, in eo esse, ut subjectarum rerum quantitatem significet, non ut rerum divisionem, uti hisce videtur, denotet? Qua enim etiam ratione dividere poterit (libens ex eis quæram) quod nec ipsum substantiæ in morem vere exsistat? Substantiæ enim est, quæ vere exsistat, ut aliquid circa aliud quidpiam possit efficere. Quomodo autem etiam dividetur, quod sua ipsum ratione ne pati quidem aut recipere potest? Id enim accidentis, id est, qualitatis proprium, earum rerum periti censuerunt, quæ in subjecto esse dicuntur. Quod si numerus secundum propriam rationem, nec vim dividendi, nec ut dividatur, habet. Neque enim illi

[p] Psal. XIII, 5.

[81] Orat. 36, quæ est 4 De theol. p. 602. [82] Edita Gregor. τῆς φύσεως.

Digitized by Google

comparatum ut agat, cum hoc substantiæ sit; neque ut patiatur, cum sit accidentis; utique nec una secum rerum divisionem inducere poterit, quæ postquam etiam numeratæ sunt, eadem natura ac situ, aliorumque cum aliis habitudine, aptata mancant, nulla prorsus ratione numeri, illis inducta novitate. Cum enim, verbi gratia, decem homines dicimus, sive quid aliud eorum, quæ ipsa per se ac vere exsistunt, ac quantitatem discretam significamus; non eos accepisse ut per se exsisterent, ac inter se personis divisi essent, cognoscimus, eo quod tunc eorum iniimus numerum; sed ipsos a se, non velut a numero mutuati sint, hoc, totque numero esse, non a divisione, sed a quantitate, numerando denotavimus. Ac rursus cum lapidem bicolorem aut quinquecolorem dicimus, vel si quæ continuæ quantitatis sunt, lapidem, qui unus est, non in duos aut quinque dividimus, vel qui in ipso sunt colores, alios ab aliis secamus; sed circa ipsum inque ipso tot inconfuse colores esse significamus; ita ut nulla lapidi scissio aut divisio facta sit, vel ei accidere possit, ex quantitate continua colorum, quæ circa illum numerata est; uti neque coloribus confusio aut commistio, ex uno in lapide subjecto. Cum enim lapis subjecto singularis **270** sit, colorum quoque in se indivisam quantitatem habere noscitur. Similiter quoque ejusdem lapidis colores, ut qui qualitate inter se differant seu distinguantur, cum quantitate præditi sint, quod in unum rursus lapidis per compositionem subjectum coeant, singularitatem inconfuse habent: atque unus idemque lapis est; ipse nec colorum quantitate divisus, nec subjecti singularitate confusus. Cumque ea præditus substantia sit, quæ diversas rationes habeat, secundum aliam quidem numerum admittit; secundum aliam vero, non recipit. Omnis itaque numerus, non ipsam rerum habitudinem seu relationem (divisionem scilicet ac continuitatem), sed eorum, quorum numerus est, quantitatem significat: quippe qui quantitatis rationem, non modi exsistendi inducat. Qui enim unquam fiat, ut et rerum habitudines una secum inducere possit, quæ sint illo priores, et absque illo cognosci possint; ac cum ille nullam cum eis exprimendæ vim necessitudinis habeat, una duntaxat quantitate ab eis discretus? Cum enim hominum multitudinem, aut equorum aut boum, ac si qua ejusmodi sunt, videmus; hanc per se exsistere, ut unumquemque singulariter personis seu hypostasibus divisum, sive etiam numero, uti dicebam, cognoscimus; quique adeo idcirco numerum adhibeamus, ut eorum quantitatem significemus, habitudinis eum causam nequaquam statuimus; quod neque ad eam cognoscendam, ejus quidquam prorsus opus habuerimus. Ac rursus, dum lapidem, aut florem, aut animal, aut si qua ejusmodi sunt, multis imbutum coloribus cernimus; non eo fine numerum usurpamus, ut hæc varie tincta imbutaque noverimus; sed quod colorum in eis quantitatem nosse volumus, eo nos uti inficias non imus.

A δυνήσηται τῶν πραγμάτων, ὡς ἔχουσι πρὸ τοῦ ἀριθμοῦ φύσεώς τε καὶ θέσεως, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως, μενόντων ἀπαρόδτων καὶ μετὰ τὸ ἀριθμηθῆναι, οὐδὲν διὰ τὸν ἀριθμὸν τὸ σύνολον παθόντων καινοπρεπές. Δέκα γὰρ ἀνθρώπους φέρε εἰπεῖν, ἢ εἴ τι ἄλλο τῶν καθ' αὑτὰ ὑφεστώτων λέγοντες, καὶ ποσὸν διηρημένον σημαίνοντες· οὐ τὸ καθ' αὐτοὺς εἶναι, καὶ ἀλλήλων διωρίσθαι ταῖς ὑποστάσεσι διὰ τοῦ ἀριθμοῦ τότε εἰληφέναι γινώσκομεν· ἀλλ' αὐτοὺς δι' ἑαυτοὺς καὶ οὐ διὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦτο ὄντας, καὶ τοσούτους, οὐ τῇ διαιρέσει· τῷ δὲ ποσῷ διὰ τοῦ ἀριθμοῦ ἐδηλώσαμεν. Καὶ πάλιν λίθον λέγοντες δίχροον ἢ πεντάχροον, καὶ ὅσα συνεχοῦς ὑπάρχει ποσοῦ, οὐ διαιροῦμεν εἰς λίθους δύο ἢ πέντε τὸν ἕνα λίθον· οὔτε ἀλλήλων τὰ ἐν αὐτῷ χρώματα B τέμνομεν, ἀλλὰ περὶ αὐτὸν καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ὑποκειμένῳ ἀσυγχύτως τοσαῦτα ὄντα σημαίνομεν· μηδεμιᾶς γενομένης, ἢ συμβῆναι δυναμένης τῷ λίθῳ τομῆς ἢ διαιρέσεως, ἐκ τοῦ περὶ αὐτὸν ἀριθμηθέντος συνεχοῦς τῶν χρωμάτων ποσοῦ· ὥσπερ οὐδὲ τοῖς χρώμασι συγχύσεως ἢ φύρσεως ἐκ τοῦ περὶ τὸν λίθον ὑποκειμένου ἑνός. Καὶ γὰρ τὸ μοναδικὸν τῷ ὑποκειμένῳ ἔχων ὁ λίθος, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν τῶν χρωμάτων ἀδιαιρέτως κεκτημένος δείκνυται ποσόν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ τοῦ λίθου χρώματα, ὡς τῷ ποιῷ ἀλλήλων διαφέροντα, τὸ ποσὸν κεκτημένα τὸ πρὸς ἓν πάλιν συντελεῖν κατὰ σύνθεσιν τοῦ λίθου ὑποκείμενον, τὸ μοναδικὸν ἀσυγχύτως ἔχουσι, καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λίθος, μήτε τῷ ποσῷ τῶν χρω- C μάτων διῃρημένος, μήτε τῷ μοναδικῷ τοῦ ὑποκειμένου συγκεχυμένος. Διαφόρους δὲ λόγους κεκτημένην ἔχων τὴν ὕπαρξιν, κατ' ἄλλον μὲν, ἀριθμὸν ἐπιδέχεται· κατ' ἄλλον δὲ, τοῦτον οὐ προσίεται. Πῶς οὖν ἀριθμὸς οὐ τῆς σχέσεως αὐτῆς τῶν πραγμάτων· διαιρέσεώς φημι καὶ συνεχείας· ἀλλὰ τῆς ποσότητος ὧν τυγχάνει δηλωτικὸς, τὸν τοῦ πόσον εἶναι τὸ ποσὸν, ἀλλ' οὐ τοῦ πῶς ὑπάρχειν λόγον εἰσάγων. Πῶς γὰρ ἂν καὶ συνεισάγειν ἑαυτῷ δυνήσηται τὰς σχέσεις τῶν πραγμάτων, καὶ πρὸ αὐτοῦ οὔσας, καὶ ἄνευ αὐτοῦ γνωσθῆναι δυναμένας, καὶ μηδεμίαν πρὸς αὐτὰς ἔχων οἰκειότητος ἔμφασιν, μέσῳ τῷ ποσῷ αὐτῶν διειργόμενος; Πλῆθος γὰρ ἀνθρώπων ὁρῶντες, ἢ ἵππων, ἢ βοῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὸ μὲν καθ' αὐτοὺς ὑπάρχειν, καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν ἰδικῶς D διῃρῆσθαι ἕκαστον, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ χωρὶς, ὡς προεῖπον, τοῦτο ὄντας γινώσκομεν· πρὸς δήλωσιν δὲ τῆς τούτων ποσότητος τοῦ ἀριθμοῦ χρῄζοντες, τῆς σχέσεως οὐδαμῶς αὐτὸν τιθέμεθα αἴτιον· ὅτι μηδὲ πρὸς τὸ γνῶναι αὐτὴν παντελῶς αὐτοῦ δεδεήμεθα. Καὶ πάλιν ἢ λίθον ἢ ἄνθος ἢ ζῶον πολυχρώματον θεώμενοι, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια· πρὸς μὲν τὸ ποικίλως αὐτὰ κεχρῶσθαι εἰδέναι, οὐδαμῶς ἀριθμὸν παραλαμβάνομεν· πρὸς δὲ τὸ γνῶναι ἐθέλειν τὴν τῶν ἐν αὐτοῖς χρωμάτων ποσότητα, χρῄζειν αὐτοῦ οὐκ ἀρνούμεθα.

Digitized by Google

Πῶς εὐσεβῶς πρὸς δήλωσιν τῆς διαφορᾶς ὁ ἀριθμὸς παραλαμβάνεται.

Quonam modo numerus ad distinctionem significandam pie assumatur.

A

Ὥστε οὐ τὸ πόσον εἶναι τὸ ποσὸν δηλοῦν ποιεῖ ἢ εἰσάγει διαίρεσιν· ἀλλὰ ποσὸν μὲν δηλοῖ, διαφορὰν δὲ εἰσάγει. Ὥσπερ γὰρ πᾶσα διαφορὰ ποσοῦ τινος ἀριθμὸν ἐπιδεχομένου ἐστὶ δηλωτική, τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον εἰσάγουσα· τὸ γὰρ ὅποσον, καὶ ἀδιάφορον πάντως, ὡς ἁπλοῦν τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ ποιότητι· οὕτω καὶ πᾶς ἀριθμὸς ποσοῦ τινων διαφερόντων, κατὰ τὸν τοῦ πῶς εἶναι, ἢ τὸν τοῦ πῶς ὑφεστάναι λόγον ὑπάρχων δηλωτικὸς, τῆς διαφορᾶς τῶν ὑποκειμένων, καὶ οὐ τῆς σχέσεώς ἐστιν εἰσαγωγικός. Ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἐπ' αὐτῆς ἔχει τῆς ἀληθείας, καὶ ὅτι πᾶς ἀριθμὸς διαφορᾶς καὶ οὐ διαιρέσεώς ἐστι δηλωτικὸς, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ πάλιν ὁ ἁγιώτατος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ, γράφων

B

οὕτως ἐπὶ λέξεως· « Οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου, κἂν λέγῃ δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἀλλ' οὐκέτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. Ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ λοιπὸν, μίαν τὴν τοῦ Υἱοῦ φύσιν σεσαρκωμένην. » Ὡσανεὶ ἔλεγεν, Ἡμεῖς τὴν τοῦ μυστηρίου διασκοποῦντες πάνσοφον οἰκονομίαν· ὅτ' ἂν μὲν σώζεσθαι δεικνύναι βουλώμεθα τῶν συνελθόντων τὴν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, δύο κατὰ τοῦτο καὶ μόνον τὰς φύσεις λέγομεν· κατὰ μόνην τὴν θεωρίαν, πρὸς δήλωσιν τῆς διαφορᾶς, τὸν ἀριθμὸν παραλαμβάνοντες· ὅτ' ἂν δὲ τὸν ἄῤῥητον τοῦ μυστηρίου διακριβῶμεν τῆς ἑνώσεως τρόπον, μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου

C

φύσιν σεσαρκωμένην φαμέν. Τοῦτο γὰρ, ὡς οἶμαι, αὐτῷ βούλεται δηλοῦν, τὸ « Ἡμεῖς δὲ ἑνώσαντες αὐτὰ, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ λοιπὸν, μίαν τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην. » Τουτέστιν, ἡμεῖς ὁμολογοῦντες τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸν αὐτῆς ἀκριβῶς μετ' εὐσεβείας διαρθροῦντες τρόπον, οὐ κεχρήμεθα τῇ σημαντικῇ φωνῇ τῆς διαφορᾶς πρὸς δήλωσιν τῆς ἑνώσεως· ἀλλὰ τὴν μὲν ἐπὶ τῆς διαφορᾶς, τὴν δὲ ἐπὶ τῆς ἑνώσεως προσφόρως ἐκλαμβάνοντες, ἀσύγχυτον φυλάττομεν τῶν σημαινομένων τὸν νοῦν. Ὡς λοιπὸν ἐντεῦθεν εἶναι δῆλον, ὅτι κοινὸν αὐτῷ καὶ Νεστορίῳ τὸ λέγειν δύο φύσεις, μέχρι τοῦ γινώσκειν τὴν διαφοράν. Οὐκέτι δὲ κοινὸν ἦν, τὸ καὶ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖν, τῷ λέγειν, « Ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον, καὶ μίαν

D

τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην· » ὅπερ Νεστόριος εἰπεῖν οὐ κατεδέχετο. Τὸ γὰρ φάσκειν, « Οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου, κἂν λέγῃ δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἀλλ' οὐκέτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν· » οὐκ ἄλλο ἢ τοῦτο βούλεται δηλοῦν, ὅτι Νεστόριος, τὴν μὲν διαφορὰν μεθ' ἡμῶν ὁμολογεῖ, διὰ τοῦ λέγειν δύο φύσεις· τὴν δὲ ἕνωσιν οὐκέτι μεθ' ἡμῶν ὁμολογεῖ, μὴ λέγων « Ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον, καὶ μίαν τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην. » Καὶ σαφὲς τοῦτο καθέστηκε τοῖς τοῦ καλοῦ ἐρασταῖς, καὶ τὸ ἀληθὲς ἀγαπᾷν ἐσπουδακόσιν, ἐκ τοῦ μηδαμοῦ φαίνεσθαι τὸν διδάσκαλον, ἢ κωλύοντα λέγειν δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἀλλὰ διαιρεῖν τὰς φύσεις μετὰ

Quonam modo numerus ad distinctionem significandam pie assumatur.

A

Non igitur quod quantitatem, quanta sit esse significat, divisionem facit autve inducit : sed quantitatem quidem significat, ac distinctionem inducit. Quemadmodum enim omnis distinctio quantitatem aliquam numerum recipientem significandi vim habet, ac ejus quod est sic talique modo esse, rationem inducit (nam quod quantum non est, omnino etiam indistinctum, tanquam **271** substantia simplex ac qualitate est) : sic et omnis numerus, cum aliquarum rerum distinctarum quantitatem significet, qua ratione illæ exsistunt, autve subsistunt, subjectorum distinctionem inducit, non vero habitudinem. Quod autem hæc se vere ita habeant,

B

omnisque numerus vim habeat significandæ distinctionis, non vero divisionis, testis iterum sanctissimus Cyrillus est in epistola ad Eulogium, cum sic ad verbum scribit : « Sic et in Nestorio, etsi duas naturas esset dicat, distinctionem carnis Deique Verbi significans ; non tamen unionem nobiscum confitetur. Nos enim his unitis, unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur; ac postremo , unam Filii naturam incarnatam. » Quasi diceret : Nos sapientissimam mysterii dispensationem considerantes, tum quidem, cum eorum quæ convenerunt, distinctionem post unionem incolumem ostendere volumus, ea duntaxat ratione duas naturas nuncupamus ; qui nempe sola animi

C

consideratione, ad significandam distinctionem, numerum assumamus : cum vero arcanum mysterii unionis modum accuratius explicare nitimur, unam Dei Verbi naturam incarnatam dicimus. Id enim, puto, vult significare , quod ait : « Nos autem his unitis, unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur; ac postremo, unam Verbi naturam incarnatam. » Hoc est : Nos qui unionem confitemur,ejusque accurate pieque modum distinguimus, non utimur explicandæ unionis causa voce ejusmodi, quæ vim habeat significandæ distinctionis; sed aliam in distinctione, aliam in unione convenienter usurpantes , inconfusum, eorum quæ significantur, servamus intellectum. Ex quibus palam conficitur, id illi cum Nestorio

D

commune fuisse, ut duas naturas, dum hactenus distinctio noscitur, diceret. Haud vero fuisse commune, ut et unionem fateretur, dicendo : « Unum Christum, unum Filium, unum Dominum, ac unam Verbi naturam incarnatam ; » cum id Nestorius non admitteret. Dicendo enim : « Sic et in Nestorio, etsi duas naturas esse dicat, distinctionem significans carnis et Dei Verbi ; non tamen unionem nobiscum confitetur; » nihil aliud sibi vult, quam quod Nestorius distinctionem quidem pariter confiteretur dicendo duas naturas : non autem confiteretur etiam **272** unionem, cum non diceret, « Unum Christum, unum Filium, unum Dominum, unamque Verbi naturam incarnatam. » Atque id perspicuum est, boni honestique amantibus, iisque

Digitized by Google

qui veritati studeant, quod nusquam appareat Cyrillum, aut prohibere duas dicendas esse naturas post unionem, sed tantum post eam dividendas esse, aut sublatam esse docere, eorum, quæ convenerunt, distinctionem post unionem, ut ex innumeris ab eo scriptis libris intelligere licet.

A τὴν ἕνωσιν· ἢ ἀνῃρῆσθαι διδάσκοντα τὴν διαφορὰν τῶν συνελθόντων μετὰ τὴν ἕνωσιν· ὡς ἔστιν ἐκ μυρίων αὐτοῦ συγγραμμάτων καταμαθεῖν.

Cum igitur semper quidem unio consistat; semperque adeo quæ unita sunt maneant inconfusa, ac semper unitorum incolumis vigeat distinctio, ad quam significandam, ut Patrum sententia est, usurpatur numerus; quomodo non necesse (siquidem plane unio, et quæ unita sunt, eorumque consistit distinctio, manetque ac incolumis est) ut et duas pie naturas dicamus, quo sic eorum quæ convenerunt explicetur distinctio; ac rursus, unam Dei Verbi naturam incarnatam confiteamur, ut unio, quæ in persona est, designetur? cum neutra harum B vocum alteram destruat, ut nonnulli existimant, qui sapientiæ argumentum sibi insipientiam ducunt; ne scilicet confusio inducatur, autve divisio. Subticendo enim eam vocem, quæ distinctionem apte significet, confusioni locum præbemus; vocem vero non dicendo, quæ vim unionis significandæ habeat, quomodo divisionem convenire non intelligimus? Sed cum in uno eodemque Christo, ambæ semper ponantur, atque pie dicantur; etsi non eadem ratione, quando nec ea quæ significantur, sibi ipsa eadem sunt: aliud quippe distinctio, atque aliud unio, licet circa idem atque ejusdem et exsistant et dicantur. Alterutra enim seorsim ab altera dicatur ac enuntietur, imperfecta est, ad vim totam mysterii declarandam, nisi et C alteram una comitem asciscat, suspectaque monstratur; altera quidem divisionis, ob Nestorium, negantem unionem in persona seu hypostasi, nec annuentem fateri, eum, qui incircumscriptus sit, carne teneri voluisse: altera autem confusionis, propter Apollinarium et Eutychetem, qui eorum quæ convenerunt, distinctionem post unionem inficientur; eumdemque, qui invisibilis sit, ob naturalem susceptæ ex nobis carnis proprietatem, sub sensum nostrum cadere non abnuisse, fateri vereantur.

Εἰ τοίνυν ἀεὶ μὲν ἡ ἕνωσις ἕστηκεν, ἀεὶ δὲ καὶ τὰ ἑνωθέντα μένει ἀσύγχυτα· ἀεὶ δὲ καὶ ἡ τῶν ἑνωθέντων σώζεται διαφορά, δι' ἣν ὁ ἀριθμὸς παρελήφθη κατὰ τοὺς Πατέρας· πῶς οὐκ ἀνάγκη, εἴπερ ἄρα ἀεὶ ἡ ἕνωσις καὶ τὰ ἑνωθέντα, καὶ ἡ τούτων διαφορὰ ἕστηκε καὶ μένει καὶ σώζεται, καὶ δύο φύσεις εὐσεβῶς λέγειν ἐπὶ δηλώσει τῆς τῶν συνελθόντων διαφορᾶς, καὶ πάλιν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην ὁμολογεῖν, πρὸς ἔνδειξιν τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως, μηδ' ἑτέρας τῶν φωνῶν, τούτων δηλονότι, διὰ τῆς ἑτέρας ἀναιρουμένης, ὡς δοκεῖ τισιν ὑπόθεσιν σοφίας ποιουμένη; τὸ ἄσοφον· ἵνα μὴ σύγχυσις ἢ διαίρεσις παρεισάγηται; Σιωπῶντες γὰρ τὴν προσφόρως δηλοῦσαν τὴν διαφορὰν φωνήν, τῇ συγχύσει χώραν ἔχειν παρέχομεν· μὴ λέγοντες δὲ πάλιν τὴν τῆς ἑνώσεως σημαντικήν, πῶς τὴν διαίρεσιν τροπώσασθαι (s) οὐ γινώσκομεν; ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ ἀεὶ μὲν κειμένων καὶ λεγομένων εὐσεβῶς· οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ δέ, ὅτι μηδὲ τὰ σημαινόμενα ἀλλήλοις ταὐτά. Οὐ γὰρ ταὐτὸν διαφορὰ καὶ ἕνωσις· εἰ καὶ περὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ εἰσὶ καὶ λέγονται· ἑτέρα γὰρ τούτων τῆς ἑτέρας κεχωρισμένως ἐκφωνουμένη, ἀτελής τέ ἐστιν, ὅσον πρὸς δήλωσιν τοῦ ὅλου μυστηρίου, μὴ συνεπαγομένη τὴν ἄλλην συνήγορον, καὶ τὸ ὕποπτον ἔχουσα δείκνυται· ἡ μὲν διαιρέσεως, διὰ Νεστόριον τὸν ἀρνούμενον τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ κρατεῖσθαι σαρκὶ τὸν ἀπερίγραφον εὐδοκῆσαι δι' ἡμᾶς ὁμολογεῖν οὐκ ἀνεχόμενον· ἡ δὲ συγχύσεως, διὰ Ἀπολινάριον καὶ Εὐτυχέα, τοὺς ἀρνουμένους τὴν διαφορὰν τῶν συνελθόντων μετὰ τὴν ἕνωσιν· καὶ τὸν ἀόρατον αἰσθήσει ὑποπεσεῖν ἡμετέρᾳ, διὰ τὴν φυσικὴν ἰδιότητα τῆς ἐξ ἡμῶν ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ἀνασχέσθαι ὁμολογεῖν αἰσχυνομένους.

273 Necesse igitur est, uti dictum est, ut qui vere rectaque fide ac pietate loqui atque sentire velimus, tum unam Dei Verbi naturam incarnatam, quo summa unio designetur, confiteamur; tum D duas rursus naturas, ob eorum quæ convenerunt inconfuse post unionem incolumium distinctionem significandam, dicamus; inque eam rem, neque aliam prorsus, numerum usurpemus. Nec enim ulla alia vox est, qua Patres significandam esse distinctionem, censuerint. Sin autem aliquis de sua fre-

Δεῖ οὖν, ὡς εἴρηται, τοὺς ἀληθῶς εὐσεβεῖν βουλομένους, καὶ μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην ὁμολογεῖν, ἵνα διὰ τούτου ἡ ἄκρα δειχθῇ ἕνωσις· καὶ δύο πάλιν φύσεις λέγειν, ἵνα ἡ διαφορὰ τῶν συνελθόντων καὶ ἀσυγχύτως σωζομένων μετὰ τὴν ἕνωσιν δηλωθῇ· καὶ πρὸς τοῦτο καὶ μόνον τὸν ἀριθμὸν παραλαμβάνειν. Δι' ἄλλης γάρ, ὡς εἰκὸς, φωνῆς δηλοῦσθαι τὴν διαφορὰν οἱ Πατέρες οὐκ ἐδοκίμασαν. Εἰ δέ τις ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθὼς ᾖ, καὶ δύναται ἁρμοδιωτέραν πρὸς τὴν ταύτης δήλωσιν ἐπινοῆσαι φω-

VARIÆ LECTIONES.

[83] Marg. Fr. Ἡ σύνταξις· Μηδετέρας τῶν φωνῶν, τοῦ δύο, καὶ ἕν, ἀναιρουμένων· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ ἀεὶ μὲν κειμένων καὶ λεγομένων εὐσεβῶς. *Syntaxis hæc est: Neutra vocum, duarum aut unius, alteram perimente; sed quæ in eodem Christo semper et ponantur, et pie de eo dicantur.*

NOTÆ.

(s) *Τὴν διαίρεσιν τροπώσασθαι.* Exponit Hesych. τὸ τροποῦσθαι, ἁρμόζεσθαι, nec aliter hic loci exponi possit, si negat, retineamus; qua sublata, esset potius eliminare, exterere ac abdicare divisionem, quod nisi vocibus significantibus unitionem positis, recte ait Maximus non posse intelligi.

Digitized by Google

νην, μὴ φθονείτω ἡμῖν τῆς ὠφελείας, καὶ οὐδ' ἡμεῖς φθονήσομεν αὐτῷ τῆς παιδεύσεως, ἵνα μὴ λέγω τῆς θρασύτητος.

A tus solertia, commodiorem hac vocem aliam ad hæc significanda invenire se posse existimat, ne, quæso, quisquis est, utilitatem nobis invidcat; ac neque nos eruditionis ei nomine invidebimus, ne dicam temeritatis.

Πῶς χρὴ νοεῖν τὴν κειμένην ῥῆσιν εἰς τὴν πρὸς Σούκενσον ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου· καὶ ὅτι οὐ μάχεται ἡ, Ἓν δύο, φωνὴ, τοῖς λέγουσι μίαν τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην· εἰ μὴ κατὰ τὸ Νεστορίῳ δοκοῦν ἀσεβῶς λαμβανομένη.

Quomodo intelligenda sancti Cyrilli auctoritas in epistola ad Succensum; quidque non pugnet vox, in duabus, *cum illis qui* unam Verbi naturam incarnatam *dicunt; nisi solum Nestorii sensu impie accipiatur.*

Εἰ δὲ φαῖεν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον μάχεσθαι τὸ πρόβλημα τῶν δύο λεγόντων φύσεις ἡνωμένας ἀδιαιρέτως μετὰ τὴν ἕνωσιν, τοῖς μίαν λέγουσι τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην· ὡς ἐν τῷ πρὸς Σούκενσον δευτέρῳ ὑπομνηστικῷ ὁ ἅγιος ὑποτίθεται Κύριλλος· φανερῶς τοῦτο εἶναι ἢ ἀγνοούντων ἢ κακουργούντων τὰς τῶν Πατέρων τίθεμαι φωνάς· καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀλήθειαν διαμάχεσθαι, τοῦ πρὸς αὐτὴν σπένδεσθαι λυσιτελέστερον ψηφιζομένων. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς γινώσκοντας, ὡς καὶ ὑπὲρ ψιλῆς ἐννοίας ἀποδώσομεν λόγον τῷ δικαίῳ τῶν ἡμετέρων Κριτῇ, συνετῶς μετὰ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, τοῖς Πατρικοῖς ἐντυγχάνοντας συγγράμμασι, σπεύδειν μὴ ποιεῖσθαι ὑπόθεσιν μάχης καὶ διαστάσεως, τὰ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν διδάσκοντα ῥήματα. Τίνι γὰρ οὐκ ἔστι καταφανὲς τῷ ὀπωσοῦν ἐπισκήπτοντι, ὡς οὐχ ἁπλῶς φαίνεται τὴν τοιαύτην ἀπαγορεύων φωνὴν ὁ μακάριος Κύριλλος, ἀλλὰ κατὰ τὴν Νεστορίου κακόνοιαν προσφερομένην, σχετικὴν φάσκοντος γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν, ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ Κύριλλος ὁ μακάριος μαρτυρῶν δείκνυται ἐπὶ τέλει τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, καὶ τοῖς ἄγαν φιλονείκοις τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν ποιούμενος φανερὸν, οὕτω λέγων· « Τὸ δὲ *ἀδιαιρέτως* προστεθὲν, δοκεῖ πως παρ' ἡμῖν ὀρθῆς δόξης εἶναι σημαντικόν. Αὐτοὶ δὲ οὐχ οὕτω νοοῦσι. Τὸ γὰρ *ἀδιαίρετον* παρ' αὐτοῖς, κατὰ τὰς Νεστορίου κενοφωνίας, καθ' ἕτερον λαμβάνεται τρόπον. Φασὶ γὰρ, ὅτι τῇ ἰσοτιμίᾳ, τῇ ταυτοβουλίᾳ, τῇ αὐθεντείᾳ ἀδιαίρετός ἐστι τοῦ Θεοῦ Λόγου ὁ ἐν ᾧ κατῴκησεν ἄνθρωπος. Ὥστε οὐχ ἁπλῶς τὰς λέξεις προφέρουσιν, ἀλλὰ μετά τινος δόλου καὶ κακουργίας [84]. » Ἰδοὺ σαφῶς διττὸν ὑπάρχειν τὸν τοῦ ἀδιαιρέτου τρόπον ὑπέθετο ὁ θαυμαστὸς οὗτος διδάσκαλος· τὸν μὲν, τὴν καθ' ὑπόστασιν σημαίνοντα ἕνωσιν· ὃν καὶ ἀσπαζόμενος, ὀρθῆς δόξης εἶναί φησι σημαντικόν· τὸν δὲ, μόνης τῆς κατὰ σχέσιν συναφείας δηλωτικὸν, ὃν καὶ ἀποστρέφεται· καὶ τοῖς πιστοῖς τοῦτο αὐτὸ ποιεῖν παραινεῖ, ἐκ τῆς κατὰ τὴν λέξιν ὁμοίας προφορᾶς, πολλάκις τὸν τῆς αἱρετικῆς δυσσεβείας ἰὸν τοῖς ἀκεραιοτέροις λεληθότως ἐμβάλλειν δυνάμενον. Ὅθεν παρ' ἑαυτῷ μὲν, τὸ δύο λέγειν ἀδιαιρέτως (*t*), ὀρθόδοξον τίθεται· ἐπειδὴ αὐτὸς καθ' ὑπόστασιν εἶναι τὴν ἕνωσιν ἔλεγε· παρὰ δὲ τῶν κατὰ Νεστόριον

Sin autem dicant, nihil minus pugnare eorum assertionem, qui duas naturas indivise unitas post unionem dicunt, cum iis qui dicunt unam Verbi naturam incarnatam, quemadmodum in secund. ad Succensum Commonitorio sanctus Cyrillus docet B ac tradit: id ego eorum esse statuo, qui aut Patrum ignorent voces, aut eas depravent ac cavillentur, conducibiliusque sibi ducant digladiari adversus veritatem, quam cum ea concordes inveniri. Par enim erat, ut qui scirent de nuda etiam cogitatione justo humanarum rationum Judici reddendam esse rationem, prudenter Deique timore Patrum legentes scripta, quæ pacem ac concordiam doceant, eorum verba non pugnæ ac dissidii argumentum facere studerent. Cui enim vel minimum animum attendenti non perspicuum atque planum est, non simpliciter videri beatum Cyrillum ejusmodi interdicere voce, sed pravo duntaxat Nestorii sensu, qui unionem affectu seu habitudine constantem factam esse diceret? ut sibi ipse palam beatus Cyrillus C testis est in fine ejusdem epistolæ, vel iis qui valde contentiosi sint, mentem suam declarans, cum sic ait: «*Porro, quod* **274** *additum est*, indivise, *videtur quodammodo apud nos recti dogmatis significationem habere. At illi non sic intelligunt. Nam illa vox* indivisum, *apud illos juxta Nestorii inanes vocum profanitates, aliter sumitur. Aiunt enim pari honoris consortio, eadem voluntate et consilio* [83] *ac auctoritate, indivisum a Deo Verbo hominem, in quo habitavit. Itaque non simpliciter voces proferunt, sed dolo quodam malignoque consilio.*» En duplicem ejus, quod indivisum dicitur, aperte ab admirando Cyrillo modum traditum: unum, id genus unionis significantem, quod in persona est ac secundum hypostasim: D quod et amplectens, recti dogmatis significationem habere dicit; alterum vero, affectualem solum ac habitudinis, quod et aversatur, hortaturque fideles ut et ipsi idem præstent: quod nempe vocis illo fuco ex simili prolatione proclive esset per imprudentiam hæreticæ impietatis virus simplicioribus obrepere. Abs se itaque suoque sensu ut duo indivise dicantur, recti dogmatis statuit; idcirco nimirum quod ipse unionem in persona diceret, ac

VARIÆ LECTIONES.

[84] Videtur Max. hic agnovisse finem epistolæ; videturque sequentia aliunde assuta esse.

NOTÆ.

(*t*) Ἀδιαιρέτως. Reg. cod. et Venet. ἀδιαιρέτους, quod respiceret τὰς φύσεις. Alias enim, et referendo ad subsistentes, falsa esset propositio et Nestoriana: quodque proclive masculina in Christo absolute prolata personæ videantur, melius alii ἀδιαιρέτως, quæ est ipsa Cyrilli vox, quam Maximus exponit.

Digitized by Google

secundum hypostasim. Prolatam vero a Nestorianis eamdem indivisi vocem suspectam reddit, quod illi affectu solummodo et habitudine factam unionem traderent.

Ac quidem unio in persona ac secundum hypostasim in Patrum sententia, eorum est, quæ cum diversæ substantiæ sint, in unam personam ac hypostasim coeunt; utrovis componentium naturalem cum altero servante sinceram immutabilemque ac indivisam proprietatem. Unio autem quæ est affectu et habitudine, eorum est, quæ per se scorsim in suis personalibus unitatibus exsistunt, par voluntatis motus, ejusdemque animi ac sententiæ summa consensio. Qui ergo unionem, quæ est in persona, confitetur, etsi duas in Christo naturas post unionem indivise unitas dicat (unione scilicet in persona et secundum hypostasim), ne minimum a veritate aberrat. Ea enim ex quibus Christus compositus est, inconfusa mansisse confitetur, juxta ac Patres sentiunt, idcirco quod incolumis eorum distinctio est ac differentia; qui nempe ea quæ naturali ratione inter se distincta sunt, extra unum persona seu hypostasi, seorsumque nullo modo intelligere valeat. At qui unionem in affectu positam, seu habitudine constantem affirmat, vel si millies ampliusque indivisum dicat, **275** merito labem reprehensionis habet: quippe cum ea quæ significantur, pari amicitiæ affectu ac dilectionis unita esse, ac indivisionem habere asserat; ita nimirum, ut Deum Verbum, una cum carne sua ex nobis sumpta, anima mentisque sensu prædita, unam personam seu hypostasim dicere nunquam valeat. Ut enim ex duabus singularibus personis, propria ac singulari sua ratione ab individuis ejusdem speciei divisis, una fiat persona ac hypostatis, haudquaquam fieri possit. Non ergo sanctus Pater Cyrillus absolute ac simpliciter reprehendit, dici duas naturas post unionem indivise unitas, sed quem tali voce, male ea utentes, sensum ingerebant, profligat.

προφερομένην, ὑποπτον ποιεῖται τὴν φωνὴν τοῦ ἀδιαιρέτου, ἐπειδὴ κατὰ μόνην τὴν σχετικὴν συνάφειαν τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι ἐδόξαζον.

[55] Καθ' ὑπόστασιν μὲν οὖν ἕνωσίς ἐστι κατὰ τοὺς Πατέρας, ἡ τῶν ἑτεροουσίων εἰς μίαν ὑπόστασιν σύνοδος, θατέρου τῶν κατ' αὐτὴν συγκειμένων, πρὸς τὸ ἕτερον τὴν φυσικὴν ἰδιότητα ἀνόθευτόν τε καὶ ἀμετάβλητον ἔχουσα καὶ ἀδιαίρετον. Σχετικὴ δὲ ἕνωσίς [56] ἐστιν, ἡ τῶν καθ' αὑτοὺς ἰδικῶς ἐν μονάσι προσωπικαῖς ὑφεστώτων ἴσῃ θελήματος κίνησις καὶ γνωμικῆς ταυτότητος ἀπαραλλαξία. Ὁ τοίνυν ὁμολογῶν τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, κἂν λέγῃ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡνωμένας ἀδιαιρέτως, ἑνώσει δηλονότι τῇ καθ' ὑπόστασιν, τῆς ἀληθείας καθοτιοῦν οὐ διαμαρτάνει. Τὰ γὰρ ἐξ ὧν σύγκειται ὁ Χριστὸς ἀσύγχυτα μεμενηκέναι διὰ τὴν σωζομένην διαφορὰν κατὰ τοὺς Πατέρας ὁμολογεῖ· τοῦ καθ' ὑπόστασιν ἑνὸς οὐδαμῶς τὰ τῷ φυσικῷ λόγῳ ἀλλήλων διαφέροντα ἐκτὸς εἶναι, καὶ χωρὶς καθ' οἱονδήποτε τρόπον γινώσκειν δυνάμενος. Ὁ δὲ τὴν κατὰ σχέσιν πρεσβεύων ἕνωσιν, κἂν εἰ μυριάκις λέγοι τὸ ἀδιαίρετον, τὸ ἐπίψογον κέκτηται· κατά τινα γὰρ ἀγαπητικὴν συνδιάθεσιν ἡνῶσθαι, καὶ τὸ ἀδιαίρετον ἔχειν λέγει τὰ σημαινόμενα· οὐδαμῶς μίαν ὑπόστασιν εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον μετὰ τῆς ἐξ ἡμῶν ἰδίας αὐτοῦ ἐμψύχου τε καὶ ἔννου σαρκὸς εἰπεῖν οἷός τε ὤν. Ἐκ δύο γὰρ ὑποστάσεων ἰδικῶν τῶν πρὸς τὰ ὁμοειδῆ ἄτομα ἰδικῷ λόγῳ μεμερισμένων, μίαν γενέσθαι ὑπόστασιν, ἀμήχανον. Ὥστε οὐχ ἁπλῶς διαβάλλει καὶ ἀποπέμπεται ὁ ἅγιος Πατὴρ ἡμῶν Κύριλλος, τὸ λέγειν δύο φύσεις ἡνωμένας ἀδιαιρέτως μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀλλὰ τὴν σημαινομένην διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς τῶν κακῶς χρησαμένων ἔννοιαν.

Cum igitur, paulo saltem levius, mea tamen sententia, quod satis videatur, quantum per epistolam consignari poterat, probatum sit, tum ex sanctis Patribus, tum ex communium conceptionum consequentia, numerum nullam prorsus divisionem facere posse aut recipere vel inducere, sed quantitatem solummodo significare; habitudinem vero, quæcunque demum intercedat, non attingere: quænam deinceps sectionis seu divisionis suspicio tumultuantibus adversus sanctam Dei Ecclesiam, seque temere a communi corpore abscindentibus; nec tam facientibus, quam ipsis patientibus; qui scilicet separatione illa ac divortio miserabilem in modum intereant sibique labem asciscant; ac pro eo quod Christi corpus dedecorant, pœnam sibi accumulant, ut nempe ejus rei gratia rectam piamque confessionem abnuant, nisi

Εἰ τοίνυν δέδεικται, κἂν εἰ μετρίως, πλὴν ὅτι γε κατ' ἐμὲ εἰπεῖν, ἀρκούντως, ὡς δι' ἐπιστολῆς σημᾶναι ἦν δυνατὸν, ἔκ τε τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ τῆς τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἀκολουθίας, ὡς τὴν οἱανοῦν διαίρεσιν, οὔτε ποιεῖν, οὔτε πάσχειν, οὔτε εἰσάγειν ὁ ἀριθμὸς δύναται, ἀλλ' ἁπλῶς μὲν δηλοῖ τὰ πόσα· τῆς δὲ σχέσεως, ὡς δ' ἂν ἔχοντα τύχωσιν, οὐ προσάπτεται· ποία λοιπὸν ὑπολέλειπται τομῆς ὑπόνοια, ἢ διαιρέσεως, τοῖς πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ στασιάζουσιν Ἐκκλησίαν, καὶ εἰκῇ τοῦ κοινοῦ σώματος αὐτοὺς ἀποτέμνουσιν· οὐ μᾶλλον δρῶντες, ἢ πάσχοντες τῷ χωρισμῷ ἐλεεινῶς νεκρούμενοι καὶ φθειρόμενοι· καὶ τὴν ὅσον ἐπὶ τῇ ἀπρεπείᾳ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, δίκην ἑαυτοῖς ἑτοιμάζοντες· ὥστε παραιτεῖσθαι τούτου γε ἕνεκεν τὴν ὀρθὴν καὶ εὐσεβῆ τῆς πίστεως ὁμολογίαν· εἰ μὴ ἄρα ἐν προσχήματι εὐλαβείας, τοῦ μὴ τεμεῖν δόξαι τὴν ἕνωσιν, τὴν σύγ-

VARIÆ LECTIONES.

[55] Marg. Ὅρος τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως ἀκριβὴς τε καὶ σύντομος. *Unionis in persona, accurata brevisque definitio.* [56] Ὅρος τῆς σχετικῆς ἑνώσεως. *Unionis affectualis definitio.*

Digitized by Google

χυσιν ἀσπαζόμενοι, τὸ μὴ ἀλῶναι ἐπ' ἀσεβεῖ δόξῃ ὡς πανοῦργοι τεχνάζονται.

A forte religionis specie, ne unionem scindere videantur, confusionem amplexi, ceu vafri et callidi, impii a se dogmatis suspicionem artificio amoliri tentant.

Ὅτι πραγμάτων ἦγουν οὐσιῶν ἐπὶ Χριστοῦ ἡ διαφορά, ἀλλ' οὐ ποιοτήτων· καὶ ὅτι πᾶσα διαφορά, ἐξ ἀνάγκης ἑαυτῇ συνεισάγει τὴν ὧν εἶναι λέγεται πάντως ποσότητα· ἡ δὲ ποσότης, τὴν ἑαυτῆς σημαντικὸν ἀριθμὸν, κἂν τε συνεχὴς ἐστιν ἡ ποσότης, κἂν τε διῃρημένη.

Esse rerum in Christo (id est substantiarum) distinctionem, non vero qualitatum; omnemque necessario distinctionem, eorum omnino, quorum esse dicitur, inferre quantitatem; quantitatem vero, numerum eam significantem; quævis tandem quantitas, vel continua, vel discreta sit.

Ἔδει γὰρ αὐτοὺς, εἴπερ ἀληθῶς τοῦτο μὴ ἦν, μηδὲ τὴν διαφορὰν ψιλῇ καὶ μόνῃ τῇ προφορᾷ, ὡς κατὰ μηδενὸς κειμένην, πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἀφελεστέρων εἰρωνευτικῶς προφέρουσι, μὴ παραιτεῖσθαι λέγειν, τίνα καὶ πόσα τὰ διαφέροντα τυγχάνει ὄντα, ὧν εἶναι τὴν διαφορὰν ὁμολογοῦσιν. Εἰ γὰρ σώζεσθαι μετὰ τὴν ἕνωσιν τὰ ἐξ ὧν ἡ ἕνωσις πιστεύουσιν, δύο πάντως τὰ σωζόμενα ὁμολογήσαιεν ἄν. Τοσαῦτα γὰρ καὶ τὰ συνελθόντα πρὸς ἕνωσιν τὴν ἀδιάσπαστον, τὴν οἱανοῦν τροπὴν ἢ σύγχυσιν, ἢ μείωσιν, ἢ συναίρεσιν, ἢ μεταβολὴν τὴν εἰς ἄλληλα ἐκ τῆς ἑνώσεως οὐ δεξάμενα. Νυνὶ δὲ τοῦτο μὴ δοξάζοντες, ὡς ἠρνημένοι τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν σώζεσθαι, ὑπευθύνους ἑαυτοὺς ἐλέγχοις πεποίηνται, κἂν μὴ βούλωνται, μόνῃ ποιότητι λέγοντες τὴν διαφορὰν σώζεσθαι, τῶν πραγμάτων χωρίς· ὅπερ ἀνθρώπων προδήλως παιζόντων ἐστί· καὶ τὸ μὴ γελᾶσθαι ὡς εἰκὸς ὕδριν λογιζομένων, καὶ σαφῶς κενούντων τὸ Εὐαγγέλιον, ἄνευ οὐσιῶν ὑποκειμένων, εἶναι ποιότητας δύνασθαι νομοθετούντων, καὶ ποσοῦ χωρὶς, ἐπιγνωσθῆναι διαφορὰν ὑποτιθεμένων. Ἠγνόησαν γὰρ, ὡς ἔοικεν, οἱ σοφώτατοι, ὅτι πᾶσα ποιότης ὑποκειμένης πάντως οὐσίας ἐστὶ, περὶ ἣν καὶ θεωρεῖται καὶ λέγεται, τὸ καθ' αὑτὴν εἶναι οὐδαμῶς ἔχουσα· καὶ πᾶσα διαφορὰ, τῆς ἄλλων πρὸς ἄλλα κατὰ τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον ἀνομοιότητός τε καὶ ἑτερότητος οὖσα δηλωτική, τὸ ποσὸν τῶν διαφερόντων πραγμάτων συνεισάγειν ἑαυτῇ πέφυκεν, εἴτε οὐσιῶν, εἴτε ποιοτήτων, εἴτε ἰδιοτήτων. Καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, παντὸς ἑτέρου τινὸς, τῶν ὅσα διαφέρειν ἀλλήλων ὑπολαβόντες εἴποιεν εἶναι διαφορὰν, πάντως ἐν ποσῷ τὰ διαφέροντα θεωρήσαντες, εἴτε αἰσθήσει, εἴτε νοήσει τὴν διαφορὰν ἐγνώρισαν. Ἄνευ γὰρ ποσοῦ δύνασθαι διαβεβαιοῦσθαι δεικνύναι διαφορὰν, ἀνένδεκτον. Ἐπειδὴ τὰ μὴ ἀλλήλοις πάντη ταυτὰ, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τοῦ εἶναι οὐδαμῶς ἐπιδέχηται λόγον. Οὐσίας γὰρ ἤτοι φύσεως, φέρε εἰπεῖν, πρὸς οὐσίαν, ἢ ποιότητος πρὸς ποιότητα, ἢ ἰδιότητος πρὸς ἰδιότητα, ἢ καὶ εἴ τι ἕτερον, τῶν ὅσα μὴ πάντη ταυτόν· τὰ πάντη γὰρ ἀλλήλοις ταυτὰ, καὶ διαφορᾶς ἀνεπίδεκτα, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον, οὐδέποτε λέγειν δυνάμεθα. Τὸ δὲ, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πάντων θεωρεῖσθαι λόγον κατὰ τὸ αὐτὸ μὴ δύνασθαι, τὴν διαφορὰν ποιῆσαν, ἓν καὶ ἀλλήλοις ταὐτὸν ἐκεῖνα, ὧν ὁ τοῦ εἶναι διάφορος, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος μὴ δύνασθαι ὑπάρχειν εἰκότως παρίστησιν. Ἄλλο δὲ ἄλλου, ἢ ἄλλων ἄλλα διαφέρειν λέγοντες, πολλὰ, ἢ τοὐλάχιστον δύο καὶ οὐχ ἓν σημαίνομεν· εἰ καὶ ἄλλως, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τε καὶ λόγον, ἑνὸς εἶναι, καὶ ἓν δύνασθαι λέγο-

Decebat enim, nisi vere sic erat, nec nuda solaque voce, velut de nullo dictam, nec reipsa afficientem, irrisione **276** ad simpliciores decipiendos, distinctionem seu differentiam proferunt, nulla tergiversatione dicere ac expedire, quænam sint ac quanta quæ distincta sunt atque differunt, B ac quorum fatentur distinctionem seu differentiam esse. Nam si ea, ex quibus est unio, post unionem incolumia esse credunt, duo plane, quæ incolumia sunt, fateri eos necesse sit. Tot enim etiam sunt, quæ ad indivulsam unionem convenerunt, ac quæ nullam penitus mutationem aut confusionem, vel decrementum, aut contractionem, sive alterius in alterum conversionem, ex unione susceperunt. Nunc vero qui non ita sentiant, ut qui naturas post unionem incolumes negaverint, velint nolint crimini se obnoxios fecerint, qui sola qualitate absque rebus, distinctionem seu differentiam incolumem dicant: quod plane hominum est ludo jocoque agentium, ac nisi deridiculi sint, sibi probro ducentium, palamque evacuantium C Evangelium; qui nempe nullis subjectis substantiis, posse esse qualitates statuant, ac sine quantitate cognosci distinctionem seu differentiam, doceant. Nescivisse enim, ut par est, videntur sapientissimi homines, omnem qualitatem subjectæ omnino substantiæ esse, circa quam etiam consideratur, et in qua dicitur esse, cum ipsa per se esse, seu exsistere, minime habeat, omnemque distinctionem seu differentiam, quæ aliorum ab aliis, qua ratione sic exsistunt, dissimilitudinem diversitatemque significet, rerum quæ distinguuntur, sive substantiæ sunt, sive qualitates aut proprietates, una secum quantitatem inferre. Prorsusque, ut verbo dicam, cujusvis alterius, eorum, D quorum inter se distinctorum, distinctionem differentiamque dicendam putaverint, plane quæ distincta sunt atque differunt in quantitate considerantes, vel sensu, vel mente distinctionem atque differentiam cognoverunt. Nec enim ullus unquam admittat, asseri posse ut absque quantitate distinctio seu differentia prodatur. Quæ enim non eadem omnino inter se sunt, unam atque eamdem, ejus quod est esse, rationem nunquam receperint. Substantiæ enim, seu naturæ, cum substantia, aut qualitatis cum qualitate, vel quantitatis cum quantitate, aut proprietatis cum proprietate, vel si quid aliud est ejusmodi rerum, quæ non idem omnino sunt (quæ enim inter se eadem omnino sunt, nec ullam etiam distinctionem admittunt), **277** unam

Digitized by Google

eamdemque rationem, quod sic exsistunt, nunquam dicere possumus. Quod vero, idcirco quod una eademque ratio in omnibus secundum idem intelligi non potest, distinctionem differentiamque invexit, fieri non posse, ut ea unum idemque inter se sint, quorum ejus quod est esse ratio distincta est, non eadem, merito ostendit. Porro cum aliud ab alio sive alia ab aliis distingui dicimus, plura, duove ad minus, non unum significamus; tametsi alias aliaque ratione, unius atque unum dicere possumus, puta unius ignis quæ circa ipsum qualitates sunt ac proprietates, unius Christi, naturas ex quibus et in quibus consistere noscitur; itemque unius hominis, ea, ex quibus est compositus, ac in quibus exsistere intelligitur. Unum autem persona seu hypostasi, tum in Christo, tum in homine, toto scilicet, quod ex illis velut partibus est, quippe quod ambas ejus quod est vere esse, distinctas partium rationes recipiat: haud vero natura ac essentia unum, quando nec partes aliæ aliarum ejus quod exsistunt rationem recipiunt; nec vero nos in utrisque eamdem ejusmodi rationem intelligere possumus. Nam neque eadem deitatis ac humanitatis ratio est; uti neque corporis atque animæ, ut cunctis perspicue liquet. Illincque adeo est, ut unum natura, unamve simpliciter aut compositam naturam, Christum, vera nunquam doctrina statuerit. Nam neque Christi nomen ejusmodi est, ut essentiam seu naturam in modum speciei significet, quæ de multis individuis subsistentia, seu persona distinctis prædicetur, uti ait beatus Cyrillus in Scholiis: « *Christi nomen, nec definitionis vim habere; at neque aliçujus essentiam significare; sed personam Verbi, quæ scilicet carnem anima intelligente præditam assumpsisse* intelligatur. » Sed neque hominem unam ex animo ac corpore naturam, velut corpus ejusdem cum anima essentiæ sit, sed tanquam in specie: quæ scilicet per differentiam constituentem ab aliis speciebus dividatur, ac de individuis illi subjectis et ab ea contentis velut species, peræque prædicetur. Nec idcirco, quod substantiali ratione duo sint anima et corpus (quatenus scilicet anima et corpus) aliaque et alia substantia ejus quod est esse, ratione, ea ex quibus, et in quibus, et quæ homo exsistit, silentio damnavit.

μεν· ὡς ἑνὸς πυρὸς, αἱ περὶ αὐτὸ ποιότητες καὶ ἰδιότητες, καὶ ἑνὸς Χριστοῦ, αἱ φύσεις ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνεστὼς γνωρίζεται· καὶ ἑνὸς ἀνθρώπου, τὰ ἐξ ὧν συνετέθη καὶ ἐν οἷς ὑπάρχων γινώσκεται. Ἐν δὲ τῇ ὑποστάσει, ἐπί τε Χριστοῦ, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου· ἤτοι τῷ ἐκ τούτων ὡς μερῶν ὅλῳ, ὡς πληρεστάτους ἄμφω ἐπιδεχομένῳ κυρίως τοὺς τοῦ εἶναι τῶν μερῶν διαφόρους λόγους· ἀλλ' οὐ τῇ φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ ἓν, ὅτι μηδὲ ἀλλήλων τὰ μέρη τὸν τοῦ εἶναι ἐπιδέχεται λόγον, ἢ ἐπ' ἀμφοῖν ἡμεῖς τὸν αὐτὸν τοῦ εἶναι λόγον εἰδέναι δυνάμεθα. Οὐχ ὁ αὐτὸς γὰρ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος λόγος· ὥσπερ οὐδὲ ψυχῆς καὶ σώματος, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. Διὸ οὐχ ἓν τῇ φύσει, οὐδὲ μίαν ἁπλῶς ἢ σύνθετον φύσιν τὸν Χριστὸν εἶναι, πώποτε ὁ τῆς ἀληθείας ὡρίσατο λόγος. Οὔτε γὰρ οὐσίας ἤτοι φύσεως δηλωτικὸν ὡς εἴδους τὸ Χριστὸς ὄνομα ὑπάρχει, τῶν κατὰ πολλῶν καὶ διαφερόντων ταῖς ὑποστάσεσι κατηγορουμένων ἀτόμων, καθώς φησιν ἐν τοῖς σχολίοις ὁ μακάριος Κύριλλος [87], « Ὅτι τὸ Χριστὸς ὄνομα, οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει, οὔτε μὴν τὴν τινος οὐσίαν δηλοῖ· ὑποστάσεως δὲ τῆς τοῦ Λόγου ἐν προσλήμματι δηλονότι σαρκὸς νοερὰν ἐχούσης ψυχὴν νοουμένης. » Ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον μίαν φύσιν τὴν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ὡς τῆς αὐτῆς τῇ ψυχῇ οὐσίας ὄντος τοῦ σώματος· ἀλλὰ τὴν ὡς ἐν εἴδει· πρὸς μὲν τὰ ἄλλα κατὰ τὴν συστατικὴν διαφορὰν τεμνομένην εἴδη· κατὰ δὲ τῶν ὑπ' αὐτὴν ὡς εἶδος καὶ ὑπ' αὐτῆς περιεχομένων ἀτόμων ἕως κατηγορουμένην. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο τὸ εἶναι δύο κατὰ τὸν οὐσιώδη λόγον τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ὡς ψυχὴν καὶ σῶμα· καὶ ἄλλην καὶ ἄλλην οὐσίαν κατὰ τὸν τοῦ εἶναι λόγον· τὰ ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, καὶ ἃ ὑπάρχει ὁ ἄνθρωπος ἀπηγόρευσεν.

Impium esse ac veritati repugnans, quod una Christi **278** *natura composita dicatur.*

Omnis enim natura composita, tum sibi ipsa, tum inter se alias aliis, qua primum in rerum naturam editur, partes proprias coævas nacta, exque nihilo ut exsistat, ac rerum universitatis ornatum compleat, ab universi creatrice, resque ut exsistant conservante, potentia producta, alias aliis merito ex necessitate innexas implexasque partes suas obtinet, uti se res tum in homine habet, tum in reliquis, si qua naturam compositam sortita sunt. Nempe anima nullo suo arbitratu continente corpus, et quæ illo contineatur; nullaque liberæ voluntatis vi, vitam præbente, dolorisque sensus ac molestiarum natura participe, ob facultatem in ea exsistentem, quæ horum capax est: quanquam

Ὅτι ἀσεβές ἐστι τὸ λέγειν μίαν σύνθετον φύσιν τὸν Χριστὸν, καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενον.

Πᾶσα γὰρ σύνθετος φύσις, ἑαυτῇ τε καὶ ἀλλήλοις κατ' αὐτὴν τὴν εἰς τὸ εἶναι γένεσιν ἔχουσα τὰ ἴδια μέρη ὁμόχρονα, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι, καὶ εἰς συμπλήρωσιν τῆς τοῦ παντὸς διακοσμήσεως, παρὰ τῆς τὸ πᾶν συστησαμένης, καὶ εἰς τὸ εἶναι συνεχούσης δυνάμεως παρηγμένα, ἀλλήλοις εἰκότως ἐξ ἀνάγκης τὰ ἴδια μέρη περιεχόμενα κέκτηται· ὡς ἐπί τε τοῦ ἀνθρώπου ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα συνθέτου εἶναι ἔλαχον φύσεως. Τῆς ψυχῆς ἀκουσίως τε κρατούσης τὸ σῶμα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κρατουμένης, καὶ ζωὴν ἀπροαιρέτως αὐτῷ, κατ' αὐτὸ μόνον τὸ ἐν αὐτῷ εἶναι παρεχούσης, καὶ πάθους καὶ ἄλγους φυσικῶς μεταλαμβανούσης διὰ τὴν ἐγκειμένην αὐτῇ τούτων δεκτικὴν δύναμιν· κἂν εἰ τὰ μά-

[87] Non occurrunt in Cyrilli Schol. quæ exstant. Urget passim similia utraque epistol. ad Succens. Vide Damasc. l. III, c. 5.

Digitized by Google

λιστά τινες τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἀληθῶν περὶ ψυχῆς δογμάτων ἀποσφαλέντες, προϋπάρχειν Ἑλληνικῶς, ἢ μεθυπάρχειν Ἰουδαϊκῶς τοῦ ἰδίου σώματος τὴν ψυχὴν τερατευόμενοι, καὶ ἀρχὴν οὐ καλὴν οὐδὲ θεοφιλῆ, τῆς τῶν ὁρατῶν δημιουργίας προκαθηγεῖσθαι ὑποτιθέμενοι [58], ἀντιπαλῶς πρὸς τὸν τοιοῦτον διάκεινται λόγον· ὧν διελέγξαι τὰ περὶ τούτου σαθρὰ, καὶ ἀπαγῆ προβλήματα, οὐ τοῦ παρόντος εἶναι καιροῦ τε καὶ λόγου κρίνας, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανελεύσομαι.

Οὕτω τοίνυν, καθὰ πρόκειται, πάσης συνθέτου ἐχούσης φύσεως, οὐκ ἄν τις τολμήσαιέ ποτε τῶν εὐσεβῶς περὶ τῶν θείων φρονεῖν ἐγνωκότων, μίαν εἶναι σύνθετον φύσιν εἰπεῖν τὸν Χριστὸν, ἵνα μὴ ἐξ ἀνάγκης εἰρμῷ τινι φυσικῷ καὶ ἀκολουθίᾳ τὰ τοιαῦτα λέγειν ἐξελόμενος, κτιστὸν ὅλον καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, περιγραπτόν τε καὶ παθητὸν, καὶ τῷ Πατρὶ οὐχ ὁμοούσιον· καὶ ἢ συναΐδιον τῷ Λόγῳ τὴν σάρκα, ἢ ὁμόχρονον τῇ σαρκὶ τὸν Λόγον ὄντα ὑποτιθέμενος· τοιοῦτος γὰρ ὁ πάσης συνθέτου φύσεως λόγος· φοβερῶν ἑαυτὸν καταστήσει ἐγκλημάτων ὑπεύθυνον. Τὸ γὰρ συνθέτου φύσεως ὑπάρχον, καὶ σύνθετον κατὰ φύσιν δηλονότι ἐστί. Τὸ δὲ κατὰ φύσιν σύνθετον, τῷ κατὰ φύσιν ἁπλῷ οὐκ ἂν εἴη ποτὲ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον. Οὐ θέμις οὖν μίαν τὸν Χριστὸν λέγειν σύνθετον φύσιν τοὺς εὐσεβεῖς, οὐ μόνον διὰ τὴν συναγομένην ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς ἀτοπίαν· ἀλλ' ὅτι καὶ μηδεὶς τῶν θεοκρίτων Πατέρων τοῦτο ποτὲ εἰρηκὼς ἀναπέφανται· ὑπόστασιν δὲ μᾶλλον Χριστοῦ σύνθετον μίαν ὁμολογεῖν, καὶ δύο φύσεις, ἵνα καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος καὶ ὁμοφυὴς κατὰ τὴν θεότητα γινώσκηται, καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος καὶ ὁμοφυὴς κατὰ σάρκα ὁ αὐτὸς γνωρίζηται· καὶ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς πρός τε τὸν Πατέρα καὶ ἡμᾶς, ὡς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὑπάρχων πιστεύηται.

Περὶ ὑποστάσεως συνθέτου.

Εἰ δὲ ὅτι καὶ πᾶσα ὑπόστασις σύνθετος ἑαυτῇ τε καὶ ἀλλήλοις τὰ ἴδια μέρη ὁμόχρονα ἔχουσα δείκνυται· ὑπόστασιν δὲ σύνθετον εἶναι λέγειν τὸν Χριστὸν οὐκ ἀρνούμεθα, εἴποιεν καὶ ἡμᾶς οἱ ἀντιλέγοντες, μὴ δύνασθαι τὴν ἐπὶ τούτῳ μομφὴν ἐκτινάξασθαι, ὡς τοῖς ἰδίοις ἑαλωκότας λόγοις. Φαμὲν ἀληθῶς οὕτως ἔχειν, εἴπερ σύνθετον εἶναι ὡς εἶδος αὐτῆς κατηγορούμενον ἔχουσαν ὑπετιθέμεθα. Νυνὶ δὲ τοῦτο μὴ λέγοντες, οὐδαμῶς τὴν οἱανοῦν ἔξομεν μομφὴν, σαφῶς γινώσκοντες μὴ δι' ἑαυτὴν σύνθετον εἶναι πᾶσαν σύνθετον ὑπόστασιν, τὴν ὑπό τι τελοῦσαν εἶδος· ἀλλὰ διὰ τὴν φύσιν τὴν περιέχουσαν, ὅτ' ἂν σύνθετος ᾖ, καὶ τὸ κατηγορούμενον εἶδος ὑφ' ὃ ἀνάγεσθαι πέφυκεν· ὡς τοῦ μερικοῦ, ἤτουν ἰδικοῦ ὅλον ἔχοντος ἐν ἑαυτῷ τὸ καθόλου, ἤτοι τὸ κοινὸν καὶ γενικὸν, πληρέστατον· τοῦ δὲ ἰδίου τὸ σύνολον λόγου τῷ γενικῷ μεταδιδοῦντος οὐδέν· ὅπερ ἐπὶ Χριστοῦ οὐδεὶς οὐδαμῶς τῶν ἀνέκαθεν μέχρις ἡμῶν

maxime non latet nonnullos eorum, qui a veris Ecclesiæ de anima decretis errore abducti, animam, Græcorum more, priorem corpore, aut illo posteriorem, Judaico sensu, stulte confingunt exsistere, principiumque non bonum, aut pium seu religiosum earum rerum, quæ in aspectum cadunt, creationi docent præivisse, istiusmodi adversari doctrinæ: quorum hoc argumento vanas infirmasque objectiones ac argumenta refellere, cum hujus nec temporis nec sermonis ac instituti existimem, ad propositum redeo.

Cum sic igitur, ut in superioribus habitum est, omnis natura composita sese habeat; nemo unquam pie ac religiose de divinis sentire doctus, unam Christum naturam ut dicat in animum inducere præsumat; ne, qui talia docere velit, naturali quadam necessitate ac consequentia, necessario creatum totum exque nihilo ac circumscriptum, patibilemque, nec Patri consubstantialem; ac vel coæternam Verbo carnem, vel carni coætaneum Verbum esse docens (ejusmodi enim naturæ omnis compositæ sermo doctrinaque), formidolosis se criminibus reum innectat. Quod enim naturæ compositæ est, ipsum utique etiam natura compositum est. Res autem natura composita, nunquam ejusdem cum eo naturæ sit ac substantiæ, quod natura simplex est. Nefas igitur est ut pii unquam atque fideles unam dicant Christum naturam compositam, nedum ejus absurdi gratia quod ex tali voce colligitur; sed quod etiam **279** nullus hactenus probatorum Patrum istud dixisse noscatur, sed ut unam potius Christum personam compositam, ac duas naturas confiteamur; quo, tum ejusdem cum Patre substantiæ atque naturæ, deitatis ratione tum ejusdem nobiscum substantiæ ac naturæ, carnis ratione intelligatur: unusque et idem Patri nobisque collatus, ut qui Dei atque hominum mediator exsistat, credatur.

De hypostasi seu persona composita.

Sin autem etiam, quod omnis persona composita, secum ipsa, aliisque aliis partes proprias coætaneas habere monstratur, nec nos quin Christum personam compositam dicamus, imus inficias: dicant adversarii: Nec nos ejus rei crimen posse depellere, ut qui nostris ipsi captiosis sermonibus simus Respondemus: Sic revera fore, si ita compositam diceremus, quasi quæ speciem haberet, quæ de illa prædicaretur. Nunc vero cum id minime dicamus, nulli prorsus reprehensioni obnoxii sumus: qui nempe perspicue sciamus personam omnem compositam sub specie constitutam non sui ipsam ratione compositam esse, sed propter naturam, quæ, cum sit composita, etiam speciem quæ prædicatur contineat, et sub quam illi comparatum est ut reducatur: tanquam nimirum particulare, seu singulare, quidquid universale est seu commune ac genericum in se plenissimum habeat, nec quid-

[58] Primum error est Orig. desumptus ex Platonis Timæo; alterum prælant fere Peripatetici, nec se Maximi rationibus putant admodum premi.

Digitized by Google

quam prorsus suæ rationis universali ac generico tribuat : quod nemo unquam a primis ipsis temporibus ad nostram usque ætatem piorum doctorum ac tractatorum in Christo sensisse perhibitus est : in quo genus, aut speciem, quæ de illo prædicentur, nemo invenerit. Non enim naturæ ratione divinissimum Verbum ad nos per carnem venit, sed quo dispensationis modo , totam ipsam naturam nostram, eam instauraturus, sibi in persona univit. Nihil itaque ex multa illa sua subtilitate commodi consecuti sunt, ut eorum quæ paulo ante disputavimus seriem teneamus, cum iterum ad quantitatem, quam cavendam duxerunt, callida eis versa evasio sit ; quippe cum ne ipsam quidem qualitatis ergo distinctionem sine quantitate dicere possint. Omnino enim necesse est esse plures, vel ut minimum **280** duas qualitates, uti jam in superioribus dictum est, quarum distinctionem esse existimant. Solam enim qualitatem, quæ nihil alteri prorsus commista sit, a se ipsa distingui, nemo sani capitis unquam dixerit.

Restat igitur ut vel nudam ipsam distinctionem essent afferre, quam omnino aliquorum, quæ distincta sint, significandorum vim habere intelligant, vel nobiscum veritatis confessionem recipiant ; qui nimirum ex Patrum sententia, ea duntaxat ratione pie numerum assumamus, ut ea quæ convenerunt, inconfusa mansisse noverimus. Alioqui enim, amabo eos, dicant (siquidem inest illis sermo sapientiæ nihil ipse degener) quomodo, duo cum dicant concurrisse ad unionem, hæcque adeo post etiam unionem inconfusa mansisse non negent, quod neutrum naturali sua ratione ac definitione excesserit, tametsi ambo in unam censeantur Filii personam, unamque hypostasim; non etiam duo (quæ etiam incolumia sint, eorum sententia, ut dicunt, si modo vere loquuntur) non fatentur? Quænam vero eis diminutæ confessionis ratio ? Quid tandem causæ est, ac quomodo ambæ naturæ una evaserunt ? Aut siquidem unio ab omni immunis mansit diminutione, quænam ratio, cur ea quæ indiminute incolumia manent, non nominentur, lubentesque ac faciles alteram nobis naturarum adimi patiemur, summamque hominum eruditionem mirabimur, velut qui soli rerum nobis arcanarum scientiæ capaces apparuerint. Nunquam tamen sermonem ullum aut rationem hæc satis suadentem repræsentare valebunt.

Brevis confutatio objectionis Severi adversus vocem illam, In duabur

Etsi maxime ad illud postremo fragile atque inane Severi commentum confugiunt ; quod is ubique ceu quid argute dictum circumfert, immensumque jactat et canit ; nempe ut dicant : Ridiculum esse ex duabus naturis duas rursus naturas vi unionis effectas dicere; velut scilicet assumptione a nobis concessa, quidquid visum sit inde inferentes. Ex quo enim eorum, qui divinis Ecclesiæ dogmatis imbuti sunt, audierunt, per unionem ex duabus naturis, duas naturas factas esse ? At nunquam se audivisse dixerint, si modo eos veritatis ulla **281** cura tangit. Porro dicimus factam unionem ex dua-

Ἄλλως τε δὲ πάλιν ἐκ τῶν κοινῶν καὶ καθ' ὅλου πᾶς ἐστιν ὁρισμὸς τῶν ὑπ' αὐτὰ τελούντων ἀτόμων· καὶ ἐκ τῶν γενικῶν πάντα φυσικῶς ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς οἰκείας ὑπογραφῆς τὰ ὑπ' αὐτά· διὰ τὸ σαφὲς εἶναι τὸ τί κυρίως τε καὶ προηγουμένως ἐστὶ τὸ ὁριζόμενον. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, δῆλον ὅτι ὁ εἰπὼν σύνθετον ὑπὸ φύσιν ἀναγομένην ὑπόστασιν, τὸ ἐνυπάρχον τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας, γενικῶς, τῷ ἀτόμῳ τῆς ὑποστάσεως συνεξέφηνε μετὰ τῶν αὐτὴν ἰδικῶς χαρακτηριζόντων ἰδιωμάτων. Ὥστε ὁ φήσας, ὑπό τινα φύσιν τελοῦσαν ὑπόστασιν σύνθετον, οὐδὲν ἕτερον εἶπεν, ἢ φύσιν ἤγουν οὐσίαν σύνθετον μετὰ ἰδιωμάτων. Εἰ τοίνυν, καθὼς δέδεικται, πᾶσα φύσις σύνθετος ἀπροαίρετον ἔχει τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν οἰκείων μερῶν κατὰ τὴν σύνθεσιν σύνοδον, καὶ ἀλλήλοις ὁμόχρονα κέκτηται τὰ μέρη, καὶ εἰς συμπλήρωσιν τῆς τὸ πᾶν κατ' εἶδος ἕκαστον ἐν τοῖς οὖσι θεωρουμένης ὁλότητος γένηται· καὶ πᾶσα δηλονότι κατὰ τὸ πεφυκὸς ὑπόστασις τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ οἰκείῳ γένει τε καὶ εἴδει ἀπαράλλακτον πρὸς τὸ εἶναι τὴν σύστασιν. Δείξωσιν οὖν ὑπὸ φύσιν σύνθετον τελοῦσαν τὴν τοῦ Χριστοῦ σύνθετον ὑπόστασιν, καὶ ὁμόχρονα κεκτῆσθαι τὰ μέρη συναγαγέτωσαν, καὶ τὴν αὐτὴν δικαίως μέμψιν ἡμῶν κατηγορείτωσαν. Ἕως δ' ἂν τοῦτο μὴ δύνωνται, κατὰ ψάμμου ποιοῦνται τῶν οἰκείων δογμάτων τὰ ἐρείσματα. Ὁ γὰρ τὸν Χριστὸν τούτοις ὑπαγαγεῖν τοῖς προρηθεῖσιν ἀτόποις ἀμαθῶς βιαζόμενος, διὰ τὸ σύνθετον αὐτὸν ὑπόστασιν καὶ εἶναι, καὶ παρ' ἡμῶν εὐσεβῶς ὁμολογεῖσθαι, πολὺ τῆς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀγούσης ὁδοῦ, μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἀποπεπλάνηται. Τὸ γὰρ μέγα τοῦτο καὶ σεπτὸν τοῦ Χριστοῦ μυστή-

Digitized by Google

ριον, οὔτε ὡς ἄτομον καθ' ὅλου τινὰ καὶ γενικὴν ἔχει τὴν ὡς εἶδος φύσιν αὐτοῦ κατηγορουμένην· οὔτε μὴν αὐτὸ γένος ἐστὶν, ἢ εἶδος τῶν ὑπ' αὐτὸ φυσικῶς ἀτόμων κατηγορούμενον· ὥστε τινὶ δύνασθαι τῶν εἰρημένων ὑπαχθῆναι κανόνων· οἷα μηδὲ τοῖς συνθέτοις κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνοδον, ἴσην καὶ ὁμοίαν ἔχον τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου συνδρομὴν πρὸς τὴν σάρκα κατὰ τὴν σύνθεσιν.

A ipsa plurimum veritate aberravit. Magnum enim hoc ac venerabile Christi mysterium, nec individui more, universalem naturam ac genericam, velut speciem habet, quæ de illo prædicetur : neque vero ipsum genus est aut species, quod de subjectis natura individuis prædicetur, ut ullis dictarum regularum subjici possit; quippe cum neque parem ac similem aliis compositis, qua ratione in eis partes coeunt, Dei Verbi ad carnem concursum secundum compositionem nactum sit.

Ὅτι κατὰ πρόσληψιν ἡ πρὸς τὴν σάρκα μόνη τοῦ Λόγου γέγονεν ἕνωσις, ὡς προόντος, καὶ πρὸς ἕνωσιν σαρκὸς κενωθῆναι θελήσαντος.

Factam solum Verbi cum carne unionem per assumptionem, velut illo præexistente seque sponte ad carnis unionem exinaniente.

Ἐπὶ γὰρ πάντων καθ' ὅλου τῶν κατὰ φύσιν συνθέτων, οὐχ ἡ τοῦδε πρὸς τόδε κατὰ πρόσληψιν σύνοδος, τὴν τοῦ δὲ τοῦ εἴδους, ὡς ἐκ μερῶν ὅλου ποιεῖται σύστασιν. Ἀλλ' ἡ ἀθρόα τῶν μερῶν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι γένεσις, κατὰ τὴν ἅμα τῷ εἶναι πρὸς ἄλληλα σύνοδον, ποιεῖται τοῦ ὅλου τὴν σύνθεσιν. Τὸ δὲ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ μυστήριον, οὐ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον γέγονεν· ἀλλὰ Θεὸς ὑπάρχων φύσει, καὶ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸς ἁπλοῦς τε καὶ ἀσώματος, καὶ τῷ Πατρὶ συναΐδιος, καὶ πάντων δημιουργὸς τῶν αἰώνων, φιλανθρώπῳ βουλήσει θέλων κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ δι' ἡμᾶς, ἁπλοῦς κατὰ φύσιν καὶ ἀσώματος, ἐξ ἡμῶν γέγονεν οἰκονομικῶς καθ' ὑπόστασιν σύνθετος καὶ ἐνσώματος, καθάφησιν ἐνθεαστικῶς ὁ ἅγιος καὶ μέγας Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τῆς *Περὶ Θείων ὀνομάτων* συγγραφῆς [67] περὶ τῆς θείας σαρκώσεως οὕτωσὶ διεξιών· « Φιλάνθρωπον δὲ διαφερόντως, ὅτι τοῖς καθ' ἡμᾶς πρὸς ἀλήθειαν ὁλικῶς ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἐκοινώνησεν· ἀνακαλουμένη πρὸς ἑαυτὴν, καὶ ἀνατιθεῖσα τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιάν, ἐξ ἧς [ἀῤῥήτως] ὁ ἁπλοῦς Ἰησοῦς συνετέθη· καὶ παράτασιν εἴληφε χρονικὴν ὁ ἀΐδιος· καὶ εἴσω τῆς καθ' ἡμᾶς γέγονε φύσεως, ὁ πάσης τῆς κατὰ φύσιν τάξεως ὑπερουσίως ἐκβεβηκώς. »

B In omnibus enim universim natura compositis, sic comparatum, non ut hoc ad illud per assumptionem conveniens, hancce speciem, velut ex partibus totum constituat; sed ut partium confertim origo ex nihilo, ea ratione qua simul ac esse nanciscuntur, inter se coeunt, totius compositionem efficiat. At non ita Domini nostri Deique ac Salvatoris Jesu Christi exstitit mysterium, sed cum Deus natura esset, Deique natura Filius simplex omnique vacans compositione ac Patri coæternus, omniumque conditor sæculorum, humanissima voluntate ac consilio, ipse ultro carnis assumptione homo factus est; nostrique causa, qui simplex natura omnique vacans compositione esset, ex nobis dispensatione persona compositus ac corpore concretus, effectus est, uti divine sanctus magnusque Dionysius Areopagita, primo capite libri *De divinis nominibus* ait, ubi in hæc verba de divina incarnatione sermonem facit : « Singulari autem ratione humanitate pronum, quod nostris vere totaliter in una suarum personarum communicaverit; revocans ad se reparansque extremam humanam vilitatem, ex qua simplex Jesus arcana ratione compositus est; ac qui æternus erat, temporalem durationem modumque accepit; seque intra naturæ **305** nostræ angustias inclusit, qui omnem naturæ ordinem superessentialiter transcendit. »

Εἰ τοίνυν μὴ κατὰ νόμον καὶ τάξιν τῆς τῶν συνθέτων φύσεως, ἀλλ' ἑτέρῳ παρὰ τὴν φύσιν τῶν συνθέτων θεσμῷ· κατὰ πρόσληψιν γὰρ ἀφράστως ὁ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν σάρκα συνετέθη Λόγος· ἀλλ' οὐ κατὰ γένεσιν ἅμα τῇ σαρκὶ πρὸς σύνθεσιν τὸ εἶναι λαβών, εἰς ὅλου τινὸς κατ' εἶδος συμπλήρωσιν, καθὼς ὁ τῆς ἀληθείας διαπρυσίως πᾶσιν ἐμβοᾷ λόγος· μάτην τοῖς ὑπὸ φύσιν θεσμοῖς ὑπαγαγεῖν ἀθέσμως ἐπιχειροῦσιν οἱ ἀμαθεῖς τὴν πάντα φύσεως ὅρον τε καὶ λόγον ἐκβαίνουσαν σύνθεσιν. Διὰ τοῦτο κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς ὁ λέγων γενέσθαι τὴν ἐνανθρώπησιν, τήν τε τοῦ Θεοῦ Λόγου προαιώνιον ὕπαρξιν διασώζει, καὶ τὴν ἐκούσιον εὐσεβῶς ὁμολογεῖ καὶ αὐθαίρετον αὐτοῦ κατὰ χρόνον σάρκωσιν· καὶ τὴν διαφορὰν αὐτοῦ τοῦ προσλαβόντος Λόγου, καὶ τῆς προσληφθείσης σαρκὸς ἀσύγχυτον διαφυλάττει καὶ μετὰ

Cum igitur non ea lege et ordine, quo compositis comparatum est, sed longe aliter ac eorum ferat indoles (per assumptionem enim ineffabili ratione Dei Verbum compositionem cum carne iniit : non coævo cum carne ortu per compositionem nactum ut esset, ad totum quoddam specie complendum, quemadmodum veritatis sermo atque doctrina cunctis diserte clamat), frustra bardissimi hominum, naturæ legibus, naturæ legem omnem et rationem excedentem compositionem, contra ac fas est, subjicere nituntur. Qui itaque carnis assumptione Deum factum esse hominem dicit, tum Dei Verbi prææternam exsistentiam servat, tum ejus sponte liberaque voluntate incarnationem in tempore pie confitetur; ac tum Verbi quod assumpsit, tum carnis assumptæ, post etiam unionem, differentiam

[67] Lans. p. 59, Cord. p. 442. Addita vox ἀῤῥήτως ex textu Dionysii.

Digitized by Google

distinctionemque inconfusam custodit. Qui autem non carnis assumptione immutabiliter Dei Verbum factum hominem confitetur, is, eorum quæ dicta sunt, nihil ullo modo vere poterit confiteri. Quomodo enim nisi ab æterno anteque omne principium, Verbum præexsistebat, carnem essentialiter diversam assumpsit? in quo maxime, ut quidem existimo, ejus quod natura diversum est, facta per assumptionem unio dicitur, tanquam scilicet solo solumque impatibiliter vereque assumente, quod diversæ substantiæ est, seque ipsum omni ratione et modo immutabile servante et immultiplicabile, atque ei quod assumptum est, ne ipsum ulla labe deteratur ac intereat, præstante : quod ut contingat in natura ortui obnoxia, omnino fieri non potest : in qua, una cum partium ortu, ad totum quoddam specie complendum, per repentinum earum inter se concursum, omnis natura compositio emergere habet, parem in toto partium inter se proportionem servans, uti se res in nobis habet, ac si qua alia naturam speciei ratione compositam nacta sunt. In nobis enim anima suis ipsa operationibus proportione respondentes naturales corporis facultates habet, tanquam ejus quod sit illius natura capax; quatenus scilicet una cum carne confertim, unoque quasi nixu, edita est. Cum autem Dei Verbum, nulla **306** ratione nulloque modo, assumptæ ab eo naturæ vires naturalibus suis operationibus respondentes habeat (non enim natura mensuram recipit, quod natura superius est), ejus quoque nihil prorsus capax in rebus occurrit. Singularissimus ergo Dei Filius, carnis assumptione, anima utente ratione et intelligente præditæ, arcana sponte ratione homo factus est; ut qui esset ac præexsisteret, cunctaque in potestate haberet; modo naturam superante, naturas innovans, ut homini salutem præstaret.

A τὴν ἕνωσιν. Ὁ δὲ μὴ κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς ὁμολογῶν ἀτρέπτως ἐνανθρωπῆσαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὐδὲν τῶν εἰρημένων κατ' οὐδένα τρόπον ἀληθῶς ὁμολογεῖν δυνήσεται. Πῶς γὰρ εἰ μὴ προϋπῆρχεν ἀνάρχως ὁ Λόγος, κατὰ θέλησιν σάρκα προσέλαβε κατ' οὐσίαν διάφορον; ἐφ' οὗ μάλιστα, καθάπερ οἶμαι, κυρίως ἡ τοῦ ἑτεροφυοῦς λέγεται γεγενῆσθαι κατὰ πρόσληψιν ἕνωσις· ὡς μόνου τε καὶ μόνως ἀπαθῶς τε καὶ ἀληθῶς προσλαβόντος τὸ ἑτεροούσιον, καὶ ἄτρεπτον ἑαυτὸν παντὶ λόγῳ τε καὶ τρόπῳ φυλάξαντος καὶ ἀπλήθυντον, καὶ τὸ προσληφθὲν ἀναλλοίωτον· ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ τῆς γενητῆς γενέσθαι φύσεως· ἐφ' ἧς ἅμα τῇ γενέσει τῶν μερῶν, εἰς ὅλου τινὸς κατ' εἶδος συμπλήρωσιν, κατὰ τὴν ἀθρόαν πρὸς ἄλληλα συνδρομὴν, πᾶσα γίνεσθαι πέφυκε σύνθεσις, B ἴση κατὰ τὸ ὅλον τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν ἀναλογίαν φυλάττουσα· καθάπερ ἐφ' ἡμῶν ἔχει, καὶ τῶν ὅσα σύνθετον ἔχειν τὴν κατ' εἶδος ἔλαχον φύσιν. Ἐφ' ἡμῶν γὰρ ἀναλογούσας ἡ ψυχὴ ταῖς οἰκείαις ἐνεργείαις τὰς φυσικὰς ἔχει τοῦ σώματος δυνάμεις, ὡς δεκτικοῦ κατὰ φύσιν ὄντος διὰ τὴν αὐτῆς ἀθρόαν ἅμα τῇ σαρκὶ πρὸς τὸ εἶναι γένεσιν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγος, κατ' οὐδένα λόγον ἢ τρόπον ἀναλογούσας ἔχων ταῖς οἰκείαις κατὰ φύσιν ἐνεργείαις τῆς ὑπ' αὐτοῦ προσληφθείσης φύσεως τὰς δυνάμεις· οὐ γὰρ μετρεῖται φύσει τὸ ὑπὲρ φύσιν· οὐδέ τι τὸ παράπαν ἐν τοῖς οὖσίν ἐστι κατὰ φύσιν αὐτοῦ δεκτικόν. Ἆρα μονώτατος κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένης, θέλων ἀῤῥήτως γέγονεν ἄνθρωπος· ὡς ὢν καὶ προὼν, καὶ πάντα δυνάμενος· τῷ C ὑπὲρ φύσιν τρόπῳ τὰς φύσεις καινοτομήσας, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον.

Hanc ego didici fidem, sumque ea institutus, tum a sanctis beatisque Patribus nostris, qui jam in vivis esse desierunt, tum ab iis, qui etiamnum vitæ superstites, sanctæ catholicæ Dei Ecclesiæ gubernacula credita acceperunt, quam et rite dirigunt ad portum divinæ voluntatis : qua et fultus, eorum adjutus precibus, præsentis sæculi relicta vita humanis emigrabo; omnis meriti ac operum loco, incontaminatam impollutamque atque omni hæreticorum procella superiorem, hanc Deo fidem offeD rens. Non enim est, quo vita justitiæ operibus egregie exculta glorier, qui quoad mortalem hanc vitam duxi, divinarum transgressor legum mea ipse sponte exstiterim.

Ταύτην ἔμαθον ἐγὼ τὴν πίστιν, καὶ ἐδιδάχθην ἔκ τε τῶν προαποδημησάντων ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων ἡμῶν, καὶ ἐκ τῶν νῦν περιόντων, καὶ τοὺς οἴακας τῆς καθολικῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας πεπιστευμένων, καὶ ὀρθῶς πρὸς τὸν λιμένα τοῦ θείου θελήματος αὐτὴν διακυβερνώντων· μεθ' ἧς ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις καὶ ἀπελεύσομαι τὴν παροῦσαν ἀπολιμπάνων ζωὴν· ἀντὶ παντὸς ἀξιώματος, ταύτην τῷ Θεῷ προσφέρων τὴν ὁμολογίαν ἄχραντον καὶ ἀμόλυντον, καὶ πάσης αἱρετικῆς ζάλης ὑψηλοτέραν. Βίῳ γὰρ ἔργοις καταγλαϊσμένῳ δικαιοσύνης οὐκ ἔχω καυχᾶσθαι, κατὰ πᾶσάν μου τὴν ἐνθάδε ζωὴν παραβάτης αὐθαίρετος τῶν θείων νόμων γενόμενος.

Atque hæc quidem vobis, pro eo ac licebat, paucis, domini mei benedicti, scripsi, ut noveritis si quid iis quæ scripta sunt inest commodi, quomodo vel ex parte ovilla pelle occultos lupos arceatis; inconditis scilicet latratibus divinas ac mansuetas Christi gregis oves exterrentes, nec mendacio veritatem nequiter simulante, vos abduci patiamini. Patrum autem voces ac sententias Ecclesiæ fidei patrocinantes libello inserere, hactenus per facultatem non licuit, præ librorum ingenti penuria,

Καὶ ταῦτα μὲν ὑμῖν, ὡς οἷόν τε ἦν, ἐπιτόμως ἐγὼ γέγραφα, κύριοί μου εὐλογημένοι, πρὸς τὸ γινώσκειν ὑμᾶς, εἴπερ τι τοῖς γραφεῖσιν ἔνεστι χρήσιμον, πῶς κἂν ποσῶς ἀποπέμπεσθε τοὺς ἠμφιεσμένους τὸ κώδιον λύκους, ταῖς ἀσήμοις καταπτοοῦντας ὑλακαῖς τὰ θεῖα καὶ ἥπια τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ποίμνης πρόβατα, καὶ μὴ παρασύρεσθε τῷ ψεύδει κακούργως ὑποκρινομένῳ ἀλήθειαν· τὰς δὲ συνηγόρους τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως τῶν Πατέρων φωνὰς, τέως οὐκ ἠδυνήθην ἐνθεῖναι τῷ γράμματι, διὰ

Digitized by Google

τὴν παρ' ἐμοὶ τῶν βίβλων πολλὴν ἀπορίαν. Αὐτόθι γὰρ τὸν εὐλογημένον μου δεσπότην ἔχετε, Πατέρα τε καὶ διδάσκαλον κύριον ἀββᾶν Σωφρόνιον (*a*) τὸν ὄντως σώφρονα καὶ σοφὸν τῆς ἀληθείας συνήγορον, καὶ ἀήττητον τῶν θείων δογμάτων ὑπέρμαχον, καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ κατὰ πάσης αἱρέσεως δυνατὸν ἀγωνίζεσθαι, μετὰ πάντων τῶν ἄλλων καλῶν, καὶ πλήθει βίβλων θείων πλουτοῦντα, καὶ τοὺς βουλομένους μανθάνειν τὰ θεῖα προθύμως πλουτίζοντα. Πρὸς αὐτὸν οὖν φοιτῶντες, πᾶσαν τῶν θείων καὶ σωτηρίων δογμάτων, εὖ οἶδα, κομίσεσθε τὴν ὀρθὴν καὶ ἀπταιστον γνῶσιν. Ἐρρωσθε.

A qua laboro. Cæterum habetis apud vos benedictum dominum meum, Patremque ac magistrum dominum abbatem Sophronium, hominem vere pro nominis ratione sobrium et castum, sapientemque veritatis patronum, atque invictum divinorum dogmatum defensorem, qui adversus omnes hæreses opere simul atque sermone strenue defungi certamine valeat : cui etiam præter alia omnia ornamenta ingens divinorum librorum copia in promptu sit, eosque qui divina doceri velint, prompto ac alacri animo locupletare possit. Hunc itaque si frequentes adieritis, probe scio fore ut omnem divinorum **307** salutariumque dogmatum rectam ac inoffensam scientiam referatis. Valete.

ΙΔ'. — *Τοῦ αὐτοῦ, πρὸς τὸν αὐτὸν, ἐπιστολὴ δογματική (a).*

XIV. — *Ejusdem ad eumdem, epistola dogmatica.*

Ὁ μὲν Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἀγαθὸς, οὐδὲν ὧν ποιεῖν πέφυκεν, ἐστὶ πονηρόν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἐπιμελείᾳ γνώμης γινόμενος ἀγαθὸς, οἷς πέφυκε ποιεῖν ὁ Θεὸς, ἀεὶ δείκνυται χαίρων. Ἄλλην γὰρ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔχει τοῦ ἀγαθὸς εἶναι διάγνωσιν, ἢ μόνην τὴν πρὸς τὸ γινόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συνδιάθεσιν. Θεοῦ γὰρ ἴδιον ἡ τῶν ἀγαθῶν ποίησις· ἀνθρώπου δὲ, ἡ πρὸς αὐτὰ συνδιάθεσις. Ἀρετὴ γὰρ ἀνδρός ἐστι, τὸ δεῖξαι τὸ πεποιημένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διαθέσει γνώμης στεργόμενον. Οὐκοῦν εἴπερ ἀγαθὸν ἅπαν τὸ τὸν Θεὸν ἔχον τῆς οἰκείας γενέσεως αἴτιον, ἀγαθὸν εἰκότως, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸ μέγιστον, ἡ τῶν κατὰ πίστιν διεστηκότων ἕνωσίς ἐστιν, ὅτι Θεοῦ προφανὲς ἔργον καθέστηκεν. Εἰ δὲ τοῦτο πάντως ἐστὶν ἀληθὲς, οἶδ' ὅτι χαίρετε θεώμενοι τοὺς διεσκορπισμένους συναγομένους εἰς ἕν, ἀγαθοὶ τυγχάνοντες, διὰ τὴν ὑμῶν πρὸς τὰ καλὰ συνδιάθεσιν.

Deus, cum sit natura bonus, in quibus illi comparatum est ut faciat, nihil habet operis mali. Homo autem, qui voluntatis studio ac diligentia bonus fiat, bonis Dei operibus semper adgaudere ac lætari monstratur. Nam neque alia ratio est, qua se homo bonum esse dignoscat, quam si solum animo affliciatur, lubensque habeat, quæ sic Deo auctore fiant. Dei enim proprium est, ut faciat bona; hominis autem, ut propensiore in ea animo sit, affectuque complaceat. Viri namque virtus in eo vertitur, ut mentis affectu amplecti se ac colere ostendat, quod a Deo factum fuerit. Cum igitur bonum sit, quidquid ut fiat, Deus auctor exsistit; bonum sane, atque in iis quæ sunt bona, maximum habeatur, eorum unio ac concordia, qui fidei rationibus cultuque dissentiunt, quod Dei opus ac facinus istud manifestum exsistat. Quod si omnino se res ita habet, novi vos gaudere, qui eos qui dispersi erant, congregari in unum videatis; qui nempe ea ratione, qua his quæ bona sunt et honesta animo afficimini, bonitatis specimen exhibeatis.

Δέξασθαι τοίνυν ὡς ἀγαθοὺς παρακαλῶ τοὺς θεοφυλάκτους ὑμᾶς, τὸν ταύτην μου τὴν μετρίαν ἐπιφερόμενον συλλαβὴν θεοφιλέστατον διάκονον κύριόν

Rogo itaque vos Deo charissimos ejusque numine tutos, ut tanquam boni, hujus tenuis meæ syllabæ latorem (epistolæ scilicet) religiosissimum dominum

NOTÆ.

(*a*) Ἀββᾶν Σωφρόνιον. Magnæ sunt dotes, ex quibus Maximus hic Sophronium commendat; ac num ipse sit, qui Cyro obstitit, promulganti novam hæresim unitionis specie, damnavitque Heraclii (sive magis Sergii) Ecthesim, cum factus esset Jerosolymorum antistes, ejusque damnandæ auctor Joanni fuit, qui post Honorium Romæ præfuit? Favet quod tantus magister ac fidei pugil, quodque locupletе instructus bibliotheca, ut et Cyro contradicere ausus sit, et sanctæ civitatis sedem adipisci potuerit, quam a Persis Heraclius nuper vindicarat. Unum exstat ejus palmare monumentum; ea nempe synodica, quam mox factus episcopus, ad Honorium urbis Romæ antistitem, et ad Sergium Constantinopolitanum scripsit : non aliam et aliam, ut male Joannes Dallæus obtrudit, in sua de Dionysii Areopagitæ scriptis, seu quæ illius nomine circumferuntur, disputatione; sed eamdem ipsam, quam Photius Honorio inscriptam habuit, Patres vero VI synodi Sergio, uti in ejusmodi encyclicis fieri consuevit. Nec aliter Sophronius, quam refert Maximus epist. ad Joannem cubicularium, sive lib. adversus Severianos, fecisse Africæ antistitem cum præfecto; retulisse scilicet ad Romanum antistitem et ad Constantinopolitanum, ut amborum nutu et consilio Severiani dogmatis moniales compescerent : uterque nimirum pro principalitate sedis Petri Romanum antistitem consulendum putavit; Constantinopolitanum vero, qua potestate pollebat in rebus ecclesiasticis ex imperii majestate et decretis sanctæ IV synodi. Magnum sane sanctumque, quod antistes Constantinopolitanus imperatorem aulamque docuisset : majus tamen atque sanctius, quod Petri ore Ecclesiam catholicam episcopus Romanus doceret.

(*a*) Ἐπιστολὴ δογματική. Falsus antiquarius videatur, et qui titulum ascripsit. Potius enim scribendum συστατική, *commendatitia epistola*. Quanquam enim fidem explicet, id tamen omne ut rectæ jam fidei et orthodoxum Cosmam diaconum significet, dignum proinde cui Joannes cubicularius navet operam, qua gradum pristinum, quo exciderat hæresi notatus, ab episcopo suo recipiat. Ad quem dixit, adjecisse epistolam dogmaticam, quod plane de altera proxime sequente intelligendum, quæ vere tota dogmatica est; non de hac ipsa, quæ per occasionem ac velut obiter versatur in catholicæ fidei explicanda doctrina.

Digitized by Google

meum Cosmam diaconum suscipiatis, probum scilicet virum atque prudentem, piisque ac religiosis moribus præclare ornatum, eumque inter necessarios vestros referatis; ac, siquidem necessitas tulerit, pro eo supplicationem porrigere Deo venerabili papæ, quo is gradum diaconii recipiat in ea ecclesia, in qua fuerat institutus, ne gravemini. Sic enim vere ex animo divinorum Ecclesiæ decretorum doctrinam recepit, ut etiam ejus animi fervore egregius defensor evaserit; hancque pietatis regulam legemque noverit, ut nihil eorum quæ Christus est post ineffabilem unionem, negandum existimet: qui nempe **308** ipse simul in eodem Deus vere et homo sit. Non enim amisit quod erat, factus vere quod non erat; quippe qui immutabilis sit, neque immutavit quod factus est, quod id quod erat perseveravit: humanissimus enim est, et in humanum propensus genus; sed ambo natura (vere scilicet) in persona totus exsistit, tanquam unus ex ambobus, ac qui per se unum, ambo servet incolumia, absque ulla mutatione ac labe, ut qui illa per unionem, quæ est in persona seu hypostasi, vere exsistat. Personalis namque unio (subsistendi scilicet ratione) cum divisioni opponatur, non naturali, eorum quæ illa unita sunt, differentiæ ac distinctioni: illam quidem perfecte tollit ac interimit; hanc vero ratam firmamque facit, cujus numerus declaratio exsistit. Nec enim quantitatis expertem differentiam seu distinctionem ullus unquam adinvenerit, vel si sapientissimus, sermonumque artifex pugnacissimus fuerit. Quandiu enim totius per compositionem, partes ex quibus coalescit, sine confusione manent incolumes, naturalis inter se partium ejus distinctio, unionis scilicet ratione incolumium, haud nescitur. Quandiu autem essentialis differentiæ partium ratio in toto incolumis manserit, fieri non potest ut totius partium quantitas, illis inter se in illo distinctis, non noscatur; cujus etiam numerus ex se vim habet significandæ, haud vero divisionis. Quippe cum ea numeri indoles sit, non ut rerum habitudinem (unionem scilicet aut divisionem) significet, sed ut solum simpliciter (non quæ se hoc illove modo habeat) quantitatem. Sin autem sic ex numeri rationibus comparatum est, ut quantitatem, non vero habitudinem significet, nihil prorsus unionem solvit atque perimit, qui hoc solum, ut naturarum ex quibus est Christus incolumem in eo distinctionem significet, numerum usurpat post unionem; sed duntaxat mansisse post unionem naturas inconfusas cognoscit, ex quibus nimirum unus Christus et Dominus Filiusque et Deus, utique incarnatus ac perfecte

A μου Κοσμᾶν, ἄνδρα καλὸν καὶ συνετόν, καὶ τοῖς κατὰ Θεὸν ἤθεσιν ὡραϊσμένον, καὶ εἰς τοὺς οἰκείους αὐτὸν κατατάξασθαι φίλους· καὶ εἴπερ γένηται χρεία πρὸς τὸν θεοτίμητον πάπαν (*b*) ὑπὲρ αὐτοῦ καταθέσθαι παράκλησιν, ἵνα τὸν ἴδιον ἀπολάβῃ βαθμὸν τῆς διακονίας, ἐν ᾗ τεταγμένος ἦν Ἐκκλησίᾳ, μὴ κατοκνῆσαι. Τοσοῦτον γὰρ γνησίως τὸν εὐσεβῆ τῶν θείων τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων προσήκατο λόγον, ὥστε καὶ διαπύρως αὐτοῦ ὑπερμάχεσθαι, καὶ τοῦτον εἰδέναι τῆς εὐσεβείας ὅρον τε καὶ θεσμόν, τὸ μηδὲν ἠρνῆσθαι φρονεῖν ὧν ἐστι Χριστὸς μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν· Θεὸς ὁμοῦ κατὰ ταυτὸν ἀληθῶς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων καὶ ἄνθρωπος. Οὐ γὰρ ἀπέβαλεν ὅπερ ἦν, γενόμενος ἀληθῶς ὅπερ οὐκ ἦν· ἄτρεπτος γάρ. Οὐδ' ἠλλοίωσεν ὅπερ γέγονε, διαμείνας
B ὅπερ ὑπῆρχε· φιλάνθρωπος γὰρ· ἀλλ' ἄμφω φυσικῶς καθ' ὑπόστασιν ὅλος ἐστίν· ὡς εἷς ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἑαυτοῦ πώζων ἀμφότερα, δίχα τροπῆς καὶ μειώσεως, ὡς αὐτὰ καθ' ἕνωσιν ὢν ἀληθῶς τὴν καθ' ὑπόστασιν. Ἡ γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, πρὸς τὴν διαίρεσιν ἔχουσα τὴν ἀντιδιαστολήν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν φυσικὴν τῶν κατ' αὐτὴν ἡνωμένων διαφοράν, τῆς μὲν ποιεῖται τελείαν ἀναίρεσιν, τῆς δὲ παγίαν ἐργάζεται τήρησιν· ἧς ὁ ἀριθμὸς καθέστηκε δήλωσις. Ἐπειδὴ ποσοῦ παντελῶς ἀμοιροῦσαν οὐκ ἂν ποτέ τις διαφορὰν ἐπινοήσειε· κἂν ὁ σοφώτατος ᾖ περὶ λόγους καὶ δυσμαχώτατος. Ἕως γὰρ ἂν τοῦ
C κατὰ σύνθεσιν ὅλου τὰ μέρη σώζεται δίχα συγχύσεως, ἐξ ὧν τὸ ὅλον συνέστηκεν, ἡ πρὸς ἄλληλα φυσικὴ τῶν καθ' ἕνωσιν σωζομένων τοῦ ὅλου μερῶν, οὐκ ἀγνοεῖται διαφορά. Ἕως δ' ἂν ἐν τῷ ὅλῳ τῆς κατ' οὐσίαν διαφορᾶς τῶν μερῶν ὁ λόγος μένῃ σωζόμενος, ἀγνοεῖσθαι τὸ ποσὸν τῶν κατ' οὐσίαν ἀλλήλων διαφερόντων τοῦ ὅλου μερῶν ἀμήχανον, οὗ ποιεῖσθαι πέφυκεν ὁ ἀριθμὸς δήλωσιν, ἀλλ' οὐ διαίρεσιν ὅτι μὴ τῆς σχέσεως τῶν πραγμάτων, τουτέστιν ἑνώσεως ἢ διαιρέσεως, ἀλλὰ μόνης τῆς ἁπλῶς, ἀλλ' οὐ τῆς πως ποσότητος ὁ ἀριθμὸς ὑπάρχει δηλωτικός. Εἰ δὲ ποσότητος, ἀλλ' οὐχὶ σχέσεως ὁ ἀριθμὸς ποιεῖσθαι πέφυκε δήλωσιν, οὐ διαιρεῖ παντελῶς τὴν ἕνωσιν, ὁ πρὸς μόνην εὐσεβῶς τὴν
D δήλωσιν τῆς ἐν Χριστῷ σωζομένης τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων διαφορᾶς τῷ ἀριθμῷ χρώμενος μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀλλὰ γινώσκει μόνον ἀσυγχύτους μεμενηκέναι τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἐξ ὧν ὁ εἷς ὑπάρχει Χριστὸς καὶ Κύριος, καὶ Υἱὸς καὶ Θεός, δηλονότι σεσαρκωμένος, καὶ τελείως ἐνανθρωπήσας. Διὸ καὶ μίαν φύσιν αὐτοῦ τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν νοεράν τε καὶ λογικὴν προσβεύει μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὐκ ἀγνοῶν τὴν διαφοράν, ἀλλ' ἐξιστῶν καὶ οἷον ἔξω τιθεὶς τὴν διαίρεσιν· ἵν' ὁμοῦ τε διὰ τουτωνὶ τῶν φωνῶν, Ἀπολιναρίου

NOTÆ.

(*b*) *Θεοτίμητον πάπαν.* Spectare hæc videntur ad papam Alexandrinum, in cujus diœcesi ordinatus fuerit Cosmas diaconus, et cujus auctoritate petit restitui. Fuerit is Joannes ὁ Ἐλεήμων, cujus finem episcopatus Saracenorum hæc grassatio excepit; etsi Cyro demum ejus successore Ægyptus in Arabum potestatem cessit. Τοῦ πάπα nomen, Romano duntaxat et Alexandrino episcopis, proprium mansit, ususque Phrygii, sive id ex Cyrilli legatione in concilio Ephesino, sive aliunde ortum habuerit, quod non satis liquet.

Digitized by Google

τὴν σύγχυσιν, καὶ Νεστορίου τὴν διαίρεσιν, τὰ ἐκ διαμέτρου κακὰ, τῆς θείας αὐλῆς ἀπελάσειε· καὶ γένηται καθαρὸς τοῦ μυστηρίου προσκυνητής· ὁμολογῶν τὸν αὐτὸν ἄνωθεν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· καὶ τὸν αὐτὸν κάτωθεν, προσλήψει δηλονότι σαρκὸς, λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένης ἐκ τῆς μητρὸς δι' ἡμᾶς ἐπ' ἐσχάτων γεννηθέντα τῶν χρόνων. Καὶ διὰ τοῦτο κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν εἶναι Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον πιστεύων, ὅτι περ αὐτὸν ἀντὶ σπορᾶς συλλαβοῦσα τὸν Λόγον, κεκύηκέ τε καὶ τέτοκεν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα· τὸν αὐτὸν ἐνεργοῦντα τὰ θαύματα· τὸν αὐτὸν τῆς τῶν ἀνθρωπίνων παθημάτων κατὰ θέλησιν ἀνεχόμενον πείρας, τὸν αὐτὸν σταυρωθέντα, ταφέντα, ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς· ἀναληφθέντα σεσαρκωμένον εἰς οὐρανοὺς, ἐξ ὧν ἄσαρκος πρὸς ἡμᾶς κατελήλυθεν, ὡς οἶδεν αὐτός· ὁ μηδεμίαν ἔχων ὡς Θεὸς κατὰ φύσιν τὴν ἐκ τόπων εἰς τόπους μετάβασιν. Φύσει γὰρ ἄπειρος, καὶ διὰ τοῦτο μηδενὶ τρόπῳ τοῖς οὖσι χωρούμενος, ὡς πάσης περιγραφῆς ὑπάρχων ἐλεύθερος, καὶ φύσει φιλάνθρωπος, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἡμῶν κατὰ θέλησιν σαρκικῆς γεννήσεως ἀνασχόμενος, καὶ χωρητὸς τοῖς ἡμετέροις γενόμενος· τὸν αὐτὸν ἥξοντα μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ δικαίαν ἑκάστῳ δοῦναι τὴν κατ' ἀξίαν ἡτοιμασμένων διανομήν.

A factus homo, exsistit. Idcirco etiam unam ejusdem Verbi naturam incarnatam (carne scilicet anima intelligente ac utente ratione prædita) post unionem profitetur; non qui nesciat distinctionem, sed qui divisionem excludat ac eliminet: quo nempe duplici hac voce, cum Apollinarii **309** confusionem, tum divisionem Nestorii, mala ex diametro, ac extreme opposita, divina ex caula profliget, sitque verus atque sincerus mysterii cultor; qui nempe eumdem cœlitus ex Patre genitum ante omnia sæcula confiteatur, eumdemque ipsum in terris (assumptione nimirum carnis ejusmodi, quæ anima utente ratione ac intelligente prædita sit) ex matre in nostri gratiam extremis temporibus natum; atque adeo sanctam Virginem vere credat Dei Genitricem, quæ nimirum ipsum loco seminis Verbum conceptum tum gestaverit utero, tum ex ipsa incarnatum partu effuderit; eumdem patrantem miracula, eumdemque sponte sustinentem humanos reipsa labores ac cruciamenta, eumdem qui crucifixus et sepultus, quique tertia die juxta Scripturas a mortuis resurrexerit [v], in cœlos carnem gestans receptus sit; qui inde, qua novit ipse ratione, carnis expers ad nos venerit; qui ut Deus natura, nihil loca ex locis mutet; quippe natura infinitus; quique adeo nullo rerum ambitu capi possit, tanquam ab omni circumscriptione immunis: naturaque humanissimus, quique ideo carnalem ex nobis nativitatem voluntate sustinuerit, ac qui nostris capi rationibus possit, effectus sit; eumdem in majestate sua venturum judicatum vivos et mortuos, singulisque pro merito paratam mercedem æqua judicii lance distributurum.

B

Ταύτην ἀσπασίως προσηκάμενον τὴν ὁμολογίαν τὸν εἰρημένον θεοφιλέστατον κύριον Κοσμᾶν, κἀγὼ προσηκάμην χαίρων, καὶ τῆς ψυχῆς προὐτίμησα τῆς ἐμῆς τὴν ἁπλῆν αὐτοῦ κατὰ Χριστὸν διάθεσιν γνούς· καὶ περὶ ὧν ἠρώτησε δογματικῶν κεφαλαίων [68], ἔγγραφον δέδωκα αὐτῷ σύντομον τὴν ἀπόκρισιν· ἣν καὶ τοὺς θεοφυλάκτους ὑμᾶς λαβεῖν καὶ γυμνάσαι (c), τῶν εἰκότων ἐστίν. Ὠφελεῖτε γὰρ αὐτὸν διὰ τῆς ὑμετέρας ἐπὶ τῷ κειμένῳ καλῆς ἐξηγήσεως, ἀναπληροῦντες τῶν διὰ τὴν συντομίαν ἐλλειφθέντων τὸν νοῦν· καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου. Ὑπομιμνήσκω δὲ τοὺς θεοφυλάκτους ὑμᾶς γρηγορεῖν, καὶ προσεύχεσθαι κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διαταγὴν, ἵνα μὴ ταῖς παγίσι τῶν πανταχόθεν ἡμᾶς περιεστηκότων ἁλῶμεν πειρασμῶν. Ἐὰν γὰρ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν, τοὺς τῶν δαιμόνων οἶδ' ὅτι φυλαττόμεθα δόλους· καὶ ἐὰν προσευχώμεθα, πρὸς τὴν ἡμετέραν βοήθειαν τὴν θείαν ἐπισπώμεθα χάριν, συμμαχοῦσαν ἡμῖν, καὶ πάσης ἡμᾶς ἀποφαίνουσαν νικητὰς ἀντικει-

C Hanc lubens confessionem, cum is quem dixi, religiosissimus dominus Cosmas recepisset, ego quoque gaudens eum recepi, meæque ipsius animæ præferendum duxi, ubi simplicem ejus in Christo animam cognovi; deque illis quæ quæsierat, dogmaticis capitibus, brevem scripto responsionem dedi: quam ut vos etiam, Deo charissimi ejusque tuti numine, accipiatis ac instruatis, operæ pretium fuerit. Commodum enim præclara vestra quasi textui adjecta expositione ei afferetis, eorum supplendo sensum, quæ per compendii angustias illi desiderantur. Et hæc quidem hactenus. Admoneo autem vos, Deo charissimos, ut juxta quod a Domino constitutum est [x], vigilemus et oremus, ne tentationum, quæ nos undique cingunt, laqueis D capiamur. Si enim vigilaverimus sobrieque fuerimus, dæmonum, scio, dolos cavebimus: ac si orationi instantes erimus, divinam gratiam nobis **310** opitulantem alliciemus; nempe auxilio nobis

[v] I Cor. xv, 4. [x] Matth. xxvi, 41.

VARIÆ LECTIONES.

[68] Nempe hæc sequens epistola est in qua illa capita.

NOTÆ.

(c) *Λαβεῖν καὶ γυμνάσαι.* Quasi in ea collocare operam, vel exercere ac commentari, supplendo atque augendo, seu etiam declarando, quæ videbuntur lucis aliquid desiderare. Hinc forte quod Ἰωάννην Φιλόσοφον Photii antiquarius habuit, virum scilicet sæcularis militiæ, qui tamen eruditus esset in theologicis, iis præsertim quæ physicis, seu etiam metaphysicis rationibus plusculum hærent, ut sunt illa, Περὶ τοῦ κοινοῦ καὶ ἰδίου, aliaque ad explicandam dispensationem saneque intelligendam peropportuna.

Digitized by Google

futuram, ac qua adversariæ omnis potestatis victores, ab omni errore ignorantiaque eruti, præstemur. Atque id maxime per hoc tempus navare debemus; cum, etsi deesset præceptum, ad Deum confugere per necessitatis angustias natura magistra urgemur. Quid enim malis totum nunc orbem tenentibus calamitosius? Quid his qui sensum perceperunt, præsenti rerum strage dirius? Quid iis qui patiantur miserabilius aut formidolosius? Nempe gentem videre desertis locis assuetam atque barbaram, alienos agros pervagari ut proprios, ferasque agrestes ac immansuetas, quibus, si nudam duntaxat excipias oris figuram, quod hominum sit, nihil suppetat, ingenuis moribus atque legibus institutam vastare rempublicam; gentemque Judaicam, jam olim cædibus gaudentem, ac quæ uno hoc Deum se demereri arbitretur, si Dei figmentum internecione deleat, eoque nomine magis insaniat, cunctis, quorum præ nequitia celebre nomen, nequitiæ majoris abundantia opibusque clarescere; ac quibus Deus infensus sit, videri Deum eos fovere: unum omnium qui in terra sunt, populorum fidei adversissimum, eaque ratione suscipiendæ adversariæ potestati, longe comparatissimum: quique omni tum modo tum apparatu, nequissimi adventui præeat, ac denique, iis quæ gerit, Antichristi adventum, quod veri Salvatoris adventum nescierit, nuntiet: infensam immanemque gentem atque iniquam, homines Deumque odio habentem; eoque magis homines, quod Deum, cui adeo facta licentia, ut probris injuriisque adversus sanctos affatim oblectetur, quod ejus prope sit ultio: quo nempe justius in eam animadvertatur, ejus in Deum rebus ipsis tyrannide perfecte prodita ac rebellione; populum falsitatis vindicem, cædiumque auctorem ac veritatis hostem; acerbum meæ fidei persecutorem cujus nimirum fidei luce, plurium numinum errore nitens eversa impietas, dæmonumque fusæ ac fugatæ phalanges. Per quam *Omnes gentes plauserunt manibus* (quæ sunt verba prophetica) *Deoque jubilarunt in voce exsultationis; quoniam Dominus excelsus, terribilis; Rex magnus super omnem terram* [y]. Cognitus est mystice eis per carnem adveniens unigenitus Filius: Dominus quidem, tanquam servis **311** virtutem illis præcipiens, qui actionis cultu mandata observare studeant; excelsus vero, tanquam veræ scientiæ subministrator, his, qui sapientiæ desiderio per

μένης δυνάμεως, καὶ ῥυομένην ἡμᾶς πάσης πλάνης καὶ ἀγνωσίας· καὶ μάλιστα νῦν τοῦτο πράττειν ὀφείλομεν· ὅτε καὶ δίχα τῆς ἐντολῆς, γίνεται τῆς ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφυγῆς διδάσκαλος ἡ φύσις, λαμβάνουσα σύμβουλον τὴν περίστασιν. Τί γὰρ τῶν νῦν περιεχόντων τὴν οἰκουμένην κακῶν περιστατικώτερον; τί δὲ τοῖς ἠσθημένοις τῶν γινομένων δεινότερον; τί δὲ τοῖς πάσχουσιν ἐλεεινότερον ἢ φοβερώτερον; Ἔθνος ὁρᾷν ἐρημικόν τε καὶ βάρβαρον (*d*), ὡς ἰδίαν γῆν διατρέχον τὴν ἀλλοτρίαν· καὶ θηρσὶν ἀγρίοις καὶ ἀτιθάσσοις, μόνης ἀνθρώπων ἔχουσι ψιλὸν σχῆμα μορφῆς, τὴν ἥμερον πολιτείαν δαπανωμένην· καὶ λαὸν Ἰουδαϊκὸν, καὶ ἀνέκαθεν ἀνθρώπων αἵμασι χαίροντα, καὶ μόνην θείαν εὐαρέστησιν εἰδότα τὸν φόνον τοῦ πλάσματος· καὶ διὰ τοῦτο πλέον μαινόμενον, πάντων τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβεβοημένων ἐν τῷ πλούτῳ τῆς πονηρίας γενέσθαι περιφανέστερον· καὶ οἷς Θεὸς ἀπεχθάνεται, Θεὸν θεραπεύειν οἰόμενον· τὸν μόνον πάντων τῶν ἐπὶ γῆς λαῶν ἀπιστότατον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ὑποδοχὴν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως ἐπιτηδειότατον· προπομπεύοντα, τρόπῳ τε παντὶ καὶ διαθέσει τῆς ἐνδημίας τοῦ πονηροῦ· καὶ δι' ὧν πράττει μηνύοντα τοῦ Ἀντιχρίστου τὴν παρουσίαν, ἐπειδὴ τὴν τοῦ ἀληθῶς Σωτῆρος ἠγνόησεν· τὸν δυσμενῆ καὶ παράνομον, μισάνθρωπόν τε καὶ μισόθεον, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον μισάνθρωπον, ὅτι μισόθεον, καὶ ταῖς κατὰ τῶν ἁγίων ἐντρυφᾷν ὕβρεσι συγχωρούμενον· ὡς ἐγγὺς οὔσης τῆς ἐκδικήσεως, ἵνα καὶ κολασθῇ δικαιότερον, φανείσης αὐτοῦ διὰ τῶν πραγμάτων τελείως τῆς κατὰ τοῦ Θεοῦ τυραννίδος τε καὶ ἐπαναστάσεως· τὸν τοῦ ψεύδους προστάτην λαὸν, τῆς τε μιαιφονίας δημιουργὸν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρόν· τὸν πικρὸν τῆς ἐμῆς πίστεως διώκτην, δι' ἧς ἡ πολύθεος κατελύθη πλάνη, καὶ τῶν δαιμόνων αἱ φάλαγγες ἀπηλάθησαν. Δι' ἧς *Πάντα τὰ ἔθνη κεκροτήκασι χεῖρας, κατὰ τὴν προφητείαν, καὶ ἠλάλαξαν τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, Βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.* Ἐγνώσθη μυστικῶς αὐτοῖς διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσας ὁ μονογενὴς Υἱός· Κύριος μὲν, ὡς δούλοις ἀρετὴν ἐπιτάσσων τοῖς διὰ πράξεως τῶν ἐντολῶν ἀνεχομένοις· ὕψιστος δὲ, ὡς τῆς ἀληθοῦς γνώσεως χορηγὸς, τοῖς πόθῳ σοφίας διὰ θεωρίας πρὸς τὴν γυμνὴν συμβόλων ἐπειγομένοις τῶν μυστηρίων κατάληψιν· φοβερὸς δὲ, ὡς κριτὴς, καὶ τῶν παραβάσεων ἐκδικητής· βασιλεὺς δὲ, ὡς ἑκάστῳ τῶν κατ' ἀξίαν ἡτοιμασμένων διανομεύς· καὶ

[y] Psal. XLVI, 2, 3.

NOTÆ.

(*d*) *Ἔθνος ἐρημικόν τε καὶ βάρβαρον.* Nempe Arabes, Mahomete duce, tumque jam Romani imperii jugulo imminentes, cum Heraclius vastando Persas (etsi illorum victor), fractis tamen ipse viribus redierat; duoque amplissima imperia pene quassata, crebrisque utrinque mutuis cladibus summe debilitata, erant. Erat gens illa recutita, quam Heraclius prænoverat eversuram Romanum imperium, etsi ille peculiarius Judæos intelligebat, eaque ratione acre illis bellum indixerat, ad idemque Dagobertum Galliæ regem atque Hispanos accenderat. Utque ex his Maximi liquet, ingens momentum Judæi attulerunt Mahometis rebus; ut nec in illis omnino cassum oraculum fuerit. Qua de re videndus V. Cl. præses Mausacius ὁ μακαρίτης, Præfatione sua ad *Pugionem fidei* nostri Martini Raymundi, qui ipse utilissimam operam navavit comprimendis Judæis et Arabibus, accensa eis sua fratrumque suorum opera, clarissima prædicationis face, qua ad fidem adducta complura illorum millia; cum alias ad eam cogendos non sinat pietas Christiana.

Digitized by Google

μέγας ὡς ὑπὲρ φύσιν διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία ποιῶν · καὶ διὰ πάθους ἀπάθειαν, καὶ διὰ θανάτου ζωὴν δημιουργῶν, καὶ παραδόξῳ δυνάμει ταῖς ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα στερήσεσι, τὰς ἀτρέπτους ἕξεις τῶν ἀγαθῶν τῇ φύσει δωρούμενος · καὶ οὐδ' οὕτως ὁ παράφρων αἰσχύνεται λαὸς, καὶ λήγει διώκων πίστιν καὶ ἀρετήν. Ἅπερ σαφῶς διώκει διὰ βασκανίαν· ὡς ἀμφοτέρων ἐκπεπτωκὼς, καὶ οὐκ εἰδὼς ὅτι πέπτωκεν, ἐπ' ἀμφοτέραις χωλαίνων ταῖς ἰγνύαις, καὶ διαναστῆναι τοῦ πτώματος τῆς ἀσεβείας παντελῶς μὴ δυνάμενος, ἢ μὴ βουλόμενος, εἰπεῖν εἰκειότερον · ὡς πίστιν καὶ ἀρετὴν ἀεὶ προδιδοὺς ὑπερηφανίας χάριν καὶ ἡδονῆς, ὡς ἀποστάτης λαὸς καὶ μωρὸς, καὶ ἔθνος ἀπαίδευτον. Αἷς ἐπιμερίσας ἑαυτοῦ τὴν ζωὴν, ὁ ἀποστάτης καὶ πλήρης ἀνομιῶν, τὴν μὲν ἀποστασίας Θεοῦ ποιεῖται μητέρα, τὴν δὲ, μισανθρωπίας δημιουργόν · ἵνα καὶ Θεὸς αὐτῷ καὶ κτίσις ὑβρίζηται · ὁ μὲν καταφρονούμενος, ἡ δὲ, φθειρομένη τοῖς αὐτοῦ μιασμοῖς τῶν ἐπιτηδευμάτων.

A contemplationem enituntur ut mysteria symbolis nuda apertaque percipiant; terribilis vero, ut judex vindexque transgressionum; rex autem, ut eorum distributor, quæ cuique pro meritorum ratione reposita sunt; magnus denique, ut qui supra naturam, contrariis contraria faciat; passioneque impatibilitatem, ac morte vitam reponat, inauditaque potentia, carnis suæ privationibus immobiles bonorum habitus naturæ tribuat. Ac ne sic quidem insipiens populus erubescit, aut fidem atque virtutem persequi cessat. Hæcque adeo ut persequatur, in causa est livor; quippe eum utroque exciderit, nec se excidisse cognoscat; claudicans utroque crure [z], nec ab impietatis barathro, quo se præcipitem egit, omnino resurgere valens, B seu (quod verius dicatur) volens, ut qui semper superbiæ causa ac voluptatis, fidem virtutemque prodideri; populus scilicet desertor et insipiens [a], gensque indisciplinata. Ilis nimirum suam partitus vitam, desertor ille plenusque scelerum : alteram quidem (id est, superbiam) defectionis a Deo parentem facit; alteram vero (nempe voluptatem) humanitatis odii fomitem, ut et Deum pariter ac creaturam injuria afficiat : Deum quidem, qua eum spernit; creaturam vero, qua studiorum suorum inquinamentis illam corrumpit.

Τί τούτων, ὡς ἔφην, Χριστιανῶν ὀφθαλμοῖς. ἢ ἀκοαῖς φοβερώτερον; Ἔθνος ἀπηνὲς καὶ ἀλλόκοτον, κατὰ τῆς θείας κληρονομίας ὁρᾷν ἐπανατείνεσθαι χεῖρας συγχωρούμενον. Ἀλλὰ ταῦτα τὸ πλῆθος ὧν ἡμάρτομεν συμβῆναι πεποίηκεν. Οὐ γὰρ ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πεπολιτεύμεθα. Πάντες ἡμάρτομεν, πάντες ἠνομήσαμεν, πάντες ἀφήκαμεν τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν τὴν εἰποῦσαν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς*, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐθηριώθημεν, ἀγνοήσαντες τῆς φιλανθρωπίας τὴν χάριν, καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ παθημάτων τὸ μυστήριον · καὶ *διωδεύσαμεν τρίβους* [69] *ἀβάτους*, τὰς τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας δηλαδὴ σχέσεις τῇ διαθέσει τῆς γνώμης κυρώσαντες. Ἀλλὰ γρηγορήσωμεν καὶ προσευξώμεθα, *μήπως πλέον βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ἡμῶν ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ*. Κραιπάλη γάρ ἐστιν, ὁ ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς πίστεως ἐν καιροῖς διωγμῶν δισταγμός · μέθη δὲ, ἡ τῶν κατὰ φύσιν ἀποβολὴ λογισμῶν, δι' ὧν ἡ ἀληθὴς γενέσθαι πέφυκε τῶν ὄντων διάγνωσις, ὅτ' ἂν ἐξ ἀτονίας ἐποκλάσῃ ταῖς ἐπηρείαις τῶν πειρασμῶν ἡ ψυχὴ · καὶ σκοτωθεῖσα, πάθῃ σάλον περὶ τὸν λόγον, ὡς ἔφην, τῆς πίστεως. Ἐὰν γὰρ προτεινχώμεθα καὶ γρηγορῶμεν, βεβαιοτέραν μᾶλλον τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστιν κατέχομεν, θεωροῦντες, καὶ τῇ πείρᾳ λαμβάνοντες, ὧν προεῖπε τὴν ἔκβασιν · καὶ οὐ ξενιζόμεθα παντελῶς, καὶ σάλον κατὰ ψυχὴν ὑπομένομεν, ὡς παρ' ἐπαγγελίαν πάσχοντες, ἀλλὰ βεβαιοτέραν τὴν πίστιν κατέχομεν, βλέποντες διὰ τῶν πραγμάτων πληρουμένην τοῦ Κυρίου τὴν πρόρρησιν. Εἰ δὲ βεβαίωσιν πίστεως οἶδε ποιεῖν ἡ τῶν προῤῥηθέντων ἔκβασις, πλέον διὰ τῶν γινομένων καὶ

Quid his, inquam, Christianorum oculis auribusque formidabilius? Ut nempe gentem immanem impuramque videas, hoc nactam licentiæ, ut adversus Dei hæreditatem manus extendat. Verum hæc ut evenirent fecit scelerum nostrorum ingens multitudo. Non enim digne Evangelio Christi vitam instituimus [b]. Omnes nos peccavimus, omnes inique egimus, omnes mandatorum viam [c], dicentem : *Ego sum Via* [d], reliquimus, aliique in alios C ferarum more furorem exacuimus, ignorantes humanitatis gratiam, Deique pro nobis incarnati perpessionum mysterium; sed *ambulavimus semitas difficiles* [e], probrosissimas scilicet vitiorum libidines, animi affectu roborantes [f]. Enimvero vigilemus atque oremus, *ne forte amplius graventur corda nostra in crapula et ebrietate* [g]. **312** Crapula enim est dubius et anceps animus, in fidei doctrina, tum, cum persecutio sævit; ebrietas vero naturalium cogitationum rationumque amissio, per quas veram de rebus nancisci cognitionem possumus; tum nimirum, cum præ ignavia mollioribusque subeuntibus consiliis, animus tentationum insultibus fatiscit; illique, uti dicebam, D tenebris obsito, fluctuatio in fide accidit. Si enim preces adhibeamus et vigilemus, longe firmiorem in Dominum nostrum ac Deum Jesum Christum fidem retinebimus, qui eorum quæ promisit eventum videamus, ac experimento ipso teneamus: nec quidquam omnino offendemur, aut fluctuantis animi æstum patiemur, ut quibus acciderit aliquid secus ac in promissis acceperamus, sed firmiore nitemur fide, qui prædicta a Domino rebus

[z] III Reg. XVIII, 21. [a] Deut. XXXII, 6. [b] Philipp. I, 27. [c] Dan. IX, 5. [d] Joan. XIV, 6. [e] Sap. V, 7. [f] Rom. I, 26. [g] Luc. XXI, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[69] **Apud LXX**, ἐρήμους, quod forte vitiosum, et factum ex nostro τρίβους, cui consentiunt Latina.

Digitized by Google

ipsis impleri videamus. Sin autem prædictionum eventus, fidei robur præstare consuevit, nos quoque rerum præsentium statu fidem nostram magis confirmemus, qui eum qui dixit veracem comperiamus; Deumque ipsum in conspectu hominum, ne morte quidem prorsus deterriti, confiteamur, ut et ipse nos coram Patre confiteatur [b]; perque bonam confessionem salute donatos admittat, quam ipse auspicatus est, ad bonorum nobis formam designandam, *testis functus munere sub Pontio Pilato, ac bonam confessus confessionem* [1]; quam utinam ejus nos munere imitemur, ubi tempus vocaverit ac occasio fuerit, non temere pro fidei ac pietatis doctrina periculis irruentes, sed, quoad licuerit, cavente persecutiones, tum velut qui persecutoribus parcamus, tum qui naturalem nostram infirmitatem noverimus ac exploremus. Eos qui pueri sunt erudientes, ac qui vocantem Sermonem exspectent: qui nempe, legitime veritatis causa certantibus inaspectabili ratione adveniens, martyrii peragit cursum, ut qui solus sensum atque naturam vincere possit. Quippe cum martyrium, sensus palam atque naturæ victoria sit; quo mentis rationisque adversus vitia conflari pugna consuevit; cujus munere Dei amor roboratur, inaudita ratione auctor ipse, ut per mortem amatores ad eum transeant, cujus desiderio tenentur: cui nos quoque astare, confessionibus in ipsum præfulgentes, utinam mereamur, quas et nobiscum ab humanis migrantes inferamus, **313** atque ad immortalem mundum transeuntes, precibus et intercessionibus sanctissimæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ, et omnium sanctorum. Amen.

A ἡμεῖς τὴν πίστιν ἡμῶν βεβαιώσομεν, ἀληθῆ τὸν εἰρηκότα τυγχάνειν εὑρίσκοντες· καὶ Θεὸν αὐτὸν ὁμολογήσωμεν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, μηδένα παντελῶς ὑφορώμενοι θάνατον· ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς ὁμολογήσῃ· καὶ σεσωσμένους διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας προσαγάγῃ, ἧς αὐτὸς εἰς τὴν τῶν ἡμετέρων καλῶν ὑποτύπωσιν ἀπήρξατο· *μαρτυρήσας ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ὁμολογήσας τὴν καλὴν ὁμολογίαν*· ἣν μιμεῖσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ χάριν ἀξιωθείημεν, ὅτ' ἂν καλέσοι καιρός· μὴ προπετῶς ἐπιπηδῶντες τοῖς ὑπὲρ τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας κινδύνοις, ἀλλὰ φεύγοντες ὅση δύναμις τοὺς πειρασμούς, φειδοί τε τῶν διωκόντων, καὶ τῇ κατ' ἐπίγνωσιν δοκιμασίᾳ τῆς ἐνούσης ἡμῖν φυσικῆς ἀσθενείας· τοὺς νηπιάζοντας παιδαγωγοῦντες, καὶ
B τὸν καλοῦντα περιμένοντες Λόγον· ὃς ἐν τοῖς νομίμως τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπερμαχομένους ἀγῶνας ἀοράτως παραγινόμενος, τὸν τῆς μαρτυρίας διέξεισι δρόμον· ὡς μόνος αἴσθησιν καὶ φύσιν νικῆσαι δυνάμενος· ἐπειδὴ σαφῶς αἰσθήσεως νίκη καὶ φύσεώς ἐστι τὸ μαρτύριον, δι' οὗ πέφυκε νοῦ τε καὶ λόγου γίγνεσθαι κατὰ τῶν παθῶν ἐπανάστασις, καθ' ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ βεβαιοῦται πόθος, παραδόξως διὰ θανάτου πείθων τοὺς ἐραστὰς διαβῆναι πρὸς τὸν ποθούμενον· ᾧ παραστῆναι καταξιωθείημεν ταῖς εἰς αὐτὸν ὁμολογίαις ἀστράπτοντες, ἃς καὶ συναπενέγκοιμεν ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν ἀπιόντες, καὶ πρὸς τὸν ἀτελεύτητον μεταβαίνοντες κόσμον, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς
C παναγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

SCHOLIUM.

1. Qui, inquit, idcirco duntaxat, ut distinctionem in Christo significet, duarum naturarum vocem usurpat, Apollinario adversatur: ac qui rursus vocem unius Dei Verbi naturæ incarnatæ adhibet, Nestorii divisionem excludit. Ambas enim profitetur voces, qui horum utriusque peræque impietatem vitat.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Ὁ χρώμενος, φησί, πρὸς μόνην δήλωσιν τῆς διαφορᾶς ἐπὶ Χριστοῦ, τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων, Ἀπολιναρίῳ μάχεται· καὶ ὁ λέγων πάλιν τὴν φωνὴν τῆς μιᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσεως σεσαρκωμένης, ἐκβάλλει τὴν Νεστορίου διαίρεσιν. Τὰς δύο γὰρ λέγει φωνὰς ὁ φεύγων ἑπ' ἴσης τὴν ἑκατέρου τούτων δυσσέβειαν.

XV. — *Ejusdem, de communi et proprio, hoc est, de essentia et hypostasi, seu persona, ad Cosmam religiosissimum diaconum Alexandrinum.*

Dei amantissimo religiosissimoque Cosmæ diacono, Maximus humilis, salutem.

Quandoquidem diu multumque de divina incarnatione sermonem contulimus, ab iis auspicatus subtilibus pietatis decretis, ex quibus arrepta occasione, me humilem, o homo Dei, dicere sententiam rogasti, quid nempe commune et universale, quidve particulare et proprium, ut tota nobis inde unionis ratio atque doctrina manifesta reddatur; meum quidem nihil dicturus sum, sed quod ex Patribus didici (nec minimum eorum hac parte immutans doctrinam) hoc proferam.

ΙΕ'. — *Τοῦ αὐτοῦ, περὶ κοινοῦ καὶ ἰδίου, τουτέστιν οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, πρὸς Κοσμᾶν τὸν θεοφιλέστατον διάκονον Ἀλεξανδρείας.*

Τῷ θεοφιλεστάτῳ κυρίῳ Κοσμᾷ διακόνῳ, Μάξιμος
D ταπεινὸς χαίρειν.

Ἐπειδήπερ πολὺς ἡμῖν περὶ τῆς θείας σαρκώσεως κεκίνηται λόγος, αὐτῶν ἁψάμενος τῶν λεπτῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων, ἐξ ὧν λαβόμενος ἀφορμῆς τὴν ἐμὴν ἀπῄτησας ταπείνωσιν, εἰπεῖν, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τί τὸ κοινόν ἐστι καὶ καθόλου· καὶ τί τὸ μερικὸν καὶ ἴδιον· ἵν' ἐντεῦθεν ἡμῖν σαφὴς ὁ πᾶς τῆς ἑνώσεως γένηται λόγος· ἐμὸν μὲν οὐδὲν ἐρῶ παντελῶς· ὃ δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἐδιδάχθην, φημί, μηδὲν παραμείβων τῆς αὐτῶν ἐπὶ τούτοις διδασκαλίας.

[b] Luc. XII, 8. [1] 1 Tim. VI, 12.

Digitized by Google

Κοινὸν μὲν οὖν ἐστι καὶ καθολικὸν, ἤγουν γενικὸν, κατὰ τοὺς Πατέρας, ἡ οὐσία καὶ ἡ φύσις· ταυτὸν γὰρ ἀλλήλαις ταύτας ὑπάρχειν φασίν. Ἴδιον δὲ καὶ μερικὸν, ἡ ὑπόστασις καὶ τὸ πρόσωπον· ταυτὸν γὰρ ἀλλήλοις κατ' αὐτοὺς ταῦτα τυγχάνουσιν. Καὶ δηλοῖ Τερεντίῳ τάδε γράφων ὁ μέγας Βασίλειος [70], « Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχεῖ τὸ ἡμῖν δοκοῦν εἰπεῖν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἰδιώμασιν ὁ δεῖνά ἐστι καὶ ὁ δεῖνα. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς πρὸς Ἀμφιλόχιον [71] περὶ τῶν τοιούτων διεξιὼν, τάδε φησίν· « Οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφοράν, ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθέκαστον. Οἷον, ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον. » Καὶ μεθ' ἕτερα [72]· « Οἱ δὲ ταὐτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρόσωπα μόνον ὁμολογεῖν διάφορα. » Καὶ πάλιν κανονικήν τινα διδάσκων ἐπέστελλεν ἑρμηνεύων τὴν τοῦ *ὁμοουσίου* διάνοιαν [73]· « Αὕτη δὲ ἡ φωνὴ, καὶ τοῦ Σαβελλίου κακὸν ἐπανορθοῦται. Ἀναιρεῖ γὰρ τὴν ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως, καὶ εἰσάγει τελείαν τῶν προσώπων τὴν ἔννοιαν· οὐ γὰρ αὐτό τί ἐστιν ὁμοούσιον ἑαυτῷ, ἀλλ' ἕτερον ἑτέρῳ. Ὥστε καλῶς ἔχει, καὶ εὐσεβῶς, τῶν τε ὑποστάσεων τὴν ἰδιότητα διορίζουσα, καὶ τῆς φύσεως τὸ ἀπαράλλακτον παριστῶσα. » Καὶ πάλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Νεοκαισαρεῖς [74] διδάσκει φάσκων· « Καὶ γὰρ εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὥσπερ ὁ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας μὴ ὁμολογῶν εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτει· οὕτως ὁ τὰ ἴδια τῶν ὑποστάσεων μὴ διδοὺς, εἰς τὸν Ἰουδαϊσμὸν ἀποφέρεται. » Καὶ πάλιν ἐν οἷς Εὐστάθιον τὸν Ἀρμένιον ὑπογράψα πεποίηκε, διαῤῥήδην γράφων φαίνεται [75]. « Προσήκει τοίνυν ἐναργῶς ὁμολογεῖν, ὅτι πιστεύουσι κατὰ τὰ ῥήματα τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων Πατέρων ἐκτεθέντα ἐν τῇ Νικαίᾳ, καὶ κατὰ τὴν ὑγιῶς ὑπὸ τῶν ῥημάτων ἐμφερομένην διάνοιαν. Εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα, τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἔλκοντες. Ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν ἀσεβῶν εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίσασθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ *ὁμοουσίου* τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. Καί τινες τῶν ἀπὸ τῆς δυσσεβείας τοῦ Λίβυος Σαβελλίου ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν ταυτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες, ἐκεῖθεν ἕλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν κατασκευὴν τῆς ἑαυτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἐγγεγράφθαι τῇ πίστει, *Ἐὰν δέ τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ Ἐκκλησία.* Οὐ γὰρ ταυτὸν εἶπον ἐκεῖνοι οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν [ἔννοιαν] αἱ φωναὶ, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς

A Commune igitur et universale, sive genericum, juxta Patres, essentia est ac natura. Hæc enim eadem inter se esse affirmant. Proprium vero et particulare, hypostasis et persona : hæc enim idem sunt, illorum sententia. Atque hæc ita se habere declarat magnus Basilius, in hæc verba Terentio scribens : « Quod si vero nos animi sententiam de his oportet exprimere, sic paucis habeto. Quam rationem habet commune ad proprium, eamdem essentia ad hypostasim, id est, personam. Quisque enim nostrum, tum communi essentiæ ratione, quod est esse participat ; tum proprietatibus, quæ sunt circa ipsum, hic talis ac talis est. » Idemque rursus ad Amphilochium de talibus disserens, hæc ait : « Essentia porro et hypostasis (id est, persona) sic inter se distinguuntur, quemadmodum **314** commune a singulari. Puta, sicut se habet animal, ad hunc quemdam hominem. » Aliisque interjectis: « Qui vero rem eamdem dicunt essentiam et hypostasim (velut dicas, substantiam), coguntur solas personas distinctas admittere. » Rursumque quamdam canonicam docens, scripsit, exponendo vocem *consubstantialis :* « Hæc autem vox, etiam Sabellii impietatem corrigit. Tollit enim hypostaseon identitatem, et personarum perfectum intellectum inducit. Nihil enim quidquam sibi ipsum est consubstantiale, sed alterum alteri. Quamobrem recte pieque posita est, quæ tum hypostaseon (id est, personarum) proprietatem discernat, tum naturæ nihil evariantem similitudinem repræsentet. » Rursusque in epistola secunda ad Neocæsarienses docet, dicens : « Est namque et hoc probe tenendum, quod quemadmodum qui essentiæ divinæ communionem negat, in multorum deorum errorem delabitur ; sic qui non admittit quæ sunt hypostaseon (id est, personarum) propria, is Judaicæ superstitioni obnoxius redditur. » Rursus quoque in iis, quibus Eustathium Armenum, ut subscriberet, adegit, in hæc verba diserte scribit : « Convenit igitur ut palam profiteantur se credere juxta verba quæ a Patribus nostris Nicææ fuerunt exposita, juxtaque eum sensum ac intellectum, quem sane verba repræsentant atque ingerunt. Sunt enim quidam, qui in hac quoque fide veritatis sermonem dolose invertant, ejusque verborum sensum ac intelligentiam, in id, quod eis lubet, detorqueant. Nam et Marcellus, qui impie de Domini nostri Jesu Christi persona sentiat, nudumque illum sermonem esse doceat, illinc se hujus impietatis principia atque semina accepisse, prætexere ausus est, male scilicet vocis illius *consubstantialis* sensum vimque exponens. Nonnulli etiam ex iis, qui Sabellii Libya orti impietatem sectantur, substantiam, Græce ὑπόστασιν, et essentiam, Græce οὐσίαν, idem esse arbitrati, illinc argumenta trahunt ut suam

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[70] Epist. 349, p. 1139. [71] Epist. 391, pag. 1171. [72] Sic olim de his vocibus mutua fuit digladiatio. Greg. in Athan. [73] Epist 360, p. 1070 [74] Epist. 64, p. 849. [75] Epist. 78, p. 889.

Digitized by Google

tueantur blasphemiam ; ex eo nimirum quod in ea A fide scriptum sit : *Si quis vero ex alia essentia, οὐσίας, sive substantia, ὑποστάσεως, Filium Dei esse dixerit, hunc sancta et catholica Ecclesia anathemate ferit.* Non enim illi idem esse dixerunt essentiam, οὐσίαν, et substantiam, id est subsistentiam, ὑπόστασιν. Si enim ambæ voces unum eumdemque intellectum ac sensum habebant, quid necesse erat utramque ponere? Sed liquet ideo posuisse, ut cum alii Filium negarent esse ex Patris essentia, alii ex alia quadam substantia, **315** id est subsistentia ac persona esse dicerent, ambas Patres opiniones, ut ab Ecclesiæ recto sensu alienas, proscriberent. Alioqui ubi mentem suam declarabant, ex Patris essentia, οὐσίας, Filium esse dixerunt, non addentes, et ex illius substantia seu subsistentia, ὑποστάσεως. Itaque illud quidem positum est, ut tolleretur malus intellectus ; hoc autem declarationem habet salutaris doctrinæ. »

οὐσίας [76-73] ἄλλων δὲ λεγόντων ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως· οὕτως ἀμφότερα ὡς ἀλλότρια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος ἀπηγόρευσαν. Ἐπεὶ ὅπου γε τὸ ἑαυτῶν ἐδήλουν φρόνημα, εἶπον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν, οὐκέτι προσθέντες τὸ, ἐκ τῆς ὑποστάσεως. Ὥστε ἐκεῖνο μὲν κεῖται ἐπ' ἀναιρέσει [73] τοῦ πονηροῦ φρονήματος· τοῦτο δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου δόγματος. »

Huic vero etiam consona Gregorius, cui a B Theologia nomen, ista dicere monstratur, priore, quam scripsit oratione theologica : « Porro cum mediocritatem dico, veritatem dico, quam par est, ut semper intendamus ; tum malam contractionem repudiantes, tum hæc absurdiorem divisionem ; ne vel ob metum impiæ plurium deorum superstitionis in unam substantiam sive subsistentiam, ὑπόστασιν, contracta de deitate oratio, nuda nobis et inania nomina relinquat ; qui videlicet unum eumdemque Patrem et Filium et Spiritum sanctum existimemus. » Paucisque interjectis : « Quandoquidem et unus Deus retinendus est, et tres subsistentiæ, ὑποστάσεις, sive personæ confitendæ ; et quidem unaquæque cum sua proprietate. Porro hac ratione, mea quidem sententia, Deus unus retinebitur, si C Filium et Spiritum sanctum ad unum auctorem referamus ; non autem componamus neque commisceamus : et si unam atque eamdem divinitatis, ut ita loquar, motionem et voluntatem, essentiæque identitatem intelligamus. Tres autem personas ita tenebimus, si nulla commistio aut resolutio, aut confusio excogitetur, ne alioqui totum pessum eat, quibus impensius quam par sit, unitas extollitur. » Iterumque ea in oratione qua vale civibus dicit, supremumque eos affatur : « Credimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ejusdem essentiæ atque gloriæ, in quibus etiam sua baptismo constat perfectio, tam in nominibus quam in rebus (nosti, qui es initiatus), cum nempe impietatis abnegatio sit D ac deitatis confessio. Inque hunc modum perficimur, qui unum essentia, οὐσίᾳ, ac indivisa adoratione ; triaque subsistentiis, ὑποστάσεσι, sive personis, ut nonnullis placet, significemus. » Sed et in oratione in sancta lumina hæc idem ait : « Deum porro cum dico, una trinaque luce perstringimini : trina quidem, quantum ad proprietates, sive subsistentias, ὑποστάσεις, si cui verbum magis arrideat, sive personas (neque enim de vocabulis dissidebimus, quandiu syllabæ ad eamdem sententiam ferent),

Συνῳδὰ δὲ τούτῳ καὶ Γρηγόριος ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος ἐν τῷ θεολογικῷ πρωτέρῳ λόγῳ [74] τάδε φαίνεται φάσκων· « Μεσότητα δὲ ὅτ' ἂν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω· πρὸς ἣν βλέπειν, καλῶς ἔχει μόνον [74*], καὶ τὴν φαύλην συναίρεσιν παραιτουμένους, καὶ τὴν ἀτοπωτέραν διαίρεσιν· ὡς μήτε εἰς μίαν ὑπόστασιν συναιρεθέντα τὸν λόγον, δέει πολυθεΐας, ψιλὰ ἡμῖν καταλιπεῖν τὰ ὀνόματα, τὸν αὐτὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὑπολαμβάνουσι. » Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· « Ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν· ἤγουν τρία πρόσωπα, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος. Τηροῖτο δ' ἂν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, εἷς μὲν Θεός, εἷς ἓν αἴτιον Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀναφερομένων, οὐ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων· αἱ δὲ τρεῖς ὑποστάσεις, μηδεμιᾶς ἐπινοουμένης συναλοιφῆς ἢ ἀναλύσεως ἢ συγχύσεως· ἵνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ, δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται πλέον, ἢ καλῶς ἔχει. Καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν τῆς θεότητος, ἵνα οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα. » Καὶ ἐν τῷ Συντακτηρίῳ λόγῳ [75] πάλιν· « Πιστεύομεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τὴν τελείωσιν ἔχει· οἶδας, ὁ μυηθείς, ἄρνησις ὂν ἀθεΐας καὶ ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γνωρίζοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, ἤγουν [75*] προσώποις. » Καὶ μέντοι κἀν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ [76] ταῦτά φησιν ὁ αὐτὸς, « Θεοῦ δὲ ὅτ' ἂν εἴπω, ἐνὶ φωτὶ περιαστράψθητε, καὶ τρισὶ τρισὶ μὲν, κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα· οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν· ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ἤγουν θεότητος. » Τοσαύτην μὲν οἱ θεηγόροι Πατέρες ἡμῶν Γρηγόριος καὶ Βασίλειος ὑπάρχουσαν τῶν θείων δογμάτων τὴν συμφωνίαν παρέστησαν, ταυτὸν διαῤῥήδην εἰπόντες· τῇ μὲν οὐσίᾳ τὴν φύσιν, ὡς κοινὸν καὶ καθόλου· τῇ δὲ ὑποστάσει τὸ πρόσωπον, ὡς ἰδικόν τε καὶ μερικόν· μη-

VARIÆ LECTIONES.

[76-73] In Basilii textu hæc paulo pleniora : ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρός· ἄλλων δὲ λεγόντων, Οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐξ ἄλλης. [73] Edita Basilii ἐπ' ἀθετήσει. [74] Orat. 29, quæ inscribitur De dogmate ; quam forte ideo Maximus appellavit priorem theologicam. [74*] Edita μόνην. [75] Orat. 52, p. 520. [75*] Fr. εἴτουν. [76] Orat. 39, p. 630.

Digitized by Google

δαμῶς συμφύραντες τῶν λεγομένων τὴν ἔννοιαν, διὰ τῆς τούτων εἰς ἀλλήλας περιτροπῆς καὶ συγχύσεως. Ὑφ' ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἐνεργηθέντες, τὴν ὀρθὴν τῆς πίστεως τοῖς λαοῖς παραδεδώκασιν ὁμολογίαν. Τούτοις δὲ συμφώνως εὑρήσεις, καὶ πάντας τοὺς κατὰ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος πιστευθέντας τῆς Ἐκκλησίας τοὺς οἴακας, τὸν ὀρθὸν τῆς εὐσεβοῦς πίστεως πρεσβεύσαντας λόγον, καὶ μηδὲν ταύτης τῆς ἐννοίας παντελῶς ἐκτραπέντας.

A una autem, quantum ad essentiæ, id est, deitatis rationem. » Tantam nimirum divini Patres **316** nostri divinoque afflatu locuti Gregorius et Basilius, ostenderunt divinorum dogmatum concordiam; idem scilicet diserte ac clare dicentes, cum essentia naturam, tanquam commune et universale; cum subsistentia vero, ὑποστάσει, personam ut proprium et particulare, nulla ratione nominum vim sensumque confundentes, quasi illa alia in alia transeant ac confusionem admittant. Uno enim eodemque Spiritu afflati, rectam fidei confessionem populis tradiderunt. Iis vero consona ratione omnes etiam reliquos, qui per Spiritus gratiam credita Ecclesiæ gubernacula susceperunt, rectam piæ fidei ac catholicæ doctrinam professos invenies, nec quidquam omnino ab hac intelligentia sensuque abscessisse.

Κατασκευὴ φυσικωτέρα, παριστῶσα ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἑτέρῳ ταὐτόν ἐστι κατ' οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν· ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' οὐσίαν ταὐτὰ ταῖς ὑποστάσεσιν ἕτερα· τὰ δὲ ταὐτὰ καθ' ὑπόστασιν, πάντως κατ' οὐσίαν ἕτερα.

Probatio ex naturæ propioribus rationibus, certo confluens, nullam rem idem esse cum altera, essentia ac hypostasi (persona scilicet ac supposito), *sed ea, quæ eadem essentia sunt, alia esse subsistentiis,* ὑποστάσεσι, *sive personis: quæ vero eadem sunt subsistentiis,* sive personis, *omnino alia esse essentia.*

Εἰ δὲ ταὐτὸν μὲν οὐσία καὶ φύσις· ταὐτὸν δὲ πρόσωπον καὶ ὑπόστασις, δῆλον ὡς τὰ ἀλλήλοις ὁμοφυῆ καὶ ὁμοούσια, πάντως ἀλλήλοις ἑτεροϋπόστατα. Κατ' ἄμφω γάρ, φημὶ δὴ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν, οὐδὲν ἐν τοῖς οὖσίν ἐστιν ἑτέρῳ ταὐτόν. Διότι τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀλλήλοις ἡνωμένα φύσιν, ἤγουν οὐσίαν, τουτέστι τὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἤγουν πρόσωπον, οὐκ ἂν ἑνωθείη ποτ' ἄν· τουτέστιν ἓν πρόσωπον ἔχειν οὐ δυνήσεται καὶ μίαν ὑπόστασιν· καὶ τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν, ἤγουν φύσιν οὐκ ἂν συναφθείη ποτ' ἄν· τουτέστι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, οὐκ ἂν γενόμενα φανείη ποτ' ἄν. Ἀλλὰ τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἡνωμένα φύσιν, ἤγουν οὐσίαν· τουτέστι τὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, ἀλλήλων διακέκριται ταῖς ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις, ὡς ἐπ' ἀγγέλων ἔχει καὶ ἀνθρώπων, καὶ πάντων τῶν ἐν εἴδει καὶ γένει θεωρουμένων κτισμάτων. Ἄγγελος γὰρ ἀγγέλου, καὶ ἄνθρωπος ἀνθρώπου, καὶ βοῦς βοός, καὶ κύων κυνὸς διακέκριται κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν. Τολμήσει δὲ τὸ μεῖζον ὁ λόγος εἰπεῖν, ὡς οὐδ' ἐπ' αὐτῆς τῆς πρώτης ἀνάρχου τε καὶ ποιητικῆς τῶν ὄντων αἰτίας θεωροῦμεν ταὐτὸν ἀλλήλαις τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν· εἴπερ μίαν οὐσίαν καὶ φύσιν θεότητος οἴδαμεν, ἐν τρισὶν ὑπάρχουσαν ὑποστάσεσι διαφερούσαις ἀλλήλων ταῖς ἰδιότησι· καὶ τρεῖς ὑποστάσεις ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ τε καὶ φύσει τῆς θεότητος. Μονὰς γὰρ ἐν Τριάδι, καὶ ἐν μονάδι Τριάς, ἐστὶν ἡμῖν τὸ προσκυνούμενον· Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, εἷς Θεός· οὔτε τοῦ Υἱοῦ ὄντος Πατρὸς, ἀλλ' ὅπερ ὁ Πατήρ· οὔτε τοῦ Πνεύματος ὄντος Υἱοῦ, ἀλλ' ὅπερ ὁ Υἱός· πάντα γὰρ ὅσα ὁ Πατὴρ, πλὴν ἀγεννησίας, ἐστὶν ὁ Υἱὸς (γεννητὸς γάρ), καὶ πάντα ὅσα ὁ Υἱὸς, πλὴν τῆς γεννήσεως, ἐστὶ τὸ Πνεῦμα ἅγιον (ἐκπορευτὸν γάρ). Τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως καὶ τῆς ἐκπο-

Sin autem idem sunt essentia atque natura, idemque nihilominus persona et hypostasis, perspicue fit, ea, quæ ejusdem naturæ sunt et essentiæ, alia omnino personis esse ac subsistendi ratione. Utraque enim ratione (naturæ scilicet et hypostasis seu personæ) nihil in rebus idem alteri est. Ac proinde, quæ penes unam eamdemque naturam seu essentiam inter se copulata sunt (quæ scilicet sunt ejusdem essentiæ et naturæ), hæc nunquam fiat ut in unam hypostasim seu personam coeant, ut scilicet unam personam unamque hypostasim habeant, vicissimque quæ penes unam eamdemque hypostasim seu personam unita sunt, hæc nunquam fiat, ut nectantur penes unam eamdemque essentiam seu naturam, nunquam scilicet unius ejusdem essentiæ atque naturæ facta compareant. Verum, quæ penes unam eamdemque naturam seu essentiam unita sunt (quæ scilicet unius ejusdemque essentiæ sunt ac naturæ), inter se hypostasibus discreta sunt, id est, personis ac supposito, uti se res in angelis habet et hominibus, cunctisque creatis quæ in specie atque genere considerantur. Angelus enim ab angelo, homo ab homine, bos a bove, canis a cane, hypostasi (id est, subsistentia ac supposito) **317** discretus est, non autem natura ac essentia. Quin et majus aliquid majorisque audaciæ dicam: ne in ipsa quidem prima principiique experte ac rerum effectrice causa, idem inter se naturam et hypostasim seu personam, intelligimus; quandoquidem unam Deitatis essentiam novimus ac naturam, in tribus hypostasibus (id est personis) inter se proprietatibus distinctis, tresque hypostases seu personas, in una eademque Deitatis essentia ac natura. Nobis enim Numen est, unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate; Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus Deus: cum neque Filius Pater sit, sed id quod Pater, neque Spiritus Filius, sed id quod Filius. Omnia enim quæ Pater est, est et

Digitized by Google

Filius, ex cpta innascibilitate (nam genitus est) : omniaque quæ est Filius, est et Spiritus sanctus, excepta nativitate (eo enim est quod procedit). Ita nimirum, ut innascibilitas, nativitas et processio, unam naturam ac potentiam ineffabilis Deitatis in tres inæquales autve æquales essentias naturasque minime scindant aut dividant; sed duntaxat, in quibus est sive quæ exsistit una Deitas, (essentia scilicet et natura) insigniant, nempe hypostases, seu subsistentias. Quæ item penes unam eamdemque hypostasim, sive personam unita sunt (quæ nimirum unius sunt hypostasis, unamque complent personam), hæc distinguuntur ratione essentiæ sive naturæ, uti se res habet in anima humana ac corpore, iisque omnibus quæ inter se coeunt in hypostasi, seu ut una subsistant. Non enim hæc inter se ejusdem essentiæ sunt ac consubstantialia.

A ρεύσεως, οὐ τεμνουσῶν εἰς τρεῖς ἀνίσους ἢ ἴσας οὐσίας τε καὶ φύσεις τὴν μίαν φύσιν καὶ δύναμιν τῆς ἀφράστου θεότητος· ἀλλὰ τὰ ἐν οἷς, ἅπερ ἡ μία θεότης ἐστὶν, ἤγουν οὐσία καὶ φύσις, χαρακτηριζουσῶν πρόσωπα· τουτέστιν, ὑποστάσεις· καὶ τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν, ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, τουτέστι μιᾶς ὑποστάσεως ὄντα, καὶ ἑνὸς συμπληρωτικὰ προσώπου, τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ἤτοι φύσεως διαφέρουσιν· ὡς ἐπὶ ψυχῆς ἀνθρωπίνης ἔχει καὶ σώματος, καὶ τῶν ὅσα καθ' ὑπόστασιν ἐσχήκασι τὴν πρὸς ἄλληλα σύνοδον. Οὐ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοούσια ταῦτα τυγχάνουσιν.

Quæ igitur penes unam eamdemque essentiam sive naturam unita sunt (hoc est, quæ unius ejusdem essentiæ sunt ac naturæ), omnino quidem inter se consubstantialia sunt, sed hypostasis personæque, seu subsistendi ratione, discreta. Consubstantialia quidem (sive mavis coessentialla) essentialis quæ in eis incommutabiliter in identitate naturali intelligitur, communitatis ratione, secundum quam nullus præ alio est id quod est ac nuncupatur; omnesque unam eamdemque essentiæ definitionem recipiunt ac rationem. Subsistendi autem ratione personisque discreta, personali, qua dirimuntur, diversitate, qua ratione alius ab alio discretus est, proprietatibus personam insignientibus, inter se non conveniunt; **318** sed suo quisque proprietatum acervo, singularissimam descriptionis suæ, qua persona est, infert rationem; secundum quam, nullam cum illis, quæ ejusdem naturæ sunt ac essentiæ, communionem admittit. Quæ vero penes unam eamdemque hypostasim seu personam unita sunt (quæ scilicet ea ratione qua uniuntur, unam eamdemque hypostasim compleant ac personam), hæc quidem ejusdem inter se hypostasis sunt et personæ, sed diversæ essentiæ. Ejusdem hypostasis ac personæ, personalis indivisæ unitatis, quæ ex eis per unionem completur, ratione, secundum quam proprietates alterutram partium ab essentiali sua communitate dividentes, secundum quod prima statim origine inter se conveniunt, ejus quæ ex illis hypostasis una completur atque persona, notæ propriæ fiunt : qua utique, earum inter se identitas intelligitur, quæ ne vel minimam admittat distinctionem, uti se res in hominis anima habet et corpore. Quæ enim proprietates, alicujus corpus a reliquis secernunt corporibus, ac cujuspiam animam a reliquis animabus, dum per unionem concurrunt, simul quidem ac semel ex eis completam hypostasim personamque insigniunt, ac a reliquis secernunt, Petri verbi gratia aut Pauli : non tamen Petri itidem aut Pauli animam a suo corpore. Ambo enim (anima scilicet et corpus) unius, quæ ex eis secundum unionem completur, hypostasis seu personæ, ratione, idem inter se exsistunt; quod nempe

B Τὰ τοίνυν κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν, ἤγουν φύσιν ἡνωμένα, τουτέστι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, ὁμοούσια μὲν ἀλλήλοις πάντως εἰσὶ, καὶ ἑτεροϋπόστατα· ὁμοούσια μὲν, τῷ λόγῳ τῆς ἀπαραλλάκτως αὐτοῖς ἐν ταυτότητι φυσικῇ ἐνθεωρουμένης οὐσιώδους κοινότητος· καθ' ὃν οὐκ ἔστιν ἄλλος ἄλλου μᾶλλον τοῦθ' ὅπερ ἐστί τε καὶ λέγεται· πάντες δὲ τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχονται τῆς οὐσίας ὅρον τε καὶ λόγον. Ἑτεροϋπόστατα δὲ, τῷ λόγῳ τῆς αὐτὰ διακρινούσης προσωπικῆς ἑτερότητος, καθ' ὃν ἄλλος ἄλλου διακέκριται, μὴ συμβαίνοντες ἀλλήλοις τοῖς καθ' ὑπόστασιν χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασιν· ἀλλ' ἕκαστος τῷ κατ' αὐτὸν ἀθροισμῷ τῶν ἰδιωμάτων ἰδικώτατον τῆς οἰκείας καθ' ὑπόστασιν ἐπιφέρεται λόγον· καθ' ὃν τὴν C πρὸς τὰ ὁμοφυῆ καὶ ὁμοούσια κοινωνίαν οὐκ ἐπιδέχεται. Τὰ δὲ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, τουτέστι, τὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὄντα συμπληρωτικὰ καθ' ἕνωσιν ὑποστάσεως, ὁμοϋπόστατα μὲν ἀλλήλοις εἰσὶ καὶ ἑτερούσια. Ὁμοϋπόστατα μὲν, τῷ λόγῳ τῆς καθ' ἕνωσιν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης προσωπικῆς ἀδιαιρέτου μονάδος· καθ' ὃν τὰ διαιροῦντα θάτερον τῆς κατ' οὐσίαν οἰκείας καινότητος ἰδιώματα, κατὰ τὴν ἅμα τῷ εἶναι πρὸς ἄλληλα σύνοδον, ποιεῖται χαρακτηριστικὰ τῆς ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης μίας ὑποστάσεως· καθ' ἣν ἡ πρὸς ἄλληλα θεωρεῖται ταυτότης, τὴν οἱανοῦν μὴ δεχομένη διαφοράν· ὡς ἐπὶ ψυχῆς ἀνθρωπίνης ἔχει καὶ σώματος. Τὰ γὰρ ἀφορίζοντα τό τινος σῶμα τῶν λοιπῶν σωμάτων, καὶ τὴν τοῦ D τινος ψυχὴν τῶν λοιπῶν ψυχῶν ἰδιώματα, συνδραμόντα καθ' ἕνωσιν, χαρακτηρίζει μὲν κατὰ ταὐτὸν ἅμα καὶ ἀφορίζει τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρωθεῖσαν ὑπόστασιν, Πέτρου φέρε εἰπεῖν ἢ Παύλου· ἀλλ' οὐ τὴν Πέτρου ἢ Παύλου ψυχὴν ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος. Ἅμφω γὰρ ἀλλήλοις ταὐτὸν ψυχή τε καὶ σῶμα, τῷ λόγῳ τῆς καθ' ἕνωσιν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης μιᾶς ὑποστάσεως· ὅτι μὴ καθ' αὐτὰ τούτων ἑκάτερον ὑπέστη θατέρου κεχωρισμένον, πρὸ τῆς ἐξ αὐτῶν εἰς γένεσιν εἴδους συνθέσεως. Ἅμα γὰρ γένεσις, ἅμα σύνθεσις, ἅμα καὶ ἡ κατὰ σύνθεσιν ἐξ αὐτῶν τοῦ εἴδους συμπλήρωσις. Ἑτερουσία δὲ, τῷ λόγῳ τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς ἑτερότητος· καθ' ὃν οὐδαμῶς ἐπιδέχονται

Digitized by Google

κατ' οὐσίαν τοὺς ἀλλήλων ὅρους τε καὶ λόγους· ἀλλ' ἕτερον καὶ ἕτερον ἀποδίδωσι θάτερον τῆς οἰκείας οὐσίας πρὸς τὸν θατέρου λόγον ἀσύμπτωτον· καθ' ὃν τὴν ψυχῆς καὶ σώματος οὐσιώδη σώζοντες διαφοράν, οὐ συγχέομεν τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένην ὑπόστασιν, τῇ πρὸς θάτερον θατέρου περιτροπῇ τε καὶ μεταβολῇ τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ἤγουν φύσεων, τὸν ἀφανισμὸν δεχομένην.

A neutra harum partium ante speciei ex eis per compositionem ortum per se seorsim exstiterit ac producta sit. Simul enim ortus, simul compositio, simul et species, quæ per compositionem ex eis completur. Diversæ tamen essentiæ, naturalis inter se diversitatis ratione; secundum quam, easdem inter se secundum essentiam definitiones non recipiunt ac rationes; sed quævis aliam, aliamque essentiæ suæ reddit rationem, quæ cum alterius ratione nunquam coincidat. Ea nimirum essentialem animæ ac corporis distinctionem servantes incolumem, quæ ex illis persona completa est, non confundimus: quæ plane abolenda sit, si partes seu naturæ componentes, alia in aliam convertantur ac commeent.

Εἰ δὲ κατὰ τὴν ἅμα πρὸς εἶδους γένεσιν ψυχῆς τε καὶ σώματος σύνοδον, ὁ τις ἀποτελεῖσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος· τῷ μὲν λόγῳ τῆς τῶν οἰκείων μερῶν φυσικῆς κοινότητος, πρὸς ἄλλους ἀνθρώπους σώζων τὸ ὁμοούσιον· τῷ δὲ λόγῳ τῆς τῶν αὐτῶν ἰδιότητος, πρὸς τοὺς ἄλλους φυλάττων ἀνθρώπους τὸ ἑτερο-ὑπόστατον· ἑνούμενος μὲν τῇ κατὰ φύσιν κοινότητι τῶν οἰκείων μερῶν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, πρὸς οὓς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατ' εἶδος ἐπιφέρεται φύσιν· διαιρούμενος δὲ τῇ καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν ἰδιότητι τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, πρὸς οὓς ἕτερόν τε κατὰ τὴν ὑπόστασιν καὶ διάφορον ἐπιφέρεται πρόσωπον· ᾧ διακρίνεται λόγῳ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, τὴν ἑνότητα τῆς οἰκείας προσωπικῆς ἀδιαιρέτου μονάδος φυλάττων παντελῶς ἀδιάφορον· καὶ ᾧ τοῖς ἄλλοις ἑνοῦσθαι λόγῳ πέφυκεν ἀνθρώποις, τὴν διαφορὰν τῆς τῶν οἰκείων μερῶν οὐσιώδους ἑτερότητος σώζων ἀσύγχυτον· σαφὴς ἐντεῦθεν ἡμῖν, καὶ μηδὲν ἔχων γριφώδες ὁ περὶ τῆς σαρκώσεως, ἤγουν ἐνανθρωπήσεως τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου καθέστηκε λόγος.

Quod itaque, idcirco quod anima et corpus ad B speciem progignendam simul conveniunt atque confluunt, unus quis homo absolvatur; ejusmodi scilicet, **319** ut naturalis partium suarum communitatis ratione, eamdem cum reliquis hominibus servet essentiam; earum vere proprietatis ratione, diversam ab illis omnibus atque discretam hypostasim obtineat atque personam (qui nempe naturali quidem partium suarum communitate, hominibus reliquis uniatur, quibuscum unam eamdemque specie nactus est naturam; personali vero partium proprietate, a reliquis hominibus dirimatur, a quibus diversam subsistendi ratione atque distinctam gerit personam: qua ratione ab hominum turba reliqua secernitur, personalis indivisæ monadis suæ unitatem omnino C servans indistinctam; quaque illi comparatum ut hominibus reliquis uniatur, essentialis partium suarum diversitatis distinctionem itidem incolumem servans), hinc nobis clara ac perspicua, nullisque difficultatum nodis perplexa ac intricata, incarnati, factique hominis unius e sancta et consubstantiali ac adoranda Trinitate, Dei Verbi ratio est atque doctrina.

Ὅτι ὁ Χριστὸς ταῖς μὲν κατ' οὐσίαν τῶν οἰκείων μερῶν πρὸς τὰ ἄκρα κοινότησιν ἑνούμενος, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν σωζομένην εἶχε διαφοράν· ταῖς δὲ τῶν μερῶν ἰδιότησι, τὸ καθ' ὑπόστασιν διεδείκνυ ταυτὸν [77] *ὡς ὅλου, κοινὸν ἀμφοτέρων.*

Christum essentialibus partium suarum communitatibus extremis unitum, incolumem habuisse partium inter se distinctionem: partiumque proprietatibus, eamdem ut totius, hypostasi seu persona, ambarum exhibuisse communitatem.

Διδάσκων διαῤῥήδην ἡμᾶς, ὅτιπερ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τέλειος ὑπάρχων κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν D οὐσίαν, καθ' ἣν ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι καὶ ὁμοούσιος, κατά τε τὸ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν, καθ' ἣν ἕτερος πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα καθέστηκε, τὴν προσωπικὴν ἀσύγχυτον σώζων διαφοράν, σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τελείως ἐνηνθρώπησεν· τουτέστι, τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος, κατὰ πρόσληψιν δηλονότι σαρκὸς, ψυχὴν ἐχούσης νοεράν τε καὶ λογικὴν, ἐν αὐτῷ τήν τε φύσιν λαβούσης καὶ τὴν ὑπόστασιν· τουτέστι, τὸ εἶναί τε καὶ τὸ ὀφεστᾶναι, κατ' αὐτὴν ἅμα τοῦ Λόγου τὴν σύλληψιν· ἐπείπερ αὐτὸς ὁ Λόγος ἀντὶ σπορᾶς· μᾶλλον δὲ σπορὰ τῆς οἰκείας θέλων εὑρέθη σαρκώσεως, καὶ γέγονε κατὰ τὴν ὑπόστασιν σύνθετος, ὁ

Perspicue nos docens, Dei Verbum, cum secundum naturam ac essentiam perfectum esset, qua idem cum Patre ac Spiritu, eisque consubstantiale est; itemque secundum personam et hypostasim qua alius a Patre et Spiritu est, personalem inconfusam distinctionem incolumem servans, incarnatum ex Spiritu sancto, sanctaque Dei Genitrice semperque virgine Maria, perfecte hominem factum esse; carnis scilicet assumptione, anima intelligente ac utente ratione prædita; quæ in ipso naturam atque personam nacta esset, ut nempe una cum Verbo ab ipsa esset conceptione, vereque in illo exsisteret. Quod nempe Verbum loco seminis (seu potius ipsum semen) assumptæ ab eo carnis inventum est, factumque est persona compositum, quod natura simplex, omnique vacans compositione est, unum idemque in perennitate ea-

[77] Fr. διεδείκνυτο αὐτόν.

Digitized by Google

rum ex quibus **320** est, partium, immutabile perseverans, et indivisum ac inconfusum : quo scilicet personali ratione, partibus ex quibus compositum est, mediator exsisteret, extremorum in seipso nectens distantiam; *faciens pacem, Deoque* ac Patri per Spiritum naturam humanam *reconcilians* [1]; tanquam nimirum vere Deus exsistens per essentiam, idemque vere natura factum homo secundum dispensationem : quod neque naturali partium suarum distinctione dividatur, nec personali ipsarum unitate confundatur; sed essentialis partium, ex quibus compositum est, communitatis ratione, Patri Matrique natura counitum, ipsarum inter se partium distinctionem incolumem servare monstraretur; personalisque partium suarum proprietatis ratione, ab extremis (Patre scilicet ac Matre) discretum, singularem prorsus personæ suæ indistinctam rationem, in suarum summa inter se partium personali identitate semper unam habere ostenderetur. Essentialis enim utriusvis partium cum extremis communitas, in una eademque persona, inconfusam utriusvis naturæ incolumem servans distinctionem, unam utriusque ex unione naturam intelligendam, piis mentibus non dabat, ne essentialium partium totalis destitutio foret ac interitus, totius ex ipsis unius naturæ per compositionem editio : quæ videlicet non haberet, qua ratione naturalem extremorum cum partibus affinitatem servaret; quippe cum essentialem partium inter se, ex quibus facta compositio, distinctionem post unionem incolumem nullam retineret; sed unam hypostasim ac personam ex unione compositam, naturali partium, ex quibus compositio, exsistentia sartam tectam visendam præbebat. Personalis autem utriusvis partium proprietas, ex quibus Christus ceu totum quoddam componatur, una cum essentiali communitate intellecta, communem partium notam, personam unam ex eis completam insignientem, absolvit. Communem enim carnis et deitatis arcana unione factam dicimus, quæ harum concursu ac coitione, per naturalem unionem (veram scilicet ac realem) una Christi persona ac hypostasis completa eluxit. Communem autem voco, ut quæ una eademque singularissima partium persona ex unione emerserit : seu quæ potius una eademque nunc ac prius Verbi persona **321** sit; sed quæ prius nullius causa, simplexque aut expers compositionis cum esset, postea ob causam carnis assumptione intelligentium more animatæ immutabiliter vere composita facta sit : secundum quam ab extremis (Patre scilicet ac Matre) sejunctus, secum ipse unitus est, ne vel minimam habens distinctionem; ne personalis partium identitatis totalis destitutio foret ac interitus, partium illius ratione distinctio, unionem personalem in duas personas dissolvens;

A κατὰ τὴν φύσιν ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος· εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐν τῇ μονιμότητι τῶν ἐξ ὧν συνέστη μερῶν διαμένων ἄτρεπτος, ἀδιαίρετός τε καὶ ἀσύγχυτος· ἵνα ᾖ καθ' ὑπόστασιν μεσίτης τοῖς ἐξ ὧν συνετέθη μέρεσι· τὴν τῶν ἄκρων ἐν ἑαυτῷ συνάπτων διάστασιν· *ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τῷ Θεῷ* καὶ Πατρὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην· ὡς Θεὸς ἀληθῶς κατ' οὐσίαν ὑπάρχων, καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς φύσει κατ' οἰκονομίαν γενόμενος· μήτε τῇ κατὰ φύσιν διαφορᾷ τῶν οἰκείων μερῶν διαιρούμενος, μήτε τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνότητι τῶν αὐτῶν συγχεόμενος· ἀλλὰ τῷ μὲν λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν κοινότητος, Πατρί τε καὶ Μητρὶ κατὰ φύσιν ἑνούμενος, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν διεδείκνυτο σώζων διαφοράν· τῷ δὲ λόγῳ τῆς καθ' ὑπόστασιν τῶν οἰκείων μερῶν ἰδιότητος, τῶν ἄκρων Πατρός τέ φημι καὶ Μητρὸς διακρινόμενος, τὸ μοναδικὸν τῆς οἰκείας ὑποστάσεως ἔχων διεφαίνετο παντελῶς ἀδιάφορον, ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα κατ' ἄκρον προσωπικῇ ταυτότητι τῶν οἰκείων μερῶν διαπαντὸς ἐνιζόμενον. Ἡ γὰρ κατ' οὐσίαν θατέρου τῶν μερῶν πρὸς τὰ ἄκρα κοινότης, ἐν τῇ ἑνότητι τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, ἀσύγχυτον τὸ διάφορον τῆς θατέρου διασώζουσα φύσεως, μίαν ἀμφοτέρων ἐκ τῆς ἑνώσεως τοῖς εὐσεβέσιν οὐκ ἐδίδου γνωρίζεσθαι φύσιν, ἵνα μὴ γένηται παντελῶς κατ' οὐσίαν τῶν μερῶν ἀπογένεσις, ἢ κατὰ σύνθεσιν τῆς ἐξ αὐτῶν τοῦ ὅλου μιᾶς φύσεως γένεσις, οὐκ ἔχουσα πῶς τὴν φυσικὴν πρὸς τὰ μέρη τῶν ἄκρων φυλάξει συγγένειαν, μὴ σώζουσα τὴν κατ' οὐσίαν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ὑπόστασιν μίαν παρεῖχεν ὁρᾶν ἐκ τῆς ἑνώσεως σύνθετον, τῇ κατὰ φύσιν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ὑπάρξει συντηρουμένην. Ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν θατέρου τῶν ὡς εἰς ὅλου τινὸς τοῦ Χριστοῦ σύνθεσιν μερῶν ἰδιότης, τῷ κατ' οὐσίαν κοινῷ συνεπινοουμένη, γνώρισμα κοινὸν ἀπετέλεσε τῶν μερῶν, τὸ χαρακτηρίζον τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρωθεῖσαν μίαν ὑπόστασιν. Κοινὴν γὰρ σαρκὸς καὶ θεότητος κατὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν γεγενῆσθαί φαμεν, τὴν ἐξ αὐτῶν συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, ἣγουν ἀληθῆ τε καὶ πραγματικὴν, συμπληρωθεῖσαν τοῦ Χριστοῦ μίαν ὑπόστασιν. Φημὶ δὲ κοινὴν, ὡς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῶν μερῶν ἰδικωτάτην ἐκ τῆς ἑνώσεως ἀποφανθεῖσαν ὑπόστασιν· μᾶλλον δὲ μίαν τοῦ Λόγου καὶ τὴν αὐτὴν ὑπάρχουσαν νῦν τε καὶ πρότερον· ἀλλὰ πρότερον μὲν ἀναιτίως, ἁπλῆν τε καὶ ἀσύνθετον· ὕστερον δὲ δι' αἰτίαν προσλήψει σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης ἀτρέπτως γενομένην κατ' ἀλήθειαν σύνθετον· καθ' ἣν τῶν ἄκρων, Πατρός τέ φημι καὶ Μητρὸς ἀφοριζόμενος, πρὸς ἑαυτὸν ἥνωται, καθοτιοῦν οὐκ ἔχων διαφυράν· ἵνα μὴ γένηται παντελὴς τῆς καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν ταυτότητος ἀπογένεσις, ἢ τῆς κατ' αὐτὴν τῶν μερῶν διαφορᾶς γένεσις, εἰς δυάδα προσωπικὴν διαλύουσα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν· οὐκ

[1] Ephes. II, 16.

Digitized by Google

ἔχουσα πῶς δεῖξαι τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν προσωπικὴν ταυτότητα σωζομένην, τῇ καθ' ὑπόστασιν διαφορᾷ πρὸς δυάδα προσώπων μεριζομένην.

Ὅτι τὰ μὲν καθ' ὑπόστασιν κοινὰ τῶν μερῶν, τὸ ὅλον ἦγουν τὸν Χριστὸν ἠφόριζε τῶν ἄκρων· τὰ δὲ κατ' οὐσίαν πρὸς τὰ ἄκρα κοινὰ τῶν μερῶν, ὡς ὅλον συνῆπτε τοῖς ἄκροις οὐσιωδῶς τὸν Χριστόν.

Οὐ γὰρ οἷς ἠφορίζετο τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἰδιώμασιν ἡ σάρξ, τούτοις διετήρει τὴν πρὸς τὸν Λόγον διαφοράν· οὔτ' ἂν πάλιν, οἷς τοῦ Λόγου διέφερεν ἰδιώμασι, τούτοις καὶ ἡμῶν ἠφορίζετο. Ἀλλ' οἷς πρὸς ἡμᾶς ἠφορίζετο, τούτοις τὴν καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὸν Λόγον διέσωζεν ἕνωσιν, ἦγουν ταυτότητα· καὶ οἷς ἡμῖν ἦνωτο φυσικῶς, τούτοις δηλαδὴ τὴν πρὸς τὸν Λόγον σωζομένην εἶχεν οὐσιώδη διαφοράν. Ὥσπερ καὶ ὁ Λόγος, οἷς ἠφορίζετο τοῦ κοινοῦ τῆς θεότητος ἰδιώμασιν ὡς Υἱὸς καὶ Λόγος, τούτοις πρὸς τὴν σάρκα τὴν καθ' ὑπόστασιν διέσωζεν ἕνωσιν, ἦγουν ταυτότητα· καὶ οἷς ὡς Θεὸς τὴν πρὸς τὴν σάρκα φυσικὴν ἐτήρει διαφοράν, τούτοις Πατρί τε καὶ Πνεύματι κατ' οὐσίαν ἑνούμενος ἐπήλλαττε τήν τε πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ ἄκρα διαφοράν καὶ ταυτότητα· κοινότησι μὲν τῶν μερῶν κατὰ φύσιν τοῖς ἄκροις ἑνούμενος, ἰδιότησι δὲ τῶν αὐτῶν, δηλαδὴ μερῶν, καθ' ὑπόστασιν τῶν ἄκρων διακρινόμενος· ἐν μὲν τῇ καθ' ὑπόστασιν ταυτότητι τῶν οἰκείων μερῶν, πρὸς ἑαυτὸν δεικνὺς σωζομένην τὴν τῶν ἄκρων διαφοράν· ἐν δὲ τῇ τῶν μερῶν κατ' οὐσίαν ἑτερότητι, τὴν πρὸς τὰ μέρη τῶν ἄκρων ταυτότητα φυσικὴν ἐπιφερόμενος. Εἰ δὲ ταῖς μὲν κοινότησι τῶν μερῶν ἦνωτο τοῖς ἄκροις, ταῖς δὲ τῶν μερῶν ἰδιότησιν ἠφορίζετο τῶν ἄκρων· δῆλον ὡς οἷς ἦνωτο τοῖς ἄκροις, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν φυσικὴν εἶχε σωζομένην διαφοράν. Οἷς δὲ διεκρίνετο τῶν ἄκρων, τὴν καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν εἶχε ταυτότητα διαφαινομένην.

Οὐκοῦν ἑκατέρου τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ὁ Χριστὸς εἶχε, τό τε κοινὸν καὶ τὸ ἰδικόν· τὸ μὲν κοινὸν, ἐν τῷ λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν πρὸς τὰ ἑαυτοῦ μέρη τῶν ἄκρων ταυτότητος· καθ' ὃν τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν σωζομένην εἶχε διαφοράν· τὸ δὲ ἴδιον, ἐν τῷ λόγῳ τῆς καθ' ὑπόστασιν ταυτότητος τῶν μερῶν, καθ' ὃν ἠφορίζετο τῶν ἄκρων, ἀσύγχυτον τὴν πρὸς αὐτὰ σώζων διάκρισιν. Ἡ γὰρ ἀληθὴς καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, ἑκατέρου τῶν εἰς ὅλου τινὸς σύνθεσιν ἀλλήλοις συνερχομένων μερῶν, κατὰ τὴν ἅμα πρὸς ὅλου τινὸς γένεσιν σύνοδον, τὸ ἀφορίζον ἑκάτερον τῆς κατ' οὐσίαν κοινότητος ἰδίωμα, τῷ κοινῷ συμπαραλαβοῦσα, δείκνυσιν ἐνυπόστατον, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν· ὅτι μὴ καθ' αὐτὸ διωρισμένως ὑπέστη· τῶν ὁμογενῶν, ἢ τοῦ καθ' ἕνωσιν αὐτῷ πρὸς ὅλου τινὸς γένεσιν συνυφεστῶτος ἀφοριζόμενον· ὅπερ ἰδιόν ἐστιν ὑποστάσεως. Τὸ γὰρ καθ' αὑτὸ διωρισμένως συνεστὼς ἐστιν ὑπόστασις· γ' εἴπερ ὑπόστασιν εἶναί φασιν, οὐσίαν μετὰ ἰδιωμάτων, ἀριθμῷ τῶν ὁμογενῶν διαφέρουσαν· δ' ἐνυπόστατον δὲ, τὸ καθ' αὑτὸ μὲν

A non habens scilicet quo partium inter se personalem identitatem incolumem ostenderet quam personalis distinctio in duas personas divideret.

Partium communia secundum personæ rationem; totum, id est, Christum ab extremis dirimere; earumdem vero secundum essentiæ rationem cum extremis communia, Christum ut totum cum extremis essentialiter conjungeret.

Non enim quibus proprietatibus a reliqua hominum turba dirimebatur, illis distinctionem cum Verbo retinebat; nec vero rursus, quibus a Verbo distinguebatur, his quoque a nobis dirimebatur: sed quibus a nobis dirimebatur, illis unionem personalem cum Verbo, seu identitatem incolumem servabat; ac quibus naturaliter nobis erat unitus, B illis nimirum essentialem a Verbo distinctionem ratam habebat. Quemadmodum etiam Verbum, quibus proprietatibus a communi deitatis tanquam Filius ac Verbum dirimebatur, his personalem cum carne unionem, sive identitatem, servabat; quibus autem ut Deus naturalem cum carne servabat distinctionem, illis Patri ac Spiritui sancto essentialiter unitum, diversam secum et cum extremis distinctionem identitatemque habebat; nempe, partium quidem communitatibus naturaliter cum extremis unitum, earumdemque (partium scilicet) proprietatibus, personaliter ab extremis discretum. Cum videlicet in personali partium suarum identitate, extremorum secum distinctionem incolumem ostenderet; inque partium essentiali diversitate, C naturalem extremorum cum partibus identitatem inferret. Quodque adeo partium communitatibus, extremis unitum erat, earumdemque proprietatibus ab extremis **322** dirimebatur; plane, quibus extremis uniebatur, illis partium inter se distinctionem naturalem incolumem habebat. Quibus item ab extremis dirimebatur, his in se elucentem personalem partium identitatem servabat.

Igitur Christus utriusque naturæ, ex quibus erat compositus, tum quod est commune, tum quod proprium, habebat: commune quidem, in essentiali extremorum cum suis partibus identitatis ratione, secundum quam, partium inter se distinctionem, et post unionem, incolumem habebat; proprium vero, D in personalis partium identitatis ratione, secundum quam ab extremis dirimebatur, inconfusam ab illis discretionem servans. Vera enim personalis unio, cujusque partium ad totum quoddam componendum coeuntium, ea ratione qua simul ad totius cujusdam editionem conveniunt, proprietatem ab essentiali ambas communitate dirimentem, una cum communi assumens, ἐνυπόστατον efficit (velut dicas, vere in persona et hypostasi exsistens), sed non personam ac hypostasim; quod videlicet non per seipsum discrete seorsumque consistat; ab iis quæ ejusdem generis sunt, sive ab eo, quod una cum illo ad totum quoddam constituendum consistit, sejunctum: quod personæ ac hypostasis est proprium. Quod enim per se seorsum ac discrete

Digitized by Google

vere exsistit, id vero persona est et hypostasis; siquidem hypostasim seu personam esse dicunt, essentiam cum proprietatibus, ab iis quæ ejusdem generis sunt, numero distinctam. Ἐνυπόστατον autem, id quod per se quidem minime consistit, sed in aliis consideratur, cujusmodi est species in individuis illi subjectis : vel quod etiam cum alio essentialiter distincto, ad totum aliquod constituendum compositionem init; quod nimirum, quantum proprietatibus dirimentibus, ab iis quæ ejusdem sunt generis, distinguitur, tantum cum eo quod personaliter copulatum est, arctius unitur ac identificatur. Non enim, quibus proprietatibus, ab iis, quæ ejusdem sunt generis, dirimitur, a conjuncto unaque vere exsistente, secernitur : sed quibus dirimentibus proprietatibus, ab iis, quæ ejusdem essentiæ sunt, distinguitur, illis cum conjuncto unaque componente, quæ est per unionem, servat personæ identitatem; qua scilicet una prorsus singularis persona exsistit. Quod ita in divina dispensatione (hoc est, incarnatione) **323** vera doctrina tradit. Quibus enim proprietatibus a nobis discreta caro distinguebatur, illis personalem cum Verbo identitatem habebat; ac quibus a Patre et Spiritu proprietatibus, tanquam Filius ab utroque discretus, distinguebatur, his singularem cum carne personæ vim, omni prorsus ratione indivisam, incolumem servabat.

A οὐδαμῶς ὑφιστάμενον, ἐν ἄλλοις δὲ θεωρούμενον, ὡς εἶδος ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀτόμοις· ἢ τὸ σὺν ἄλλῳ διαφόρῳ κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς ὅλου τινὸς γένεσιν συντιθέμενον· ὅπερ καθ' ὅσον μὲν διαφέρει τοῖς ἀφορίζουσιν αὐτὸ τῶν κατ' οὐσίαν ὁμογενῶν ἰδιώμασι, τοσοῦτον τῷ συγκειμένῳ καθ' ὑπόστασιν· ἑνίζεται ταυτιζόμενον. Οὐ γὰρ οἷς ἀφορίζεται τῶν ὁμογενῶν ἰδιώμασι, τούτοις διακρίνεται καὶ τοῦ συγκειμένου καθ' ἕνωσιν καὶ συνυφεστῶτος· ἀλλ' οἷς διενήνοχε τῶν ὁμοουσίων ἀφοριστικοῖς ἰδιώμασι, τούτοις πρὸς τὸ συγκείμενον τὴν καθ' ἕνωσιν φυλάττει ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως, ἐν τῷ πάντη μοναδικῷ τοῦ προσώπου συντηρουμένην· ὅπερ ἐπὶ τῆς θείας οἰκονομίας ἦγουν σαρκώσεως ὁ ἀληθὴς πρεσβεύει λόγος. Οἷς γὰρ ἡμῶν ἀφοριζομένη διέφερεν ἡ σὰρξ B ἰδιώμασι, τούτοις τὴν πρὸς τὸν Λόγον καθ' ὑπόστασιν εἶχε ταυτότητα· καὶ οἷς ὁ Λόγος Πατρός τε καὶ Πνεύματος διέφερεν ἰδιώμασιν, ὡς Υἱὸς ἀφοριζόμενος, τούτοις τὸ καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὴν σάρκα, μοναδικὸν διετήρει σωζόμενον, μηδενὶ λόγῳ παντελῶς διαιρούμενον.

Non igitur Dei Verbi caro persona est. Nunquam enim prorsus, nec quantum nudæ mentis velox cogitatus præverterit, per seipsam proprietatibus dirimentibus ab eis quæ ejusdem sunt generis discreta fuit, vel in conjuncto personaliter Verbo, C proprium a communi sejunctum habens; sed ἐνυπόστατος (ut vocant Græci) velut scilicet in ipso et per ipsum nacta esse, atque ejus caro per unionem facta, unumque cum eo personaliter reddita; ejus scilicet proprietatis ratione, qua dirimitur a reliqua hominum turba. Atque, ut clarius dicam, Verbi ipsius personaliter facta, quod proprium est, uti etiam quod essentialiter est commune, cujus et caro vere per unionem effecta est.

Οὐκοῦν οὐχ ὑπόστασις ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου καθέστηκε σάρξ. Οὐδέποτε γάρ, οὐδόσον ἐπινοίας ψιλῆς πέφυκε τάχος χωρεῖν, καθ' ἑαυτὴν τὸ παράπαν ὑπέστη τοῖς ἀφορίζουσιν αὐτὴν ἰδιώμασι διωρισμένη τῶν ὁμογενῶν, ἢ πρὸς τὸν συγκείμενον καθ' ὑπόστασιν Λόγον, τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον ἔχουσα κεχωρισμένον· ἀλλ' ἐνυπόστατος ὡς ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτὸν λαβοῦσα τοῦ εἶναι τὴν γένεσιν· καὶ αὐτοῦ γενομένη καθ' ἕνωσιν σὰρξ, καὶ πρὸς αὐτὸν καθ' ὑπόστασιν ἑνιζομένη, τῷ λόγῳ τῆς τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἀφοριζούσης αὐτὴν ἰδιότητος. Καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, αὐτοῦ τοῦ Λόγου καθ' ὑπόστασιν ποιουμένη τὸ ἴδιον· ὥς που καὶ τὸ κατ' οὐσίαν κοινὸν, οὗ καὶ σὰρξ ἀληθῶς καθ' ἕνωσιν γέγονεν.

Christus, cum Deus perfectus, idemque homo perfectus esset, eorum, quæ erat, quod commune est quodque proprium habebat, quibus extremorum secum unionem ac discretionem præstabat : extremorum quidem secum unione, incolumes in se ipse ambas naturas, ex quibus compositus erat, astruens; extremorum vero ab ipso discretione, personæ suæ singularitatem repræsentans atque exhibens. D

Ὅτι Θεὸς ὑπάρχων τέλειος ὁ Χριστὸς, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, τῶν ἅπερ ἦν, εἶχε τὸ κοινὸν καὶ τὸ ἴδιον, οἷς πρὸς ἑαυτὸν ἐποιεῖτο τὴν τῶν ἄκρων ἕνωσιν καὶ διάκρισιν· τῇ μὲν πρὸς ἑαυτὸν ἑνώσει τῶν ἄκρων, ἐν ἑαυτῷ σωζομένας τὰς ἐξ ὧν συνετέθη δύο φύσεις πιστούμενος· τῇ δὲ πρὸς ἑαυτὸν διακρίσει τῶν ἄκρων, τὸ μοναδικὸν τῆς οἰκείας παριστὰς ὑποστάσεως.

Siquidem enim Verbum, Deus natura cum esset, assumpta carne anima intelligente prædita citra omnem mutationem homo factum est, plane liquet, unus ex ambobus cum esset, ac per unum ambo sibi vere vindicaret, eumdem ipsum utriusque quod commune est, et quod proprium habuisse : quibus cum extremis et unionem et discretionem præstaret, ita nimirum ut partium suarum naturali inter se distinctione, essentialiter extremis uniretur, earumque personali identitate, ab extremis dirimeretur. Sin autem idem ipse et distinctionem habebat et identitatem, perspicuum est quod unum

Εἰ γὰρ φύσει Θεὸς ὢν ὁ Λόγος προσλήψει σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης δίχα τροπῆς γέγονεν ἄνθρωπος, δῆλον ὡς ἐξ ἀμφοῖν εἷς, καὶ δι' ἑνὸς ἑαυτὸν κατ' ἀλήθειαν ἄμφω πιστούμενος, ἀμφοτέρων εἶχεν ὁ αὐτὸς τό τε κοινὸν, καὶ τὸ ἴδιον· οἷς τὴν πρὸς τὰ ἄκρα ἐποιεῖτο ἕνωσιν καὶ διάκρισιν· τῇ μὲν πρὸς ἄλληλα φυσικῇ διαφορᾷ τῶν οἰκείων μερῶν, κατ' οὐσίαν τοῖς ἄκροις ἑνούμενος· τῇ δὲ τῶν αὐτῶν, δηλονότι μερῶν, ταυτότητι, καθ' ὑπόστασιν, τῶν ἄκρων διακρινόμενος. Εἰ δὲ διαφορὰν εἶχεν ὁ αὐτὸς καὶ ταυτότητα, δῆλον ὡς ἓν καὶ δύο ἦν ὁ αὐτός. Ἓν μὲν, τῷ λόγῳ τῆς οἰκείας κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἀδιαιρέτου

Digitized by Google

μονάδος· δύο δὲ, τῷ λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν πρὸς ἄλληλα τῶν οἰκείων μερῶν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἑτερότητος. ε' Διαφορὰ γάρ ἐστιν, λόγος καθ' ὃν ἡ πρὸς ἄλληλα τῶν σημαινομένων ἑτερότης σώζεσθαι πέφυκεν, καὶ τοῦ πῶς εἶναι δηλωτικός. ς' Ταυτότης δέ ἐστιν, ἀπαραλλαξία καθ' ἣν ὁ τοῦ σημαινομένου λόγος τὸ πάντη κέκτηται μοναδικὸν, μηδενὶ τρόπῳ διαφορᾶς γνωριζόμενον.

A et duo idem erat; unum, personæ propriæ indivisæ unitatis ratione; duoque, **324** essentialis inter se suarum partium, post etiam unionem, diversitatis itidem ratione. Est enim distinctio, oratio qua eorum quæ significantur inter se diversitas incolumis servatur, modusque essendi declaratur. Identitas vero est, incommutabilis summaque similitudo, qua rei significatæ ratio prorsus singularis, nullo distinctionis modo explicata habetur.

Περὶ διαφορᾶς διάληψις σύντομος, δι' ἧς δείκνυται τὸ κατ' οὐσίαν ποσὸν τῶν ἡνωμένων σωζόμενον.

Εἰ τοίνυν σώζεται μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν Χριστῷ τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ἡ πρὸς ἄλληλα κατὰ τὴν οὐσίαν διαφορὰ, σαφὴς ὑπάρχει τοῖς εὐσεβοῦσιν ἀπόδειξις, ὡς τὸ κατ' οὐσίαν ποσὸν μεμένηκε τῶν ἡνωμένων ἀμείωτον μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸν ἑκατέρου μέρους πρὸς θάτερον ἐν τῷ κατὰ σύνθεσιν ἐξ αὐτῶν ὅλῳ διασῶζον τῆς οὐσίας ὅρον τε καὶ λόγον ἀσύμπτωτον. Εἰ δὲ καὶ ἡ τοῦ ὅλου πρὸς τὰ οἰκεῖα μέρη, μᾶλλον δὲ φάναι σαφέστερον, ἡ πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ὅλου σύνθεσιν ὑποστατικὴ διασώζεται ταυτότης· δῆλον ὡς οὐδενὶ τρόπῳ τὰ μέρη κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένην μίαν ὑπόστασιν, πρὸς ἄλληλα παντελῶς διαφέρουσι. Καὶ λοιπὸν οὐδείς ἐστι λόγος δεῖξαι δυνάμενος, ἢ τὸ κατ' οὐσίαν διάφορον συγχεόμενον, ἢ τὸ καθ' ὑπόστασιν μοναδικὸν διαιρούμενον.

B

De distinctione seu differentia brevis disquisitio; qua ostenditur, incolumem esse essentialem eorum quantitatem, quæ unita sunt.

Siquidem igitur in Christo post unionem, earum, ex quibus compositus est, partium, essentialis inter se distinctio incolumis manet, perspicue piis probatum est, essentialem unitorum quantitatem post unionem nihil dispendii passam remansisse : quæ utriusvis partium, cum altera, in toto quod ex eis per compositionem conflatur, essentialem servet, tum definitionem, tum rationem incommutabilem. Sin autem etiam totius cum suis partibus, seu (ut verius loquar) partium inter se, ea ratione qua totum componunt, personalis identitas servatur incolumis; plane perspicuum est, partes, quatenus una persona ex eis completur, nihil prorsus inter se distinctas esse : jamque nulla probare possit ratio aut oratio, vel essentialem distinctionem confundi, vel personalem singularitatem dividi.

Κατασκευὴ πλατυτέρα τε καὶ φυσικωτέρα περὶ διαφορᾶς καὶ ποσότητος, καὶ τοῦ δηλοῦντος αὐτὰς ἀριθμοῦ.

C

Fusior probatio, magisque in naturæ rationibus, de distinctione et quantitate, deque numero eas significante.

Οὐκοῦν εἴπερ διαφορὰν ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγομεν, πάσῃ δὲ πάντως ἐξ ἀνάγκης διαφορᾷ συνεισάγεσθαι πέφυκε ποσὸν, οὗ δηλωτικὸν τὸν ἀριθμὸν εἶναι γνωρίζομεν, εἰκότως πρὸς δήλωσιν μόνην τῆς τῶν διαφερόντων διαφορᾶς μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸν ἀριθμὸν παραλαμβάνοντες, οὐ διαιροῦμεν τῷ ἀριθμῷ τὰ σημαινόμενα παντελῶς, ἀλλὰ δηλοῦμεν σωζομένην τῶν ἡνωμένων τὴν ὕπαρξιν· ὅτι καὶ μόνου ποσοῦ δηλωτικὸς πᾶς εἶναι πέφυκεν ἀριθμὸς, ἀλλ' οὐ διαιρετικός. Τὸ γὰρ μὴ ποιοῦν ἢ πάσχον, πῶς ἂν εἴη τῆς οἱασοῦν σχέσεως κύριον; ἐπειδὴ μόνης οὐσίας ἐστὶ τὸ μὲν ποιεῖν· ὥσπερ καὶ τὸ πάσχειν συμβεβηκότος ἦγουν ποιότητος· ἀφ' ὧν εἶναι, καὶ ἐξ ὧν τὰς σχέσεις, οἱ τῶν τοιούτων γυμνασταὶ λόγων πρεῖέναι φασίν. Μᾶλλον δὲ σκοποῦσιν ἡμῖν ἀκριβέστερον, οὐδὲ τούτων, οὐσίας τέ φημι καὶ συμβεβηκότος, καθεστήκασιν ἔργον αἱ σχέσεις, ἀλλὰ τῆς πάντων ποιητικῆς αἰτίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ λόγον ἐνθεμένης ἑκάστῳ τῶν γεγονότων τοῦ εἶναι συστατικὸν, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς παραστατικὸν οἰκειώσεώς τε καὶ ἀλλοτριώσεως. Εἰ δὲ κυρίως αἱ σχέσεις οὐκ ἔχουσιν αἰτίαν ποιητικὴν ἑαυτῶν τὴν οὐσίαν, σχολῇ γ' ἂν τὸν ἀριθμόν· ὃς καθὸ μὲν οὐκ ἔστιν οὐσία, ποιεῖν οὐ δύναται παντελῶς· καθὸ δὲ συμβεβηκὸς, ἦγουν ποιότης οὐκ ἔστιν, πάσχειν οὐ πέφυκεν. Εἰ δὲ μήτε ποιεῖν, μήτε πάσχειν ὁ ἀριθμὸς πέφυκεν, ἆρα σημεῖόν ἐστι ποσοῦ δηλωτικὸν, τῆς ἐν τῷ δηλουμένῳ ποσῷ σχέσεως οὐδεμίαν ποιούμε-

D **325**

Siquidem igitur distinctionem in Christo post unionem dicimus, sicque omnino comparatum est, ut quavis data distinctione, necessario quantitas illi comes inducatur, cujus significandæ vim habere numerum non nescimus : merito, qui hac solum ratione numerum assumamus, ut eorum quæ distincta sunt, distinctionem post unionem significemus, nihil prorsus significata dividimus, sed eorum quæ unita sunt, incolumem essentiam esse declaramus : quod nimirum omnis numerus natura sua vim solum habeat significandæ quantitatis, non autem divisionis. Quod enim nec agit, nec patitur, quonam modo cujuscunque tandem habitudinis inducendæ causa exstiterit? quandoquidem agendi vis, solius substantiæ est, uti etiam patiendi, accidentis (qualitatis scilicet) a quibus, et ex quibus procedere habitudines affirmant, qui in rebus ejusmodi serio versati sunt. Quinimmo, ne horum quidem (substantiæ scilicet et accidentis) habitudines opus sunt, sed universorum creatricis causæ ac potentiæ, quæ unicuique creatorum rationem indidit, id quod sunt constituentem, eorumque inter se naturalem seu necessitudinem, seu diversitatem ac dissidium exhibentem. Quod si proprie ac vere habitudines, sui ipsarum auctorem ne quidem substantiam habent, longe est ut numerum habeant; qui nimirum qua ratione non est substantia, neque omnino facere quidquam potest : qua vero neque accidens

Digitized by Google

(id est, qualitas), neque ut patiatur comparatum habet. Sin autem numerus, neque ut faciat, neque ut patiatur comparatum habet; signum itaque est, cujus in eo vis, ut quantitatem notificet, non ut exprimat ac repræsentet. Neque enim genus est, quod de aliis prædicari possit, sed signum, uti dicebam, generis, quod de aliis prædicatur, exprimendi vim habens.

A νος ἔμφασιν· ὅτι μὴ γένος ἐστὶν, ἄλλων κατηγορεῖσθαι δυνάμενος· ἀλλὰ σημεῖον, ὡς ἔφην, τοῦ κατ' ἄλλων κατηγορικῶς φερομένου γένους ἐμφατικόν.

Atqui si numerus res ejusmodi est, cui nec agere comparatum sit, nec pati; palam est, quatenus quidem non agit, nullam vim significandæ habitudinis habere (unionis scilicet aut divisionis), ad aliam enim, uti dicebam, hoc rationem attinet : quatenus vero non patitur, nec divisionem admittere. Per se enim omnis numerus indivisibilis est, qui motum sensum afficientem (alterationis vocant, quod est proprium qualitatis) minime recipiat. Nec contractionem ac dilatationem seu explicationem, quod substantiæ proprium exsistit. Neque crementum ac decrementum, quod est proprium quantitatis. Si autem quantitatis, at non habitudinis (ejus enim quæ simpliciter dicatur, non quæ tali modo, quantitatis significandæ numerus vim habet) palam est, numero nec ut faciat divisionem, nec ut unionem, comparatum esse; sed ut solummodo quantitatem notificet, quocunque tandem modo eam intellexerimus. Substantiæ enim agere est, accidentis autem (id est, qualitatis) pati; quorum neutrum numerus est. Si enim esset substantia, etiam per se vere exsisteret, non indigens alio vi cujus **326** ac ope consisteret; si autem accidens (id est, qualitas) esset, aut differentiam specialissimam constitueret, generique complexus, subjecti definitionem colligeret, specieique, et non quantitatis intentionem præberet; vel speciei conjunctus, differentiam communiter dictam induceret, individuorumque quæ sub eamdem speciem reducuntur, aliorum ab aliis discretionem faceret : vel proprie dictam differentiam, in acervo omnium proprietatum, quæ individuo insunt, præstaret; neque duntaxat alium ab alio, verum etiam diversum, aliisque prorsus imbutum accidentibus, eum, qui per eum significaretur, ostenderet. Sin autem nemo prorsus est, qui res definiendo numerum adhibeat, numerus neque substantia neque qualitas est. Quod si numerus horum nihil est, liquet illi neque ut agat comparatum esse, neque ut patiatur. Atqui si neutrum ei competit, merito neque unit prorsus, aut dividit, tanquam qui patiatur : sed cum solam quantitatem non attingit.

A præfecti sunt, ac quam ille, obierunt provinciam, quanto nos (id est, nostra ætas) gravi nequitiæ onere depressi ut a malorum turba emergeremus, indigebamus; vir utique si quis olim nuncque adeo in iis qui religiosissimi sunt, probus ac clemens, misericors, lenis, patiens, longanimis, modesti sensus, pudicus, non iracundus, non avarus, amantis animi, injuriarum immemor, beneficus, hospitalis, pauperum amans, miserantis animi ac communicantis, studiosissimus, pervigil, Ecclesiæ amans: quod omnium præstantissimum, piæ rectæ fidei doctrinæ acerrimus æmulator; ac quæ deinceps priore continentur epistola, in qua aliaque scriptione domino meo benedicto partim significavi. Omnia enim viri præclara ornamenta ac virtutes B sermone complecti, nec possibile est, neque res ut fiat, capit. Atque hæc eam duntaxat ob rem significavi, ut cognoscat a Deo conservatus dominus meus viri religiosos mores, et tanquam divina reipsa fultum gratia, ipsum suscipiat ac colat, piisque ac clementissimis imperatoribus, qui Dei in terra imaginem præferant, commendet ac offerat, et ne improborum hominum linguas iniquas facientes dolum sicut novacula acuta, et diligentes malitiam super benignitatem [i], admittant, suadeas: quo scilicet non detur locus mendacio adversus bonitatem, nec iniquitas adversus justitiam libertate præscribat; omninoque vitium ac malitia adversus omnem virtutem, horum invicem permutatione ac confusione. Scriptum enim est: *Viro justo damnum inferre, non bonum est; neque par insidiari principibus justis* [j]. Id enim præstare par est benedictum dominum meum, qui sapientiæ amator sit ac scientiæ: quam precor in perpetuum incolumem fore a Deo conservato domino meo, quæ ipsa illius animi ac corporis custos sit. Qui autem has meæ tenuitatis affert litteras, virum scilicet animi **381** prudentia quam corporis ætate seniorem, ob eam qua fulget ingenii vim ac solertiam, convenienter accipi rogo, velut qui divinæ doctrinæ sedulo incumbat, nec me humilem sincero affectu prosequi a se alienum ducat.

[i] Psal. LI, 4, 5. [j] Prov. XVII, 26.

DE SANCTA TRINITATE

DIALOGI TRES.

Exstant inter S. Athanasii Alexandrini Opera nostræ editionis, quæ Benedictinam repræsentat, hujusce *Patrologiæ Græcæ* tom. XXVIII, col. 1113-1285; ubi conferenda Montefalconii Admonitio prævia.

Digitized by Google

dicam, aliorum quidem alio pro cujusque affectu super terram studia ac instituta ; Georgii vero, ægrotis, senibus, hospitibus, egenis propensius addictæ ædes ; monasteria, peregrinorum sepultura ; pauperum egenorumque per familias agmina turmatim in urbibus projecta, confovenda atque alenda ; opus denique studiumque, singularis humanitatis radiis, orientis pariter ac occidentis, borealisque ac australis plagæ fines excedere.

379 Hæc cum ita se habeant, quis nescit, dum tantisper animum pietati addixerit, quantam reipublicæ ac mundo Dei benevolentiam, ejuscemodi operum claritas conciliaret, ipsa semper ejus studio vigens ac alacritate. Quod enim contrarium, horum cessatione evenit, mali ominis causa reticebo. Quis vero provincialium omnium oculis viri excessu fusas lacrymas commetiatur, cunctis illi circumfusis, aliisque alio ad se trahentibus, nec liberum ad navim accessum permittentibus, planctuque ac gemitu quiritantibus, ac si per familias, sexus omnis ætasque quærerent ; pauperes, subministratorem ; divites, pinguioris substantiæ dispensatorem ; viduæ, patronum ; pupilli, patrem ; egeni ac pauperes, hospitesque et fratres, egenorum ac pauperum, hospitumque ac fratrum amatorem ; qui in ærumnis, consolationem ; canities, baculum ; omnesque omnino eum, qui ominibus omnia factus esset, ut omnes lucrifaceret [b], ac pro omnibus Deo lucrifieret. Idcirco, pro concessa tibi a Deo gratia, domine mi benedicte, quibus nosti modis, ac quorum ope aut consilio præstare licebit, ut cum imperio iterum revertatur, noveris grandem te Deo hostiam, veramque a Deo fultis imperatoribus nostris benevolentiam, firmamque securitatem exhibuisse, quod ejus præficiendi provinciæ auctor exstiteris. Nemo enim pii eorum imperii ac majestatis servus religiosior. Vale, mihi dilecte, omniumque mihi charissime ac colendissime, vere Dei serve.

XLV. — *Ejusdem ad eumdem.*

Omni temporum labentium ætate, humanæ Deus naturæ prospiciens, nostræque omnium salutis curam gerens, qui lucis instar virtutum corusco sanctis vitam moribus institutus sit, quippe divinarum secundum propositum capacem legum, ostendit : tanta nimirum concessa virtute, quanta merito ad populi qui ducendus est, conversionem opus sit : ut velut justitiæ operum lucidæ faci reliqui attendentes, ipsi quoque vitam ex divinis sancte rationibus componant, **380** nullo eos ex ignorantia vitio supplantante. Nostra itaque ætate fax lucens ac virtutis norma Christi amans Georgius præfectus effulsit ; vir præclarus, tantæque virtutis, ac tam uberes gratiæ munere a Deo consecutus dotes, tanto majores iis, qui olim in hoc munus

[b] I Cor. IX, 22.

συντόμως εἰπεῖν, ἄλλοις μὲν ἄλλα κατὰ τὴν ἑκάστου ἔφεσιν ἐπὶ γῆς διεσπούδασται · Γεωργίου δὲ, τὰ νοσοκομεῖα, καὶ τὰ γηροκομεῖα καὶ ξενοκομεῖα καὶ πτωχοτροφεῖα, καὶ τὰ μοναστήρια καὶ τὰ ξενοτάφια, καὶ ὅσα πλήθη πτωχῶν τε καὶ πενήτων κατὰ γένος ἀγεληδὸν κατὰ τὰς πόλεις διέῤῥιπται, περιστείλαί τε καὶ διαθρέψαι · καὶ ἐώας τε καὶ δύσεως, βορείου τε καὶ νοτίου λήξεως τοὺς ὅρους ὑπερβῆναι ταῖς ἀκτῖσι τῆς φιλανθρωπίας, ἔργον ὑπάρχει καὶ σπούδασμα.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, τίς ἀγνοεῖ τῶν ὀπωσοῦν εὐσεβείας μεταποιουμένων, πόσην εὐμένειαν τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ πᾶν ἡ τῶν τοιούτων ἔργων εὐαρέστησις προσεκαλεῖτο, διὰ παντὸς ταῖς αὐτοῦ προσὸν προθυμίαις ἀκμάζουσα; Τὸ καὶ ἐναντίον, τῇ τούτων ὀργῇ συμβαῖνον διὰ τὸ δύσφημον σιωπήσομαι. Τίς δὲ μετρῆσαι δυνήσεται τὰ κρουνηδὸν παρὰ παντὸς ὀφθαλμοῦ χυθέντα δάκρυα παρὰ τῶν ταύτην οἰκούντων τὴν γῆν ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ αὐτοῦ, πάντων περιεχομένων αὐτοῦ καὶ ἀνθελκόντων βίᾳ πρὸς αὐτοὺς, καὶ τῷ πλοίῳ τρόπον τινὰ προσβῆναι μὴ συγχωρούντων · καὶ ταῖς οἰμωγαῖς ποτνιωμένων, οἱονεὶ ζητούντων κατὰ γένος καὶ ἡλικίαν · οἱ μὲν, τῆς πενίας τὸν ποριστήν, οἱ δὲ, τῆς εὐπορίας τὸν οἰκονόμον · αἱ χῆραι, τὸν προστάτην · οἱ ὀρφανοὶ, τὸν πατέρα · οἱ πτωχοὶ, τὸν φιλόπτωχον, καὶ τὸν φιλόξενον οἱ ξένοι · καὶ ἀδελφοὶ, τὸν φιλάδελφον · οἱ νοσοῦντες, τὸν ἰατρόν · οἱ ἐν συμφοραῖς, τὴν παράκλησιν · πολῖται, τὴν βακτηρίαν · καὶ ἁπλῶς πάντες, τὸν πάντα πᾶσι γενόμενον, ἵνα κερδάνῃ τοὺς πάντας, καὶ ὑπὲρ πάντων τῷ Θεῷ κερδηθῇ; Διὸ κατὰ τὴν δοθεῖσάν σοι χάριν παρὰ τοῦ Θεοῦ, δέσποτά μου εὐλογημένε, δι' ὧν οἶδας τρόπων τε καὶ προσώπων, εἰ δυνηθείης αὐτὸν πάλιν ἐπανελθεῖν ποιῆσαι, μεγάλην θυσίαν γίνωσκε τῷ Θεῷ, καὶ τοῖς θεοστηρίκτοις ἡμῶν βασιλεῦσιν εὔνοιαν γνησίαν καὶ ἀσφάλειαν ἀῤῥαγῆ δεδωκὼς τὴν προβολήν. Οὐδεὶς γὰρ αὐτοῦ καθέστηκε γνησιώτερος δοῦλος τῆς αὐτῶν εὐσεβοῦς βασιλείας. Ἔῤῥωσό μοι, λίαν ἠγαπημένε, καὶ πάντων μοι τιμιώτατε δοῦλε γνήσιε τοῦ Θεοῦ.

ΜΕ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Πάσῃ μὲν γενεᾷ κατὰ καιροὺς ὁ Θεὸς, τῆς τῶν ἀνθρωπίνων προνοούμενος φύσεως, καὶ τῆς ἡμῶν ἁπάντων σωτηρίας ἐπιμελούμενος, φωτὸς δίκην ταῖς ἀρεταῖς ἐξαστράπτοντα τὸν ὁσίως πολιτευόμενον, ὡς κατὰ πρόθεσιν χωρητικὸν τῶν θείων νόμων ἀνέδειξε · τοσαύτην ἰσχὺν δεδωκὼς, ὅσον εἰκὸς πρὸς ἐπιστροφὴν ἔχρῃζεν, ὁ λαὸς ὁ ἀγόμενος · ἵνα ὥσπερ λαμπτῆρί τινι φωτὸς ἔργων δικαιοσύνης οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων προσέχοντες, κατὰ Θεὸν καὶ αὐτοὶ τὸν ἑαυτῶν βίον ῥυθμίζωσι · μηδενὸς αὐτοὺς ἐξ ἀγνοίας πάθους ὑποσκελίζοντος. Ἡμῖν δὲ κατὰ καιρὸν λαμπτήρ τις καὶ κανὼν ἀρετῆς ἀναδέδεικται Γεώργιος ὁ φιλόχριστος ἔπαρχος · ὁ πολὺς καὶ τοσοῦτος τὴν ἀρετὴν, καὶ τοσαύτην πλουτοῦσαν τῇ χάριτι θεόθεν δεξάμενος δύναμιν · καὶ τῶν ἐπὶ τού-

Digitized by Google

τῳ πάλαι προκεχειρισμένων καὶ προβεβλημένων ὑπεραίρουσαν τοσοῦτον, ὅσον ἡμεῖς, ἤγουν ἡ καθ' ἡμᾶς γενεὰ πολλῷ βάρει κακίας καταπεπιεσμένοι ἐδεόμεθα πρὸς ἀνάνευσιν καὶ ἐκ τῆς τῶν κακούντων ἡμᾶς πληθύος. Ἀνὴρ εἰ καί τις ἄλλος τῶν πάλαι τε καὶ νῦν φιλοθεωτάτων ἀγαθός τε καὶ φιλάνθρωπος, ἐλεήμων, πραΰς, ἀνεκτικὸς, μακρόθυμος, ταπεινόφρων, σώφρων, ἀόργητος, ἀφιλάργυρος, ἀγαπητικὸς, ἀμνησίκακος, εὐεργετικὸς, φιλόξενος, φιλόπτωχος, συμπαθὴς, κοινωνικὸς, σπουδαιότατος, ἄγρυπνος, φιλεκκλήσιος· καὶ τὸ δὴ πάντων τιμιώτερον, τοῦ κατὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν εὐσεβοῦς λόγου ζηλωτὴς ἐκθυμότατος· καὶ τὰ λοιπὰ ἀκολούθως ἐν τῇ προτέρᾳ περιέχεται ἐπιστολῇ· καθ' ἣν καὶ δι' ἄλλης τῷ εὐλογημένῳ μου δεσπότῃ συλλαβῆς ἐκ μέρους ἐσήμανα. Πάντα γὰρ τὰ τοῦ ἀνδρὸς κατορθώματα λόγου δυνάμει περιληφθῆναι τῶν ἀμηχάνων ἐστὶ καὶ ἀνεγχωρήτων· καὶ ταῦτα διὰ τὸ μόνον γινώσκοντα τὸν θεοφύλακτόν μου δεσπότην τοῦ ἀνδρὸς τὸ φιλόθεον, ὡς θείας δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὑπὸ τῆς χάριτος ὄντα, δέξασθαί τε καὶ τιμῆσαι δεδήλωκα· καὶ πραθέσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς τὸ θεῖον εἰκονίζουσι κράτος εὐσεβέσι καὶ πανημέροις ἡμῶν βασιλεῦσι· καὶ πεῖσαι γλώσσας ἀδίκους ἀνδρῶν παρανόμων μὴ παραδέχεσθαι, ποιοῦσας δόλον ὡσεὶ ξυρὸν ἡκονημένον, καὶ ἀγαπώσας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην· ἵνα μὴ χώρα τῷ ψεύδει κατὰ τῆς ἀληθείας δοθῇ, καὶ παῤῥησίαν λάβῃ κατὰ τῆς δικαιοσύνης ἡ ἀδικία· καὶ ἁπλῶς κατὰ πάσης ἀρετῆς ἡ κακία, διὰ τῆς εἰς ἄλληλα τούτων ἐναλλαγῆς καὶ συγχύσεως. Γέγραπται γὰρ, *Ζημιοῦν ἄνδρα δίκαιον, οὐκ ἀγαθόν· οὐδ' ὅσιον ἐπιβουλεύειν δυνάσταις δικαίοις.* Τοῦτο γὰρ ἐργάζεσθαι τῷ εὐλογημένῳ μου δεσπότῃ πρέπει, ὄντι σοφίας ἐραστῇ καὶ φρονήσεως· ἣν διὰ παντὸς φυλαχθῆναι τῷ θεοφυλάκτῳ μου δεσπότῃ εὔχομαι φύλακα τυγχάνουσαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος. Τὸν δὲ ταύτην ἐπιφερόμενον τῆς ἐμῆς οὐδενίας συλλαβὴν, πρεσβυτέραν ἔχοντα τῆς ἡλικίας τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς τὴν φρόνησιν, παρακαλῶ δεχθῆναι προσφόρως διὰ τὴν ἐμπρέπουσαν αὐτῷ σύνεσιν, ὡς τῆς θείας τῶν λόγων σπουδῆς μεταποιούμενον, καὶ γνήσιον περὶ ἐμὲ τὸν ταπεινὸν σχέσιν ἔχειν οὐκ ἀπαξιοῦντα.

præfecti sunt, ac quam ille, obierunt provinciam, quanto nos (id est, nostra ætas) gravi nequitiæ onere depressi ut a malorum turba emergeremus, indigebamus; vir utique si quis olim nuncque adeo in iis qui religiosissimi sunt, probus ac clemens, misericors, lenis, patiens, longanimis, modesti sensus, pudicus, non iracundus, non avarus, amantis animi, injuriarum immemor, beneficus, hospitalis, pauperum amans, miserantis animi ac communicantis, studiosissimus, pervigil, Ecclesiæ amans: quod omnium præstantissimum, piæ rectæ fidei doctrinæ acerrimus æmulator; ac quæ deinceps priore continentur epistola, in qua aliaque scriptione domino meo benedicto partim significavi. Omnia enim viri præclara ornamenta ac virtutes sermone complecti, nec possibile est, neque res ut fiat, capit. Atque hæc eam duntaxat ob rem significavi, ut cognoscat a Deo conservatus dominus meus viri religiosos mores, et tanquam divina reipsa fultum gratia, ipsum suscipiat ac colat, piisque ac clementissimis imperatoribus, qui Dei in terra imaginem præferant, commendet ac offerat, et ne improborum hominum linguas iniquas facientes dolum sicut novacula acuta, et diligentes malitiam super benignitatem [1], admittant, suadeas: quo scilicet non detur locus mendacio adversus bonitatem, nec iniquitas adversus justitiam libertate præscribat; omninoque vitium ac malitia adversus omnem virtutem, horum invicem permutatione ac confusione. Scriptum enim est: *Viro justo damnum inferre, non bonum est; neque par insidiari principibus justis* [2]. Id enim præstare par est benedictum dominum meum, qui sapientiæ amator sit ac scientiæ: quam precor in perpetuum incolumem fore a Deo conservato domino meo, quæ ipsa illius animi ac corporis custos sit. Qui autem has meæ tenuitatis affert litteras, virum scilicet animi **381** prudentia quam corporis ætate seniorem, ob eam qua fulget ingenii vim ac solertiam, convenienter accipi rogo, velut qui divinæ doctrinæ sedulo incumbat, nec me humilem sincero affectu prosequi a se alienum ducat.

[1] Psal. LI, 4, 5. [2] Prov. XVII, 26.

DE SANCTA TRINITATE

DIALOGI TRES.

Exstant inter S. Athanasii Alexandrini Opera nostræ editionis, quæ Benedictinam repræsentat, hujusce *Patrologiæ Græcæ* tom. XXVIII, col. 1113-1285; ubi conferenda Montefalconii Admonitio prævia.

Digitized by Google

MONITUM.

Datas mutuo Epistolas Davidis Hœschelii et Maximi Margunii Cytherensis episcopi, alteramque ejusdem Margunii ad divinæ philosophiæ studiosos, ex Augustana editione Mystagogiæ Maximi, nolui hic desiderari, si quid lucis, nostro et Maximo et operi ex eis accedere possit. Latinas e Græcis feci, et utraque lingua repræsento, quibus se illi exornavere titulis.

Religiosissimo summæque eruditionis viro, D. Maximo Margunio, Cytherensi episcopo, David Hœschelius S.

A *Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ εἰς ἄκρον παιδείας ἑλληλακότι, κυρίῳ Μαξίμῳ τῷ Μαργουνίῳ ἐπισκόπῳ Κυθήρων, Δαβὶδ ὁ Ἐσχέλιος, εὐδαιμόνως διαζῆν.*

In omnibus sacris eloquiis, religiosissime domine, documenta occurrunt, qua ratione gravi modestia exque virtutis ratione instituenda nobis vita sit; ubi maxime divinus Apostolus præcipit ut honeste ad eos qui foris sunt, ambulemus [1]. Ac rursus, ut honeste et secundum ordinem cuncta fiant [2]. Nam si ii, qui nulla divini Spiritus afflatu allata imbuti doctrina sunt, convenientem cultum Deo adhibere, composite in viis incedere, mutuis officiis invicem accipere, id vero hominis opus proprium merito sanxere; potiori omnino ratione decet, qui divinitus instituti sunt, grato erga Deum animo esse honoremque ipsi habere; sancte vitam traducere, atque ad omnes humaniore ingenio **382 487** esse, ac quotidie bonam inter gentes conversationem tenere, ut, sicut quodam loco ait beatus Petrus [3], in quo de eis detrectant tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus eos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Hoc ipsum ubique veteres, ac vel maxime in sanctorum collectis, servarunt; ita nimirum singula quæque omni peragentes religione, ut sive magna sive minora viderentur, divinum quid majusque homine majestate præferrent: velut quis conjecerit, et ex ea quam Maximus (quem vocant) confessor, ejus argumenti lucubrationem reliquit; ac qua suæ ætatis solemnes mysteriorum ritus, rite admodum recteque describit. Ejus tibi libri editionem, reverentissime Pater, impræsentiarum nuncupandam putavit: cui tuum item Maximi nomen velut sospitator quidam Jupiter a fronte ascribatur, contraque rudium livorem ceu condimentum præstansque gratiam, ei apponatur. Brevis hæc lucubratio, quam abs te primum missam exinde suppeditarunt, quæ hic exstant, membranæ: tibi dicata esto. Arbitror autem ipsum Maximum, si modo vitæ reparatus in humanis ageret, qui ipse sacerdotalem olim implevit album, impense gavisurum, quod tibi Græciæ præsulum præstantis-

B

C

Ἐν πᾶσι μὲν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, θεοφιλέστατε δέσποτα, ὑποθήκας εὑρίσκομεν, ὡς χρὴ ζῆν κοσμίως τε καὶ ἐναρέτως· μάλιστα δὲ οἷς ὁ θεῖος Ἀπόστολος παραινεῖ, εὐσχημόνως περιπατεῖν πρὸς τοὺς ἔξω. Καὶ πάλιν εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν πάντα γίνεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ οἱ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας ἀμύητοι, τὸ πρεπόντως τιμῆσαι τὸ Ὄν, εὐτάκτως ἐν ταῖς ὁδοῖς βαδίσαι, φιλοφρονήσασθαι ἀλλήλους ἴδιον ἔργον ἀνθρώπου καλῶς ἀπεφήναντο· μᾶλλον πάντως τοῖς θεοδιδάκτοις πρέπει εὐχαριστικῶς τε καὶ τιμητικῶς ἔχειν Θεοῦ. Ὁσίως διάγειν τὸν βίον, φιλανθρωπεύεσθαι πρὸς πάντας, καὶ ἑκάστοτε τὴν ἀναστροφὴν ἔχειν καλὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ἵνα, ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν αὐτῶν (καθά φησίν που ὁ ἅγιος Πέτρος) ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύοντες, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς. Τοῦτο αὐτὸ οἱ πάλαι πάντοτε κἀν ταῖς Συνάξεσι τῶν ἁγίων διετήρουν· οὕτω τὰ καθ' ἕκαστον μετὰ πάσης εὐλαβείας διαπραξάμενοι, ὥστε μεγάλα τε καὶ μικρὰ δοκοῦντα, θεοπρεπές τι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ὑποδεικνύναι. Οἷον τεκμήραιτ' ἄν τις καὶ ἐξ ἧς κατέλιπε βίβλου Μάξιμος ὁ τὴν ἐπίκλην Ὁμολογητής, καὶ τότε ἱεροτελεστίας λίαν ὀρθῶς ἀναζωγραφήσας. Ἧς τὴν ἔκδοσίν σοι, αἰδεσιμώτατε Πάτερ, τὰ νῦν προσπεφώνηκα· τὸ ὁμώνυμόν σου, ὥς τινα σωτῆρα Δία, ἐπιγραφομένην, καὶ κατὰ τῆς τῶν ἀμαθῶν βασκανίας ὡς παράρτυμα περιαπτομένην. Τοῦτο τὸ συνταγμάτιον, πρώτως μὲν παρὰ σοῦ μοι πεμφθὲν, εἶτα δ' ἐν μεμβράναις κάνταῦθα προσποριστὸν, ἀνάκειταί σοι. Οἶμαι δὲ ἂν αὐτὸν τὸν Μάξιμον, εἴπερ νῦν ἀναβιώη, τοῦ ἱερατικοῦ πάλαι γεγονότος τέλους (*a*) περιχαρῆναι, ὅτι ἐπεφωνήθη τῶν ἀρχιερέων τῆς Ἑλλάδος τῷ πάνυ, καὶ οὐκ ἂν διὰ τοῦτο τῆς ἐμῆς γνώμης διαφωνήσαι. Ἀσμένως οὖν, τόδε τὸ δωρίδιον καὶ προσφιλῶς ἀπόδεξαι, ληψόμενος (ἐὰν Θεὸς θελήσῃ) μετ' οὐ πολὺ, μυστικὴν τοῦ αὐτοῦ ὁσίου Μαξίμου εἰς τὸ, Πάτερ ἡμῶν, πρός τινα φιλόχριστον, ἑρμηνείαν, καὶ ἄλλα τῶν πάλαι συγ-

[1] I Thess. IV, 11. [2] I Cor. XIV, 40. [3] I Petr. II, 12.

NOTÆ.

(*a*) Qua conjectura Hæschelius Maximum sacerdotem habuerit me latet; nulla produnt, quæ tanta ejus produco monumenta, et quorum is partem haud magnam vidit.

Digitized by Google

γραφέων. Ἡ τοῦ Φωτίου Μυριόβιβλος ἤδη Ἑλληνιστὶ παρ' ἡμῖν, πόνῳ καὶ ἐπιμελείᾳ μου, ἀντιγράφοις γ' διαφόροις χρωμένου, ἐντυποῦται. Ἐῤῥωμένος διαφυλάσσοιο τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, τῇ αὐτοῦ χάριτι, πανεύφημε καὶ θεοφρουρητε δέσποτα.

A simo, sic a me oblatus est, nec inde quidquam a mea sententia sensuque discessurum. Placide igitur atque amanter munusculum accipe, accepturus, Deo auspice, haud ita pridem mysticam ejusdem sancti Maximi Expositionem in orationem Dominicam *Pater noster*, Christi amanti cuidem viroque religioso nuncupatam, aliaque veterum scripta. Photii Myriobiblos (nostri bibliothecam vocant) Græce jam meo labore et cura, ex diversis tribus exemplaribus, typis mandatur. Bene vale, estoque incolumis, præstante Deo sua gratia suæ ipsius Ecclesiæ, clarissime Deoque charissime ejusque præsidiis tute, domine.

Ἐν Αὐγούστῃ Οὐινδελικῶν Μουνιχιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος, ἔτει ἀπὸ τῆς Ἐνσαρκώσεως τοῦ Λόγου ,αφιθ'.

Augustæ Vindelicorum exeuntis Munichionis (Martii scilicet) die septima, incarnati Verbi MDXCIX.

—

Μάξιμος ὁ Μαργούνιος, ταπεινὸς Κυθήρων ἐπίσκοπος, Δαυΐδῃ τῷ Ἐσχελίῳ, σοφωτάτῳ ἀνδρὶ, εὖ πράττειν.

B *Maximus Margunius humilis Cytherorum episcopus, sapientissimo viro Davidi Hæschelio S.*

Περὶ τῆς τῶν τοῦ ἱεροῦ Μαξίμου προσφωνητικῆς, ὑπέρχαρι μὲν ἔμοιγ' ἂν εἴη, εἰ ὥσπερ τοῦ ὀνόματος τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ, οὕτω, καὶ τῆς ἄνωθεν αὐτῷ δαψιλῶς χορηγηθείσης συγκοινωνοίην χάριτος. Καὶ ἦν ἂν ἄρα ταύτῃ ἡ τῶν προσώπων κοινωνία οὐκ ἀσύμφωνος. Ἐπειδὴ δ' ἐκ τῆς ἐνοικούσης ἡμῖν ἀμελείας, μᾶλλον δὲ καὶ ὥσπερ συμπεφυκυίας, ἐκ διαμέτρου τοῖς ἐκείνου τὰ ἡμέτερα φέρεται· ὅσον γε ἧκει εἰς τε σοφίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν· καὶ σκεῦος ἀχρεῖον, οἷον δὴ τοὐμὸν τῆς ψυχῆς, τὴν τοιούτου ἐκλεκτοῦ μύρου εὐωδίαν χωρεῖν οὐ μεμάθηκε, τί ἐμοὶ, πρὸς τοῦ Φιλίου, καὶ τῷ σοφωτάτῳ ἐκείνῳ τὰ θεῖα καὶ ἀγιωτάτῳ ἀνδρί; Ὅπως μὴ παρὰ τὸ πρέπον, καὶ τὴν ἐμὴν ἀξίαν ποιήσῃς, μιγνύων τὰ ἄμικτα, καὶ ὧν ἥ γε ὁποιαοῦν συνδρομὴ, διὰ τὸ τοῦ τρόπου διάφορον, ἀφιλάλληλος· καὶ τῶν ἀδύτων καὶ ἀπορρήτων τοὺς ἔτι πρὸς τῇ ὑπωρείᾳ καθεζομένους, καὶ στοιχειουμένους τὰ θεῖα καταξιῶν. Οὕτως μὲν οὐκ ἔχω γνώμης ἐγώ· εἰ δ' ἄλλως σοὶ, καὶ βέλτιον ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην δόξειεν, ἐπὶ σοὶ κείσεται τὸ βουληθὲν διαπράξασθαι. Καὶ εἰ τοῦτο εὖ οἶδ' ὅτι οὔτε παρὰ τὸ πρέπον τι πράξῃ, οὔτε μὴν παρὰ τὴν ἐμὴν ἀξίαν, ἐπίσκοπον οὐκ ἀγνοῶν ταπεινὸν, εἰ καὶ μὴ σπουδαῖον τοὺς τρόπους, ἀλλὰ φιλάρετον· καὶ μαθητὴν ἁλιέων, εἰ καὶ μὴ κατ' ἐκείνους, ἀλλά γε τῶν ἐκείνων ἰχνῶν, ὅσον σθένος, ἐχόμενον· καὶ τὴν κατὰ Θεὸν φιλοσοφίαν μετὰ τοῦ εὐσεβοῦς καὶ ὀρθοδόξου ἀντὶ πάντων διώκοντά τε καὶ ἀσπαζόμενον. Χαριῇ μοι τὰ μέγιστα, διαμηνύων μοι, εἴ που τυχὸν κατὰ τὸ παρὸν τὰ τῆς τοῦ Φωτίου βιβλιοθήκης Ἑλληνιστὶ ἐκτυποῦται, εἰ μέλλει ἐκτυπωθήσεσθαι. Ἐῤῥωμένος μοι διαφυλάσσοιο ἐν Χριστῷ ψυχῇ τε καὶ σώματι, ἀνδρῶν σοφώτατέ μοι καὶ φιλικώτατε.

Ad sancti Maximi nuncupationem quod attinet, res supra modum grata foret atque gaudio animum cumularet, si, ut commune cum eo nomen, sic et gratiæ illi affatim divinitus concessæ, societas mihi inducta esset. Foret nimirum ea ratione haud dissentanea personarum conjunctio. Quod vero ex ea quæ nobis inolevit, sive (ut verius loquar) innata est, segnis animi incuria, res nostræ, sapientiæ ac virtutum reliquarum muniis, illius rebus ex diametro feruntur oppositæ; ac qui vas inutile exsistam, pro ejus qua præditus sum animæ ratione, electi unguenti ejusmodi fragrantiam haud doctus capere; C quid mihi per Deum viroque illi divinorum scientia ornatissimo ac sanctissimo? Ne igitur contra ac decet, meaque exposcit dignitas, facias, qui videlicet incommista misceas, eaque quorum ne vel minima, propter morum diversitatem, sint amica commercia ipsisque penetralibus atque arcanis adhibeas, qui adhuc ad imas radices sedeat, primaque divinorum rudimenta hauriat. Sic itaque ego animo comparatus sum: sin vero tibi aliter, meliusque quam pro meæ mentis stupore videbitur, penes te stabit quod præstandum ipse putaveris. Ac siquidem ita, sat scio, nihil te facturum quod vel a decoro, vel a dignitate mea abhorreat, qui episcopum humilem non nescias, ac quamvis non satis institutis moribus virtute fulgentem, at ejus certe amantem; D piscatorum discipulum, quamvis non pari illis celsitate atque merito, at saltem pro virili eorum vestigiis hærentem; divinamque philosophiam cum pietate rectaque fide conjunctam majore cunctis ardore persequentem ac amplexantem gratum quam maxime feceris, nuntiando, num impræsentiarum Photii Bibliotheca Græce usquam typis mandetur, aut mandanda exspectetur. Sanus mihi et incolumis in Christo, animo pariter et corpore, serveris, virorum mihi sapientissime amicissimeque.

Ἐνετίηθεν Σκιῤῥοφοριῶνος πέμπτῃ φθίνοντος, κατὰ τὸ ,αφιθ' ἔτος τὸ σωτήριον.

Venetiis, Scirrophorionis (i. Maii) exeuntis quinta, anno salutis MDXCIX.

—

Ὁ αὐτὸς Μάξιμος Μαργούνιος, τοῖς περὶ τὴν ἱερὰν φιλοσοφίαν ἐσχολακόσι, χάριτος θείας ἐπίδοσιν.

488 *Idem Maximus Margunius, his, qui sacræ philosophiæ ponunt operam, divinæ gratiæ augmentum.*

Οἷος μὲν ὁ ἱερὸς Μάξιμος, καὶ οἵους ὑπὲρ τῆς τῶν τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας δογμάτων συστάσεως, πρὸς

Qualis quidem sacer Maximus fuerit, quantaque pro sanctæ Ecclesiæ constabilienda doctrina, advet-

Digitized by Google

sus hæreticos conserta acie, certamina sustinuerit, tum illius cum impio Pyrrho disputatio, quod duæ in Christo post unitionem astruendæ sint naturæ [voluntates], tum ejus alia plurima monumenta, sapientiæ divinæ plenissima, clare demonstrant: quo item modo solertissimum pacatorem ac judicem arbitrum cum pietate, componendo, quod inter Ecclesias dissidium quandoque emerserat, sese præbuerit; sed et speciatim sanctorum inculpatam omnino fidem atque doctrinam, scriptis illorum monumentis, vindicaverit, tum scripta ad Marinum Cypr. presbyterum epistola, tum eorum Gregorii Nysseni sermonum, qui ad restitutionem in integrum spectant, eaque laborare videntur, lenitio ac curatio, atque ejus generis alia, perspicue admodum ac magnifice prædicant. Cæterum ubi sacræ Scripturæ interpretem agit, sic abditum sacris eloquiis thesaurum, a terreno crassoque involucro ac cortice depurgat, ac qui eis competit doctrinæ morum sensum lepide exornat, pronum ad terrena animum, ad spiritalem decorem perpoliens, atque ad celsam contemplationis arcem, mentem provehens, divinorumque mystas et epoptas (iis doctos ac inspectores) efficiens, ut ad divinum quoddam elegans simulacrum transmutet, ejus formæ, qui est speciosus forma præ filiis hominum [a] mentisque ad potiora ascensionibus ad divinam perfectionem manuducat. Longe vero, quantum mihi asequi licet, reliquos superavit, spiritaliori sublimiorique (mystico et anagogico) exponendi genere. Etenim haud raro, ceu primo quodam involucro relicto, quod Scripturæ humile est, una sensorum sublimitate deliciatur, lautaque præclaris horum convivis instruenda mensa plurimum immoratur. Neverunt sic rem habere, qui haud levius, ejus ad Thalassium presbyterum de variis difficilibus sacræ Scripturæ locis, quæstionibus animum adjecerunt, quater item centenis capitibus de charitate ad Elpidium, necnon ducentis de theologia deque in carne dispensatione; ut et quinquies centenis de virtute et vitio, ejusque ad diversos epistolis, atque aliis ejus generis. His nimirum, quisquis legendo animum satis adhibeat, terrena omni necessitudine superior evadit, velutque assumptis alis, ad divinam, quoad mortali licet, intelligentiam dilectionemque provehit. Judicent alii, quorum major judicii vis et solertia, sancti hujus viri eximiam sæcularis litteraturæ peritiam, actionis vim in contemplatione inque actione contemplationis vim, præclaram revera conversionem, omnique religioso animo longe desideratum par jugumque; quibus omnibus nedum accuratus dogmatum assertor ac theologus, verum etiam philosophus proditur. Ejus generis est, et quæ in manibus versatur præsens lucubratio. *Quorumnam signa sint, quæ in sancta Ecclesia in divina synaxi ejusque ritu peraguntur*, cunctis plane Christianis, ac præcipue iis, quorum in sa-

αἱρετικοὺς διαμαχόμενος, τοὺς ἀγῶνας ὑπέστη· ἥ τε πρὸς Πύρρον τὸν δυσσεβῆ αὐτοῦ προσδιάλεξις, περὶ τοῦ δεῖν δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπὶ Χριστοῦ φύσεις ὁμολογεῖν, καὶ ἄλλα πλεῖστα τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, τῆς κατὰ Θεὸν σοφίας πληρέστατα, σαφῶς παριστάνουσιν· ὅπως δὲ καὶ δεξιώτατον μετὰ τοῦ εὐσεβοῦς διαλλακτήν τε καὶ διαιτητὴν παρέσχεν ἑαυτὸν τῆς μεταξὺ τῶν Ἐκκλησιῶν ἀναφυείσης ποτὲ διαμφισβητήσεως· ἀλλὰ καὶ ἐν μέρει ἔστιν οἷς τῶν ἁγίων τὸ πάντη ἀνεπίληπτον ἔν γε τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι διετήρησεν· ἥ τε πρὸς Μαρῖνον Κύπρου πρεσβύτερον ἐπιστολὴ, καὶ ἡ τῶν τοῦ ἱεροῦ Νύσσης λόγων, ὅσα γε εἰς τὴν ἀποκατάστασιν ἥκει, γενομένη αὐτῷ θεραπεία, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λαμπρῶς πάνυ ἀνακηρύττουσιν. Ἐν οἷς μέντοι ἑαυτὸν ἑρμηνέα καθίστησι τῆς ἁγίας Γραφῆς, οὕτως ἀνακαθαίρει τοῦ ὑλώδους ἐπικαλύμματος τὸν ἐγκεκρυμμένον τοῖς ἱεροῖς λογίοις θησαυρὸν, καὶ τῶν προσεχόντων αὐτῷ κατακαλλύνει τὸ ἦθος, τὸ πρὸς τὴν ὕλην ἐπιῤῥεπὲς τῆς ψυχῆς πρὸς κάλλος ἀποξέων πνευματικὸν, πρός τε τὸ ὑψηλὸν τῆς θεωρίας ἀναβιβάζων τὸν νοῦν, καὶ τῶν θείων μύστας τε καὶ ἐπόπτας ἀπεργαζόμενος, ὡς εἰς θεῖόν τι ἄγαλμα τῆς καθ' ὁμοίωσιν ὡραιότητος τοῦ κάλλει ὡραίου παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων μετασκευάζειν αὐτούς· καὶ εἰς τὴν κατὰ Θεὸν τελείωσιν ταῖς ἐπὶ τὰ κρείττω τοῦ νοῦ ἀναβάσεσι χειραγωγεῖν. Πολὺ δὲ, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, τοὺς ἄλλους παρήλασε τῷ μυστικωτέρῳ τε καὶ ἀναγωγικωτέρῳ τῆς ἑρμηνείας τρόπῳ. Καὶ γὰρ κάτω που καταλείπων πολλάκις τὸ τοῦ λόγου οἷόν τι προκάλυμμα ταπεινὸν, τῷ ὕψει καὶ μόνῳ τῶν νοημάτων ἐντρυφᾷ· καὶ πολύς ἐστιν ἐν τῷ δαψιλῇ τούτων τοῖς τῶν τοιούτων καλοῖς δαιτυμόσι συμπαρασκευάζειν τὴν τράπεζαν. Ἴσασι τοῦτο οἱ μὴ ἐπιπολαιότερον τοῖς πρὸς Θαλάσσιον τὸν πρεσβύτερον περὶ διαφόρων ἀπόρων τῆς ἁγίας Γραφῆς ἐγκεκυφότες ζητήμασι· τοῖς πρὸς Ἐλπίδιον περὶ ἀγάπης τετρακοσίοις κεφαλαίοις· τοῖς περὶ θεολογίας καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, διακοσίοις· καὶ τοῖς περὶ ἀρετῶν καὶ κακίας πεντακοσίοις· καὶ ταῖς πρὸς διαφόρους αὐτοῦ ἐπιστολαῖς, καὶ ἄλλοις τοιούτοις· δι' ὧν ἕκαστος τῶν μετὰ προσοχῆς ἀναγινωσκόντων, τῆς πρὸς τὴν ὕλην συμπαθείας ἀνώτερος γίγνεται, καὶ οἷον ἀναπτεροῦται πρὸς τὴν τοῦ Θείου δυνατὴν κατανόησιν καὶ ἀγάπησιν. Κρινόντων ἄλλοι, οἵ γε ἡμῶν κριτικώτεροι, τὸ περὶ τὴν ἔξω σοφίαν τοῦ ἱεροῦ ἀνδρὸς περιττὸν, τὸ πρακτικὸν ἐν θεωρίᾳ, τὸ ἐν πράξει θεωρητικὸν, τὴν καλὴν ὄντως ἀντιστροφὴν, καὶ πάσῃ θεοφιλεῖ ψυχῇ ἀξιέραστον ξυνωρίδα· οἷς πᾶσιν οὐ μόνον δογματιστὴς ἀκριβὴς καὶ θεολόγος, ἀλλὰ δὴ καὶ φιλόσοφος ἀναδείκνυται. Τοιούτου δὲ γένους, καὶ τὸ παρόν ἐστι σύγγραμμα, τὸ περὶ τοῦ, *Τίνων σύμβολα τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐπὶ τῆς θείας Συνάξεως τελούμενα, πραγματεία*, τῷ ὄντι πᾶσι Χριστιανοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ τὰς ἱερὰς τελετὰς κατασχολουμένοις, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν διδάσκειν ἐμπεπιστευμένοις, λυσιτελεστάτη τε

[a] Psal. XLIV, 3.

Digitized by Google

ἅμα καὶ ἀναγκαιοτάτη· ἐν ᾗ τοσοῦτον ἀνώτερος γέγονεν ἑαυτοῦ, ὅσῳ γε τῶν ἄλλων ἡ τοιαύτη θεωρία ὑψηλοτέρα καθέστηκε, τὴν χωρητὴν ἡμῖν τῶν κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν τελουμένων μυστηρίων γνῶσιν ἐμποιοῦσα καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἱεραρχίαν ἐκμιμεῖσθαι παρασκευάζουσα. Ταῦτ' οὖν ὁλοψύχως ἀποδεξάμενοι, ὦ τῆς εὐσεβείας διάπυροι ἐρασταί, καὶ τῶν ἐν τούτοις καλῶν ἔν γε τῷ μεταξὺ ἀπολαύοντες, ἀντὶ τούτων τοῖς χαρισαμένοις τὴν πρὸς Θεοῦ χάριν ἐκλιπαροίητε, ὅσον οὔπω καὶ τοῖς ἄλλοις τούτου πανσόφοις συγγράμμασιν ἐντευξόμενοι. Ἔρρωσθε ἐν Χριστῷ Σωτῆρι.

A cris iisdem ritibus posita functio, ac quibus concredita docendæ plebis provincia, utilissima simul summeque necessaria : in qua tanto seipso sublimior excessit, quanto nimirum ejusmodi contemplatio ipsa reliquis altior exsistit, eam nobis, cujus capaces simus, mysteriorum, quæ peragantur in Christi Ecclesia, notitiam inserens, et ut cœlestis æmuli hierarchiæ simus, præbens. Hæc igitur totis animis suscipientes, vos pietatis fervore amantes, interimque hisce fruentes, horum gratia, his, qui gratiam intulerunt, gratiam a Deo exorate, quam omni sapientia refertis viri hujus libris aliis recreandi. Valete in Domino Servatore.

Ἐτελέσθη, Ἀνθεστηριῶνος τετάρτῃ φθίνοντος, κατὰ τὸ ,αφιθ' ἔτος τὸ σωτήριον. B

Venetiis, Anthesterionis (i. Septembr., al. April.) exeuntis quarta, anno salutis MDXCIX

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑ,

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΤΙΝΩΝ ΣΥΜΒΟΛΑ ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΕΠΙ ΤΗΣ ΣΥΝΑΞΕΩΣ ΤΕΛΟΥΜΕΝΑ ΚΑΘΕΣΤΗΚΕ. [1]

SANCTI MAXIMI

MYSTAGOGIA,

QUA EXPLICATUR

QUORUM SIGNA SINT, QUÆ IN SANCTA ECCLESIA PERAGUNTUR IN DIVINA SYNAXI, SEU COLLECTA.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Πῶς σοφώτερος γίνεται λαβὼν ἀφορμὴν ὁ σοφός· καὶ δίκαιος γνοὺς, προσθήσει τοῦ δέχεσθαι, κατὰ τὴν θείαν Παροιμίαν· σαφῶς αὐτὸς, πάντων μοι τιμιώτατε, κατ' αὐτὴν ἔδειξας τὴν πεῖραν· ἔργῳ διδάξας ὅπερ ὁ θεῖος [2] σοφῶς ὑπαινίσσεται λόγος. Ἅπαξ γὰρ ἀκούσας μου κατ' ἐπιδρομὴν ἐπιτόμως, ὡς οἷόν τε ἦν, ἀφηγουμένου τὰ ἄλλῳ τινὶ μεγάλῳ γέροντι, καὶ ὄντως τὰ θεῖα σοφῷ περί τε τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἐπιτελουμένης ἁγίας συνάξεως, καλῶς τε καὶ μυστικῶς θεωρηθέντα· καὶ, ὡς ἐνῆν μάλιστα διδασκαλικῶς· ἀπῄτεις με κατεπεί-

C 489 PROOEMIUM.

Quomodo sapiens, accepta occasione, sapientior fiet, et Justus, qui cognovit, adjiciet ad recipiendum, ut est divinum Proverbium[a], ipse palam (o omnium mihi maxime venerande) ipsa ostendisti experientia; re docens, quod Scriptura divina sapienter subinnuit, pauloque obscurius consulto aperit. Cum enim ea, quæ ab alio quodam magno sene, et in rebus divinis plane erudito, pulchre ac mystice, et certa quadam (quantum fieri poterat) doctrinæ via ac ratione, de sancta Ecclesia, ac sancta, quæ in ea peragitur, synaxi, spiritali intelli-

[a] Prov. IX, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Cod. Reg. Μαξίμου μοναχοῦ περὶ ἐκκλησιαστικῆς μυσταγωγίας, τινῶν. Scoriacensis regis Cath. Πρὸς τὸν Θεοχάριστον. Fr. ut edita Hœsch [2] Edita σαφῶς ut Fr.

Digitized by Google

gentia fuerant exposita, me cursim, ac quam brevissime poteram semel edisserentem audiisses; postulasti statim vehementer urgens, ut eorum quæ dicta essent, scriptam narrationem tibi contraderem; nimirum scripturam oblivionis medicamentum, ac memoriæ auxilium habere statuens satagensque, tempus edomans **490** ac deterens omnia, ei natura comes esse aiens, ac ejusmodi, ut honestarum in ea rerum imagines formasque, ita ut ne sentiat quidem, per oblivionem diripere, prorsusque abolere valeat : eamque in rem modo aliquo instaurante egere, cujus munere rationis vis perpetuo vigens, inviolabilem integramque rerum memoriam consuevit servare. Quantum vero sapientius, hoc agere ut et semel audita menti infixa maneant, nec unquam ea avelli queant, quam ut minimum ingenuæ rationis curam gerit, nec ab ejus necessitudine prorsus alienus exsistit.

A γων ἐξαυτῆς, ἔγγραφόν σοι ποιεῖσθαι τὴν τούτων διήγησιν· λήθης φάρμακον καὶ βοήθειαν μνήμης ἔχειν τὸ γράμμα βεβουλημένος, φυσικῶς τὸν χρόνον ἐχούσης φάσκων δαμάζοντα· καὶ ἀνεπαισθήτως διὰ λήθης τῶν ἐναποκειμένων καλῶν συλᾷν τε καὶ ἀφανίζειν παντελῶς τοὺς τύπους καὶ τὰς εἰκόνας δυνάμενον· καὶ διὰ τοῦτο πάντως δεομένης τοῦ ἀνακαινίζοντος τρόπου, καθ' ὃν ἡ τοῦ λόγου δύναμις διὰ παντὸς ἀκμάζουσα συντηρεῖν πέφυκε τὴν μνήμην ἀπαθῆ καὶ ἀμείωτον. Ὅσον δὲ τοῦ ἁπλῶς ἀκούειν, τὸ καὶ διαμονὴν ἀκαθαίρετον τῶν ἀκουσθέντων ἐπιζητεῖν, ἐστὶ σοφώτερον, ἐπίσταται πάντως πᾶς ὁ καὶ μικρὸν εὐγενείας λογικῆς ἐπιμελούμενος, καὶ μὴ πάντη τῆς πρὸς τὸν λόγον οἰκειότητος ὑπάρχων ἀλλότριος.

Maximi modestia. Senis illius auctoris operis prædicatio. — Atque ego quidem primum (loquar enim quod reipsa est) hoc impositum argumenti genus suscipere recusans, non hoc agebam, aut sic animo affectus eram, quasi rem vobis (charissimi) gratam votisque expetitam, omni modo, quoad liceret, propense exsequi nollem; sed quod neque ejus gratiæ particeps essem, quæ eos qui digni sint, in hoc inducit, nec facultatis ususque dicendi experientia ulla fultus essem, quippe simplicius ac pene vulgi more educatus, rudisque omnino sermonis ex arte compositi : ejus scilicet, qui in sola gratiam elocutione habet; ac quo vulgus hominum maxime delectatur, dum nempe auditu voluptatem definiunt, tametsi plerumque nihil in profundo atque abditum habet, quod momento videri plurisque fieri merito possit : quodque item (vero propius dicto propriumque) subiret timor, ne vili meo dicendi charactere, beati ejus viri sublimem divinorum eloquentiam intelligentiamque injuria prope afficerem : postea tamen dilectionis (quæ omnibus fortior est) vi cedens, libens, quod ita injunctum erat, in me recepi, potius ducens, ut qui fere animo morosiores exsistunt, promptæ obedientiæ arrogantiæ imperitiæque labem aspergant, risuque excipiant, quam ut cunctando nolle me vobis in omni re honesta favere atque obsequi videar; modi dicendi ac elocutionis cura omni ac sollicitudine in Deum projecta, qui solus est rerum mirabilium effector [b], *docetque hominem scientiam* [c], *et linguam balborum facit disertam* [d]; inque angustiis, ac perplexis rebus, exitum invenit : Atque *a terra suscitat inopem, et de stercore erigit pauperem* [e]; a carnali scilicet sensu ac prudentia, fetidoque vitiorum cœno, pauperem spiritu : vel **491** eum qui vitii ac nequitiæ inops sit, ejusque pauper habitus, id est, illo carens, vel econtra, qui adhuc lege carnis vitiisque teneatur, eamque ob rem virtutis ac scientiæ inops pauperque exsistat.

B Κἀγὼ μὲν ὤκνουν παρὰ τὴν ἀρχήν, τοῦ λόγου (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) τὴν ὑπόθεσιν παραιτούμενος· οὐ τῷ μὴ θέλειν ὑμῖν, ἠγαπημένοι, παντὶ τρόπῳ διδόναι κατὰ δύναμιν τὸ καταθύμιον· ἀλλὰ τὸ μήτε τῆς ἐναγούσης πρὸς τοῦτο τοὺς ἀξίους μετειληφέναι χάριτος· μήτε μὴν πεῖραν ἔχειν τῆς πρὸς τὸ λέγειν δυνάμεώς τε καὶ τριβῆς, ἰδιωτείᾳ συντεθραμμένος, καὶ λόγων τεγνικῶν παντελῶς ἀμύητος ὑπάρχων, τῶν ἐν μόνῃ τῇ προφορᾷ τὴν χάριν ἐχόντων· οἷς οἱ πολλοὶ μάλιστα χαίρουσι, τῇ ἀκοῇ τὴν ἡδονὴν περιγράφοντες, κἂν εἰ μηδὲν τῶν τιμίων διὰ βάθους πολλάκις ἔχοιεν· καὶ τὸ, κυριώτερον εἰπεῖν καὶ ἀληθέστερον, δεδοικέναι μὴ καθυβρίσειν τῇ εὐτελείᾳ τοῦ ἡμετέρου λόγου τὴν ἐκείνου τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς περὶ τῶν θείων ὑψηγορίαν τε καὶ νόησιν· ὅμως δ' οὖν ὕστερον τῇ βίᾳ τῆς ἀγάπης εἴξας, τῆς πάντων ἰσχυροτέρας, ἐδεξάμην ἑκὼν τὸ ἐπίταγμα· γελᾶσθαι μᾶλλον ἐπ' αὐθαδείᾳ τε καὶ ἀπαιδευσίᾳ, δι' εὐπείθειαν παρὰ τῶν μεμψιμοίρων ἑλόμενος, ἢ ὑμῖν διὰ τῆς ἀναβολῆς ἐν παντὶ καλῷ μὴ συμπροθυμεῖσθαι βούλεσθαι νομισθῆναι· τὴν περὶ τοῦ πῶς εἰπεῖν μέριμναν τῷ Θεῷ ἐπιρρίψας, τῷ μόνῳ θαυματουργῷ· καὶ *διδάσκοντι μὲν ἄνθρωπον γνῶσιν, τραυοῦντι δὲ γλῶσσαν μογιλάλων* [a]. καὶ τοῖς ἀπόροις πόρον ἐπινοοῦντι· καὶ *ἐγείροντι μὲν ἀπὸ γῆς πτωχὸν, ἀπὸ δὲ κοπρίας ἀνυψοῦντι πένητα*· τοῦ σαρκικοῦ λέγω φρονήματος, καὶ τῆς δυσώδους τῶν παθῶν ἰλύος· τὸν πτωχὸν τῷ πνεύματι ἢ τὸν κακίας πτωχεύοντα, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν πενόμενον ἕξεως· ἢ τοὐναντίον, καὶ τὸν ἔτι τῷ νόμῳ τῆς σαρκὸς καὶ τοῖς πάθεσιν ἐνεχόμενον, καὶ διὰ τοῦτο τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν πτωχεύοντα καὶ πενόμενον χάριτος.

Dionysii tractandi ratio sacrorum rituum, alia ac Maximi. — Sed quia a sanctissimo vereque divino interprete Dionysio Areopagita, in libro quem est

Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ παναγίῳ καὶ ὄντως θεοφάντορι Διονυσίῳ τῷ Ἀρεοπαγίτῃ ἐν τῇ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας πραγματείᾳ, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἱερὰν

[b] Psal. cxxxv, 4. [c] Psal. xciii, 10. [d] Sap. x, 21. [e] Psal. cxii, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[a] μογιλάλων cod. A et Fr.

Digitized by Google

τῆς ἁγίας συνάξεως τελετὴν ἀξίως τῆς αὐτοῦ μεγαλονοίας τεθεώρηται σύμβολα· ἰστέον, ὡς οὐ τὰ αὐτὰ νῦν ὁ λόγος διεξέρχεται, οὔτε διὰ τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ προέρχεται. Τολμηρὸν γὰρ καὶ αὔθαδες καὶ ἀπονοίας ἐγγὺς, ἐγχειρεῖν τοῖς ἐκείνου πειρᾶσθαι, τὸν μήτε χωρεῖν αὐτὸν ἢ νοεῖν δυνάμενον [4]· καὶ ὡς ἴδια προκομίζειν, τὰ ἐνθέως ἐκείνῳ μόνῳ διὰ τοῦ Πνεύματος φανερωθέντα μυστήρια· ἀλλ' ὅσα καὶ ἄλλοις ὡς ληπτὰ παρ' αὐτοῦ φιλανθρώπως βουλήσει Θεοῦ παρελείφθη πρὸς ἔκθεσιν [5] καὶ γυμνασίαν τῆς αὐτῶν ἐκείνων περὶ τὰ θεῖα κατὰ τὴν ἔφεσιν ἕξεως· καὶ δι' ὧν συμμέτρως αὐτοῖς ἡ παμφαὴς τῶν τελουμένων ἀκτὶς κατανοουμένη καθίσταται γνώριμος, καὶ πρὸς ἑαυτὴν κατέχει τῷ πόθῳ περιληφθέντας, ἵνα μὴ παντελῶς οἱ μετ' αὐτὸν ὦσιν ἀργοὶ, τὴν πᾶσαν τοῦ χρόνου τῆς παρούσης ζωῆς ἡμέραν, οὐκ ἔχοντες τὸν πρὸς τὴν θείαν ἐκείνην ἀμπελουργίαν μισθούμενον λόγον, τὸν ὑπὲρ τῆς πνευματικῆς ἐργασίας τοῦ πνευματικοῦ ἀμπελῶνος, τὸ συλωθὲν κατ' ἀρχὰς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δι' ἀπάτης κατὰ τὴν τῆς ἐντολῆς παράβασιν, πνευματικὸν τῆς θείας καὶ βασιλικωτάτης εἰκόνος δηνάριον ἀποδιδόντα.

A elucubratus de ecclesiastica Hierarchia, ea quoque quæ in sacra sanctæ synaxeos celebratione occurrunt symbola, pro eo ac celsum ejus animum, omnique prudentia ornatum decebat, observata sunt ac exposita; sciendum, quod non eadem nostra hæc oratio nunc prosequitur, nec per eadem atque ille grassatur (audaciæ enim et arrogantiæ fuerit, insolentisque adeo dementiæ proximum, ipsa illi expedita, tractanda assumere, eum, qui nec ipsum capere, aut ejus satis mentem assequi, valeat; velutque sua proferre, quæ uni illi per Spiritum divinitus fuere manifestata, mysteria); sed quæ ab eo, aliis quoque, ceu ejusmodi ut capi possint (sic Deo annuente) exponenda benigne relicta sunt, ac quibus ipsorum, quo in divina desiderio feruntur, B habitus exerceatur; per quæ etiam, pro eorum captu temperate, splendidissimus rerum quæ peraguntur radius animo intellectus, notus efficitur, illosque sibi adhibet, qui illius capti desiderio sunt, ne posteri toto vitæ, quæ hic agitur, tempore, penitus otiosi forent, divino illo sermone carentes, qui ad divinæ vineæ culturam redimitur [f]; cujus

utique mercede pro vineæ spiritalis spiritali cultura, qui a principio nequissimi illius fraude, mandati transgressione nobis perierat, direptusque fuerat, spiritalis divinæ, summeque regalis imaginis denarius redditur.

Οὐ πάντα δὲ τὰ τῷ μακαρίῳ γέροντι μυστικῶς θεωρηθέντα λέγειν καθεξῆς ἐπαγγέλλομαι· οὐδ' αὐτὰ τὰ λεγόμενα, ὡς ἐνοήθη τε παρ' ἐκείνου καὶ ἐλέχθη. Ἐκεῖνος γὰρ, πρὸς τὸ φιλόσοφος εἶναι, καὶ πάσης C παιδείας διδάσκαλος, δι' ἀρετῆς περιουσίαν καὶ τῆς περὶ τὰ θεῖα χρονιωτέρας τε καὶ ἐπιστημονικωτέρας τριβῆς καὶ φιλοπονίας, τῶν τῆς ὕλης δεσμῶν καὶ τῶν κατ' αὐτὴν φαντασιῶν ἐλεύθερον ἑαυτὸν καταστήσας, τόν τε νοῦν εἰκότως εἶχε ταῖς θείαις αὐγαῖς περιλαμπόμενον, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμενον εὐθέως [6] ὁρᾶν τὰ τοῖς πολλοῖς μὴ ὁρώμενα, καὶ τὸν λόγον ἑρμηνευτὴν ἀκριβέστατον τῶν νοηθέντων· καὶ ἐσόπτρου δίκην ὑπ' οὐδεμιᾶς κηλίδος παθῶν ἐμποδιζόμενον, ἀκραιφνῶς τὰ ἄλλοις μήτε νοηθῆναι δυνάμενα, καὶ φέρειν καὶ λέγειν ἰσχύοντα· ὡς δύνασθαι τοὺς ἀκροατὰς ὅλον μὲν τῷ λόγῳ τὸν νοῦν ὁρᾷν ἐποχούμενον· ὅλα δὲ ὅλῳ τῷ νῷ καθαρῶς ἐμφαίνεσθαι τὰ νοηθέντα, καὶ διὰ τῆς τοῦ λόγου μεσιτείας αὐτοῖς διαπορθμευόμενα δέξασθαι· ἀλλ' ὅσα διὰ μνήμης τε φέρω, καὶ D ὡς νοεῖν ἀμυδρῶς, καὶ λέγειν ἀμυδρότερον δύναμαι· πλὴν εὐσεβῶς, χάριτι τοῦ τὰ ἐσκοτισμένα φωτίζοντος Θεοῦ. Μηδὲ γὰρ οἴεσθαι δεῖν ὑμᾶς ὑπολαμβάνω, δικαίως κρίνειν εἰδότας, ἄλλως με νοεῖν ἢ λέγειν δύνασθαι, ἢ ὡς νοεῖν καὶ λέγειν δύναμαι, καὶ ἡ ἄνωθεν χάρις ἐνδίδωσιν, οἰκείως τῆς ἀναλογούσης μοι προνοουμένης δυνάμεως, κἂν ὁ παραδοὺς μάλιστα, καὶ διδάξας ἐστὶν ὑψηλότατος. Ἐπεὶ τὸ τὰ ἴσα ζητεῖν παρὰ τῶν μὴ ἴσων τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν, οὐ πόρρω μοι δοκεῖ τυγχάνειν τῶν δείξειν πειρωμένων τῷ ἥλιῳ, κατὰ τὸ ἴσον τὴν σελήνην

Senioris luculenta laus, qui præivit Maximo. Maximi modestia. — Non autem omnia quæ a beato illo sene mystice observata sunt, per ordinem dicturum me profiteor; quin nec illa ipsa quæ dicentur, ita ut ab illo cum spiritaliter animo intellecta, tum verbis deprompta sunt. (Ille enim, ut id quoque excipias, quod philosophus, omnisque sapientiæ magister erat, exsuperanti virtute longiorisque temporis ac sagaciore circa divina usu, impensioriique opera terrenis vinculis exsolutus, ac cum ab eorum visis conceptisque imaginibus liber evasisset, tum mentem jure merito divinis splendoribus illustratam habebat ac propterea sic comparatam, ut statim **492** quæ vulgo inaspecta sint, videre posset ac perspicere, tum sermonem eorum quæ animo intellecta essent, accuratissimum interpretem; instarque speculi nullis affectuum ac vitiorum maculis impeditum, quæ alii ne cogitare quidem possint ac intelligere, pure eis deferre valentem ac enuntiare; ita ut facili negotio auditores sensum totum ac intelligentiam toti sermoni insidere, universaque intellecta clare menti elucere conspicerent, sermonisque vi ad se transmissa susciperent); sed ea duntaxat quæ memoria teneo, pro eoque ac obscure intelligentia assequi, ac obscurius dicere valeo; pie tamen ac sano sensu, Dei scilicet munere, illustrantis ea, quæ ipsa tenebris horrent. Neque enim existimare vos arbitror, qui æqua judicii libra pensare noveritis, necesse esse, ut alio modo intelligere ac eloqui valeam, quam intelligere

[f] Matth. xx, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[4] τοὺς... δυναμένους c. A. et Fr. [5] ἐκθέσιν c. A. R. et Fr. [6] ἐνθέως c. A. R. et Fr.

Digitized by Google

ac eloqui facultas est, præstatque superna gratia, pro ejus vis ratione, quam congruo mihi modulo Providentia concessit; tametsi is qui tradidit maxime, atque docuit, eximia sublimitate præcellit. Alioqui enim, quod quis æqualia exigat ab iis, qui tum virtute tum scientia impares sunt, idem propemodum facturus videatur, ac si quis pari cum sole lunam micatu lucere probaverit, ac ea quæ non omnino eadem sunt, per omnia inter se posse convenire (quod nullo modo fieri potest) astruendum assumpserit.

A φωτίζουσαν· καὶ τὰ μὴ πάντη ταῦτα συμβαίνειν ἀλλήλοις κατὰ πάντα δύνασθαι βιαζομένων· ὅπερ ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον.

Dei invocatio. Theologia affirmans et negans. — Præcat Deus iis, quæ tum dicenda, tum intelligenda sunt, qui solus eorum mens ac intelligentia est, qui intelligunt, ac quæ intelliguntur; ratioque ac sermo eorum, qui dicunt ac quæ dicuntur: eorum item vita, quæ vivunt, et quæ vitalia redduntur, omniaque omnibus tum est, tum efficitur, ipsa eorum ratione qua sunt ac fiunt, cum sui ipse causa nullo prorsus modo vel sit vel fiat, ex iis, quæ in rebus aliquid sunt, ac fiunt; ut qui ejusmodi sit, ut cum nulla prorsus re naturali, ac velut ejusdem classis commercio gaudeat: idque in causa est, ut non esse, ob essendi excellentiam, tanquam magis proprie de se dictum, admittat. Operæ enim pretium, siquidem id omnino constitutum est, ut quod Deum inter ac creata discrimen est, vere noverimus; ut scilicet, eorum quæ sunt ablatio, ejus positio sit, quod omni esse superius est; vicissimque, eorum quæ sunt positio, ejus quod omni esse superius est, exsistat ablatio, possitque utraque circa eumdem proprie [pie], **493** ac neutra proprie, intelligi appellatio. essendi scilicet, ac non essendi. Utraque proprie, tanquam scilicet altera Deum esse affirmante, qua ratione rerum auctor est; altera vero per excellentiam causæ, esse rerum, negante: rursumque neutra proprie; neutra scilicet ipsam secundum essentiam ac naturam, ejus quod quæritur essendi positionem, remque ipsam affirmate repræsentante. Cui enim nihil omnino natura vi causæ conjunctum est, sive ens dicas sive non ens; huic nihil eorum quæ sunt et dicuntur, sive quæ nec sunt neque dicuntur, merito vicinum ac affine est. Habet enim simplicem ignotamque ac cunctis inaccessam substantiam, prorsusque inexplicabilem, atque omni cum affirmatione tum negatione superiorem. Atque hæc quidem hactenus: ad propositum vero tractationis argumentum procedamus.

B Ἠγείσθω δὲ Θεὸς τῶν λεγομένων τε καὶ νοουμένων, ὁ μόνος νοῦς τῶν νοούντων καὶ νοουμένων, καὶ λόγος τῶν λεγόντων καὶ λεγομένων· καὶ ζωὴ τῶν ζώντων καὶ ζωουμένων, καὶ πᾶσι πάντα καὶ ὢν καὶ γινόμενος, δι' αὐτὰ τὰ ὄντα καὶ γινόμενα· δι' ἑαυτὸν δὲ οὐδὲν κατ' οὐδένα τρόπον οὐδαμῶς οὔτε ὢν οὔτε γινόμενος, τῶν ἅ τι τῶν ὄντων ἐστὶ καὶ γινομένων, οἷα μηδενὶ τὸ παράπαν τῶν ὄντων φυσικῶς συντασσόμενος· καὶ διὰ τοῦτο, τὸ μὴ εἶναι μᾶλλον, διὰ τὸ ὑπερεῖναι, ὡς οἰκειότερον ἐπ' αὐτοῦ λεγόμενον προσιέμενος. Δεῖ γὰρ, εἴπερ ὡς ἀληθῶς τὸ γνῶναι διαφορὰν Θεοῦ καὶ κτισμάτων ἐστὶν ἀναγκαῖον ἡμῖν, θέσιν εἶναι τοῦ ὑπερόντος τὴν τῶν ὄντων ἀφαίρεσιν· καὶ τὴν τῶν ὄντων θέσιν, εἶναι τοῦ ὑπερόντος ἀφαίρεσιν· καὶ ἄμφω περὶ τὸν αὐτὸν κυρίως [γ] θεωρεῖσθαι τὰς προσηγορίας, καὶ μηδεμίαν κυρίως δύνασθαι· τὸ εἶναί [δ] φημι, καὶ μὴ εἶναι. Ἄμφω μὲν κυρίως, ὡς τῆς μὲν τοῦ εἶναι τοῦ Θεοῦ κατ' αἰτίαν τῶν ὄντων θετικῆς· τῆς δὲ καθ' ὑπεροχὴν αἰτίας τοῦ εἶναι πάσης τῶν ὄντων ἀφαιρετικῆς· καὶ μηδὲ μίαν κυρίως πάλιν, ὡς οὐδεμιᾶς τὴν κατ' C οὐσίαν αὐτὴν καὶ φύσιν τοῦ τί εἶναι τοῦ ζητουμένου θέσιν παριστώσης. Ὧ γὰρ μηδὲν τὸ σύνολον φυσικῶς κατ' αἰτίαν συνέζευκται, ἢ ὂν ἢ μὴ ὄν· τούτῳ οὐδὲν τῶν ὄντων καὶ λεγομένων, οὐδὲ τῶν μὴ ὄντων καὶ μὴ λεγομένων, εἰκότως ἐστὶν ἐγγύς. Ἁπλῆν γὰρ καὶ ἄγνωστον καὶ πᾶσιν ἄβατον ἔχει τὴν ὕπαρξιν, καὶ παντελῶς ἀνερμήνευτον, καὶ πάσης καταφάσεώς τε καὶ ἀποφάσεως οὖσαν ἐπέκεινα. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων· ἐπὶ δὲ τὴν προκειμένην τοῦ λόγου ὑπόθεσιν ἔλθωμεν.

CAPUT I.

Quomodo, ac quanam ratione Dei imago atque figura sit sancta Dei Ecclesia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Πῶς τε καὶ ποίῳ τρόπῳ εἰκὼν ἐστι καὶ τύπος Θεοῦ ἡ ἁγία Ἐκκλησία.

Ecclesia Dei typus continentis omnia. — Sanctam ergo Ecclesiam, prima spiritalis intelligentiæ consideratione sensuque, Dei figuram ac imaginem referre dicebat beatus ille senex; ut quæ eamdem ac ille, imitatione atque figura vim ac officium habeat. Quemadmodum enim Deus, qui infinita virtute cuncta creaverit, inque rerum naturam produxerit, ea continet atque colligit, ambitque definite, ac tum invicem, tum sibi ipse, tam quæ in mentem, quam quæ in sensum cadunt, providentiæ rationibus astringit ac nectit; penesque seipsum ut auctorem et principium ac finem, quæ per naturam in-

D Τὴν τοίνυν ἁγίαν Ἐκκλησίαν κατὰ πρώτην θεωρίας ἐπιβολὴν, τύπον καὶ εἰκόνα Θεοῦ φέρειν, ἔλεγεν ὁ μακάριος γέρων ἐκεῖνος· ὡς τὴν αὐτὴν αὐτῷ κατὰ μίμησιν καὶ τύπον ἐνέργειαν ἔχουσαν. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς πάντα τῇ ἀπείρῳ δυνάμει ποιήσας καὶ εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, συνέχει καὶ συνάγει καὶ περιγράφει, καὶ ἀλλήλοις καὶ ἑαυτῷ προνοητικῶς ἐνδιασφίγγει· τά τε νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητά· καὶ περὶ ἑαυτὸν ὡς αἰτίαν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος πάντα περικρατῶν, τὰ κατὰ τὴν φύσιν ἀλλήλων διεστηκότα, κατὰ μίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ὡς ἀρχὴν σχέσεως δύναμιν ἀλλήλοις συννενευκότα ποιεῖ· καθ' ἣν εἰς

VARIÆ LECTIONES.

Fr. εὐσεβῶς. [δ] τοῦ εἶναι c. R.

Digitized by Google

ταυτότητα κινήσεώς τε καὶ ὑπάρξεως ἀδιάφθορον [9] καὶ ἀσύγχυτον ἄγεται τὰ πάντα, πρὸς οὐδὲν οὐδενὸς τῶν ὄντων προηγουμένως κατὰ φύσεως διαφορὰν ἢ κινήσεως στασιάζοντός τε καὶ διαιρουμένου· πάντων πᾶσι κατὰ τὴν μίαν τῆς μόνης ἀρχῆς καὶ αἰτίας ἀδιάλυτον σχέσιν τε καὶ φρουρὰν ἀφύρτως συμπεφυκότων· τὴν πάσας τε καὶ ἐπὶ πᾶσι κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν ὄντων φύσιν θεωρουμένας ἰδικὰς σχέσεις, καταργοῦσάν τε καὶ ἐπικαλύπτουσαν· οὐ τῷ φθείρειν αὐτὰς καὶ ἀναιρεῖν καὶ μὴ εἶναι ποιεῖν· ἀλλὰ τῷ νικᾷν καὶ ὑπερφαίνεσθαι, ὥσπερ ὁλότης μερῶν· ἣ καὶ αὐτῆς αἰτία τῆς ὁλότητος ἐπιφαινομένη· καθ' ἣν ἥ τε ὁλότης αὐτὴ, καὶ τὰ τῆς ὁλότητος μέρη φαίνεσθαί τε καὶ εἶναι πέφυκεν· ὡς ὅλην ἔχοντα τὴν αἰτίαν ἑαυτῶν ὑπερλάμπουσαν· καὶ ὥσπερ ἥλιος ὑπερφανὴς ἀστέρων καὶ φύσιν καὶ δύναμιν, οὕτω τὴν αὐτῶν ὡς αἰτιατῶν αἰτίαν καλύπτουσαν ὑπαρξιν. Πέφυκε γὰρ ὥσπερ ἐκ τῆς ὁλότητος τὰ μέρη, οὕτω δὲ κἀκ τῆς αἰτίας τὰ αἰτιατὰ καὶ εἶναι κυρίως, καὶ γνωρίζεσθαι, καὶ τὴν ἑαυτῶν σχολάζουσαν ἔχειν ἰδιότητα, ἡνίκα τῆς πρὸς τὴν αἰτίαν ἀναφορᾶς [10] περιληφθέντα, ποιωθῇ δι' ὅλου· κατὰ τὴν μίαν, ὡς εἴρηται, τῆς πρὸς αὐτὴν σχέσεως δύναμιν. Πάντα γὰρ ἐν πᾶσιν ὢν, ὁ ἀπείροις μέτροις ὑπὲρ πάντα Θεὸς, μονώτατος τοῖς καθαροῖς τὴν διάνοιαν ὁραθήσεται· ἡνίκα ὁ νοῦς τοὺς τῶν ὄντων θεωρητικῶς ἀναλεγόμενος λόγους, εἰς αὐτὸν καταλήξει τὸν Θεὸν, ὡς αἰτίαν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος τῆς τῶν ὅλων παραγωγῆς καὶ γενέσεως, καὶ πυθμένα τῆς πάντων περιοχῆς ἀδιάστατον.

A ter se disjunctissima sunt, complectens omnia, per unam, qua ad ipsum comparantur, habitudinis vim, secum mutuo conspirare ac consentire facit; vi cujus ad unam eamdemque motus ac substantiæ rationem, nihil tum discriminis tum confusionis habentem, aguntur universa; ita ut nulla res ab ulla alia primaria ratione per naturæ motusve distinctionem dissideat ac dirimatur, omniaque omnibus per unam solamque principii ac causæ indissolubilem habitudinem ac custodiam inconfuse cohæreant; ejusmodi exsistentem, ut omnes, inque omnibus, **494** pro cujusque rei natura consideratas, proprias habitudines seu relationes, antiquet ac obtegat; non ea ratione ut corrumpat tollatque, et ut minime sint, efficiat; sed sui victoria, ac quod B superior illis eluceat, ac velut tota partium ratio, sive etiam ipsius causa, totius rationis, appareat; per quam cum tota ipsa ratio, tum ejus totius partes, ut appareant ac sint, sortitæ sunt, ut quæ totam causam purius altiusque micantem ac præfulgentem obtineant: quæ nimirum (sicut sol potentiore lumine ac clarius micans, stellarum cum naturam, tum lucendi vim), sic illorum, causæ præstantia, velut effectorum obscuret præstantiam. Sic enim comparatum est, ut sicut ex toto partes, sic quoque ex causa, quæ effecta sunt, tum sint proprie, tum et nostantur; velutque vacantem ac otiosam suam ipsorum proprietatem habeant; cum ea relatione, qua causam respiciunt, comprehensa, C per unam, ut dictum est, ad ipsam habitudinis vim, ejus ex toto qualitatem induerint. Qui enim omnia in omnibus sit, modisque infinitis cunctis emineat, Deus, singularissimus iis conspicietur, qui mundo animo exstiterint; cum nempe animus altiori speculatione collectis rerum rationibus, in ipsum Deum ut auctorem et principium finemque universorum productionis ac ortus, fundumque seu sinum indivisum, cujus ambitu cuncta contineantur, conquieverit.

Κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, τὰ αὐτὰ τῷ Θεῷ περὶ ἡμᾶς ὡς ἀρχετύπῳ [11] εἰκὼν ἐνεργοῦσα δειχθήσεται. Πολλῶν γὰρ ὄντων καὶ ἀπείρων ἀριθμῷ σχεδὸν, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ παίδων [12], γένει καὶ εἴδει, καὶ ἔθνεσι καὶ γλώσσαις, καὶ βίοις καὶ ἡλικίαις καὶ γνώμαις καὶ τέχναις καὶ τρόποις καὶ ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν· ἐπιστήμαις τε αὖ καὶ ἀξιώμασι, καὶ τύχαις καὶ χαρακτῆρσι καὶ ἕξεσιν, ἀλλήλων διῃρημένων τε καὶ πλεῖστον διαφερόντων τῶν εἰς αὐτὴν γιγνομένων, καὶ ὑπ' αὐτῆς ἀναγεννωμένων τε καὶ ἀναδημιουργουμένων τῷ πνεύματι· μίαν πᾶσι κατὰ τὸ ἴσον δίδωσι καὶ χαρίζεται θείαν μορφὴν καὶ προσηγορίαν, τὸ, ἀπὸ Χριστοῦ καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι· καὶ μίαν τὴν κατὰ πίστιν ἁπλῆν τε καὶ ἀμερῆ καὶ D ἀδιαίρετον σχέσιν, τὴν τὰς πολλὰς καὶ ἀμυθήτους περὶ ἕκαστον οὔσας διαφορὰς, οὐδ' ὅτι κἂν εἰσὶ συγχωροῦσαν γνωρίζεσθαι, διὰ τὴν τῶν πάντων εἰς αὐτὴν καθολικὴν ἀναφορὰν καὶ συνέλευσιν· καθ' ἣν οὐδεὶς τὸ παράπαν οὐδὲν ἑαυτῷ τοῦ κοινοῦ διωρισμένος ἐστί· πάντων συμπεφυκότων ἀλλήλοις καὶ

Eodem etiam modo sancta Dei Ecclesia, eadem circa nos ac Deus præstare, velut imago ac simulacrum, ipsaque exemplar ac princeps forma, monstrabitur. Cum enim propemodum innumerabiles sint, cum viri, tum feminæ atque infantes, genere ac forma nationibusque et linguis ac vitæ instituto atque ætate et animorum propensione, necnon artibus, moribus, studiis, scientiis, dignitatibus, fortunis, vultu, habitu inter se divisi, plurimumque discreti qui ad eam veniunt, atque ab ea regenerationis munus consequuntur, et ut novum spiritu creentur; unam tamen æque omnibus divinam formam ac nuncupationem tribuit, ac elargitur (ut scilicet tum a Christo sint, tum trahant appellationem), unamque pro fidei ratione, simplicem, et quæ scindi ac sejungi non potest, habitudinem; multas, atque adeo numero superiores, **495** quæ in singulis exstant, distinctiones, ne quod sint quidem, cognosci permittentem, dum scilicet omnes in eam generaliter referuntur ac conveniunt: eaque sit, ut nemo prorsus sibi ipse quidquam a communi sejun-

VARIÆ LECTIONES.

[9] ἀδιάφορον c. A et Fr.; ἀδιάφθορόν τε c. R. [10] τῇ ἀναφορᾷ c. A. R. et Fr. [11] Fr. ἀρχετύπου. [12] παιδίον c. R.

Digitized by Google

ctus sit, cunctis nimirum inter se coalescentibus, inque uno simplicique ac indiviso fidei munere ac potestate conjunctis. *Erat* enim *omnium*, inquit, *cor, et anima una* [g]; ut tanquam ex diversis membris unum corpus tum esset, tum cerneretur, ipsumque adeo reipsa Christo, qui verum est caput nostrum, dignum; *In quo*, ait divinus Apostolus, *non est masculus neque fœmina, nec Judæus, nec Græcus, nec circumcisio, neque præputium, neque barbarus, neque Scytha, nec servus, nec liber, sed omnia et in omnibus ipse* [h], qui per unam simplicis bonitatis infinitam eamdemque sapientissimam vim, in seipso omnia concludit (veluti centrum, ex quo pendent rectæ quædam lineæ), secundum unam simplicem ac singularem causam ac potestatem; non sinens ut una cum finibus principia rerum disjungantur, earum ductus ac porrectiones, velut ducta in orbem linea circumscribens : atque eorum quæ sunt, ipsoque auctore sunt facta, distinctiones ad se reducens, ne omnino aliena ac quasi alia aliis infensa essent, unius Dei effecta, ipsoque auctore condita opera, quibus deesset, qua in re, ac ubi, amicitiam et pacem, eamdemque inter se rationem ostenderent; inque discrimen adducerentur, ne ipsum id quod sunt a Deo sejunctum, eis in nihilum cederet.

Igitur Dei imago est, sicut dictum est, sancta Dei Ecclesia, eamdem prope ac Deus erga fideles unionem præstans, tametsi proprietatibus distincti, diversisque locis oriundi, atque aliis aliisque moribus sint, qui per fidem in ea sunt uniti. Hanc circa rerum essentias unionem operari Deus ipse præsto habet; earum distinctionem, ut ostensum est, qua ad ipsum ut causam et principium ac finem referuntur, ipsique unluntur, tantisper leniens et, ut idipsum exsistant, efficiens.

A συνημμένων, κατὰ τὴν μίαν ἁπλῆν τε καὶ ἀδιαίρετον τῆς πίστεως χάριν καὶ δύναμιν. Ἧν γὰρ πάντων, φησὶν, ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία· ὡς ἐκ διαφόρων μελῶν, σῶμα ἓν καὶ εἶναι καὶ ὁρᾶσθαι, καὶ αὐτοῦ [13] Χριστοῦ τῆς ἀληθινῆς ἡμῶν κεφαλῆς ὄντως ἄξιον· Ἐν ᾧ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, οὐκ ἔστιν ἄρρεν οὐδὲ θῆλυ, οὔτε Ἰουδαῖος οὔτε Ἕλλην, οὔτε περιτομὴ οὔτε ἀκροβυστία, οὔτε βάρβαρος οὔτε Σκύθης· οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος· ἀλλὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν αὐτὸς, ὁ πάντα κατὰ μίαν ἁπλῆν τῆς ἀγαθότητος ἀπειρόσοφον δύναμιν ἑαυτῷ περικλείων, ὥσπερ κέντρον εὐθειῶν τινων ἐξημμένων αὐτοῦ, κατὰ μίαν ἁπλῆν καὶ ἐνιαίαν αἰτίαν καὶ δύναμιν· τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων τοῖς πέρασιν οὐκ ἐῶν συναφίστασθαι, κύκλῳ περιγράφων B αὐτῶν τὰς ἐκστάσεις [14], καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἄγων τοὺς τῶν ὄντων καὶ ὑπ' αὐτοῦ γενομένων διορισμούς· ἵνα μὴ ἀλλήλων παντάπασιν ἀλλότρια ᾖ καὶ ἐχθρὰ τὰ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ κτίσματα καὶ ποιήματα· οὐκ ἔχοντα περὶ τί καὶ ὅποι [15] τὸ φίλον τι καὶ εἰρηνικὸν καὶ ταυτὸν πρὸς ἄλληλα δείξωσι· καὶ κινδυνεύσῃ αὐτοῖς καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι εἰς τὸ μὴ ὂν μεταπεσεῖν, τοῦ Θεοῦ χωριζόμενον.

Εἰκὼν μὲν οὖν ἐστι τοῦ Θεοῦ, καθὼς εἴρηται, ἡ ἁγία Ἐκκλησία, ὡς τὴν αὐτὴν τῷ Θεῷ περὶ τοὺς πιστοὺς ἐνεργοῦσα ἕνωσιν, κἂν διάφοροι τοῖς ἰδιώμασι καὶ ἐκ διαφόρων καὶ τόπων καὶ τρόπων, οἱ κατ' αὐτὴν διὰ τῆς πίστεως ἑνοποιούμενοι τύχωσιν C ὄντες· ἣν περὶ τὰς οὐσίας τῶν ὄντων ἀσυγχύτως αὐτὸς ἐνεργεῖν πέφυκεν ὁ Θεός· τὸ περὶ αὐτὰς διάφορον, ὡς δέδεικται, τῇ πρὸς ἑαυτὸν ὡς αἰτίαν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος, ἀναφορᾷ τε καὶ ἑνώσει παραμυθούμενός τε καὶ ταυτοποιούμενος.

496 CAPUT II.

Quomodo, et quanam ratione sancta Dei Ecclesia sit imago mundi ex substantiis, quæ sub aspectum cadunt, et quæ inaspectabiles sunt, constituti atque conflati?

Ecclesiæ partium altera sacerdotibus ac ministris, altera laicis attributa. Consecratur sacrarium rei sacræ in eo consummatione; ναὸς (*ipsa navis ecclesiæ*) *inchoatione.* — Secundum autem alterum sensus spiritalis modum, universi mundi, ex substantiis, quæ in aspectum cadunt, et quæ aspectum fugiunt, constituti, figuram esse ac imaginem aiebat sanctam Dei Ecclesiam; ut quæ scilicet eamdem ac ille cum unionem recipiat, tum discretionem. Quemadmodum enim ipsa, cum ædificatione una domus sit; quadam tamen proprietate distinctionem recipit, ejusmodi scilicet, quæ in figura situque consistit, dum dividitur in eum locum, qui solis sacerdotibus ac ministris attributus est, quem sacrarium vocamus; eumque, in quem cunctis

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τοῦ, πῶς, καὶ τίνα τρόπον εἰκὼν ἐστι τοῦ ἐξ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων οὐσιῶν ὑφεστῶτος κόσμου ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Κατὰ δευτέραν δὲ θεωρίας ἐπιβολὴν, τοῦ σύμπαντος κόσμου τοῦ ἐξ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων οὐσιῶν ὑφεστῶτος, εἶναι τύπον καὶ εἰκόνα, τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ἔφασκεν· ὡς τὴν αὐτὴν αὐτῷ καὶ D ἕνωσιν, καὶ διάκρισιν ἐπιδεχομένην. Ὥσπερ γὰρ αὕτη κατὰ τὴν οἰκοδομὴν εἷς οἶκος ὑπάρχουσα, τὴν κατὰ τὴν θέσιν τοῦ σχήματος ποιᾷ ἰδιότητι, δέξεται διαφοράν, διαιρουμένη εἴς τε τὸν μόνοις ἱερεῦσί τε καὶ λειτουργοῖς ἀπόκληρον τόπον, ὃν καλοῦμεν ἱερατεῖον· καὶ τὸν πᾶσι τοῖς πιστοῖς λαοῖς πρὸς ἐπίβασιν ἄνετον, ὃν καλοῦμεν ναόν. Πάλιν μία ἐστὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν, οὐ συνδιαιρουμένη τοῖς ἑαυτῆς μέρεσι, διὰ τὴν ἑαυτῶν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν διαφοράν· ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τῇ πρὸς τὸ ἓν ἑαυτῆς ἀναφορᾷ τὰ μέρη, τῆς ἐν τῇ κλήσει διαφορᾶς ἀπολύουσα, καὶ

[g] Act. IV, 32. [h] Galat. III, 28; Coloss. III, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[13] αὐτός. A. et Fr. [14] ἐκτάσεις c. A. Fr. [15] ὅπου Fr.

Digitized by Google

ταυτὸν ἀλλήλοις ἄμφω δεικνύουσα· καὶ θάτερον θατέρῳ κατ' ἐπαλλαγὴν ὑπάρχον, ὅπερ ἑκάτερον ἑαυτῷ καθέστηκεν ὂν ἀποφαίνουσα· ἱερατεῖον μὲν τὸν ναὸν κατὰ τὴν δύναμιν, τῇ πρὸς τὸ πέρας ἀναφορᾷ τῆς μυσταγωγίας ἱερουργούμενον· καὶ ἔμπαλιν ναὸν τὸ ἱερατεῖον, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἰδίας αὐτὸν ἔχον μυσταγωγίας ἀρχήν, μία δι' ἀμφοῖν καὶ ἡ αὐτὴ διαμένει. Οὕτω καὶ ὁ ἐκ Θεοῦ κατὰ γένεσιν παρηγμένος σύμπας τῶν ὄντων κόσμος, διαιρούμενος εἴς τε τὸν νοητὸν κόσμον, τὸν ἐκ νοερῶν καὶ ἀσωμάτων οὐσιῶν συμπληρούμενον· καὶ τὸν αἰσθητὸν τοῦτον καὶ σωματικὸν, καὶ ἐκ πολλῶν μεγαλοφυῶς συνυφασμένον εἰδῶν τε καὶ φύσεων· ἄλλη πως ὑπάρχων ἀχειροποίητος Ἐκκλησία, διὰ ταύτης τῆς χειροποιήτου σοφῶς ὑποφαίνεται· καὶ ἱερατεῖον μὲν ὥσπερ ἔχων τὸν ἄνω κόσμον, καὶ ταῖς ἄνω προσνενεμημένοις δυνάμεσι· ναὸν δὲ, τὸν κάτω, καὶ τοῖς δι' αἰσθήσεως ζῇν λαχοῦσι προσκεχωρημένον.

A fidelibus populis liber patet aditus, quem templum (ναὸν Græce) dicimus. Rursus autem una est secundum substantiam, modoque exsistendi, ut quæ non una cum suis partibus dividatur, propter ipsarum inter se partium distinctionem; sed et partes ipsas sui ad unum relatione, a distinctione, quæ in nuncupatione est absolvens, atque ambas inter se idem esse ostendens, alteramque alteri vicissim esse, quod sibi ipsa utraque est (nempe templum potentia sacrarium, quod relatione in finem rei sacræ illud consecretur, vicissimque sacrarium templum, ipsum in actu rei sacræ, quæ in eo peragitur, habens principatum), una atque eadem utrisque perseveret. Sic et qui creatione universus rerum mundus a Deo productus est, dividiturque in mun-
B dum intelligibilem, quem mentes incorporeæque substantiæ complent; inque hunc sensibus objectum ac corporeum, exque pluribus cum formis tum naturis magnifice contextum; cum alia quodammodo non manufacta Ecclesia exsistat, per hanc manufactam sapienter typo designatur; et ut, velut quidem sacrarii loco, superum mundum habeat, ac supernis potestatibus addictum; templi autem vice, huncce inferum, ac quem adeant ipsis pervium, quibus obtigit id vitæ genus, quod sensu transigatur.

Πάλιν εἷς ἐστι κόσμος τοῖς ἑαυτοῦ μὴ συνδιαιρούμενος μέρεσι· τοὐναντίον δὲ, καὶ αὐτῶν τῶν μερῶν τὴν ἐξ ἰδιότητος φυσικῆς διαφορὰν, τῇ πρὸς τὸ ἓν ἑαυτοῦ καὶ ἀδιαίρετον ἀναφορᾷ περιγράφων· καὶ ταυτὸν ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις ἀσυγχύτως ἑναλλὰξ ὄντας· καὶ θατέρῳ θάτερον ὅλον ὅλῳ δεικνὺς ἐμβεβηκότα· καὶ ἄμφω ὅλον αὐτὸν ὡς μέρη ἕνα συμπληροῦντας, καὶ κατ' αὐτὸν ὡς ὅλον μέρη ἐνοειδῶς τε καὶ ὁλικῶς συμπληρουμένους. Ὅλος γὰρ ὁ νοητὸς κόσμος ὅλῳ τῷ αἰσθητῷ μυστικῶς τοῖς συμβολικοῖς
C εἴδεσι τυπούμενος φαίνεται τοῖς ὁρᾷν δυναμένοις· καὶ ὅλος ὅλῳ τῷ νοητῷ ὁ αἰσθητὸς γνωστικῶς κατὰ νοῦν τοῖς λόγοις ἁπλούμενος ἐνυπάρχων ἐστίν. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ, οὗτος τοῖς λόγοις ἐστί· κἀκεῖνος ἐν τούτῳ, τοῖς τύποις· καὶ τὸ ἔργον αὐτῶν ἓν, καθὼς ἂν εἴη *τροχὸς ἐν τῷ τροχῷ*, φησὶν ὁ θαυμαστὸς τῶν μεγάλων θεατὴς Ἰεζεχιὴλ, περὶ τῶν δύο κόσμων, οἶμαι, λέγων. Καὶ πάλιν· *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ εἰ καθορᾶται διὰ τῶν φαινομένων τὰ μὴ φαινόμενα, καθὼς γέγραπται, πολλῷ δὴ καὶ διὰ τῶν μὴ φαινομένων τοῖς θεωρίᾳ πνευματικῇ προσανέχουσι τὰ φαινόμενα νοηθήσεται. Τῶν γὰρ νοητῶν ἡ διὰ τῶν ὁρατῶν συμ-
D βολικὴ θεωρία, τῶν ὁρωμένων ἐστὶ διὰ τῶν ἀοράτων πνευματικὴ ἐπιστήμη καὶ νόησις. Δεῖ γὰρ τὰ ἀλλήλων ὄντα δηλωτικὰ, πάντως ἀληθεῖς καὶ ἀριδήλους τὰς ἀλλήλων ἔχειν ἐμφάσεις, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς σχέσιν ἀλώβητον.

Rursus unus est mundus, nec una cum partibus suis dividitur; contra vero, quam ipsam illæ ex nativa sua proprietate **497** distinctionem habent, relatione ad suam in se unitatem ac indivisionem definiens, tum secum esse, tum invicem vicissim inconfuse unum, ac idem ambos esse; alterumque alterum, ac totum totum inscendere, ambosque totum ipsum tanquam partes unum complere, monstrat, atque in eo ut toto partes uniformiter ac ipsa totius integraque ratione compleri. Totus enim mundus intelligibilis, toto illo qui in sensum cadit mystice symbolicis formis figuratus, iis lucet, quibus ut videant comparatum est; totusque is qui sensu percipitur, in toto illo qui mente intelligitur, scientia ac speculatione animo tenus rationibus simplex inest. In illo enim, noster hic rationibus est; ac ille, in nostro hoc figuris exsistit : estque unum illorum opus, *ac* si *rotam in rota* [i] esse dixeris, ait mirabilis magnarum rerum spectator Ezechiel, cum de duobus puto mundis illi sermo esset, Iterumque ait divinus Apostolus : *Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* [i]. Atqui, si per ea quæ sunt conspicua, ea quæ minime conspicua sunt, conspiciuntur, uti scriptum est; potiori longe ratione per ea quæ non sunt conspicua, ea quæ sunt conspicua, iis intelligentur, qui spiritali contemplationi animum attendunt. Symbolica enim intelligibilium, per ea quæ in aspectum cadunt, contemplatio, rerum aspectabilium, per eas quæ inaspectabiles sunt, spiritalis scientia ac intelligentia noscitur. Oportet enim, quorum mutua significatio est, veras omnino ac perspicuas inter se invicem repræsentationes habere, et eam quæ est in ipsis habitudinem, seu relationem, nulla ex parte ut integritate minuatur, quidquam læsi posse.

[i] Ezech. I, 16. [i] Rom. I, 20.

Digitized by Google

CAPUT III.

Etiam solius mundi, qui in sensum cadit, imaginem esse sanctam Dei Ecclesiam.

Rursusque solius mundi qui in sensum cadit secundum se, ac seorsim spectati, symbolum esse aiebat sanctam Dei Ecclesiam, ut quæ cœlum quidem, divinum sacrarium; terram autem, templi decorem obtineat. Similiter autem etiam mundum esse Ecclesiam, qui cœlum quidem, sacrario simile, terræ autem ornatum, templo affinem habeat.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅτι καὶ μόνου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐστὶν εἰκὼν, ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Καὶ αὖθις μόνου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου καθ' ἑαυτὸν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν εἶναι σύμβολον, ἔφασκεν· ὡς οὐρανὸν μὲν, τὸ θεῖον ἱερατεῖον ἔχουσαν· γῆν δὲ, τὴν εὐπρέπειαν τοῦ ναοῦ κεκτημένην. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν κόσμον ὑπάρχειν Ἐκκλησίαν· ἱερατείῳ μὲν ἐοικότα τὸν οὐρανὸν ἔχοντα· ναῷ δὲ, τὴν κατὰ γῆν διακόσμησιν.

498 CAPUT IV.

Quomodo, et qua ratione hominem symbolice referat sancta Dei Ecclesia, ipsamque vicissim ut hominem homo referat.

Rursus etiam secundum spiritalis intelligentiæ modum, hominem esse aiebat sanctam Dei Ecclesiam : quæ animam quidem, sacrarium habeat, mentemque, divinum altare, ac corpus, templum; ut quæ scilicet ejus imago ac similitudo, qui ad imaginem ac similitudinem factus est (hominis scilicet) exsistat. Quæ nimirum per templum quidem, velut per corpus, moralem prætendat philosophiam; per sacrarium autem, ut per animam, naturalem contemplationem spiritaliter exponat; ac demum per divinum altare, tanquam per mentem, mysticam theologiam proferat. Vicissimque hominem, Ecclesiam mysticam, qui nimirum per corpus tanquam per templum, partem animi agentem, mandata operando, per moralem philosophiam virtutum cultu exhilaret ac perornet, per animam autem, ut sacrarium, eas, quæ ex sensu ducuntur rationes, pure in spiritu, amputata ab eis materia, naturali speculatione per rationem Deo offerat : ac denique per mentem, ut altare, laudatissimum illud quod in penetralibus est, obscuri ignotique clamoris silentium deitatis, per aliud loquax vocalissimumque silentium asciscat; ac, quoad ejus homini concessum est, per mysticam theologiam illi consuescat, talisque fiat, qualem eum esse consentaneum est, qui divina frui præsentia meruit, ejusque longe clarissimis fulgoribus insignitus est.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Πῶς τε καὶ ποίῳ τρόπῳ συμβολικῶς εἰκονίζει τὸν ἄνθρωπον ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· καὶ αὐτὴ ὡς ἄνθρωπος ὑπ' αὐτοῦ εἰκονίζεται.

Καὶ πάλιν κατ' ἄλλον τρόπον θεωρίας, ἄνθρωπον εἶναι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἔλεγε· ψυχὴν μὲν ἔχουσαν τὸ ἱερατεῖον· καὶ νοῦν, τὸ θεῖον θυσιαστήριον· καὶ σῶμα, τὸν ναόν· ὡς εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὑπάρχουσαν τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν γενομένου ἀνθρώπου· καὶ διὰ μὲν τοῦ ναοῦ, ὡς διὰ σώματος, τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν προβαλλομένην· διὰ δὲ τοῦ ἱερατείου, ὡς διὰ ψυχῆς, τὴν φυσικὴν θεωρίαν πνευματικῶς ἐξηγουμένην· καὶ ὡς διὰ νοὸς τοῦ θείου θυσιαστηρίου, τὴν μυστικὴν θεολογίαν ἐμβαίνουσαν. Καὶ ἔμπαλιν, Ἐκκλησίαν μυστικὴν τὸν ἄνθρωπον, ὡς διὰ ναοῦ μὲν τοῦ σώματος, τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς ταῖς τῶν ἐντολῶν ἐνεργείαις κατὰ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἐναρέτως φαιδρύνοντα· ὡς δι' ἱερατείου δὲ τῆς ψυχῆς τοὺς κατ' αἴσθησιν λόγους, καθαρῶς ἐν πνεύματι τῆς ὕλης περιτμηθέντας, κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν διὰ λόγου τῷ Θεῷ προσκομίζοντα· καὶ ὡς διὰ θυσιαστηρίου τοῦ νοὸς, τὴν ἐν ἀδύτοις πολυύμνητον τῆς ἀφανοῦς καὶ ἀγνώστου μεγαλοφωνίας σιγὴν τῆς θεότητος, δι' ἄλλης λάλου τε καὶ πολυφθόγγου σιγῆς προσκαλούμενον· καὶ ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, κατὰ μυστικὴν θεολογίαν αὐτῇ συγγινόμενον· καὶ τοιοῦτον γινόμενον, οἷον εἰκὸς εἶναι δεῖ τὸν ἐπιδημίας ἀξιωθέντα Θεοῦ, καὶ ταῖς αὐτοῦ παμφαέσιν αἴγλαις ἐνσημανθέντα.

CAPUT V.

Quomodo, ac quanam rursus ratione, animæ seorsim separatæ, imago sit ac typus sancta Dei Ecclesia.

Neque vero totius hominis, qui ex anima et corpore constituitur (qua scilicet ratione compositus est) posse duntaxat esse imaginem sanctam Dei Ecclesiam, docebat; verum etiam animæ seorsim per rationem consideratæ : quippe qui ex intelligenti et animali facultate universim animam constare aiebat, ac vim quidem intelligentem libere ex voluntate 499 moveri; animalem autem uti natura illi comparatum est citra ullam electionem, motumque liberum, ita manere. Rursusque ad intelligentem quidem facultatem spectare, tum contemplandi vim, tum agendi : atque vim quidem contemplandi,

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Πῶς καὶ ποίῳ τρόπῳ πάλιν τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν νοουμένης, εἰκών τε καὶ τύπος ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Καὶ οὐχ ὅλου μὲν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος κατὰ σύνθεσίν φημι συνεστῶτος, εἰκόνα μόνον εἶναι δύνασθαι τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐδίδασκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν τῷ λόγῳ θεωρουμένης. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ νοερᾶς καὶ ζωτικῆς δυνάμεως καθολικῶς συνίστασθαι τὴν ψυχὴν ἔφασκε· καὶ τῆς μὲν νοερᾶς ἐξουσιαστικῶς κατὰ βούλησιν κινουμένης, τῆς δὲ ζωτικῆς κατὰ φύσιν ἀπροαιρέτως, ὡς ἔχει, μενούσης. Καὶ πάλιν, τῆς μὲν νοερᾶς εἶναι τό τε θεωρητικὸν, καὶ τὸ πρακτικόν· καὶ τὸ μὲν θεωρητικὸν, καλεῖσθαι νοῦν ἔλεγε· τὸ δὲ πρακτικὸν, λόγον· καὶ τῆς μὲν νοερᾶς δυνάμεως

Digitized by Google

κινητικὸν εἶναι τὸν νοῦν· τῆς δὲ ζωτικῆς προνοητικὸν ὑπάρχειν τὸν λόγον· καὶ τὸν μὲν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι σοφίαν· φημὶ δὲ τὸν νοῦν, ὅταν παντάπασιν ἀτρέπτους ἑαυτοῦ διαφυλάττῃ [16] τὰς πρὸς τὸν Θεὸν κινήσεις· τὸν δὲ λόγον ὡσαύτως φρόνησιν καὶ εἶναι καὶ καλεῖσθαι, ὅταν σωφρόνως τὴν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ πρόνοιαν διοικουμένην ζωτικὴν δύναμιν ταῖς ἐνεργείαις συνάψας τῷ νῷ, δείξειεν ἀδιάφορον· τὴν αὐτὴν αὐτῷ καὶ ὁμοίαν δι' ἀρετῆς ἔμφασιν τοῦ Θείου φέρουσαν· ἣν καὶ ἐπιμερίζεσθαι τῷ τε νῷ καὶ τῷ λόγῳ φυσικῶς ἔλεγεν· ὡς εἶναι μᾶλλον καὶ συνισταμένην δείκνυσθαι προηγουμένως τὴν ψυχὴν, ἐκ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ λόγου, ὡς νοεράν τε καὶ λογικήν· τῆς ζωτικῆς ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ τὸ ἴσον δηλονότι, νοῦ τε καὶ λόγου φημὶ, θεωρουμένης δυνάμεως· οὐδ' ὁπότερον γὰρ τούτων ζωῆς ἄμοιρον εἶναι θέμις ἐννοεῖν, καὶ ὑπ' ἀμφοῖν διειλημμένης [17]· δι' ἧς ὁ μὲν νοῦς, ὃν καὶ σοφίαν ἔφαμεν καλεῖσθαι, τῇ θεωρητικῇ ἕξει κατ' ἀπόῤῥητον σιγήν τε καὶ γνῶσιν ἐξαπλούμενος, πρὸς τὴν ἀλήθειαν δι' ἀλήστου τε καὶ ἀκαταλήκτου γνώσεως ἄγεται· ὁ δὲ λόγος, ὃν ἐκαλέσαμεν φρόνησιν, τῇ πρακτικῇ ἕξει σωματικῶς κατ' ἀρετὴν εἰς τὸ ἀγαθὸν διὰ πίστεως καταλήγει· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ἡ ἀληθὴς τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιστήμη συνέστηκε πραγμάτων· ἡ ὄντως ἄπταιστος γνῶσις, καὶ πάσης τῆς κατὰ Χριστιανοὺς θειοτάτης φιλοσοφίας πέρας.

A mentem dicebat appellari; agendi autem vim, vocari rationem. Ac mentis quidem partium esse, ut intelligendi facultatem moveat; rationis vero, ut facultati vitali, seu animali provideat: atque alterum quidem tum esse, tum appellari sapientiam (mentem scilicet, tum, cum motus quibus in Deum fertur immobiles omnino servarit), ac similiter rationem tum esse, tum appellari prudentiam, quando vim animalem, quam propensiore in eam cura regit, prudenter operationibus copulans, nullo a mente discrimine abjungi ostenderit, nimirum eamdem cum ipsa per virtutem, deitatis ferentem speciem: quam etiam ad mentem pariter ac rationem naturaliter dicebat spectare, ut magis esse, primoque ex mente ac ratione, tanquam intelligendi ac rationis vi prædita, anima ostendatur consistere, ita B scilicet ut in utraque ex æquo (mente nimirum ac ratione) vitæ facultas, seu animalis consideretur (nefas enim utrumvis horum vitæ expers cogitare) ac penes utraque dividatur: per quam, mens quidem (quam diximus vocari sapientiam) contemplationis habitu, arcani cum silentii, tum scientiæ vi simplicitate provecta, per scientiam nulla unquam oblivione delendam aut intermorituram, ad veritatem ducitur; ratio autem (quam prudentiam appellavimus) actionis habitu, corporaliter præstando virtutem, in bonum desinit per fidem: ex quibus ambobus vera cum divinarum, tum humanarum rerum consistit scientia; vera scilicet illa, ac sine errore notitia, quæque divinissimæ omnis Christianorum philosophiæ terminus finisque exsistat.

Καὶ σαφέστερον περὶ τούτων εἰπεῖν· τῆς ψυχῆς, C τὸ μὲν ἔλεγε εἶναι θεωρητικὸν, καθὼς εἴρηται· τὸ δὲ, πρακτικὸν, καὶ τὸ μὲν θεωρητικὸν ἐκάλει νοῦν· τὸ δὲ πρακτικὸν, λόγον· ὡς πρώτας δηλαδὴ δυνάμεις τῆς ψυχῆς· καὶ πάλιν τὸν νοῦν, σοφίαν· τὸν δὲ λόγον, φρόνησιν, ὡς πρώτας ἐνεργείας. Διεξοδικῶς δὲ πάλιν, τῆς ψυχῆς ἔφασκεν εἶναι, κατὰ μὲν τὸ νοερὸν, τὸν νοῦν, τὴν σοφίαν, τὴν θεωρίαν, τὴν γνῶσιν, τὴν ἄληστον γνῶσιν· τούτων δὲ τέλος εἶναι τὴν ἀλήθειαν· κατὰ δὲ τὸ λογικὸν, τὸν λόγον, τὴν φρόνησιν, τὴν πρᾶξιν, τὴν ἀρετὴν, τὴν πίστιν· τούτων δὲ τέλος εἶναι τὸ ἀγαθόν. Τὴν ἀλήθειαν δὲ καὶ τὸ ἀγαθὸν, τὸν Θεὸν ἔλεγε δηλοῦν· ἀλλὰ τὴν μὴ ἀλήθειαν, ὅταν ἐκ τῆς οὐσίας τὸ Θεῖον σημαίνεσθαι δοκῇ· ἁπλοῦν γὰρ, καὶ μόνον, καὶ ἓν, καὶ ταυτὸν, καὶ ἀμερὲς, καὶ ἄτρεπτον, καὶ ἀπαθὲς πρᾶγμα ἡ ἀλήθεια D καὶ ἀλάθητον, καὶ παντελῶς ἀδιάστατον· τὸ δὲ ἀγαθὸν, ὅταν ἐκ τῆς ἐνεργείας. Εὐεργετικὸν γὰρ τὸ ἀγαθὸν, καὶ προνοητικὸν τῶν ἐξ αὐτοῦ πάντων, καὶ φρουρητικόν· ἀπὸ τοῦ *ἄγαν* [18] *εἶναι, ἢ τεθεῖσθαι, ἢ θέσιν* [19], κατὰ τὴν τῶν ἐτυμολογούντων δόξαν, πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι καὶ διαμένειν καὶ κινεῖσθαι χαριστικόν [20].

Animæ primæ vires, et operationes, ac secundæ. Deus actuum animæ finis, ut verum bonum; vocis ἀγαθόν *interpretatio.* — Atque ut apertius de his loquar, animæ partem alteram dicebat esse contemplandi vim, sicut dictum est; alteram, vim agendi: ac quidem contemplandi vim, seu speculandi, appellabat mentem; vim autem agendi, rationem, tanquam scilicet animæ primas facultates: atque iterum mentem, sapientiam; rationem vero, prudentiam, velut primas operationes. Rursus vero fusius explicando, ad animam spectare dicebat, qua parte **500** est intelligens, mentem, sapientiam, contemplationem, scientiam, nulla oblivione delendam jugemque scientiam; horum autem finem, esse veritatem: qua parte autem est rationalis, rationem, prudentiam, actionem, virtutem, fidem; horum vero bonum, esse finem. Porro veritatem, bonumque, Deum aiebat significare; hoc tamen discrimine, ut tum quidem veritas Deum significet, cum is ex essentia designari videtur (est enim veritas quid simplex ac singulare, unumque ac idem quod indivisibile, immutabile, impatibile, indelebile sit, nullisque omnino intervallis aut dimensionibus disjungi possit), bonum autem, cum ex operatione. Bonum enim ejusmodi est, ut benefaciat, atque iis quæ ex ipso sunt prospiciat, conservetque ea ac tueatur; hinc Græcis dictum ἀγαθὸν, quod est ἄγαν εἶναι, ἢ τεθεῖσθαι, ἢ θέειν· nos dicamus, valde esse, vel fixum esse, vel currere (ut ii opi-

VARIÆ LECTIONES.

[16] διαφυλάττοι c. A. [17] διειλημμένως c. A, [18] καὶ τῷ ἄγαν c A. et Fr. [19] θέειν c. A. [20] Fr. Ἔστι γὰρ καὶ εὖ ἐστι καὶ ἀεί ἐστιν ὧν πάντων πᾶσι τοῖς οὖσιν ὑπάρχει χαριστικόν. *Est enim, est bene et semper est, quæ omnia cunctis rebus præbet.*

Digitized by Google

nantur qui veram nominum rationem inquirunt, sic nempe comparatum, ut rebus omnibus esse, consistere ac moveri tribuat.

Animæ, Deique conjugationes. Decas mystica spiritalis psalterii. — Quas ergo in anima intelligimus quinque conjugationes, circa unicam illam, quæ Deum significat, versari aiebat. Conjugationes autem in præsentiarum voco, mentem et rationem, sapientiam et prudentiam, contemplationem et actionem, scientiam et virtutem, scientiam quam nulla inobscurabit oblivio jugemque et fidem. Conjugationem autem quæ Deum significet, veritatem ac bonum; quibus dum anima progressu movetur, universorum Deo unitur; quæ per firmum scilicet, ac stabilem, immobilemque in eo quod honestum sit, liberæ voluntatis habitum, ejus essentiæ ac operationis immutabilitatem ac beneficentiam imitetur. Et, ut horum exiguam quamdam, commodam tamen observationem misceam : hæc fortasse est divinarum chordarum decas, ejus, quod mente intelligitur, psalterii animæ [k] rationem habens spiritui insonantem per aliam beatam mandatorum decadem, perfectosque atque concinnos ac numerosos sonos, quibus Deus laudatur, intelligibili concentu edens; ut scilicet ego, quænam sit ejus decadis ratio, quæ canit, et quæ canitur, intelligam; atque ut decas decadi mystice unita ac copulata, Jesum quidem Deum meum ac Salvatorem, per me qui salutis munus consequar, completum, ad se reducat, semper plenissimum, nec unquam valentem **501** excedere; me vero hominem mirabiliter mihimetipsi restituat; imo potius Deo, cui id quod sum acceptum fero, et ad quem festino, ut beatitudo olim desiderata demum consequatur. Eam rem cui nosse concessum est, eo quod eorum quæ dicuntur periculum fecerit, omnino ipsa jam perspicue edoctus experientia, suam ipsius dignitatem intelliget, qua nimirum ratione, id quod est ad imaginem, imagini reddatur; quomodo principi formæ honor habeatur; quænam sit virtus mysterii nostræ salutis, ac cujus gratia Christus mortuus et ipse in nobis [l], quemadmodum dixit; ac quomodo *Rectum sit verbum Domini, et omnia opera ejus in fide* [m]. Verum ad orationis seriem stylum reducamus, atque hæc hactenus dicta sint.

Dicebat enim mentem sapientia motam ad contemplationem venire; contemplatione media, ad scientiam; per scientiam, ad eam scientiam quam nulla obscuret oblivio ac jugis perseveret: hujuscemodique scientiæ ope, ad veritatem, in qua mens motus terminum habet, illius cum essentia tum potentia, habituque ac operatione seu actu circumscriptis.

Motus circa Deum perennis, et terminatus. — Dicebat enim sapientiam esse mentis facultatem, seu potentiam, ipsamque adeo mentem potentia sapientiam esse; contemplationem, habitum; scientiam, operationem; scientiam illam jugem ac

A Τὰς οὖν περὶ τὴν ψυχὴν νοουμένας πέντε συζυγίας περὶ τὴν μίαν τὴν τοῦ Θεοῦ σημαντικὴν συζυγίαν ἔλεγε καταγίγνεσθαι. Συζυγίαν δέ φημι νῦν τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον· τὴν σοφίαν καὶ τὴν φρόνησιν· τὴν θεωρίαν καὶ τὴν πρᾶξιν· τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀρετήν· τὴν ἄληστον γνῶσιν καὶ τὴν πίστιν. Τὴν δὲ τοῦ θείου σημαντικήν, τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἀγαθόν· αἷς κατὰ πρόοδον ἡ ψυχὴ κινουμένη, τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἑνοῦται, μιμουμένη αὐτοῦ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ἐνεργείας τὸ ἄτρεπτον καὶ εὐεργετικόν, διὰ τῆς ἐν τῷ καλῷ παγίας καὶ ἀμεταθέτου κατὰ τὴν προαίρεσιν ἕξεως. Καί, ἵνα τούτων [21] μικρόν τι μίξω θεώρημα πρόσφορον, τάχα αὕτη ἐστὶν ἡ θεία δεκὰς τῶν χορδῶν τοῦ κατὰ ψυχὴν νοητοῦ ψαλτηρίου· ἡ τὸν λόγον ὑπηχοῦντα τῷ πνεύματι, διὰ τῆς ἄλλης τῶν ἐντολῶν μακαρίας δεκάδος ἔχουσα, καὶ τοὺς ἐντελεῖς τε καὶ ἁρμονίους, τοὺς ἐμμελεῖς νοητῶς ἀποτελοῦσα φθόγγους, δι' ὧν ὑμνεῖται ὁ Θεός· ἵν' ἐγὼ μάθω, τίς ὁ τῆς ἀδούσης, καὶ τῆς ᾀδομένης δεκάδος ὁ λόγος· καὶ πῶς δεκάδι δεκὰς μυστικῶς ἑνουμένη τε καὶ συναπτομένη, Ἰησοῦν μὲν τὸν ἐμὸν Θεὸν καὶ Σωτῆρα συμπληρωθέντα δι' ἐμοῦ σωζομένου, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανάγει τὸν ἀεὶ πληρέστατον, καὶ μηδέποτε ἑαυτοῦ ἐκστῆναι δυνάμενον· ἐμὲ δὲ τὸν ἄνθρωπον θαυμαστῶς ἑαυτῷ ἀποκαθίστησι· μᾶλλον δὲ Θεῷ, παρ' οὗ τὸ εἶναι λαβὼν ἔχω, καὶ πρὸς ὃν ἐπείγομαι, πόρρωθεν τὸ εὖ εἶναι προσλαβεῖν ἐφιέμενος. Ὅπερ ὁ γνῶναι δυνηθείς, ἐκ τοῦ παθεῖν τὰ λεγόμενα, εἴσεται πάντως γνωρίσας ἤδη κατὰ τὴν πεῖραν ἐναργῶς τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα· πῶς ἀποδίδοται τῇ εἰκόνι τὸ κατ' εἰκόνα [22]· πῶς τιμᾶται τὸ ἀρχέτυπον· τίς τοῦ μυστηρίου τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἡ δύναμις, καὶ ὑπὲρ τίνος Χριστὸς ἀπέθανε· πῶς τε πάλιν ἐν αὐτῷ μεῖναι δυνάμεθα, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, καθὼς εἶπε· καὶ πῶς *Ἐστὶν εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει.* Ἀλλ' ἐπανάγωμεν πρὸς τὸν εἰρμὸν τοῦ λόγου τὸν λόγον, τούτοις περὶ τούτων ἀρκεσθέντες.

Τὸν γὰρ νοῦν διὰ τῆς σοφίας ἔφασκε κινούμενον, εἰς θεωρίαν ἰέναι· διὰ δὲ τῆς θεωρίας, εἰς γνῶσιν· διὰ δὲ τῆς γνώσεως, εἰς τὴν ἄληστον γνῶσιν· διὰ δὲ τῆς ἀλήστου γνώσεως, εἰς τὴν ἀλήθειαν· περὶ ἣν ὁ νοῦς ὅρον τῆς κινήσεως δέχεται, περιγραφομένης αὐτῷ τῆς τε οὐσίας καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς ἐνεργείας.

Νοῦ γὰρ ἔλεγε δύναμιν εἶναι τὴν σοφίαν, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν νοῦν δυνάμει σοφίαν· τὴν δὲ θεωρίαν, ἕξιν· τὴν δὲ γνῶσιν, ἐνέργειαν· τὴν δὲ ἄληστον γνῶσιν, σοφίας τε καὶ θεωρίας καὶ γνώσεως· ἦγουν δυνάμεως καὶ ἕξεως καὶ ἐνεργείας· τὴν περὶ

[k] Psal. CXLIII, 9. [l] Joan. XV, 4. [m] Psal. XXXII, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[21] Fr. τούτοις. [22] Hæc Gregorii voces.

Digitized by Google

τὸ γνωστὸν τὸ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γνῶσιν ἀκατάληκτον καὶ ἐκτικὴν ἀεικινησίαν· ἧς πέρας ἐστὶν, ὡς ἀλάθητον γνωστὸν, ἡ ἀλήθεια· ὃ καὶ θαυμάζειν ἄξιον· πῶς τὸ ἄληστον λήγει περιγραφόμενον, ἢ δηλονότι ὡς θεῷ τῇ ἀληθείᾳ περατούμενον; Θεὸς γὰρ ἡ ἀλήθεια, περὶ ὃν ἀκαταλήκτως τε καὶ ἀλήστως κινούμενος ὁ νοῦς, λήγειν οὐκ ἔχει ποτὲ τῆς κινήσεως, μὴ εὑρίσκων πέρας ἔνθα μὴ ἔστι διάστημα. Τὸ γὰρ θαυμαστὸν μέγεθος τῆς θείας ἀπειρίας, ἀποσόν τί ἐστι καὶ ἀμερὲς καὶ παντελῶς ἀδιάστατον· καὶ τὴν οἰανοῦν πρὸς τὸ γνωσθῆναι, ὅ τί ποτέ ἐστι κατ' οὐσίαν, φθάνουσαν αὐτὸν οὐκ ἔχον κατάληψιν. Τὸ δὲ μὴ ἔχον διάστημα ἢ κατάληψιν καθ' ὁτιοῦν, οὐκ ἔστι τινὶ περατόν.

A quam nulla infuscat oblivio, sapientiæ, contemplationis, scientiæ; sive potentiæ, habitus actusque et operationis circa rem noscendam omni longe scientia superiorem, quæ nunquam desinat, ac habitu sit, jugis motus agitationem, cujus terminus, veritas est, tanquam quæ perpetuo scienda objecta sit. Quod et jure admirationem habeat; quomodo quod nulla oblivione infuscari potest, ac perpetuum est, circumscriptum desinat. An non utique ideo, quod Deus veritas illi terminus exsistat? Veritas namque Deus est, circa quem mens incessanter jugique motu agitata, nunquam cessare potest, nullum inveniens motus terminum, ubi nulla distantia ac spatium est. Admiranda enim divinæ infinitatis magnitudo, molis expers est, nec dividi potest, ac omni prorsus dimensione caret, nec ullam comprehensionem ipsam attingentem habet, ut noverimus ullo modo quid tandem per essentiam est. Porro, **502** quod nullam dimensionem habet, nec ullo modo potest comprehendi, nulli permeabile est.

Τὸν δὲ λόγον ὡσαύτως διὰ τῆς φρονήσεως κινούμενον, εἰς τὴν πρᾶξιν ἰέναι· διὰ δὲ τῆς πράξεως, εἰς ἀρετήν· διὰ δὲ τῆς ἀρετῆς εἰς τὴν πίστιν, τὴν ὄντως βεβαίαν καὶ ἄπτωτον τῶν θείων πληροφορίαν· ἣν πρώτην ἔχων δυνάμει κατὰ τὴν φρόνησιν ὁ λόγος, ὕστερον ἐνεργείᾳ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυται, διὰ τὴν ἐπ' ἔργων [13] φανέρωσιν. Ἡ γὰρ *χωρὶς ἔργων πίστις νεκρόν* [14] *τι*, καθὼς γέγραπται· πᾶν δὲ νεκρὸν καὶ ἀνενέργητον, οὐκ ἄν ποτέ τις εὖ φρονῶν τοῖς καλοῖς [15] εἶναι θαρσήσειεν εἰπεῖν ἐνάριθμον. Διὰ δὲ τῆς πίστεως εἰς τὸ ἀγαθὸν, περὶ ὃ δέχεται τέλος, παυόμενος τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ὁ λόγος, περιγραφομένης αὐτοῦ τῆς τε δυνάμεως καὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς ἐνεργείας.

B Similiter rationem prudentia motam ad actionem venire; per actionem ad virtutem, per virtutem ad fidem, firmam illam revera ac inoffensam divinorum certitudinem: quam primam ratio per prudentiam potentia habens, actu postea per virtutem ostendit, qua operibus manifestam facit. Nam *fides quæ sine operibus est, quid mortuum est* [a], uti scriptum est. Quidquid autem mortuum ac otiosum est, nemo unquam sanæ mentis inter ea quæ honesta sunt dixerit numerandum esse. Per fidem autem ad bonum, in quo ratio finem accipit, quiescens a suis operationibus, ejus nempe tum facultate tum habitu tumque operatione circumscriptis.

Λόγου γὰρ ἔφασκεν [16] εἶναι δύναμιν τὴν φρόνησιν· καὶ αὐτὸν εἶναι δυνάμει τὸν λόγον, φρόνησιν· ἕξιν δὲ, τὴν πρᾶξιν· ἐνέργειαν δὲ, τὴν ἀρετήν· τὴν δὲ πίστιν φρονήσεώς τε καὶ πράξεως καὶ ἀρετῆς, ἧγουν δυνάμεως, ἕξεώς τε καὶ ἐνεργείας ἐνδιάθετον πῆξιν καὶ ἀναλλοίωτον· ἧς πέρας ἔσχατόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, περὶ ὃ κατᾶλήγων τῆς κινήσεως ὁ λόγος παύεται. Θεὸς γάρ ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ᾧ πέφυκε πᾶσα καὶ παντὸς λόγου περατοῦσθαι δύναμις. Πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον τούτων ἕκαστον κατορθοῦται, καὶ εἰς ἐνέργειαν ἄγεται· καὶ τίνα τούτων ἑκάστῳ ἠναντίωται, ἢ προσφκείωται, καὶ ἐπὶ πόσον, διαιρεῖν τε καὶ λέγειν, οὐ τῆς παρούσης ἐστὶν ὑποθέσεως· πλὴν τοῦ, ὅσον γιγνώσκειν, ὅτι πᾶσα ψυχὴ ἡνίκα διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῆς οἰκείας φιλοπονίας καὶ σπουδῆς ἀλλήλοις ταῦτα συνάψαι τε καὶ ἱστουργῆσαι δυνηθῇ· τὸν λόγον φημὶ τῷ νῷ, καὶ τῇ σοφίᾳ τὴν φρόνησιν, καὶ τῇ θεωρίᾳ τὴν πρᾶξιν, καὶ τῇ γνώσει τὴν ἀρετὴν, καὶ τῇ ἀλήστῳ γνώσει τὴν πίστιν, οὐδενὸς ἐλαττουμένου πρὸς τὸ ἕτερον ἢ πλεονάζοντος, πάσης αὐτοῖς περικοπείσης ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· καὶ, ἵνα συνελὼν εἴπω, μονάδα τὴν ἑαυτῆς δεκάδα ποιῆσαι· τηνικαῦτα καὶ αὐτὴ τῷ θεῷ

C Rationis enim facultatem dicebat esse prudentiam; ipsamque rationem potentia prudentiam esse; habitum, actionem; operationem, virtutem; virtutem, fidem; fidem denique, prudentiæ, actionis, virtutis, sive potentiæ, habitus ac operationis, firmam animo, nullaque varietate nutantem constantiam, cujus ultimus finis bonum est; in quo omnis ac cujusque rationis vis suapte natura terminum accipit. Quomodo autem, ac qua ratione horum quodlibet præstetur reque ipsa efficiatur; ac quænam cuique horum adversentur, vel sint affinia, quantumque, cum dividere, tum pronuntiare, haud præsentis instituti est, excepto duntaxat ut noverimus fore, ut omnis anima, cum per gratiam sancti Spiritus, suumque ipsa laborem ac D diligentiam hæc alia aliis jungere potuerit ac conserere; rationem scilicet menti nectere, sapientiæ prudentiam, contemplationi actionem, scientiæ virtutem, jugi illi ac indelebili scientiæ fidem apponere; ita sane ut nihil horum præ altero deficiat, aut abundet, omni excessu atque defectu ab eis amputato, et, ut summa dicam, suam unitatem decadem fecerit; tunc quoque ipsa Deo

[a] Jac. II, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[13] Fr. ἐπ' ἔργοις. [14] Fr. νεκρά. [15] Nempe bonis perfectis et absolute. [16] Fr. ἔφασκε δύναμιν.

Digitized by Google

vero ac bono, unique ac soli uniatur, pulchra pariter ac magnifica, præclareque (quoad ejus fieri potest) illi similis, generalium quatuor virtutum complemento effecta: quæ nimirum, divinam quæ in anima est decadem significent, beatamque aliam mandatorum decadem contineant. Quaternio enim, decas est potentia, ab unitate secundum progressum serie quadam **503** composita. Rursusque eadem, unitas est, per coitionem bonum monadice (id est singulari una ratione) continens, divinæque operationis simplicitatem ac indivisibilitatem in seipsa indivise divisam ostendens; quibus anima, quod proprium est, strenue ac constanter bonum tutando, quod alienum, fortiter ut malum rejecit; ut quæ mente, probe ex ratione composita, polleat; sapientia, prudentia ornata; contemplatione, actione; scientia virtuti conjuncta; demumque perpetua illa ac indelebili fidelissima simulque invariabili scientia; ac velut quæ causis, effecta; facultatibusque, operationes solerter conjunctas, Deo obtulerit; horumque præmio, simplicitatis effectricem deificationem retulerit.

Est enim ratio mentis operatio ac manifestatio, velut scilicet causæ effectus, sapientiæ prudentia, contemplationis actio, scientiæ virtus, jugisque illius ac indelebilis scientiæ fides; ex quibus illa animo reposita interiorque ad veritatem bonumque (nempe Deum) procreatur affectio; quam dicebat esse divinam scientiam, omnique errore vacantem notitiam et dilectionem et pacem; in quibus, ac per quas deificatio est: scientiam quidem Græce ἐπιστήμην, velut complementum ejus omnis notitiæ, quam de Deo ac divinis homines assequi valent, virtutumque inviolabilem complexionem: notitiam, Græce γνῶσιν, ut quæ veritatem sincere inscendens, deitatis experimentum quantum satis sit, præbeat: dilectionem, ut quæ tota secundum affectum, divinæ totiusque dulcedinis particeps exsistat; pacem denique, ut cui eadem atque Deo usu veniant, efficiatque ut et iis qui secundum ipsam meruerint affici, eadem ipsa eveniant. Siquidem enim deitas penitus immobilis est, ut cui nihil ulla ex parte molestiam faciat (quid enim ad illius speculam septumque evadat?), pax autem inconcussa est, ac immobilis firmitas: ad hæc vero et lætitia, quam nulla interturbet molestia; num et cuivis animæ divina usu veniunt, quæ divinam eam pacem nancisci meruerit? quippe quæ nedum vitii et ignorantiæ, mendaciique ac nequitiæ, quæ mala virtuti, scientiæ, veritatique ac bono contraria, innaturalibus animæ motibus ceu stolones quidam adnascuntur; sed jam ipsius quoque virtutis ac scientiæ, veritatisque ac bonitatis, quas ipsi novimus, (pace verbi dixerim) fines trangressa sit, ac supra quam **504** verissimo, perquamque optimo Dei cubili, juxta illius verissimam promissionem, arcana quadam ac ignota ratione insederit:

A ἀληθινῷ τε καὶ ἀγαθῷ, καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ ἑνωθήσεται· καλή τε καὶ μεγαλοπρεπής, καὶ αὐτῷ [κατὰ τὸ ἐφικτὸν] ἐμφερὴς γενομένη, τῇ συμπληρώσει τῶν τεσσάρων γενικῶν ἀρετῶν· τῶν δηλωτικῶν μὲν τῆς κατὰ ψυχὴν θείας δεκάδος, περιεκτικῶν δὲ τῆς ἄλλης τῶν ἐντολῶν μακαρίας δεκάδος. Δεκὰς γὰρ δυνάμει ἐστὶν ἡ τετρὰς, ἀπὸ τῆς μονάδος εἱρμῷ κατὰ πρόοδον συντιθεμένη. Καὶ πάλιν μονὰς ἡ αὐτὴ, κατὰ σύνοδον τὸ ἀγαθὸν μοναδικῶς περιέχουσα, καὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀμερὲς τῆς θείας ἐνεργείας, ἐφ' ἑαυτῆς ἀτμήτως μεμερισμένον δεικνύουσα· αἷς, τὸ μὲν οἰκεῖον εὐτόνως ἀπερεγχείρητον ἡ ψυχὴ διετήρησεν· τὸ δὲ ἀλλότριον ἀνδρικῶς ὡς πονηρὸν ἀπερράπισεν· ὡς νοῦν εὔλογον ἔχουσα, καὶ σοφίαν ἔμφρονα, καὶ θεωρίαν ἔμπρακτον, καὶ γνῶσιν ἐνάρετον, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἄληστον γνῶσιν, πιστοτάτην
B ὁμοῦ καὶ ἀμετάπτωτον· καὶ ὡς τοῖς αἰτίοις τὰ αἰτιατὰ, καὶ ταῖς δυνάμεσι τὰς ἐνεργείας σωφρόνως συνημμένας, Θεῷ προσκομίσασα· καὶ ἀντιλαβοῦσα τούτων τὴν ποιητικὴν τῆς ἁπλότητος θέωσιν.

Ἐνέργεια γὰρ ἐστι καὶ φανέρωσις· τοῦ μὲν νοῦ, ὁ λόγος, ὡς αἰτίας αἰτιατόν· καὶ τῆς σοφίας ἡ φρόνησις, καὶ τῆς θεωρίας ἡ πρᾶξις, καὶ τῆς γνώσεως ἡ ἀρετὴ, καὶ τῆς ἀλήστου γνώσεως ἡ πίστις· ἐξ ὧν ἡ ἐνδιάθετος πρός τε τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἀγαθὸν, φημὶ δὲ τὸν Θεὸν, σχέσις δημιουργεῖται· ἣν ἔφασκεν εἶναι θείαν ἐπιστήμην, καὶ γνῶσιν ἄπταιστον, καὶ
C ἀγάπην καὶ εἰρήνην, ἐν αἷς καὶ δι' ὧν ἡ θέωσις· τὴν μὲν [ἐπιστήμην] ὡς συμπλήρωσιν πάσης τῆς ἐφικτῆς ἀνθρώποις περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων γνώσεως, καὶ τῶν ἀρετῶν περιοχὴν ἄπταιστον· τὴν δὲ [γνώμην], ὡς ἐπιβᾶσαν γνησίως τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πεῖραν τοῦ θείου διαρκῆ παρεχομένην· τὴν δὲ [ἀγάπην] ὡς ὅλης τοῦ Θεοῦ κατὰ διάθεσιν, ὅλην μετέχουσαν τῆς τερπνότητος· τὴν δὲ [εἰρήνην], ὡς τὰ αὐτὰ τῷ Θεῷ πάσχουσαν, καὶ πάσχειν τοὺς κατ' αὐτὴν ἀξιωθέντας γενέσθαι παρασκευάζουσαν. Εἰ γὰρ τὸ θεῖον παντελῶς ἀκίνητον, ὡς τὸ διοχλοῦν καθ' ὁτιοῦν οὐκ ἔχον (Τί γὰρ καὶ τὸ φθάνον ἐστὶ τὴν ἐκείνου περιωπήν;) τὴ δὲ εἰρήνη, σταθερότης ἐστὶν ἀκλόνητός τε καὶ ἀκίνητος· πρὸς δὲ, καὶ ἀνενόχλητος εὐφροσύνη· ἆρα τὰ θεῖα οὐ πάσχει [27] καὶ
D πᾶσα ψυχὴ, ἡ τὴν θείαν καταξιωθεῖσα κομίσασθαι εἰρήνην; ὡς μὴ μόνον κακίας καὶ ἀγνωσίας, ψεύδους τε καὶ πονηρίας, τῶν τῇ ἀρετῇ καὶ γνώσει, τῇ τε ἀληθείᾳ καὶ τῷ ἀγαθῷ ἀντικειμένων κακιῶν, αἳ ταῖς παρὰ φύσιν τῆς ψυχῆς κινήσεσι παρυφίστανται· ἀλλ' ἤδη καὶ ἀρετῆς αὐτῆς καὶ γνώσεως, ἀληθείας τε αὖ καὶ ἀγαθότητος τῶν ἡμῖν διεγνωσμένων τοὺς ὅρους, εἰ θέμις εἰπεῖν, ὑπερβᾶσα, καὶ τῇ ὑπεραληθεστάτῃ καὶ ὑπεραγάθῳ κοίτῃ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην αὐτοῦ ἐπαγγελίαν, ἀῤῥήτως τε καὶ ἀγνώστως ἑαυτὴν κατευνάσασα· ὡς μηδὲν τῶν διοχλεῖν αὐτῇ πεφυκότων λοιπὸν ἔχουσα φθάνον αὐτῆς τὴν ἐν Θεῷ κρυφιότητα· καθ' ἣν μακαρίαν καὶ παν-

VARIÆ LECTIONES.

[27] Fr. ἆρα τὰ θεῖα πάσχει.

Digitized by Google

αγίαν κοίτην, τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἑνότητος μυστήριον ἐπιτελεῖται· δι' οὗ μία σὰρξ καὶ ἓν πνεῦμα, ὅ τε Θεὸς πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ψυχὴν [28], καὶ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν Θεὸν γενήσεται· ὦ πῶς σε [29,30], Χριστὲ, θαυμάσω τῆς ἀγαθότητος, οὐ γὰρ ἀνυμνῆσαι φάναι τολμήσω, ὁ μήτε πρὸς τὸ θαυμάζειν ἀξίως ἀρκοῦσαν ἔχων τὴν δύναμιν· *Ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· τὸ δὲ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ πάλιν· *Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι.*

A sic nimirum comparata, ut eorum quæ sint perturbando, possintque molestiam facere, ejus in Deo secretum attingat nihil, ac assequatur; quo in beato ac sanctissimo cubili tremendum illud, ejus unitatis quæ mentis omnem cogitatum rationemque superat ac sermonem, mysterium peragitur; cujus gratia, una caro unusque spiritus, cum Deus cum Ecclesia (nempe anima) tum anima cum Deo efficietur. O quomodo tuam, Christe, bonitatem demirabor ac suspiciam! Non enim ausim dicere, *Laudabo*, qui neque ad digne admirandum satisque suspiciendum sufficiente instructus virtute

exsistam: *Erunt* enim *duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia*, inquit divinus Apostolus [o]. Et iterum: *Qui adhæret Deo, unus spiritus est* [p].

Οὕτω γοῦν ἐνοειδὴ γενομένην ψυχὴν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν καὶ τὸν Θεὸν συναχθεῖσαν, οὐκ ἔσται ὁ εἰς πολλὰ κατ' ἐπίνοιαν αὐτὴν ἔτι διαιρῶν λόγος, τῷ πρώτῳ καὶ μόνῳ καὶ ἑνὶ Λόγῳ τε καὶ Θεῷ κατεστεμμένην τὴν κεφαλήν· ἐν ᾧ κατὰ μίαν ἀπερινόητον ἁπλότητα πάντες οἱ τῶν ὄντων λόγοι ἑνοειδῶς καὶ εἰσὶ καὶ ὑφεστήκασιν, ὡς δημιουργῷ τῶν ὄντων καὶ ποιητῇ· ᾧ ἐνατενίζουσα, οὐκ ἐκτὸς αὐτῆς ὄντι, ἀλλ' ἐν ὅλῃ ὅλῳ, κατὰ ἁπλῆν προσβολὴν εἴσεταί καὶ αὐτὴ τοὺς τῶν ὄντων λόγους καὶ τὰς αἰτίας, δι' οὓς τυχὸν πρὶν νυμφευθῆναι τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ ταῖς διαιρετικαῖς ὑπήγετο μεθόδοις· σωστικῶς τε δι' αὐτῶν καὶ ἐναρμονίως πρὸς αὐτὸν φερομένη, τὸν παντὸς λόγου καὶ πάσης αἰτίας περιεκτικόν τε καὶ ποιητήν.

B Ubi igitur anima sic uniformis evaserit, ac secum ipsa, et cum Deo collecta fuerit, haud jam erit ratio, quæ subtili eam cogitatu in multa dividat; quippe cum prima solaque ac una illa ratione, Deoque coronatum caput habeat; in quo, per unam quæ cogitatum omnem superat, simplicitatem, omnes rerum rationes uniformiter tanquam in ipsarum auctore ac opifice, exsistunt consistuntque; in quem, qui non extra ipsam, sed in tota totus exsistat, simplici conatu ac intuitu intendens, ipsa quoque rerum rationes causasque intelliget, ob quas forte antequam Verbo ac Deo esset desponsa, divisionis via ac ratione pelliciebatur; ac quibus cum salute, numeroseque ac concinne ad ipsum, qui omnem rationem, omnemque causam continet, auctorque harum exsistit, ferebatur.

Ἐπειδὴ ταῦτα τοίνυν τῆς ψυχῆς εἰσὶν, ὡς ἔφαμεν, κατὰ νοῦν μὲν ἐχούσης δυνάμει τὴν σοφίαν, ἐκ δὲ τῆς σοφίας τὴν θεωρίαν, ἐκ δὲ ταύτης τὴν γνῶσιν· ἐκ δὲ τῆς γνώσεως τὴν ἄληστον γνῶσιν· δι' ἧς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὡς πέρας καὶ τέλος οὖσαν τῶν κατὰ νοῦν ἀγαθῶν ἄγεται· κατὰ δὲ τὸν λόγον ἐχούσης τὴν φρόνησιν, ἐκ δὲ ταύτης τὴν πρᾶξιν, ἐκ δὲ τῆς πράξεως τὴν ἀρετὴν, ἐκ δὲ ταύτης τὴν πίστιν, καθ' ἣν εἰς τὸ ἀγαθὸν ὡς τέλος μακάριον τῶν λογικῶν ἐνεργιῶν καταλήγει· δι' ὧν ἡ τῶν θείων ἐπιστήμη, κατὰ σύνοδον τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων ἑνώσεως, συλλέγεται· πρὸς ταῦτα πάντα σαφῶς ἁρμόζεται, κατὰ τὴν θεωρίαν εἰκαζομένη τῇ ψυχῇ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· τὰ μὲν κατὰ νοῦν πάντα καὶ ἐκ τοῦ νοῦ κατὰ πρόοδον εἶναι δειχθέντα, διὰ τοῦ ἱερατείου σημαίνουσα· τὰ δὲ κατὰ τὸν λόγον καὶ ἐκ τοῦ λόγου κατὰ διαστολὴν εἶναι δηλωθέντα, διὰ τοῦ ναοῦ σαφηνίζουσα· καὶ πάντα συνάγουσα πρὸς τὸ τελούμενον ἐπὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου μυστήριον· ὅπερ διὰ τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιτελουμένων ὁ δυνηθεὶς ἐμφρόνως καὶ σοφῶς μυηθῆναι, Ἐκκλησίαν ὄντως Θεοῦ, καὶ θείαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν κατεστήσατο· δι' ἣν ἴσως, καὶ ἧς ἡ χειροποίητος ἐκκλησία σοφῶς διὰ τῆς ἐν αὐτῇ τῶν θείων ποικιλίας

Quia igitur hæc, ut diximus, animæ sunt, quæ in mente potentia sapientiam habeat, exque sapientia contemplationem, atque ex illa scientiam; ex scientia denique indelebilem illam ac perpetuam scientiam, qua ad veritatem ducitur ut bonorum animi terminum ac finem; inque ratione prudentiam, atque ex illa actionem, ex actione virtutem, exque illa fidem; cujus munere in bono, tanquam beato fine operationum rationis desinit ac conquiescit; per quæ divinorum illa scientia ex horum inter se unionis concursu colligitur ac **505** paratur; ad hæc omnia aperte quadrabit secundum spiritalem intelligentiam animæ assimilata sancta Dei Ecclesia; quæ ea quæ in mente, exque mente secundum processum exsistere universa ostendimus, per sacrarium significet; quæ autem in ratione, exque ratione secundum distractionem esse monstrata sunt, per templum declaret; cunctaque penes mysterium quod in divino altari peragitur, colligat: quod quisquis ex iis quæ in Ecclesia celebrantur solerter ac sapienter doceri potuit, Dei revera Ecclesiam, divinamque suam ipse animam reddidit; in cujus forte gratiam, ac cujus symbolice exemplar manufacta ecclesia, per eorum

[o] Ephes. v, 32. [p] I Cor. vi, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Fr. ἐκκλησίαν ψυχήν. [29,30] γραφ. καὶ σοῦ.

Digitized by Google

quæ in ea divina peraguntur, varietatem, sapienter nobis, ut ad honestum Deumque duceret, tradita est.

A κατὰ σύμβολον οὖσα παράδειγμα, πρὸς ὁδηγίαν τοῦ κρείττονος ἡμῖν παρεδόθη.

CAPUT VI.

Quomodo, ac quanam ratione etiam sacra Scriptura homo dicatur.

Scriptura homo mysticus. — Quemadmodum autem anagogica, sensusque remotissimi contemplatione, Ecclesiam dicebat esse hominem spiritalem; hominem autem, mysticam Ecclesiam; ita etiam universam uno complexu simulque sumptam Scripturam, hominem esse aiebat; quæ nimirum Vetus Testamentum, corpus habeat; Novum autem, animam, spiritum et mentem. Ac rursus, totius Scripturæ sacræ, Veteris pariter ac Novi Testamenti litteram ad historiam spectantem corpus esse; sensum vero eorum quæ conscripta sunt, ac scopum in quem ille collineat, animam. His ego auditis, sic accuratam comparationem summopere admiratus, eum qui pro meriti ratione cuique dona congrue largitur, quantum licuit per facultatem, laudavi. Sicut enim noster nic homo, ejus ratione quod oculis conspicuum est, mortalis cum sit; ejus ratione quod non est conspicuum, immortalis exsistit; sic quoque divina Scriptura, quæ litteram quidem, quæ est conspicua, transeuntem habeat, latentem vero in littera spiritum qui nunquam esse desinat, veram esse spiritalis illius sensus rationem ostendit. Ac sicut hic noster homo, philosophia duce libidinis cupiditatem ac appetitum sub imperio tenens, carnem macerat et elanguidam facit; sic et Scriptura sacra spiritaliter **506** intellecta, a se litteram amputat ac circumcidit. Ait enim magnus Apostolus: *Quantum noster homo, qui foris est, corrumpitur; tantum is, qui intus est, renovatur de die in diem* [p]. Id quoque de Scriptura sacra intelligatur, ac dicatur, quæ moraliter homo consideratur. Quo enim magis littera ab ea subducitur, eo abundat spiritus; ac quantum temporanei cultus umbræ transeunt, tantum splendidissima lucidissimaque ac quæ umbra careat, fidei veritas invadit; secundum quam, ac in cujus gratiam principaliter tum est, tum scripta est, vocaturque Scriptura, spiritalis gratiæ munere menti impressa: quemadmodum etiam qui in nobis est homo, propter animam ratione ac mente præditam, primo maxime homo est, ac appellatur; per quam, ac cujus causa imago est, ac similitudo Dei, qui ipsum creavit, atque a reliquis natura animantibus discretus est, nullam eis affinem relationis vim, ac cum eis genuinam satis similitudinem habens.

B

C

D

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Πῶς καὶ ποίῳ τρόπῳ ἄνθρωπος λέγεται καὶ ἡ ἁγία Γραφή.

Ὥσπερ δὲ τῇ κατὰ ἀναγωγὴν θεωρίᾳ τὴν Ἐκκλησίαν ἔλεγεν ἄνθρωπον εἶναι πνευματικὸν, μυστικὴν δὲ Ἐκκλησίαν τὸν ἄνθρωπον· οὕτω δὴ καὶ τὴν ἁγίαν πᾶσαν κατὰ συναίρεσιν Γραφὴν, ἄνθρωπον ἔφασκεν εἶναι· τὴν μὲν Παλαιὰν Διαθήκην, ἔχουσαν σῶμα· ψυχὴν δὲ καὶ πνεῦμα καὶ νοῦν, τὴν Καινήν. Καὶ πάλιν, ὅλης τῆς ἁγίας Γραφῆς, Παλαιᾶς τέ φημι καὶ Νέας, τὸ καθ' ἱστορίαν γράμμα, σῶμα· τὸν δὲ νοῦν τῶν γεγραμμένων, καὶ τὸν σκοπὸν, πρὸς ὃν ὁ νοῦς ἀποτέτακται, ψυχήν. Ὑπὲρ ἀκούσας ἐγὼ, μάλιστα τῆς εἰκασίας ἠγάσθην τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸν κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ διανέμοντα χαρίσματα, δεόντως ἀνύμνησα κατὰ δύναμιν. Ὡς γὰρ θνητὸς ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, κατὰ τὸ φαινόμενον, κατὰ δὲ τὸ μὴ φαινόμενον, ἀθάνατος· οὕτω καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ, τὸ μὲν φαινόμενον γράμμα, παρερχόμενον [31] ἔχουσα· τὸ δὲ κρυπτόμενον τῷ γράμματι πνεῦμα, μηδέποτε τοῦ εἶναι παυόμενον, ἀληθῆ τὸν λόγον τῆς θεωρίας συνίστησι. Καὶ ὥσπερ οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, φιλοσοφίᾳ κρατῶν τῆς ἐμπαθοῦς ὀρέξεώς τε καὶ ὁρμῆς, μαραίνει τὴν σάρκα· οὕτω καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ νοουμένη πνευματικῶς, τὸ γράμμα ἑαυτῆς περιτέμνει. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *Ὅσον ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ.* Τοῦτο νοείσθω καὶ λεγέσθω καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας Γραφῆς, ἀνθρώπου τροπικῶς νοουμένης. Ὅσον γὰρ αὐτῆς τὸ γράμμα ὑποχωρεῖ, τοσοῦτον τὸ πνεῦμα πλεονεκτεῖ· καὶ ὅσον αἱ σκιαὶ τῆς προσκαίρου λατρείας παρατρέχουσι, τοσοῦτον ἡ ἀλήθεια τῆς πίστεως ἡ παμφαής τε καὶ ὁλολαμπὴς καὶ ἄσκιος ἐπεισέρχεται· καθ' ἣν καὶ δι' ἣν προηγουμένως καὶ ἔστι καὶ γέγραπται, καὶ Γραφὴ λέγεται, τῷ νῷ διὰ χάριτος πνευματικῆς ἐγχαραττομένη· ὥσπερ καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, διὰ τὴν ψυχὴν τὴν λογικήν τε καὶ νοεράν, προηγουμένως ἄνθρωπος μάλιστα καὶ ἔστι καὶ λέγεται· καθ' ἣν καὶ δι' ἣν εἰκών τε καὶ ὁμοίωσίς ἐστι Θεοῦ, τοῦ ποιήσαντος αὐτόν· καὶ τῶν λοιπῶν ζώων φυσικῶς ἀποδιώρισται, μηδεμίαν πρὸς αὐτὰ σχετικῆς δυνάμεως τὴν οἱανοῦν ἔμφασιν ἔχων.

CAPUT VII.

Quomodo homo mundus dicatur, ac qua ratione etiam homo mundus.

Mundus homo mystice, et homo mundus. — *Mundus visibilis moriturus tumque suscitandus.* —

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πῶς ὁ κόσμος ἄνθρωπος λέγεται· καὶ ποίῳ τρόπῳ καὶ ὁ ἄνθρωπος, κόσμος.

Κατὰ ταύτην δὲ πάλιν εὐμιμήτως τὴν εἰκόνα, καὶ τὸν κόσμον ὅλον τὸν ἐξ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων συνιστά-

[p] II Cor. iv, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[31] παρεχόμενον c. A.

Digitized by Google

μενον, ἄνθρωπον ὑπέβαλλεν εἶναι· καὶ κόσμον αὖθις, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· ψυχῆς γὰρ λόγον ἐπέχειν ἔλεγε, τὰ νοητά· ὥσπερ καὶ ἡ ψυχὴ, τῶν νοητῶν· καὶ σώματος τύπον[33] ἐπέχειν τὰ αἰσθητά· ὥσπερ καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ σῶμα. Καὶ ψυχὴν μὲν εἶναι τῶν αἰσθητῶν, τὰ νοητὰ, σῶμα δὲ τῶν νοητῶν, τὰ αἰσθητά. Καὶ ὡς ψυχὴν ἐνοῦσαν σώματι, τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ τὸν νοητὸν εἶναι· καὶ τῷ νοητῷ τὸν αἰσθητὸν, ὡς σῶμα τῇ ψυχῇ συγκροτούμενον· καὶ ἕνα ἐξ ἀμφοῖν εἶναι κόσμον, ὥσπερ καὶ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον ἕνα, μηδ' ἑτέρου τούτων, τῶν ἀλλήλοις καθ' ἕνωσιν συμπεφυκότων, θάτερον ἀρνουμένου καὶ ἀποπέμποντος, διὰ τὸν τοῦ συνδήσαντος νόμον· καθ' ὃν τῆς ἑνοποιοῦ δυνάμεως ὁ λόγος ἐνέσπαρται[34], μὴ συγχωρῶν τὴν καθ' ὑπόστασιν ἐπὶ τῇ ἑνώσει ταυτότητα τούτων ἀγνοηθῆναι, διὰ τὴν φυσικὴν ἑτερότητα· μηδ' εἶναι δυνατωτέραν πρὸς διάστασίν τε καὶ μερισμὸν τὴν ἕκαστον τούτων ἑαυτῷ περιγράφουσαν ἰδιότητα, τῆς μυστικῶς καθ' ἕνωσιν· αὐτοῖς ἐντεθείσης φιλικῆς συγγενείας, ἀποφανθῆναι· καθ' ἣν, ὁ καθ' ὅλου καὶ εἷς τρόπος τῆς ἐν ὅλοις ἀφανοῦς καὶ ἀγνώστου παρουσίας τῆς τῶν ὄντων συνεκτικῆς αἰτίας ποικίλως πᾶσιν ἐνυπάρχων, καὶ καθ' ἑαυτὰ καὶ ἐν ἀλλήλοις τὰ ὅλα συνίστησιν ἄφυρτα καὶ ἀδιαίρετα· καὶ ἀλλήλων μᾶλλον, ἢ ἑαυτῶν κατὰ τὴν ἑνοποιὸν σχέσιν, ὄντα, παρίστησι· μέχρις οὗ λῦσαι παραστῇ τῷ συνδήσαντι, μείζονος ἕνεκα καὶ μυστικωτέρας οἰκονομίας, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐλπιζομένης καθολικῆς συντελείας· καθ' ἣν καὶ ὁ κόσμος, ὡς ἄνθρωπος, τῶν φαινομένων[35] τεθνήξεται, καὶ πάλιν ἀναστήσεται νέος ἐκ γεγηρακότος, κατὰ τὴν παραυτίκα, προσδοκωμένην ἀνάστασιν· ἡνίκα καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ὡς μέρος τῷ ὅλῳ, καὶ μικρὸς[36] τῷ μεγάλῳ, συναναστήσεται κόσμῳ, τὴν πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι φθείρεσθαι κομισάμενος δύναμιν· ὅταν ἐμφερῆ τῇ τε ψυχῇ τὸ σῶμα, καὶ τοῖς νοητοῖς τὰ αἰσθητὰ, κατ' εὐπρέπειαν καὶ δόξαν γενήσεται, μιᾶς ὅλοις κατ' ἐναργῆ τε καὶ ἐνεργὸν[36] παρουσίαν, ἀναλόγως ἑκάστῳ θείας ἐπιφαινομένης δυνάμεως, καὶ δι' ἑαυτῆς τὸν τῆς ἑνώσεως ἄλυτον εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας συντηρούσης δεσμόν.

A Juxta eamdem rursus scita imitatione similitudinem, cum universum mundum, iis ex rebus quæ in aspectum cadunt, et quæ non cadunt, constitutum, hominem esse subjungebat; tum rursus hominem ex anima ac corpore constantem, mundum. Intellectilia enim, animæ rationem præferre; uti et animam, intellectilium: atque ea quæ in sensum cadunt, corporis præferre typum; ut et corpus, eorum quæ in sensum cadunt. Atque intellectilia quidem esse sensilium animam; sensilia vero, corpus intellectilium. Denique mundum intelligibilem mundo huic sensili sic inesse, velut anima est in corpore; sensilemque intelligibili, tanquam corpus instructum anima: unumque ex ambobus exstare mundum, sicut etiam ex anima B et corpore unus exsistit homo, neutro ex his, quæ per unitionem alterum alteri conjuncta sunt ac coaluerunt, alterum inficiante ac repudiante, ob illius qui devinxit, legem; qua, virtutis unificæ inspersa ratio est, non sinens, ut horum subsistendi ratione in unitione identitas in obscurum eat ob distinctionem naturalem; neque ut proprietas, **507** horum quodque sibi ipsum definiens, plus valere ad divisionem inque partes scissionem affirmans, quam amica mystice eis per unitionem indita cognatio ac affinitas; qua, universalis unusquisque obscuræ atque ignotæ in universis præsentiæ modus causæ rerum conservatricis varie in omnibus exsistens, cum ipsa per se tota, tum inter se inconfusa indivisaque constituit; C magisque aliorum invicem, quam sua ipsorum per unificam illam habitudinem esse ostendit; donec illi ipsi qui devinxit, solvere visum fuerit, majoris abstrusiorisque providentiæ ac consilii gratia, quo tempore universalis illa consummatio fore exspectatur; quando et mundus hic rerum aspectabilium more hominis morietur, rursusque novus ex veterato resurget, in resurrectione quam mox deinceps futuram speramus: quando item noster homo, velut pars cum toto, parvus mundus cum magno suscitabitur, id consecutus, ut nihil deinceps interitui noxæque corruptionis exsistat obnoxius; quando tum corpus animæ, tum sensilia intellectilibus, decoris partibus ac claritatis quam simillima efficientur, una in universis per evidentem ac efficacem præsentiam, pro cujusque modulo ac captu, elucente divina potentia, suaque ipsius vi insolubile unitionis vinculum conservante in sæcula infinita.

Εἴ τις οὖν βούλεται καὶ βίον καὶ λόγον θεοφιλῆ καὶ θεάρεστον ἔχειν, τῶν τριῶν τούτων ἀνθρώπων· τοῦ κόσμου τέ φημι, καὶ τῆς ἁγίας Γραφῆς, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς, τὰ κρείττω περὶ πολλοῦ ποιείτω καὶ τιμιώτερα. Ψυχῆς μὲν, ὅση δύναμις ἐπιμελείσθω τῆς ἀθανάτου καὶ θείας καὶ θεοποιηθησομένης ἐξ ἀρετῶν· καὶ σαρκὸς καταφρονείτω τῆς ὑποκειμένης φθορᾷ καὶ θανάτῳ, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀμελούμενον ῥυπῶσαι

D Si quis igitur trium, quos diximus, hominum (mundi scilicet, Scripturæ sacræ, nostrique hujus hominis) vitam ac rationem piis institutam moribus, ac Deo gratam habere velit, quæ sunt potiora ac nobiliora plurimi faciat. Animæ quidem, quantum per facultatem licuerit, curam agat, quæ immortalis atque divina, virtutumque ope deitate donanda sit; carnem autem spernat, quæ sit inte-

VARIÆ LECTIONES.

[33] τόπον c. A. et Fr. [34] ἔσπαρται c. A. Fr. Περὶ ὑποστάσεως δόγμα ἀξιοτήρητον, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συντελείας, καὶ ὅτι τῆς ἑνοποιοῦ δυνάμεως ὁ λόγος πᾶσιν ἐνέσπαρται. *Digna qua observetur, de hypostasi seu persona doctrina: et de mundi consummatione; quodque unifica virtutis ratio cunctis inspersa est.* [35] Fr. τῷ φαινομένῳ. [36] Homo parvus mundus, nec nisi errore in Gregorio et interpretibus, *magnus.* [36] Fr. ἐνεργῆτε καὶ ἔργοι.

Digitized by Google

ritioni mortique obnoxia, atque neglectam animæ dignitatem maculare valeat : *Corruptibile* enim *corpus*, inquit, *aggravat animam, et deprimit terrenum tabernaculum mentem multiplici cura anxiam* [q]. Et iterum : *Caro concupiscit adversus spiritum ; spiritus autem adversus carnem* [r]. Rursumque : *Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem* [s]. Mente vero cum incorporeis ac intelligentibus cogitando certamen ineat, dimissis iis quæ sunt præsentia, ac quæ videntur : *Quæ enim videntur*, inquit, *temporalia sunt ; quæ autem non videntur, æterna* [t] ; in quibus nimirum præ habitus pacis multitudine Deus requiescit. **508** Denique ad Spiritum sanctum sagaci Scripturæ sacræ meditatione superata littera, sapienter emergat; in quo exsistit bonorum plenitudo, suntque thesauri sapientiæ ac scientiæ absconditi [u] ; in quibus si quis versari dignus videbitur, Deum ipsum inveniet in cordis tabulis exaratum, per Spiritus gratiam revelata facie velut in speculo [v], amoto litteræ velamine, Dei gloriam contemplans.

A δυναμένης ἀξίωμα. *Φθαρτὸν γὰρ σῶμα*, φησὶ, *βαρύνει ψυχὴν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα.* Καὶ πάλιν, *Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος· τὸ δὲ πνεῦμα, κατὰ τῆς σαρκός.* Καὶ αὖθις, *Ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν.* Πρὸς δὲ τὰς ἀϋλωμάτους καὶ νοερὰς δυνάμεις κατὰ νοῦν διὰ νοήσεως κινησάτω τὴν ἅμιλλαν, ἀφεὶς τὰ παρόντα καὶ βλεπόμενα· *Τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα*, φησὶ· *τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια·* αἷς διὰ τὸ πλῆθος τῆς κατ' εἰρήνην ἕξεως ὁ Θεὸς ἐναναπαύεται. Καὶ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' ἔμφρονος μελέτης τῆς ἁγίας Γραφῆς, ὑπερβὰς τὸ γράμμα, σωφρόνως ἀναφερέσθω· ἐν ᾧ τὸ πλήρωμα ὑπάρχει τῶν ἀγαθῶν, καὶ οἱ θησαυροὶ τῆς γνώσεως καὶ τῆς σοφίας ἀπόκρυφοι· B ὧν εἴ τις ἐντὸς ἄξιος γενέσθαι φανήσεται, τὸν Θεὸν αὐτὸν εὑρήσει ταῖς πλαξὶ τῆς καρδίας ἐγγεγραμμένον διὰ τῆς ἐν πνεύματι χάριτος, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἐνοπτριζόμενος τῇ περιαιρέσει τοῦ κατὰ γράμμα καλύμματος.

CAPUT VIII.

Quorum symbola sint, tum primus sancta synaxeos introitus, tum quæ post ipsum peraguntur.

Post brevem earum, quæ a beato sene dictæ sunt in sanctam Ecclesiam contemplationum abstrusiorumque sensuum expositionem, accingit se jam, proceditque oratio, ut majori compendio etiam ea, quæ ad sanctam Ecclesiæ synaxim spectant, C eloquatur. Primum igitur pontificis in ecclesiam introitum, cum sancta synaxis celebranda sit, primi ejus adventus, quo Filius Dei ac Salvator noster Christus per carnem in mundum istum intravit, typum præferre docebat ac imaginem; vi cujus, corruptioni deditum humanum genus, sponteque morti, peccati noxa venditum, ac diaboli tyrannide oppressum, liberans ac redimens ; omni, quo illud tenebatur, exsoluto debito, tanquam ejus reus esset, qui nullius reus, atque ab omni immunis peccato erat, iterum ad regni, quod a principio erat, claritatem rediit, ubi se ipse redemptionis pretium dedisset ac commutationem, proque exitiosis nostris passionibus, vivificam passionem D suam, medicabile remedium, et quo mundi totius salus paretur, rependisset. A quo deinceps adventu, ejus in cœlos ac supercœlestem thronum ascensus postliminioque restitutio, per ingressum pontificis in sacrarium, ac quo sedem sacerdotalem inscendit, symbolice figuratur.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Τίνων εἰσὶ σύμβολα, ἥ τε πρώτη τῆς ἁγίας συνάξεως εἴσοδος, καὶ τὰ μετ' αὐτὴν τελούμενα.

Ἥκει δὲ λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῖν, μετὰ τὴν σύντομον ἔκθεσιν τῶν εἰρημένων περὶ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας θεωριῶν παρὰ τοῦ μακαρίου γέροντος, συντομωτέραν καὶ τὴν περὶ τῆς ἁγίας τῆς Ἐκκλησίας συνάξεως διήγησιν, ὡς οἷόν τε, ποιησόμενος. Τὴν μὲν οὖν πρώτην εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν τοῦ ἀρχιερέως κατὰ τὴν ἱερὰν σύναξιν εἴσοδον, τῆς πρώτης τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διὰ σαρκὸς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον παρουσίας τύπον καὶ εἰκόνα φέρειν, ἐδίδασκε· δι' ἧς τὴν δουλωθεῖσαν τῇ φθορᾷ καὶ παθοῦσαν [37] ὑφ' ἑαυτῆς τῷ θανάτῳ διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ βασιλευομένην τυραννικῶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐλευθερώσας τε καὶ λυτρωσάμενος· πᾶσαν τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ὀφειλὴν, ὡς ὑπεύθυνος ἀποδοὺς ὁ ἀνεύθυνος καὶ ἀναμάρτητος, πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπανήγαγε τῆς βασιλείας χάριν, ἑαυτὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν δοὺς καὶ ἀντάλλαγμα· καὶ τῶν ἡμετέρων φθοροποιῶν παθημάτων τὸ ζωοποιὸν αὐτοῦ πάθος ἀντιδοὺς, πανώνιον ἄκος καὶ παντὸς τοῦ κόσμου σωτήριον· μεθ' ἣν παρουσίαν, ἡ εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ καὶ τὸν ὑπερουράνιον θρόνον ἀνάβασίς τε καὶ ἀποκατάστασις συμβολικῶς τυποῦται, διὰ τῆς ἐν τῷ ἱερατείῳ τοῦ ἀρχιερέως εἰσόδου, καὶ τῆς εἰς τὸν θρόνον τὸν ἱερατικὸν ἀναβάσεως.

CAPUT IX.

509

Quidnam populi quoque in sanctam ecclesiam ingressus significet.

Populi autem una cum antistite in ecclesiam ingressum, quod infideles ab ignorantia ac errore

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Τίνος ἔχει δήλωσιν καὶ ἡ τοῦ λαοῦ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν εἴσοδος.

Τὴν δὲ τοῦ λαοῦ σὺν τῷ ἱεράρχῃ γενομένην εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἴσοδον, τὴν ἐξ ἀγνοίας καὶ πλάνης

[q] Sap. IX, 15. [r] Galat. V, 17. [s] Galat. VI, 8. [t] II Cor. IV, 18. [u] Coloss. II, 3. [v] II Cor. III, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[37] πραθεῖσαν c. A et Fr.

Digitized by Google

εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἐπιστροφὴν τῶν ἀπίστων, καὶ τὴν ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας εἰς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν, μετάθεσιν τῶν πιστῶν σημαίνειν, ὁ μακάριος ἔλεγε γέρων. Οὐ γὰρ μόνον τὴν ἐπὶ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐπιστροφὴν τῶν ἀπίστων ἡ εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἴσοδος παραδηλοῖ· ἀλλὰ καὶ ἑκάστου ἡμῶν τῶν πιστευόντων μὲν, ἀθετούντων δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου δι' ἀγωγῆς ἀκολάστου καὶ ἀσχήμονος βίου, τὴν διὰ μετανοίας διόρθωσιν. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος, εἴτε φονεὺς, εἴτε μοιχὸς, εἴτε κλέπτης, εἴτε ὑπερήφανος, εἴτε ἀλαζὼν, ἢ ὑβριστὴς, ἢ πλεονέκτης, ἢ φιλάργυρος, ἢ κατάλαλος, ἢ μνησίκακος, ἢ πρὸς θυμὸν καὶ ὀργὴν εὐάγωγος, ἢ λοίδορος, ἢ συκοφάντης, ἢ ψίθυρος, ἢ φθόνῳ εὐχείρωτος, ἢ μέθυσος· καὶ ἁπλῶς, ἵνα μὴ πάντα τὰ τῆς κακίας εἴδη ἀπαριθμούμενος μηκύνω τὸν λόγον, ὅστις ὑφ' οἱασδήποτε κακίας ἐνεχόμενος, ἐπὸν τοῦ ἑκουσίως κατ' ἐπιτήδευσιν ἐνέχεσθαι καὶ ἐνεργεῖν κατὰ πρόθεσιν παύσοιτο, καὶ μεταβαλοῖ τὸν βίον ἐπὶ τὸ κρεῖττον, τῆς κακίας τὴν ἀρετὴν ἀνθαιρούμενος· ὁ τοιοῦτος κυρίως τε καὶ ἀληθῶς Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ ἀρχιερεῖ νοείσθω τε καὶ λεγέσθω συνεισιέναι εἰς τὴν ἀρετὴν, Ἐκκλησίαν τροπικῶς νοουμένην.

A convertuntur; quodque fideles a pravitate ac inscitia ad virtutem ac scientiam traducuntur, beatus ille senex significare aiebat. Nedum enim infidelium ad verum solumque Deum, conversionem significat ille in ecclesiam ingressus; sed et nostrum cujusque, qui credimus quidem, alboque fidelium nomen dedimus, sed morum lascivia turpique vita Dominica violamus mandata, ac facimus irrita, pœnitentiæ laboribus institutam emendationem. Omnis enim sive homicida, sive adulter, sive fur, sive superbus, sive arrogans, aut contumeliosus, aut alieni appetitor, aut avarus, aut detractor, aut injuriarum memor, aut iracundus, aut convitiator, aut calumniator, aut susurro, aut quem invidia facile superet, aut ebriosus; vel, ut semel B dicam (ne cuncta vitiorum genera enumerans prolixior sim), quisquis ullo vitio tenebatur, postquam sponte sua consulto his amplius teneri, ac voluntate operari desierit, vitiique loco virtutem præoptans meliori fruge vitam mutaverit; is proprie ac vere cum Christo Deo ac pontifice, in virtutem, quæ morali intelligentia Ecclesia est, simul introisse intelligatur atque dicatur.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Τίνων εἰσὶ σύμβολον τὰ θεῖα ἀναγνώσματα.

Τὰς δὲ θείας τῶν πανιέρων βίβλων ἀναγνώσεις, τὰς θείας καὶ μακαρίας τοῦ παναγίου Θεοῦ βουλήσεις [28] τε καὶ βουλὰς ὑπεμφαίνειν, ἔλεγεν ὁ διδάσκαλος· δι' ὧν τὰς ὑποθήκας τῶν πρακτέων, ἀναλόγως ἕκαστος ἡμῶν, κατὰ τὴν ὑποῦσαν αὐτῷ δύναμιν, C λαμβάνομεν· καὶ τοὺς τῶν θείων καὶ μακαρίων ἀγώνων νόμους μανθάνομεν· καθ' οὓς νομίμως ἀθλοῦντες, τῶν ἀξιονίκων τῆς Χριστοῦ βασιλείας ἀξιούμεθα στεφάνων.

CAPUT X.

Quorumnam divinæ lectiones sint symbola.

Divinas autem sacratissimorum librorum lectiones, divinas beatasque sanctissimi Dei voluntates ac consilia subinnuere, aiebat magister; ex quibus agendorum documenta ac præcepta, pro suo quisque captu, ac ejus quæ inest facultatis vi, accipimus; divinorumque ac beatorum certaminum leges discimus, pro quarum ratione legitime certantes, condignas Christi regno victrices coronas consequimur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Τίνος ἐστὶ σύμβολον [29] τὰ θεῖα ᾄσματα.

Τὴν δὲ πνευματικὴν τῶν θείων ᾀσμάτων τερπνότητα, τὴν ἐμφαντικὴν δηλοῦν ἔφασκε, τῶν θείων ἡδονὴν ἀγαθῶν· τὴν τὰς ψυχὰς πρὸς μὲν τὸν ἀκήρατον τοῦ Θεοῦ καὶ μακάριον ἀνακινοῦσαν ἔρωτα· πρὸς δὲ τὸ μῖσος τῆς ἁμαρτίας πλέον ἐγείρουσαν.

510 CAPUT XI.

Quorum symbolum sint divina cantica.

Spiritalem autem divinorum canticorum suavitatem significare aiebat, voluptatem bonorum divinorum sensum, vimque exprimentem; quæ animos quidem ad perfectum beatumque Dei amorem commoveat, inque odium peccati magis excitet.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Τί σημαίνουσιν αἱ τῆς εἰρήνης προσφωνήσεις.

Διὰ δὲ τῶν γινομένων ἔνδοθεν ἐκ τοῦ ἱερατείου κελεύσει τοῦ ἀρχιερέως, ἐφ' ἑκάστῳ ἀναγνώσματι τῆς εἰρήνης ὑποφωνήσεων· τὰς διὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων διακομιζομένας θείας ἀποδοχὰς δηλοῦσθαι, ὁ σοφὸς διωρίζετο· δι' ὧν ὁ Θεὸς ὁρίζει τῶν νομίμως ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πρὸς τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ἀθλούντων τοὺς ἀγῶνας, τὰς ἀοράτους συμπλοκὰς

CAPUT XII.

Quid significent pacis acclamationes.

Per pacis autem acclamationes, quæ intus e sacrario in unaquaque lectione antistitis jussu fiunt, eas quæ per sanctos angelos deferuntur divinas laudes, favoresque significari, vir ille sapiens statuebat; quibus Deus eorum qui legitime pro veritate contra adversarias potestates lucta defunguntur, certamina finit, invisibiles congressiones dis-

VARIÆ LECTIONES.

[28] A marg. Βούλησίς ἐστιν ὄρεξις φανταστικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἡ ποία φυσικὴ θέλησις. Fr. Βουλὴ ἤγουν βούλευσίς ἐστιν ὄρεξις ζητητικὴ περί τι τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν γινομένη. Τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὲρ ταῦτα πάντα· καὶ βούλησις καὶ θέλησις καὶ βουλή· καὶ ὅσα ἄλλα ἐπὶ Θεοῦ κατηγόρηται.
[29] Τίνων εἰσὶ σύμβολα c. A. Τίνων ἐστί. Fr.

Digitized by Google

solvens, pacemque tribuens in destructione corporis peccati [x]; ac laborum virtutis causa susceptorum præmio, imperturbationis summæque tranquillitatis munus sanctis impartiens; quo scilicet dimissionem a pugnæ illo onere consecuti, ad spiritalem culturam (virtutum scilicet operationem) animi vires transferant; quarum vi ac conatu nequissimorum dæmonum agmina profligarunt, Deo illis ac Verbo duce, acerbasque ac a quibus nemo se facile expediat, dissipante diaboli machinas.

διαλύων, καὶ εἰρήνην διδοὺς ἐν τῇ καταργήσει τοῦ σώματος τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πόνων τῆς ἀπαθείας τὴν χάριν τοῖς ἁγίοις ἀντιδιδούς· ἵνα τοῦ πολεμεῖν ἀφέμενοι, πρὸς γεωργίαν πνευματικὴν, εἴτουν ἀρετῶν ἐργασίαν, τὰς τῆς ψυχῆς μετασκευάσωσι δυνάμεις· δι' ὧν τὰ στίφη τῶν πονηρῶν πνευμάτων διέλυσαν, στρατηγοῦντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου, καὶ τὰ πικρὰ τοῦ διαβόλου καὶ δύσφυκτα [40] μηχανήματα διασκεδάζοντος.

CAPUT XIII.

Cujusnam in unoquoque proprie signum sit, sancti Evangelii lectio, et quæ eam consequuntur mystica.

Unde statim iis expletis, divinam sancti Evangelii lectionem sacra sanctæ Ecclesiæ constitutio fieri statuit; quæ proprie desudandos verbi causa ac prædicationis labores, ærumnasque ferendas, studiosos informet: postquam sapientis ille contemplationis Sermo velut Pontifex illis e cœlo adveniens, carnis eis, velut mundum quemdam qui sensu percipiatur, sensum contrahit ac **511** prudentiam; cogitationes adhuc humi vergentes, proclivioresque submovens, ac inde ad intelligibilium rationum pariter rerumque conspectum, portarum occlusione ac sanctorum mysteriorum ingressu illos provehens, qui jam clausis sensibus, carne mundoque excesserint, arcana docet; osculo jam, cum ipsos secum, tum cum eo collectos, unamque pro multis in eos collatis beneficiis vicem offerentes, gratiarum actionis pro salute sua, animi candore, confessionem; cujus divinum fidei Symbolum subobscure signum, ac quasi ænigmate, exsistit. Tum angelicis cœtibus per Trisagium canticum consertos, eademque ac illi scientia sanctificantis theologiæ donatos, Deo ac Patri adducit; Spiritu adoptionem adeptos per precationem, qua Deum Patrem vocare digni habiti sunt. Indeque rursus, tanquam jam omnibus, quæ in rebus sunt, rationibus scientiæ munere superatis, ad ignotam ignota ratione, per illud: *Unus sanctus*, et quæ sequuntur, unitatem ducit, gratiæ unitos munere, ejusque commercio, indivisa (quoad fieri potest) identitate, ei similes effectos.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Τίνος ἰδικῶς ἐπὶ τοῦ καθ' ἕκαστον σύμβολόν ἐστιν ἡ ἀνάγνωσις τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, καὶ τὰ μετ' αὐτὴν μυστικά.

Ὅθεν εὐθὺς μετὰ ταύτας, τὴν θείαν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, ἡ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἱερὰ διάταξις ἐνομοθέτησε γίγνεσθαι· ἰδικῶς [41] μὲν τὴν ὑπὲρ τοῦ λόγου τοῖς σπουδαίοις κακοπάθειαν εἰσηγουμένην· μεθ' ἣν ὁ τῆς γνωστικῆς θεωρίας ὥσπερ Ἀρχιερεὺς οὐρανόθεν ἐπιδημῶν αὐτοῖς Λόγος, τῆς σαρκὸς αὐτοῖς ὥσπερ τινὰ κόσμον αἰσθητὸν συστέλλει τὸ φρόνημα· τοὺς ἔτι πρὸς γῆν κατανεύοντας λογισμοὺς ἀπωθούμενος, καὶ πρὸς τὴν τῶν νοητῶν ἐποψίαν ἐντεῦθεν διὰ τῆς τῶν θυρῶν κλείσεως, καὶ τῆς εἰσόδου τῶν ἁγίων μυστηρίων, αὐτοὺς ἀγαγὼν [42], λόγων τε καὶ πραγμάτων, μύσαντας ἤδη τὰς αἰσθήσεις· καὶ ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γεγενημένους, τὰ ἀπόῤῥητα διδάσκει· συναχθέντας ἤδη διὰ τοῦ ἀσπασμοῦ πρὸς ἑαυτούς τε καὶ αὐτὸν, καὶ μόνην ἀντεισάγοντας αὐτῷ τῆς περὶ αὐτοὺς πολλῆς εὐεργεσίας, εὐγνωμόνως, τὴν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας εὐχαριστήριον ὁμολογίαν· ἣν τὸ θεῖον τῆς πίστεως αἰνίττεται σύμβολον. Εἶτα τοῖς ἀγγέλοις ἐναριθμίους αὐτοὺς καταστήσας διὰ τοῦ Τρισαγίου, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐπιστήμην τῆς ἁγιαστικῆς θεολογίας αὐτοῖς χαρισάμενος, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσάγει, υἱοθετηθέντας τῷ Πνεύματι διὰ τῆς προσευχῆς, δι' ἧς Πατέρα καλεῖν τὸν Θεὸν ἠξιώθησαν. Κἀντεῦθεν πάλιν ὥσπερ ἐπιστημόνως ἤδη τοὺς ἐν τοῖς οὖσι πάντας λόγους περάσαντας, πρὸς τὴν ἄγνωστον ἀγνώστως διὰ τοῦ, *Εἷς ἅγιος*, καὶ τῶν ἑξῆς, ἄγει μονάδα, τῇ χάριτι ἑνωθέντας [43], καὶ κατὰ μέθεξιν πρὸς αὐτὴν ὁμοιωθέντας τῇ κατὰ δύναμιν ἀδιαιρέτῳ ταυτότητι.

CAPUT XIV.

Cujusnam generali significatione, divina sancti Evangelii lectio sit symbolum.

Ejectio catechumenorum, ac reliquorum profanorum. —Generaliter autem mundi hujus consummationem subobscure significat. Post divinam enim sancti Evangelii lectionem, tum pontifex de sede descen-

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Τίνος ἐστὶ σύμβολον, καὶ τὸ γενικῶς σημαινόμενον, ἡ θεία τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσις.

Γενικῶς δὲ τὴν τοῦ κόσμου τούτου συντέλειαν ὑποσημαίνουσαν. Μετὰ γὰρ τὴν θείαν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, ὅ τε ἀρχιερεὺς κάτεισι τοῦ θρόνου· καὶ ἡ τῶν κατηχουμένων, καὶ ἡ τῶν λοιπῶν

[x] Rom. vi, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[40] Fr. δυσίλυτα. [41] Fr. marg. Τὸ *ἰδικῶς* μὲν, πρὸς τὸ, *γενικῶς* δὲ· τὰ δὲ ἄλλα διὰ μέσου λεχθέντα, τῶν μετὰ τὸ Εὐαγγέλιόν εἰσι θεωρήματα.. *Illud*, proprie, *ad illud refertur*, generaliter; *reliqua intercepta considerationes sunt eorum rituum qui sequuntur ab Evangelio.* [42] Schol. cod. A., ὡς κατηχουμένους αὐτῶν, *velut eorum catechumenos*, ad quorum scilicet ejectionem lecto Evangelio hæc spectant. [43] Fr. θεωθέντας

Digitized by Google

τῶν ἀναξίων τῆς θείας τῶν δειχθησομένων μυστηρίων θεωρίας, ἀπόλυσίς τε καὶ ἐκβολὴ διὰ τῶν λειτουργῶν γίγνεται· σημαίνουσα καὶ προτυποῦσα δι' ἑαυτῆς τὴν ἀλήθειαν, ἧς εἰκὼν ὑπάρχει καὶ τύπος, καὶ οἷον ἐν τούτοις βοῶσα, ὅτι μετὰ τὸ κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, καθὼς γέγραπται, τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, τότε ἥξει τὸ τέλος· παραγινομένου κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, ἐξ οὐρανῶν δηλαδὴ, μετὰ δόξης πολλῆς τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· *Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· καὶ ποιοῦντος ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ ἀφορίζοντος διὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων τοὺς πιστοὺς ἀπὸ τῶν ἀπίστων, καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τοὺς ἀδίκους, καὶ τῶν ἁγίων τοὺς ἐναγεῖς· καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν Πνεύματι Θεοῦ στοιχησάντων, τοὺς ὀπίσω σαρκὸς πορευθέντας· καὶ ἐπ' αἰῶσι ἀπείρους τε καὶ ἀτελευτήτους, ὡς ἡ τῶν θείων λογίων ἀλήθειά φησι, κατ' ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ δικαίαν ἀποδιδόντος τὴν ἀμοιβήν.

A dit, tum catechumenorum, ac reliquorum, qui indigni sint ut divino mysteriorum in apertum producendorum aspectu fruantur, dimissio fit ac ejectio per ministros; quæ res, suopte ipsa genio, ejus designat præsignatque veritatem cujus imago ac figura exsistit; vixque non clamat, his quæ geruntur: fore nimirum, ut postquam prædicatum fuerit Evangelium regni in universo orbe, in testimonium cunctis gentibus, sicut scriptum est, tunc veniat finis [y]; adveniente scilicet in secundo adventu suo, e cœlis cum claritate magna, magno Deo ac Salvatore nostro Jesu Christo [z]: *Ipse enim Dominus*, inquit divinus Apostolus, *in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo* [a]; inque adversariis **512** faciente vindictam, ac per sanctos angelos suos B segregante fideles ab infidelibus, et a justis iniquos, atque a sanctis sceleratos et (ut semel dicam): ab iis qui Spiritu Dei ambulaverunt, eos qui post carnem abierunt; perque sæcula infinita, ac nunquam finienda, ut vere divino proditum oraculo est, justam singulis pro cujusque meritorum ratione retributionem reddente.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Τίνος σύμβολόν ἐστι ἡ κλεῖσις τῶν θυρῶν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ἡ μετὰ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον γιγνομένη.

Ἡ δὲ μετὰ τὴν ἱερὰν ἀνάγνωσιν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, καὶ τὴν ἐκβολὴν τῶν κατηχουμένων γινομένη κλεῖσις τῶν θυρῶν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τήν τε τῶν ὑλικῶν δηλοῖ πάροδον, καὶ τὴν γενησομένην μετὰ τὸν φοβερὸν ἐκεῖνον ἀφορισμὸν καὶ τὴν φοβερωτέραν ψῆφον, εἰς τὸν νοητὸν κόσμον, ἤτοι τὸν νυμφῶνα τοῦ Χριστοῦ, τῶν ἀξίων εἴσοδον· καὶ τὴν ἐν ταῖς αἰσθήσεσι τῆς κατὰ τὴν ἀπάτην ἐνεργείας τελείαν ἀποβολήν.

CAPUT XV.

Cujusnam symbolum sit, quod sanctæ ecclesiæ fores clauduntur, post lectum sanctum Evangelium.

Quod autem post lectum sanctum Evangelium, C ejectosque catechumenos, sanctæ ecclesiæ fores claudundur, significat, tum transituras res terrenas, tum fore, ut post terribilem illam segregationem, ac terribiliorem sententiam, ut intelligibilem deinceps mundum, id est, Christi thalamum, ingrediantur, qui digni erunt; et ut operatio erroris, quæ in sensibus accidit, perfecte abjiciatur.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Τί σημαίνει ἡ τῶν ἁγίων μυστηρίων εἴσοδος.

Ἡ δὲ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν μυστηρίων εἴσοδος, ἀρχὴ καὶ προοίμιόν ἐστιν (ὡς ὁ μέγας ἐκεῖνος ἔφασκε γέρων) τῆς γενησομένης ἐν οὐρανοῖς καινῆς διδασκαλίας περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ τῆς εἰς ἡμᾶς, καὶ ἀποκάλυψις τοῦ ἐν ἀδύτοις τῆς θείας κρυφιότητος ὄντος μυστηρίου τῆς ἡμῶν σωτηρίας. D *Οὐ γὰρ μὴ πίω, φησὶ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος, ἀπ' ἄρτι ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός ἐμοῦ* [b].

CAPUT XVI.

Quid sanctorum mysteriorum introitus significet.

Sanctorum autem ac venerabilium mysteriorum introitus, initium est ac exordium (uti magnus ille senex dicebat) futuræ in cœlis novæ doctrinæ Dei in nos, impensiori consilio, providentiæ, nostræque, in divini secreti adytis occulti, salutis mysterii manifestatio. Ait namque Deus ac Verbum ad discipulos suos: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei* [b].

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Τίνος ἐστὶ σύμβολον ὁ θεῖος ἀσπασμός.

Ὁ δὲ πᾶσι προσφωνούμενος πνευματικὸς [45] ἀσπασμὸς, τὴν ἐσομένην πάντων πρὸς ἀλλήλους ἐν τῷ καιρῷ

CAPUT XVII.

Cujusnam signum sit divinum osculum ac salutatio.

Quæ autem omnibus acclamatur spiritalis osculi salutatio, futuram præfigurat ac præsignat omnium

[y] Matth. xxiv, 14. [z] Tit. ii, 13. [a] I Thess. iv, 15. [b] Matth. xxvi, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[44] τῶν οὐρανῶν c. A. [45] θεῖος ἀσπασμὸς καὶ πνευματικός c. A.

Digitized by Google

inter se, quo tempore arcana illa bona detegentur, **513** per fidem ac dilectionem, concordiam, animorumque consensionem, ac eam, quæ in ratione verboque est, identitatem; ex qua digni cum Verbo ac Deo nanciscuntur necessitudinem ac conjunctionem. Os enim verbi symbolum est ac rationis, quo maxime omnes omnibus sociantur ejus participes, tanquam ea vi præditi, primoque ac soli Verbo ac rationi, omnisque verbi ac rationis auctori.

A τῆς τῶν μελλόντων ἀῤῥήτων ἀγαθῶν ἀποκαλύψεως, κατὰ πίστιν τε καὶ ἀγάπην, ὁμόνοιάν τε καὶ ὁμογνωμοσύνην, καὶ ταυτότητα λογικήν· δι' ἣν τὴν πρὸς τὸν Λόγον καὶ Θεὸν οἰκείωσιν οἱ ἄξιοι δέχονται, προτυποῖ καὶ προδιαγράφει. Λόγου γὰρ σύμβολον τὸ στόμα, καθ' ὃν μάλιστα πᾶσιν ἅπαντες οἱ λόγου μετειληφότες, ὡς λογικοὶ, καὶ τῷ πρώτῳ καὶ μόνῳ Λόγῳ, καὶ παντὸς αἰτίῳ λόγου συμφύονται.

CAPUT XVIII.

Quid significet divinum fidei Symbolum.

Quam autem omnes divini fidei Symboli confessionem promunt, eam, quæ ob sapientissimæ in nos Dei providentiæ admirabiles modos ac rationes, quibus sumus salutem consecuti, in futuro sæculo exhibenda est, mysticam præsignat gratiarum actionem; qua digni, gratum suum, pro divinæ beneficentiæ largitate commendant animum; qui præter illum, nihil prorsus aliud pro infinitis in eos collatis divinis bonis rependere habeant.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Τί σημαίνει τὸ θεῖον τῆς πίστεως Σύμβολον.

Ἡ δὲ τοῦ θείου συμβόλου τῆς πίστεως γινομένη παρὰ πάντων ὁμολογία, τὴν ἐφ' οἷς ἐσώθημεν παραδόξοις λόγοις τε καὶ τρόποις τῆς πανσόφου περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ προνοίας γενησομένην μυστικὴν εὐχαριστίαν, κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, προσημαίνει· δι' ἧς εὐγνώμονας ἐπὶ τῇ θείᾳ εὐεργεσίᾳ ἑαυτοὺς συνιστῶσιν οἱ ἄξιοι· πλὴν ταύτης τῶν περὶ αὐτοὺς ἀπείρων θείων ἀγαθῶν ἀντεισαγαγεῖν ἄλλο τι καθ' ἀτιοῦν οὐκ ἔχοντες.

B

CAPUT XIX.

Quid significet hymni Trisagii glorificatio.

Trina autem quæ fit sanctificationis divinæ laudis, totius populi fidelis ore, exclamatio, exhibendam ævo illo futuro cum incorporeis ac intelligentibus Potestatibus unionem honorisque æqualitatem ostendit; qua uno cum supernis potestatibus consensu concentuque ob eamdem immobilis circa Deum jugisque motus agitationem, tribus sanctificationibus laudare ac sanctificare trine subsistentem unam Deitatem, humana natura docebitur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Τί σημαίνει ἡ τοῦ Τρισαγίου δοξολογία.

Ἡ δὲ γινομένη τρισσὴ τοῦ ἁγιασμοῦ τῆς θείας ὑμνολογίας ἐκβόησις παρὰ παντὸς τοῦ πιστοῦ λαοῦ, τὴν πρὸς τὰς ἀσωμάτους καὶ νοερὰς δυνάμεις κατὰ τὸ μέλλον φανησομένην ἕνωσίν τε καὶ ἰσοτιμίαν παραδηλοῖ· καθ' ἣν συμφώνως ταῖς ἄνω δυνάμεσι, διὰ ταυτότητα τῆς ἀτρέπτου περὶ Θεὸν ἀεικινησίας, τρισὶν ἁγιασμοῖς ὑμνεῖν τε καὶ ἁγιάζειν τὴν τρισυπόστατον μίαν θεότητα διδαχθήσεται τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις.

C

CAPUT XX.

Cujus symbolum sit sancta precatio, « Pater noster, qui es in cœlis. »

Sanctissima autem, atque in primis veneranda magni ac beati Dei Patrisque invocatio, dandæ veræ illius, ac quæ vere est, per Spiritus sancti gratiam donumque, adoptionis symbolum **514** est : per quam supra quam victa atque obtecta, humana proprietate ex adventu gratiæ, sancti omnes filii Dei vocabuntur, eruntque; quotquot amodo jam virtutum cultu divino bonitatis decore splendide fulserunt ac gloriose.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Τίνος ἐστὶ σύμβολον ἡ ἁγία προσευχὴ τοῦ, « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

Ἡ δὲ παναγία τε καὶ σεπτὴ τοῦ μεγάλου καὶ μακαρίου Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπίκλησις, τῆς δοθησομένης ἐνυποστάτου τε καὶ ἐνυπάρκτου κατὰ δωρεὰν καὶ χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, υἱοθεσίας ἐστὶ σύμβολον· καθ' ἣν πάσης ὑπερνικωμένης τε καὶ καλυπτομένης ἀνθρωπίνης ἰδιότητος, τῇ ἐπιφοιτήσει τῆς χάριτος, υἱοὶ Θεοῦ χρηματίσουσί τε καὶ ἔσονται πάντες οἱ ἅγιοι, ὅσοι δι' ἀρετῶν ἀπ' ἐντεῦθεν ἤδη τῷ θείῳ τῆς ἀγαθότητος κάλλει ἑαυτοὺς λαμπρῶς τε καὶ ἐπιδόξως ἐφαίδρυναν.

D

CAPUT XXI.

Quid illorum canticorum, quæ inter rem sacram mystice peragendam exclamantur, finis significet : nempe : « Unus Sanctus, unus Dominus, » et quæ sequuntur.

Quæ autem in rei sacræ mystice peragendæ fine a tota plebe confessio editur, illis verbis : *Unus Sanctus*, et quæ sequuntur, futuram sermone omni ac cogitatu superiorem cum uno illo divinæ simplicitatis arcano, eorum qui mystice ac sapienter divinis sunt initiati, collectionem unitionemque signi-

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Τί σημαίνει τὸ τέλος τῆς μυστικῆς ἱερουργίας τῶν ἐκφωνουμένων ὕμνων· τουτέστιν, « Εἷς Ἅγιος, εἷς Κύριος, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἡ δὲ κατὰ τὸ τέλος τῆς μυστικῆς ἱερουργίας παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ γινομένη τοῦ, *Εἷς Ἅγιος*, καὶ τῶν ἑξῆς, ὁμολογία, τὴν ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν πρὸς τὸ ἓν τῆς θείας ἁπλότητος κρύφιον γενησομένην τῶν μυστικῶς τε καὶ σοφῶς κατὰ Θεὸν τετελεσμένων, συναγωγήν τε καὶ ἕνωσιν δηλοῖ, ἐν τῷ

Digitized by Google

ἀφθάρτῳ τῶν νοητῶν αἰῶνι· καθ' ὃν τῆς ἀφανοῦς καὶ ὑπεραρρήτου δόξης τὸ φῶς ἐνοπτεύοντες, τῆς μακαρίας, μετὰ τῶν ἄνω δυνάμεων, καὶ αὐτοὶ δεκτικοὶ γίνονται καθαρότητος· μεθ' ἣν, ὡς τέλος πάντων, ἡ τοῦ μυστηρίου μετάδοσις γίνεται· μεταποιοῦσα πρὸς ἑαυτὴν, καὶ ὁμοίους τῷ κατ' αἰτίαν ἀγαθῷ κατὰ χάριν καὶ μέθεξιν ἀποφαίνουσα τοὺς ἀξίως μεταλαμβάνοντας, ἐν μηδενὶ αὐτοῦ λειπομένους, κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις καὶ ἐνδεχόμενον. Ὥστε καὶ αὐτοὺς δύνασθαι εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι θέσει κατὰ τὴν χάριν θεοὺς, διὰ τὸν αὐτοὺς ὅλως [46] πληρώσαντα ὅλον Θεὸν, καὶ μηδὲν αὐτῶν τῆς αὐτοῦ παρουσίας κενὸν καταλείψαντα.

A ficat, intellectilium ævo illo ab omni corruptione immuni; in quo inaspectæ, ac supra modum arcanæ gloriæ lucem inspectantes, ipsi quoque cum supernis Potestatibus, beatæ capaces puritatis efficiuntur; postquam ut omnium finis, fit mysterii communicatio, quæ in seipsam transmutet, similesque boni per essentiam gratiæ munere ac participatione digne sumentes efficiat: quibus nihil desit, quoad concessum hominibus licetque, quin et ipsi adoptione per gratiam dii esse ac appellari valeant, propter eum, qui totus Deus totoseos complevit, nec eorum aliquid sua vacuum præsentia reliquit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ καὶ ἡ τῆς ψυχῆς καθ' [47] ἑαυτὴν νοουμένης ἐπὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἰδικῶς ἐκθεωτικὴ καὶ τελειοποιὸς διὰ τῶν εἰρημένων θεωρεῖται κατάστασις.

Δεῦρο δὴ οὖν, διὰ τῶν αὐτῶν ὁδῷ καὶ τάξει βαίνοντες, πάλιν τὰ αὐτὰ καὶ περὶ ψυχῆς γνωστικῆς θεωρήσωμεν· καὶ συναναβῆναι μικρὸν κατὰ δύναμιν τῷ λόγῳ μετ' εὐλαβείας πρὸς ὑψηλοτέραν θεωρίαν, σκοπῆσαί τε καὶ κατανοῆσαι πῶς οἱ θεῖοι τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας θεσμοὶ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὴν ἑαυτῆς τελειότητα δι' ἀληθοῦς καὶ ἐνεργοῦς γνώσεως ἄγουσι, ποθοῦντα τὸν νοῦν καὶ βουλόμενον, Θεοῦ χειραγωγοῦντος (εἰ δοκεῖ) μὴ κωλύσωμεν.

B

CAPUT XXII.

Quomodo, ac qua ratione, animæ quoque seorsum ac secundum se consideratæ, in singulis proprie, per ea quæ dicta sunt, deificus donansque perfectione status spiritaliter intelligatur.

Adesdum igitur, iisdem ipsis, via quadam ac ratione gradientes, hæc ipsa iterum etiam de anima, quæ scientiæ studet auctaque intelligentia est, spiritali sensu consideremus; nec una cupientem animum ac valentem, quanta facultas fuerit, ad sublimiorem spiritalem intelligentiam modestia parumper assurgere, diligentiusque Deo auspice duceque considerare ac perspicere, quomodo **515** divini sanctæ Ecclesiæ ritus ac cæremoniæ, animam ad sui ipsius perfectionem per veram ac efficacem scientiam ducant (si videbitur) prohibeamus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ὅτι σύμβολον τῶν κατὰ ψυχὴν ἀρετῶν ἐστιν ἡ πρώτη εἴσοδος τῆς ἁγίας συνάξεως.

Ἄθρει τοιγαροῦν, ὅστις τῆς μακαρίας τοῦ Χριστοῦ σοφίας γνήσιος καθέστηκας ἐραστὴς, νοὸς ὀφθαλμοῖς, κατὰ τὴν πρώτην εἴσοδον τῆς ἁγίας συνάξεως ἀπὸ τῆς ἔξωθεν τῶν ὑλικῶν πλάνης καὶ ταραχῆς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέως, δεῦτε*· τῆς ἐν εἴδει καὶ σχήματι, φημὶ κατὰ τὴν πρόσοψιν τῶν αἰσθητῶν περιπλανήσεως· οὐ γὰρ θεωρίαν εἰπεῖν ἀληθὲς, κατὰ τοὺς ἀσόφους τῶν παρ' Ἕλλησι λεγομένων σοφῶν (μηδὲ γὰρ σοφοὶ κληθεῖέν ποτε πρὸς ἡμῶν, οἱ τὸν Θεὸν γνῶναι διὰ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων μὴ δυνηθέντες, ἢ μὴ βουληθέντες) τῶν [48] αἰσθητῶν λέγω τὴν ἐπιφάνειαν, καθ' ἣν ὁ διηνεκὴς τῶν αἰσθητῶν πρὸς ἄλληλα συνέστηκε πόλεμος, πᾶσι τὴν δι' ἀλλήλων φθορὰν ἐνεργῶν, πάντων φθειρόντων ἄλληλα καὶ ἐν ἀλλήλοις φθειρομένων· καὶ τοῦτο μόνον πάγιον ἔχοντα, τὸ ἀστατεῖν καὶ φθείρεσθαι, καὶ μηδέποτε συμβαίνειν ἀλλήλοις κατὰ διαμονὴν ἄμαχον δύνασθαι καὶ ἀστασίαστον· ἐρχομένην τε τὴν ψυχὴν, καὶ προτροπάδην φεύγουσαν, καὶ ὥσπερ εἰς Ἐκκλησίαν καὶ ἄσυλον εἰρήνης ἀνάκτορον, τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν, τὴν ἄμαχον καὶ πάσης ἐλευθέραν ταραχῆς, μετὰ Λόγου τε καὶ ὑπὸ τοῦ Λόγου τοῦ μεγάλου καὶ

C

CAPUT XXIII.

Quas primas animæ virtutes primus sanctæ synaxeos introitus symbolo significet.

Vide igitur, quisquis beatæ Christi sapientiæ verus es amator, mentisque oculis considera in primo sacræ synaxeos ingressu, ab externo terrenorum errore ac turbatione, juxta quod scriptum est: *Mulieres venientes a spectaculo, videte* [c]; ab ea scilicet, quæ in forma ac figura per earum rerum, quæ in sensum cadunt, contuitionem, oberratio creatur; neque enim vere contemplatio, seu speculatio dicatur quemadmodum insipientibus Græcorum sapientibus placet (absit enim a nobis, ut eos sapientes dicamus, qui ex iis quæ facta a Deo sunt, ipsum nosse non potuerunt aut noluerunt); a sensilium, inquam, ea quæ oculos ferit, superficie, ex cujus ratione sensilia juge inter se bellum agitant, aliorum nisu aliis vicaria clade interitum creantia, cunctis aliis alia corrumpentibus, ac quæ alia in aliis corrumpantur, hocque unum firmum habeant, ac constans quod inconstantia agantur ac intereant, nec unquam inter se convenire ut tranquilla perennitate fruantur, nec in mutuam incitentur perniciem, valeant; venientem animam, ac propere fugientem, velutque in Ecclesiam ac pacis inviolabile templum, in naturalem in spiritu contempla-

D

[c] Isa. xxvii, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ὅλης c. A. [47] ψυχὴ ἡ τῆς κ. cod. Marg. [48] βουληθέντες μὲν, τῶν c. A.

Digitized by Google

tionem (tranquillam illiam ac ab omni turbatione liberam) una cum Verbo, Verboque ipso magno ac vero Deo nostro ac pontifice ductore, ingredientem; quæque ut per symbola rerum sacrarum ænigmata, per eas quæ habentur divinas lectiones, rerum rationes doceatur, stupendumque ac magnum, ejus, quæ in lege et prophetis declaratur, providentiæ divinæ mysterium; inque singulis, pulchræ in his disciplinæ ac diligentiæ præmio, divinitus sanctarum Potestatum opera, intelligentium more intus animo alloquentium, pacis munera designantes laudes faustaque vota accipiat, una cum divini ac-

A ἀληθοῦς ἡμῶν Θεοῦ καὶ ἀρχιερέως εἰσερχομένην· καὶ ὡς διὰ συμβόλων τῶν γινομένων θείων ἀναγνωσμάτων, τοὺς τῶν ὄντων διδασκομένην λόγους, καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ μέγα τῆς ἐν νόμῳ καὶ προφήταις δηλουμένης θείας προνοίας μυστήριον· καθ' ἕκαστόν τε δεξαμένην, ὑπὲρ τῆς ἐν τούτοις καλῆς μαθητείας θεόθεν διὰ τῶν ἁγίων δυνάμεων, νοερῶς κατὰ διάνοιαν αὐτῇ διαλεγομένων, τὰς εἰρηνοδώρους σημειώσεις, μετὰ τῆς ῥωστικῆς καὶ συντηρητικῆς θέλξεως, τῆς θείας καὶ διαπύρου κατὰ Θεὸν ἐφέσεως, διὰ τῆς μυστικῶς ὑπᾳδομένης αὐτῇ νοητῶς τῶν θείων ᾀσμάτων ἡδονῆς.

censique **516** divini desiderii roborante ac conservante illecebra, per eam, quæ mystice illi animo succinitur, divinorum canticorum voluptatem.

Tumque iterum ex his transeuntem, inque uno ac solo, hosque unite ac singulariter comprehendente sermones, ac rationes vertice, sese colligentem; nempe sancto Evangelio in quo omnes cum providentiæ, tum rerum, unius complexus vi, uniformiter præexsistunt rationes. Quo perlecto, divino rursus sensu videre liceat, religiosis inturbatis mentis oculis, ipsum Verbum ac Deum cœlitus ei advenientem, uti scilicet pontificis e sacerdotali sede descensus indicat, ac perfecte ejus cogitationes, quæ adhuc sensum, ac quæ pro ejus ratione dividua sunt, conceptis imaginibus animo effingunt, catechumenorum ritu segregantem; indeque rursum, rebus in sensum cadentibus excedentem, qua ratione sanctæ Dei Ecclesiæ fores occlusæ, intelligendum admonent, ad eam, quæ per arcanorum mysteriorum introitum significatur, materia carentem, simplicem, invariabilem, deiformem, omnique absolutam forma ac figura, eorum, quæ sola mente percipiuntur, scientiam ducentem (qua, in seipsa suas ipsa vires, seque ipsam in Verbo colligens, mentisque osculo, unitis, quæ ad ejus spectant salutem rationibus pariter ac modis) ad ipsum evadit, per fidei Symbolum grato et fideli animo confiteri docentem.

B Πάλιν ἐκ τούτων μεταβαίνουσαν, καὶ συναγομένην ἐπὶ τὴν μίαν καὶ μόνην καὶ ἑνιαίως τούτους συλλαμβάνουσαν τοὺς λόγους κορυφήν· λέγω δὲ, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ πάντες τῆς τε προνοίας καὶ τῶν ὄντων οἱ λόγοι κατὰ μίαν περιοχῆς δύναμιν ἐνοειδῶς προϋφεστήκασι. Μεθ' ὃ κατ' αἴσθησιν θείαν αὐτὸν ὁρᾷν ἔνεστι πάλιν θεμιτὸν τοῖς φιλοθέοις, ἀταρβήτοις νοὸς ὄμμασι παραγινόμενον οὐρανόθεν αὐτῇ τὸν Λόγον καὶ Θεὸν, ὡς ἡ τοῦ ἀρχιερέως ἀπὸ τοῦ θρόνου τοῦ ἱερατικοῦ σημαίνει κατάβασις· καὶ τέλειον αὐτῆς διακρίνοντα κατηχουμένων δίκην τοὺς ἔτι τὴν αἴσθησιν, καὶ τὸ κατ' αὐτὴν μεριστὸν φαντασιουμένους λογισμούς. Κἀντεῦθεν πάλιν ἔξω γενομένην τῶν αἰσθητῶν, ὡς ἡ τῶν θυρῶν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας νοεῖν ὑποτίθεται κλεῖσις· ἐπὶ C τὴν δηλουμένην διὰ τῆς εἰσόδου τῶν ἀῤῥήτων μυστηρίων, ἄῦλον καὶ ἁπλῆν καὶ ἀναλλοίωτον καὶ θεοειδῆ, καὶ παντὸς ἐλευθέραν εἴδους καὶ σχήματος ἐπιστήμην τῶν νοητῶν ἄγοντα· καθ' ἣν συναγαγοῦσαν πρὸς μὲν ἑαυτῆς τὰς οἰκείας δυνάμεις· πρὸς δὲ τὸν Λόγον, ἑαυτὴν καταντᾷ, διὰ τοῦ νοεροῦ ἀσπασμοῦ ἑνώσασαν τοὺς περὶ ἑαυτὴν ἀῤῥήτους τῆς σωτηρίας καὶ λόγους καὶ τρόπους, διὰ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως εὐχαρίστως ὁμολογεῖν ἐκδιδάσκοντα.

Post hæc autem rursus ut quæ jam deinceps per potentiam simplicem, individuamque doctrinæ vi comparatam scientiam, tum rerum quæ in sensum cadunt, tum quæ mente intelliguntur, rationes complexa sit, ad claræ ac manifestæ eam theologiæ D scientiam, post omnia superata provehentem, atque parem angelis, quoad assequi licet, intelligentiam præbentem, eaque illam sagacitate docentem, ut unum Deum sciat, unam essentiam, tres personas, essentiæ unitatem trine subsistentem, ac consubstantialem personarum trinitatem: unitatem in trinitate, et trinitatem in unitate; non aliam, atque aliam; neque aliam præter aliam, aut aliam per aliam, sive per aliam aliam, aut aliam in alia, vel ex alia aliam; sed eamdem in seipsa, et per seipsam, penes semetipsam sibi ipsi eamdem cum unitatem, tum trinitatem, omni tum vacantem

Ἐπὶ τούτοις δὲ πάλιν, ὡς ἤδη λοιπὸν κατὰ δύναμιν [49] ἁπλῆν καὶ ἀδιαίρετον διὰ μαθητείας, γνώσει, περιλαβοῦσαν τούς τε τῶν αἰσθητῶν καὶ τῶν νοητῶν λόγους, ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῆς ἐκφανοῦς αὐτὴν ἄγοντα θεολογίας, μετὰ τὴν πάντων διάβασιν, καὶ τὴν ἴσην τοῖς ἀγγέλοις κατὰ τὸ ἐφικτὸν αὐτῇ παρεχόμενον νόησιν· καὶ τοσοῦτον διδάσκοντα σωφρόνως αὐτὴν, ὅσον εἰδέναι Θεὸν ἕνα, μίαν οὐσίαν, ὑποστάσεις τρεῖς· μονάδα οὐσίας τρισυπόστατον, καὶ Τριάδα ὑποστάσεων ὁμοούσιον· μονάδα ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι [50]· οὐκ ἄλλην καὶ ἄλλην, οὐδ' ἄλλην παρ' ἄλλην, οὐδὲ δι' ἄλλης ἄλλην, οὐδ' ἄλλην ἐν ἄλλῃ, οὐδὲ ἐξ ἄλλης ἄλλην· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἐν ἑαυτῇ, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐφ' ἑαυτὴν, ἑαυτῇ ταὐτὴν [51] καὶ μονάδα καὶ τριάδα ἀσύγχυτόν τε καὶ ἀσυγχύτως τὴν ἕνωσιν [52] ἔχουσαν, καὶ τὴν διάκρισιν ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀμέριστον· μονάδα μὲν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας, ἤτοι

VARIÆ LECTIONES.

[49] κατὰ νοῦν c. A. [50] Eadem in Orat. Dominicam, ubi etiam singulorum rationes assignat. [51] Ταυτὸν c. A. [52] ἀσύνθετόν τε καὶ ἀσύγχυτον τὴν ἕνωσιν c. A. et Fr.

Digitized by Google

τὸν τοῦ εἶναι λόγον· ἀλλ' οὐ κατὰ σύνθεσιν ἢ συναίρεσιν, ἢ τὴν οἱανοῦν σύγχυσιν· τριάδα δὲ, κατὰ τὸν τοῦ πῶς ὑπάρχειν καὶ ὑφεστάναι λόγον· ἀλλ' οὐ κατὰ διαίρεσιν ἢ ἀλλοτρίωσιν, ἢ τὸν οἱονοῦν μερισμόν. Οὐ γὰρ μεμέρισται ταῖς ὑποστάσεσιν ἡ μονὰς, οὐδὲ σχετικῶς ἔνεστι καὶ ἐπιθεωρεῖται αὐταῖς· οὐδὲ συντέθεινται εἰς Μονάδα αἱ ὑποστάσεις, ἢ συναιρέσει αὐτὴν ἐκπληροῦσιν· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἑαυτῇ ταὐτὸν, ἄλλως μέντοι καὶ ἄλλως· μονὰς γάρ ἐστι ἀσύγχυτος τῇ οὐσίᾳ, καὶ τῷ κατ' αὐτὴν ἁπλῷ λόγῳ ἡ ἁγία τριὰς τῶν ὑποστάσεων· καὶ τριὰς ἐστι ταῖς ὑποστάσεσι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς ὑπάρξεως ἡ ἁγία μονάς· τὴν αὐτὴν ὅλην τοῦτο κἀκεῖνο διαφόρως, κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον, ὡς εἴρηται, λόγον νοουμένην· μίαν καὶ μόνην, ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀσύγχυτον, καὶ ἁπλῆν καὶ ἀμείωτον καὶ ἀπαράλλακτον θεότητα· μονάδα κατὰ τὴν οὐσίαν ὅλην ὑπάρχουσαν, καὶ ὅλην τριάδα τὴν αὐτὴν ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ μίαν ἑνὸς τρισσοφαοῦς ἀκτῖνα φωτὸς μονοειδῶς ἐπιλάμπουσαν· ἐφ' ᾧ καὶ τὴν ψυχὴν, ὁμοτίμως τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις τοὺς ἐκφανεῖς καὶ ἐφικτοὺς τῇ κτίσει περὶ θεότητος δεξαμένην λόγους, καὶ συμφώνως αὐτοῖς ἀσιγήτως ἀνυμνεῖν μαθοῦσαν τριαδικῶς τὴν μίαν θεότητα, ἐπὶ τὴν κατὰ χάριν δι' ὁμοιότητος ἐμφεροῦς υἱοθεσίαν ἀχθῆναι· δι' ἧς μετ' [68] εὐχὰς τὸν Θεὸν Πατέρα, μυστικόν τε χάριτι καὶ μόνον ἔχουσα, πρὸς τὸ ἓν τῆς αὐτοῦ κρυφιότητος κατ' ἔκστασιν πάντων συναχθήσεται· καὶ τοσοῦτον πείσεται μᾶλλον, ἢ γνώσεται τὰ θεῖα· ὅσον μὴ ἑαυτῆς εἶναι βούλεσθαι, μηδὲ ἐξ ἑαυτῆς ὑφ' ἑαυτῆς ἢ ἄλλου τινὸς γνωσθῆναι δύνασθαι, ἢ μόνου τοῦ ὅλην ἀγαθοπρεπῶς αὐτὴν ἀνειληφότος ὅλου Θεοῦ, καὶ ὅλον αὐτῇ θεοπρεπῶς ὅλῃ [ὅλον αὐτῇ θεοπρεπῶς ὅλως] καὶ ἀπαθῶς ἑαυτὸν ἐνιέντος, καὶ ὅλην θεοποιήσαντος· ὡς εἶναι, καθὼς φησιν ὁ πανάγιος Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος, εἰκόνα καὶ φανέρωσιν τοῦ ἀφανοῦς φωτὸς, ἔσοπτρον ἀκραιφνὲς, διειδέστατον, ἀλώβητον, ἄχραντον, ἀκηλίδωτον, εἰσδεχόμενον ὅλην, εἰ θέμις εἰπεῖν, τὴν ὡραιότητα τοῦ ἀγαθοτύπου, θεοειδῶς καὶ ἀμειώτως ἐπιλάμπον ἐν ἑαυτῷ, καθάπερ οἷόν τέ ἐστι, τὴν ἀγαθότητα τῆς ἐν ἀδύτοις σιγῆς.

A compositione, tum inconfusam **517** habentem unionem, indivisamque ac nullis scissam partibus, discretionem: unitatem quidem secundum essentiæ (essendi scilicet) rationem, at non secundum compositionem aut contractionem, sive ullam confusionem; trinitatem vero secundum talem exsistendi ac subsistendi rationem; non vero secundum divisionem aut diversitatem, ullamve partitionem. Non enim unitas personis divisa est, neque in eis secundum habitudinem inest, inque illis consideratur: neque personæ in unitatem coalescunt compositione, aut eam explent contractione, sed eamdem sibi ipsi idem, alia tamen atque alia ratione. Est enim sancta personarum trinitas secundum essentiam, et simplici sua ratione, unitas inconfusa; sanctaque unitas personis, ac modo exsistendi, trinitas. Quæ eadem tota hoc et illud distincte, alia atque alia ratione, ut dictum est, intelligatur, una et singularis individuaque et inconfusa, simplex, integra et incommutabilis Deitas: quæ secundum essentiam tota unitas exsistat, totaque eadem personis sit trinitas, atque unum unius trine lucentis luminis radium effulgeat, quo et anima, pari cum sanctis angelis dignitate, claras, ac quas creatura assequi potest, deitatis rationes suscipiens, parique illis consensu nullo indicto silentio aut requie unam trine deitatem docta laudare, ad adoptionem, quæ est gratia, expressæ vi similitudinis promoveat; cujus ratione inter precandum Deum Patrem mysticum atque unicum per gratiam habens, in occultæ ejus deitatis uno, omnium rerum excessu, colligetur: tantumque divina magis patietur, quam ea sciet, ut ne quidem sui ipsa esse velit, neque ex se a seipsa, vel ullo alio cognosci possit, præterquam ex ipso duntaxat, qui totam ipsam benigne exque boni rationibus, Deus totus suscepit, totumque se illi toti, ut Deum decet, citra ullam passionem, indidit, ac totam divinitate imbuit, adeo ut, sicut vir sanctissimus Dionysius Areopagita ait, imago sit ac manifestatio inaspectabilis luminis; verissimum speculum, pellucidissimum, integrum, impollutum, nulla fuscatum macula, quod totam in se, ut ita liceat loqui, exemplaris boni pulchritudinem capiat, deiformiter, et ût nihil desit, in seipso, pro eo ac concessum est, ejus silentii quod in adytis est, bonitatem effulgens.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Τίνων ἐστὶν ἐνεργητικὴ τε καὶ ἀποτελεστικὴ μυστηρίων, διὰ τῶν τελουμένων κατὰ τὴν ἁγίαν σύναξιν θεσμῶν ἐν τοῖς πιστοῖς καὶ πιστῶς συναγομένοις, ἡ παραμένουσα τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις.

Τοιγαροῦν ὥρετο δεῖν ὁ μακάριος γέρων, καὶ παρακαλεῖν οὐκ ἐπαύετο πάντα Χριστιανὸν, τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ σχολάζειν, καὶ μὴ ἀπολιμπάνεσθαί ποτε τῆς ἐν αὐτῇ τελουμένης ἁγίας συνάξεως, διά τε τοὺς παραμένοντας αὐτῇ ἁγίους ἀγγέλους, καὶ ἀπο-

518 CAPUT XXIV.

Quorum operatrix atque effectrix mysteriorum, per eos ritus ac cæremonias quæ in sancta synaxi peraguntur, in fidelibus, ac iis qui fide congregantur, quæ assistit, Spiritus sancti gratia sit.

Existimabat igitur beatus ille senex, nec singulos quosque Christianos hortari cessabat ut frequentes essent in sancta Dei ecclesia, nec unquam a re sacra, quæ in ea peragitur, decederent, tum propter assistentes angelos, ac quotidie eos qui in-

VARIÆ LECTIONES.

[68] κατ' c. A. et Fr.

Digitized by Google

trant in album referentes, Deoque manifestantes, ac pro eis preces votaque facientes; tum propter Spiritus sancti semper quidem inaspectabili ratione præsentem gratiam, peculiariter autem maxime quo tempore res sacra peragitur, singulos quosque qui inveniuntur transmutantem velutque transformantem, ac vere in id quod divinius est, pro ipsorum captu ac modo traducentem atque ad id, quod mysteria quæ peraguntur significant, deducentem (etsi is cui talia accidunt haud sensu percipiat, si modo ex illis est, qui in Christo parvuli sunt, nec in eorum quæ fiunt profundum intueri valent), quam denique singula iis ritibus instituta, divina salutis symbola, ut ferunt, gratiam, serie quadam ac ordine, ab iis quæ proxima sunt ab omnium usque finem, in eis præstantem ac efficientem.

Atque in primo quidem introitu infidelitatis ejectionem, fidei augmentum, vitii extenuationem, virtutis accretionem, ignorantiæ abolitionem, scientiæ accessionem. Per divinorum autem eloquiorum auditionem, horum quæ dicta sunt (fidei scilicet, virtutis ac scientiæ) firmos tenacesque habitus ac dispositiones. Per ea autem quæ hæc consequuntur, divina cantica, spontaneum animæ in virtutes consensum, ac quam ea ex illis spiritalem menteque tenus voluptatem sumit et jucunditatem. Per sacram vero sancti Evangelii lectionem, terreni sensus, tanquam ejus mundi qui sensu percipitur, consummationem. Per portarum autem deinceps occlusionem, eum, qui secundum affectum est, a mundo hoc corruptibili, ad mundum intelligibilem, animæ transitum ac **519** traductionem; vi cujus tanquam fores sensus occludens, a peccati simulacris mundos eos reddit. Per sanctorum autem mysteriorum ingressum, perfectiorem abstrusioremque ac novam Dei in nostrum usum dispensationis doctrinam ac scientiam. Per divinum osculum ac salutationem, omnium cum omnibus, ac prius cujusque secum ac cum Deo concordiæ, consensusque animorum ac dilectionis eamdem vim ac rationem. Per Symboli fidei confessionem, congruam gratiarum actionem ob inauditos ac mirabiles parandæ nostræ salutis modos. Per Trisagium hymnum, unionem cum sanctis angelis, paremque cum illis dignitatem, nec finem unquam habituram divinæ glorificationis modulatam consonantiam. Per orationem, qua Deum Patrem vocare conceditur, quæ in spiritu est, verissimam adoptionem. Per illud, *Unus Sanctus*, et quæ sequuntur, unificam cum Deo unionem ac necessitudinem. Per sacram, qua impollutis ac vivificis mysteriis impartimur, communionem, illam cum ipso, quanta mortalibus concessa est, ex similitudine societatem ac identitatem; per quam homo hoc consequitur, ut ex homine in Deum transferatur. Quæ enim hic, ac mortalem agentes vitam, per gratiam quæ in fide est, percipere nos sancti Spiritus dona credimus; hæc vere in futuro sæculo, et ut reipsa ita sit, secundum

γραφομένους ἑκάστοτε τοὺς εἰσιόντας καὶ ἐμφανίζοντας τῷ Θεῷ, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν δεήσεις ποιουμένους· καὶ διὰ τὴν ἀοράτως ἀεὶ μὲν παροῦσαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν, ἰδιοτρόπως δὲ μάλιστα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ ἕκαστον τῶν εὑρισκομένων μεταποιοῦσάν τε καὶ μετασκευάζουσαν, καὶ ἀληθῶς[54] μεταπλάττουσαν ἐπὶ τὸ θειότερον ἀναλόγως ἑαυτῷ, καὶ πρὸς τὸ δηλούμενον διὰ τῶν τελουμένων μυστηρίων ἄγουσαν· κἂν αὐτὸς μὴ αἰσθάνηται, εἴπερ τῶν ἔτι κατὰ Χριστὸν νηπίων ἐστί· καὶ εἰς τὸ βάθος τῶν γινομένων ὁρᾷν ἀδυνατεῖ, καὶ τὴν δηλουμένην δι' ἑκάστου τῶν τελουμένων θείων συμβόλων τῆς σωτηρίας ἐν αὐτῷ χάριν ἐνεργοῦσαν, καθ' εἱρμὸν καὶ τάξιν ἀπὸ τῶν προσεχῶν μέχρι τοῦ πάντων τέλους ὁδεύουσαν.

Μὴ τοίνυν λέγωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα φύσει κακὸς, καὶ ὁ δεῖνα φύσει καλός. Εἰ γὰρ φύσει ἀγαθὸς, οὐδέποτε δυνήσεται γενέσθαι κακός· καὶ εἰ φύσει κακὸς, οὐδέποτε γενήσεται ἀγαθός.

Οὐχ ὑπομένει τὸ σκότος τὴν τοῦ φωτὸς παρουσίαν· οὐ νόσος ὑγείας ἐπιλαβούσης ἵσταται· οὐκ ἐνεργεῖ τὰ πάθη τῆς ἀπαθείας παρούσης.

Ἐλευθέραν εἶναι προσήκει παντὸς φόβου τὴν ἀρετήν. Ἀδέσποτον γὰρ ἀρετὴ καὶ ἑκούσιον, παντὸς φόβου καὶ ἀνάγκης ἐλεύθερον.

Οὐκ ἔστιν ἄλλην κακίας γέννησιν ἐννοῆσαι, ἢ ἀρετῆς ἀπουσίαν.

Φίλωνος. — Τοῦ φαύλου ἕτερα μὲν τὰ ἐνθύμια, ἕτερα δὲ τὰ ῥήματα, ἄλλαι δὲ αἱ πράξεις· διάφορα δὲ πάντα καὶ μαχόμενα.

Κακίας ἔξοδος ἀρετῆς εἴσοδον ἐργάζεται· ὡς καὶ τοὐναντίον, ὑπεκστάντος ἀγαθοῦ τὸ ἐφεδρεῦον κακὸν ἐπεισέρχεται.

Κλήμεντος. — Ἡ τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴ σωτηρίας ἐστὶν ἀρχή.

Ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη τετράγωνός ἐστιν, ἴση καὶ ὁμοία ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, ἐν ἀποχῇ κακῶν, ἐν εὐποιΐᾳ, ἐν τελειότητι γνωστικῇ· οὐδαμῇ οὐδαμῶς χωλεύουσα. ἵνα μὴ ἄδικος καὶ ἄνισος φανῇ.

Διδύμου. — Σχηματίζου τὴν ἀρετὴν, οὐχ ὅπως ἀπατήσῃς, ἀλλ' ὅπως ὠφελήσῃς.

Βασιλείαν Θεοῦ λεκτέον τὴν κατάστασιν τῶν κατὰ τοὺς θείους νόμους τεταγμένως βιούντων.

Πᾶσα πρακτικὴ ἀρετὴ ἐν τῷ γίνεσθαι, καὶ οὐκ ἐν τῷ γεγονέναι, τὸ εἶναι ἔχει.

Νείλου. — Χαῖρε τὴν ἀρετὴν ἡνίκα πράττεις· ἀλλὰ μὴ ἐπαίρου, μή ποτε τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι γένηται.

Κυρίλλου. — Χρὴ τὴν ἀρετὴν μὴ χωλεύειν καθ' ἑκάτερον, ἀλλ' ἔργῳ καὶ λόγῳ ὀρθὴν καὶ ἀπηρτισμένην κατ' ἀμφότερα εἶναι.

spuant virtutes, nominis claritate, quam præstant, ad eas colendas animum accommodant.

Quemadmodum vitæ finis, mortis initium est; sic et virtutis cursu inducta quies, vitii cursus ac pravitatis inchoatio est.

Virtutem rem paratu difficilem ex Scripturis sacris didicimus, quam innumeris sudoribus ac laboribus, diligentiaque ac defatigatione, omni denique conatu obnitendo ægre impleas.

Chrysost. — Si quis terrenorum hominum leges transgreditur, non effugiet quin pœnam sustineat; quanto magis intolerabilibus tradendus suppliciis est, qui cœlorum Domini præcepta violaverit?

Velut in cithara, haud satis est ut in una solum chorda concentum edas, sed omnes numerose atque decenter percurrendæ sunt: sic et ad animi virtutem, ut salutem consequamur, non una lex sufficit, sed necesse est ut eas omnes exacte observemus.

Ne igitur dicamus: Hunc natura bonum, illumque natura malum. Si enim natura bonus est, nunquam malus fieri poterit; et, si natura malus, nunquam fiet bonus.

Non sustinent tenebræ lucis præsentiam; non morbus consistit, ubi sanitas advenit: non vigent affectus ac perturbationes, cum illis sedatis, tranquilli quis animi habitum nactus est.

Virtutem ab omni metu liberam esse convenit. Est enim virtus ipsa servitutem respuens ac spontanea, ab omnique metu et necessitate soluta.

Nulla alia vitii origo excogitari potest, quam virtutis absentia.

Philonis. — Improbi hominis ac mali aliæ sunt cogitationes, aliaque verba, atque aliæ actiones: diversa omnia ac pugnantia.

Facessente vitio, virtuti ingressus **531** præstatur; vicissimque bono excedente, insidianti malo pervium fit ut ingrediatur.

Clementis. — A malis liberari, initium est salutis.

Justitia, ut videtur, quadrangula est, par scilicet atque similis in sermone, opere, abstinentia a malis, in beneficentia, in scientiæ perfectione, nulla usquam ratione claudicans, ne injusta et inæqualis videatur.

Didymi. — Virtutem simulato, non ut fallas, sed ut prosis.

Regnum cœlorum, eorum statum dicas, qui ex divinorum legum rationibus composite vitam instituunt.

Quæ in actione consistit, virtus omnis in eo est, ac esse habet, quod fiat, non quod facta est.

Nili. — Gaude interim dum virtutem colis; cave tamen animo extollaris, ne forte naufragium in portu feceris.

Cyrilli. — Operæ pretium virtutem in utramque partem non claudicare, sed opere ac sermone rectam, atque utrinque perfectam esse.

Digitized by Google

Virtus aspera est, arduaque ad eam via; nec nisi longo labore sibi eam ullus paraverit.

Ex Patribus. — Quatuor rebus polluitur animus: obambulando per civitatem, nec oculos custodiendo; cum mulieribus ullo prorsus modo consuescendo; nobilium in sæculo amicitiam colendo; ac demum carnales congressus vanaque colloquia diligendo.

Plutarchi. — Ignotæ virtutis, haud secus ac auri defossi splendor non videtur.

Uti iis qui laboribus corpus exercent, cibus; sic et virtus his, qui sint eruditi, apparet suavis.

Vita, haud secus ac nummus, initio vituperium habens, ubique gentium reproba efficitur.

Cuncta te existima facere, ut qui neminem lateas. Nam etsi ad præsens celaveris, postea innotesces.

Cum eum quidam injuria affecisset, seque fuga proripiens, in occursum ejus venire non auderet; aliquando tandem in eum incidens: Non ut tu, inquit, me fugias, decet, sed ut ego te, quippe qui improbus sis.

Vir ignavus et imbellis, nec cum cane nec cum asino est comparandus, divitiis scilicet ac deliciis diffluens.

Sic vivere studeas, ut neque a potentioribus contemnaris, nec inferioribus terribilis sis.

532 *Demosth.* — Quemadmodum domus, puto, et navigii et cæterorum talium bases firmissimas esse convenit: sic actionum primordia et fundamenta vera justaque esse decet.

Clitarchi. — Non quovis modo virtutem habere bonum existima; sed quemadmodum, ac pro quibus decet illa fultum esse.

Virtutem si habes, omnia habes: at si vitium, ne teipsum quidem.

Socrates. — Cum quemdam ex discipulis suis animadvertisset agri quidem studiosiorem, actionis vero negligentem: Heus tu, inquit, vide ne dum agrum cicurare vis, animum tuum sinas efferari.

Cum idem intellexisset quemdam ex familiaribus, sedulo admodum effingendam imaginem sibi similem curare, actionis vero cultum negligere: Tu, inquit, effingi tibi lapidem similem diligenter curasti, nec ulla tibi ratio est, ne ipse lapidi similis efficiaris.

Demonact. — Illos probris incessebat, qui corporum curam agentes, ipsi seipsos negligerent; quippe qui domibus diligentiam habeant, nihilque domesticis curæ impendant.

Democrit. — Lineas certiores esse oportet; actiones præclarissimas.

[a] Forte Socratis hoc dictum.

A Τραχεῖα ἡ ἀρετή, καὶ ὀρθῶς οἶμος ἐπ' αὐτήν· καὶ οὐκ ἄν τις ἕλοιτο ταύτην δίχα πόνου μακροῦ.

Ἐκ τῶν Πατέρων. — Διὰ τεσσάρων πραγμάτων ἡ ψυχὴ μιαίνεται· τῷ περιπατεῖν ἐν πόλει καὶ μὴ φυλάσσειν τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ τῷ ὅλως ἔχειν γνῶσιν μετὰ γυναικῶν, καὶ τῷ ἔχειν φιλίαν μετὰ τῶν ἐνδόξων τοῦ κόσμου, καὶ τῷ ἀγαπῆσαι τὰς σαρκικὰς ὁμιλίας καὶ ματαιολογίας.

Πλουτάρχου. — Τῆς ἀγνοουμένης ἀρετῆς ὥσπερ τοῦ κατορωρυγμένου χρυσίου ἡ λαμπρότης οὐ βλέπεται.

Ἡ μὲν τροφὴ τοῖς γυμναζομένοις, ἡ δὲ ἀρετὴ τοῖς πεπαιδευμένοις ἡδεῖα φαίνεται.

Ὁ βίος καθάπερ νόμισμα διαβληθεὶς ἐν ἀρχαῖς, εἰς πάντα τὸν κόσμον ἀδόκιμος γίνεται.

B Ἅπαντα δόκει ποιεῖν, ὡς μηδένα λήσων. Καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ.

[a] Ἀνθρώπου τινὸς αὐτὸν ἀδικήσαντος, καὶ περιφεύγοντος καὶ ἀπανταῖν αἰσχυνομένου, συντυχὼν ἅπαξ εἶπεν· Οὐ σὲ χρὴ ἐμὲ φεύγειν, ἀλλ' ἐμὲ σὲ, φαῦλον ὄντα.

Οὐκ ἔστι κυνὸς ἀντάξιος οὐδ' ὄνου δειλὸς ἀνὴρ καὶ ἄναλκις, ὑπὸ πλούτου καὶ μαλακίας διερρυηκώς.

Οὕτως ζῆν προαιροῦ, ὡς μήτε τῶν δυνατωτέρων καταφρονεῖσθαι, μήτε τοῖς ὑποδεεστέροις φοβερὸς εἶναι.

C *Δημοσθ.* — Ὥσπερ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότερα εἶναι δεῖ· οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις, ἀληθεῖς καὶ δικαίας.

Κλειτάρχου. — Μὴ τὸ ἔχειν ἀρετὴν καλὸν νόμιζε, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ καὶ ὑπὲρ ὧν δεῖ.

Ἀρετὴν μὲν ἔχων, πάντα ἕξεις· κακίαν δὲ, οὐδὲ σεαυτόν.

Σωκράτης. — Θεασάμενός τινα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, τοῦ μὲν ἀγροῦ ἐπιμελούμενον, τῆς πράξεως δὲ ἀμελοῦντα· Ὅρα, ὦ οὗτος, ἔφη, μὴ τὸν ἀγρὸν ἐξημερῶσαι βουλόμενος, τὴν ψυχὴν ἀγριώσῃς.

Καταμαθὼν δέ τινα τῶν γνωρίμων ἐσπουδακότα D ὅπως αὐτῷ ἡ εἰκὼν ὁμοία γένηται, πρὸς αὐτὸν εἶπε, Σὺ ὅπως μέν σοι ὁ λίθος ὅμοιος γένηται ἐσπούδακας· ὅπως δὲ μὴ αὐτὸς λίθῳ ὅμοιος γένῃ, οὐ φροντίζεις.

Δημώνακτ. — Τοὺς τῶν σωμάτων ἐπιμελουμένους, ἑαυτῶν δὲ ἀμελοῦντας ὠνείδιζεν, ὡς τῶν μὲν οἰκων ἐπιμελουμένους, τῶν δὲ ἐνοίκων ἀμελοῦντας.

Δημόκριτ. — Τὰς μὲν γραμμὰς ἀσφαλεστέρας (*f*), τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ.

NOTÆ.

(*f*) *Τὰς μὲν γραμμὰς ἀσφαλεστέρας.* Lineas dicit, quæ sunt principia demonstrationum, maxim

Digitized by Google

Θεοῦ ἄξιόν σε ποιήσει, τὸ μηδὲν ἀνάξιον αὐτοῦ πράττειν.

Bίας. — Οὕτω πειρῶ ζῆν, ὡς καὶ ὀλίγον καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος.

Λάκων. — Λάκων ἐρωτηθεὶς, διατί ἀτείχιστός ἐστιν ἡ Σπάρτη· Μὴ ψεύδου, ἔφη· τετείχισται γὰρ ταῖς τῶν οἰκούντων ἀρεταῖς.

Διογένης. — Ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινος, ὡς εἰς ἀκαθάρτους τόπους εἰσέρχεται, ἔφη· Καὶ ὁ ἥλιος, ἀλλ' οὐ μιαίνεται.

Λινδίου. — Εὐσέβειαν δεῖ φυλάσσειν· πολίταις τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν· ἡδονῆς κρατεῖν· βίᾳ μηδὲν πράττειν· τὸν τοῦ δήμου ἐχθρὸν πολέμιον νομίζειν· οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν· εἰ δὲ μή, δόξεις παροινεῖν.

Λυκούργου. — Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης, τὸ μὲν ἀξιόχρεων τῶν ἀνθρώπων ἔφη ἐν τῇ οὐσίᾳ κεῖσθαι· τὸ δὲ ἀξιόπιστον, ἐν τοῖς τρόποις.

Πυθαγόρου. — Φιλήδονον, φιλοσώματον, φιλοχρήματον καὶ φιλόθεον τὸν αὐτὸν, ἀδύνατον εἶναι. Ὁ γὰρ φιλήδονος πάντως καὶ φιλοσώματος· ὁ δὲ φιλοσώματος, πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος, ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος, εἰς μὲν Θεὸν ἀνόσιος, εἰς δὲ ἄνθρωπον παράνομος.

Ὧν τοῦ σώματος ἀπαλλαγεὶς οὐ δεήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει πάντων· καὶ ὧν ἀπαλλαγεὶς δεήσῃ, πρὸς ταῦτά σοι ἀσκουμένῳ Θεὸν παρακάλει γίνεσθαι συλλήπτορα.

Διοδώρου.—Πάντες ἄνθρωποι διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν, βιοῦσι μὲν ἀκαριαῖόν τι μέρος τοῦ παντὸς αἰῶνος· τετελευτήκασι δὲ πᾶν τὸν ὕστερον χρόνον. Καὶ τοῖς μὲν ἐν τῷ ζῆν μηδὲν ἀξιόλογον πράξασι, ἅμα ταῖς τῶν σωμάτων τελευταῖς συναποθνήσκει καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τὸν βίον· τοῖς δὲ δι' ἀρετὴν περιποιησαμένοις δόξαν, αἱ πράξεις ἅπαντα τὸν αἰῶνα μνημονεύονται, διαβοώμεναι τῷ θειοτάτῳ τῆς ἱστορίας στόματι[a].

Ὑπερίδου. — Δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἐπιδείκνυσθαι, ἐν μὲν τοῖς λόγοις, ἃ φρονεῖ· ἐν δὲ τοῖς ἔργοις, ἃ ποιεῖ.

Ἰττάχου φιλοσόφ. — Τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων, Θεοῦ τι μέρος ἔχειν.

Ἀριστοτέλ. — Θεοῦ μέν ἐστι πράττειν ἃ βούλεται· ἀνθρώπου δὲ, τὰ δέοντα προθυμεῖσθαι (*g*).

Ἀντιφάντους.—Ὅταν εὐπορῶν τις αἰσχρὰ πράττῃ πράγματα, τί τούτων ἀπορήσαντα πράξειν προσδοκᾷς;

A Dignum te Deo efficies, ubi nihil eo indignum feceris.

Bias. —Sic stude vivere, ut et paucos dies, et longos annos victurus.

Lacon. —Lacon interrogatus, cur Sparta mœnibus cincta non esset : Falleris, inquit; mœnium loco civium virtutibus cincta est.

Diogenes. — Cum quidam ei probro verteret, quod in loca inhonesta intraret : Et sol, inquit, intrat, nec tamen contaminatur.

Lindii. — Servanda pietas est; consulenda civibus quæ optima sint ; voluptas domanda ; per vim nihil agendum ; hostis habendus qui populi inimicus sit; non plectendi servi ebrii ; alioqui desi-
B pere ipse videaris.

Lycurgi. — Lycurgus legislator honorem ac dignitatem apud homines in opibus sitam esse aiebat; fiduciam autem in moribus.

Pythagor. —Ut idem voluptatis atque corporis ac pecuniæ Deique amator sit, nullo modo fieri potest. Nam voluptatis amans, idem et corpus amet necesse est; et qui corpus amat, idem continuo et pecuniam : qui autem pecuniam, idem necessario et injustus est ; injustus autem, **533** in Deum quidem impius, in homines autem iniquus est.

Quibus corpore solutus non indigebis, ea cuncta contemne : quibus autem tunc temporis egebis, horum tibi cultu laboranti, Deum adjutorem
C præsto fore roga.

Diodori. — Mortalium genus omne ob naturæ imbecillitatem, exiguum quoddam momentum totius ævi in vita durant; reliquum vero totum spatium morte occupati jacent. Et illis sane, qui dum viverent nihil præclari gesserunt, eodem cum corpore obitu omnia pessum eunt. Qui vero, qua functi virtute sunt, gloriam sibi compararunt, illorum actiones per omne ævum, divinissimo historiæ ore celebrante, commemorabuntur.

Hyperidis. — Virum bonum, quæ sentit, verbis; quæ vero facit, opere ostendere decet.

Hittachi philosophi. —Bonos viros, Dei quamdam partem habere decet.

D *Aristotel.* —Dei est, quæ velit agere : hominis autem quæ officii ac honesta sunt, providere.

Antiphan. — Si quis in rerum abundantia turpe aliquid admittit, quid in penuria viventem commissurum putaveris?

[a] Frigida hæc merces sæpiusque frustranea.

NOTÆ

geometricarum, quæ certiores sunt. Nam et linea ipsum est quod βαλβίς, *carceres*, unde aurigæ in stadio cursum auspicantur.

(*g*) *Τὰ δέοντα προθυμεῖσθαι.* Quasi velle et inchoare ex nobis sit ; operibus vero præstatio, a Deo : quod ipsum hauserint Pelagiani, seu illorum reliquiæ, ex cœnosis philosophorum fontibus, quibus non satis perspecta gratiæ Christi mysteria qua præparatur voluntas, ut sic cogitet τὰ δέοντα, quæ vere honesta sint et ad salutem conducant, nulla in nobis, quasi ex nobis, eorum facultate, ut profitetur magnus gratiæ assertor Paulus. Jejune Gesn. *quæ opus sunt.* Exponendi Patres, quorum affinis loquendi modus, ut cum gratia, illaque excitante velimus : qua voluntate ad majora Dei munera, ipsamque gratiam perfecti operis præparemur.

Digitized by Google

SERMO II.

De prudentia et consilio.

Eccli. XL, 25. — Aurum et argentum statuent pedes : et super utrumque consilium præstabit.

Eccli. XXII, 19. — Loramentum ligneum colligatum ædificio, in concussione non dissolvetur : sic animus confirmatus in consilii rationibus, in tempore non formidabit.

Basilii in principium Proverb. — Duplex est ejus quam Græci φρόνησιν dicunt (nos prudentiam) genus. Alia enim est prudentia ac sagacitas, qua quis suo commodo cavet, ac sibi consulit, velut est serpentis, dum caput suum servat; hæc vero, morum quædam versutia videtur, cito inveniens quod in rem suam conducat, ac simpliciores decipiens, qualis erat iniqui illius dispensatoris (Luc. XVI, 8). Vera autem prudentia, certa judicii cognitio est, eorum quæ agenda sunt et quæ non agenda; quam qui sequatur, vitii nunquam configetur exitio. Qui igitur **534** intelligit sermones prudentiæ (Prov. I, 3), novit quinam captiosi fallacesque exsistant, ac quinam vitæ disciplina tenendi, et qui optima documenta tradant. Tanquam igitur solers nummularius, quod est bonum tenebit, et ab omni specie mali se abstinebit.

Theologi. — Qui enim serpentis in malo prudentiam, ac columbæ in bono simplicitatem copulaverit, is neque prudentiam in mali vafritiem animi verti sinet, nec simplicitatem in dementiam.

Chrysost. — Fons et parens radixque prudentiæ, virtus est; uti vicissim omnis improbitas ex insipientia ac dementia originem habet, quemadmodum etiam ait Propheta : *Non est sanitas in carne mea, a facie insipientiæ meæ* (Psal. XXXVII, 4). Virtutis autem cultor ac Dei timore fretus, omnium prudentissimus est. Idcirco etiam ait quidam : *Initium sapientiæ timor Domini* (Eccli. I, 16; Psal. CX, 10).

Ignatii. — Qui perfecti estis, perfecta sapite. Dum enim velitis bene agere, præsto est Deus ut ejus ipsius facultatem præstet.

Plutarchi. — Prudentia, non corporum, sed rerum negotiorumque, priusquam in illis homo versetur, conspectus est; futura dispicere præbens, ut, cum occurrerint, iis postea optime utatur. Corpus enim ante solum oculatum est; retro autem,

[a] Est in Gesn. Stobæo c, 29. p. 93.

ΛΟΓΟΣ Β' [a].

Περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς.

Σιρὰχ μ'. — Χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐπιστήσουσι πόδας, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα βουλὴ εὐδοκιμήσει (*h*).

Σιρὰχ κβ'. — Ἰμάντωσις ξυλίνη (*i*) ἐνδεδεμένη εἰς οἰκοδομὴν, ἐν σεισμῷ οὐ διαλυθήσεται· οὕτω καρδία ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήμασι βουλῆς, ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει.

Βασιλείου. — Διπλοῦν ἐστι τὸ τῆς φρονήσεως ὄνομα. Ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι φυλακτικὴ τοῦ οἰκείου συμφέροντος, οἷα ἡ τοῦ ὄφεως τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ συντηροῦντος· ἡ δέ τις ἔοικεν εἶναι κακεντρέχεια τρόπων, ὀξέως τὸ ἴδιον λυσιτελὲς ἐξευρίσκουσα καὶ συναρπάζουσα τοὺς ἀκεραιοτέρους· ὁποία ἦν ἡ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας. Ἡ δὲ ἀληθὴς φρόνησις, διάγνωσίς ἐστι τῶν τε ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων· ᾗ ὁ ἐπακολουθῶν, οὐδέποτε τῷ ὀλέθρῳ τῆς κακίας περιπαρήσεται, Ὁ τοίνυν νοῶν λόγους φρονήσεως, οἵδεν τίνες μὲν σοφισματώδεις, τίνες δὲ οἱ κατὰ βίον πρακτέοι καὶ τὰ βέλτιστα ἡμῖν ὑποτιθέμενοι· καὶ ὡς δόκιμος τραπεζίτης, τὸ μὲν καλὸν καθέξει, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀφέξεται.

Ὁ γὰρ τὸ τοῦ ὄφεως φρόνιμον περὶ τὸ κακὸν, τό τε τῆς περιστερᾶς ἀκέραιον περὶ τὸ καλὸν ἀναμίξας, οὔτε τὸ φρόνιμον ἐάσει κακοῦργον γενέσθαι, οὔτε τὸ ἁπλοῦν ἀνόητον.

Χρυσοστ. — Πηγὴ καὶ μήτηρ καὶ ῥίζα φρονήσεως, ἡ ἀρετή· ὥσπερ καὶ πᾶσα πονηρία ἐξ ἀνοίας ἔχει τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ δὴ καὶ ὁ Προφήτης φησίν· *Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου, ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου.* Ὁ δὲ ἐνάρετος καὶ φόβον Θεοῦ ἔχων, πάντων ἐστὶ συνετώτερος. Διὸ καί τίς φησιν· *Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου.*

Ἰγνατίου. — Τέλειοι ὄντες, τέλεια φρονεῖτε. Θέλουσι γὰρ ὑμῖν εὖ πράττειν (*j*), Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρέχειν.

Πλουτάρχ. — Ἡ φρόνησις, οὐ σωμάτων, ἀλλὰ πραγμάτων ὄψις ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτοῖς γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον· ὅπως ἄριστα χρήσεται τοῖς ἅπαντῶσι καὶ προστυγχάνουσι, παρέχουσα διασκοπεῖν τὸ μέλλον. Τὸ μὲν οὖν σῶμα, πρόσω που μόνον ὠμμάτωται· τοῖς

NOTÆ.

(*h*) *Βουλὴ εὐδοκιμήσει.* Sixt. εὐδοκιμεῖται, eodem sensu, ut sunt idem deponens et neutrum; ubi non bene Sixtinæ interpr. *Consilium bene placet*, ac si esset εὐδοκεῖται, quod forte legerit Vulg., dum et ipse *consilium beneplacitum* reddit. Melius igitur, *clarebit*, *præstabit*, *majoris erit*, quæ apertissima vocis notio est, ipsa una commoda. Menoch. *Consilium approbatur. Prudens enim consilium, auro et argento præstabilius est.* Tigur. *Prudentia utraque commendabilior.*

(*i*) *Ἰμάντωσις ξυλίνη.* Recte Vulg. *Loramentum ligneum, colligatum in fundamento ædificii;* ut significetur sermonem esse de ea lignorum strue et subscudum, quæ fundamento jacitur, ubi terra ipsa impar moli ædificii judicatur. Nec aliud voluit Suid. cum ita exponit, δέσις ξύλων ἐμβαλλομένων ἐν τοῖς οἰκοδομήμασι, *Colligatio lignorum et asserum, quæ in ædificiis fundamento jaciuntur;* nec necesse cum Porta intelligere de lignis quibus parietes committuntur, et ut δέσιν τῶν τοίχων legamus. Non enim hoc, sed illud sic demum firmat, ut nec terræ motu dejiciatur. Illud ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει, quod est, *in tempore, sub ipsum periculum ejusque alea*, non bene Gesn. *nullo tempore pertimescet.*

(*j*) *Θέλουσι γὰρ ὑμῖν εὖ πράττειν.* Et hic Ignatius, de desiderio boni operis, cujus Deus facultatem præstet, ipso auctore, et ut oportet, desiderantibus.

Digitized by Google

δὲ ὄπισθεν, τυφλόν ἐστιν. Ἡ δὲ διάνοια, καὶ τὰ παρῳχημένα βλέπειν τῇ μνήμῃ πέφυκεν.

Ἄφρων αὐθημερὸν ἐξαγγέλλει ὀργὴν αὐτοῦ.

Πᾶς ἄφρων, εὐθὺς καὶ μικρόψυχος (*k*)· οὐ γάρ ἐστι πάγιος.

Εἴ ποτέ τινα ἑώρακεν ἁμαρτάνοντα, ἔλεγε· Μήποτε καὶ ἐγὼ τοιούτῳ περιπέσω.

Menándrou. — Ἅπαντα δοῦλα τοῦ φρονεῖν καθίσταται.

Βουλευόμενοι παραδείγματα ποιοῦνται παρεληλυθότα τῶν μελλόντων. Τὸ γὰρ ἀφανὲς, ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν.

Ἰσοκράτ. — Ὁ κακῶς διανοηθεὶς περὶ τῶν οἰκείων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Κλειτάρχ. — Ἡ ἰσχὺς τοῦ σώματος μὴ γινέσθω τῆς ψυχῆς ἀσθένεια· ἰσχὺν δὲ ψυχῆς, φρόνησιν νόμιζε.

Δημώνακτ. — Ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σεαυτὸν, καὶ ἀπαθὴς τῶν κακῶν ἔσῃ.

Ἀριστείδου. — Τὸ μὲν νικᾶν ἐν ταῖς μάχαις, καὶ τοῖς φαύλοις πολλάκις περιγίνεται· φρονήσει δὲ καὶ σοφίᾳ κρατεῖν δύνασθαι, μόνον ἐστὶ τῶν εἰδότων βουλεύεσθαι.

Γαΐου. — Σωφρονέστερον οἶμαι τοῦ μετὰ τοῦ πάθους ἐγκαλεῖν, τὸ πρὶν παθεῖν φυλάξασθαι τοῦ μὴ παθεῖν.

Δημοκράτ. — Φρονήσεως ἔργον, μέλλουσαν ἀδικίαν φυλάξασθαι· ἀναλγησίας (*l*) δὲ, γενομένης μὴ ἀμύνασθαι.

Σόλωνος. — Συμβούλευε, μὴ τὰ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ ἄριστα.

Ἐπικτήτου. — Βουλεύου πολλὰ περὶ τοῦ λέγειν τι ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἐξεις ἄδειαν ἀνακαλέσασθαι τὰ λεχθέντα ἢ πραχθέντα.

Βίαντος. — Τὸ μὲν ἰσχυρὸν τῷ σώματι γενέσθαι, φύσεως ἔργον· τὸ δὲ λέγειν τὰ συμφέροντα τῇ πατρίδι, ψυχῆς ἴδιον καὶ φρονήσεως.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, τίς ἄριστος σύμβουλος, ἔφη· Ὁ καιρός.

Τοὺς φρονίμους ἔλεγε μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀφρόνων, ἢ τοὺς ἄφρονας ὑπὸ τῶν φρονίμων ὠφελεῖσθαι· τούτους μὲν γὰρ φυλάττεσθαι τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας· ἐκείνους δὲ, τὰς τούτων μὴ μιμεῖσθαι κατορθώσεις.

Δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, μεμνῆσθαι μὲν τῶν γενομένων, πράττειν δὲ τὰ ἐνεστῶτα· περὶ δὲ τῶν μελλόντων ἀσφαλίζεσθαι.

[a] Deest auctoris nomen.

A cæcum est. Menti vero comparatum, ea etiam quæ præterita sunt memoria cernere.

Prov. XII, 16. — Insipiens eadem die enuntiat iram suam.

Prov. XIV, 29. — Omnis insipiens, palam etiam pusillo animo est : non enim firmus et stabilis est.

Si quando aliquem peccantem animadverteret, dicebat : Ne et ego in tale quidpiam incidam.

Menandri. — Nihil non servire cogit sibi prudentia.

Is qui init consilium, quæ sunt præterita, exempla sibi futurorum facit. Quod enim obscurum est, ex eo quod est manifestum celerrime dijudicari ac discerni potest.

B *Isocratis.* — Qui de suis rebus male statuit, nunquam alienis bene consuluerit.

Clitarchi. — Robur corporis cave animi infirmitas sit : animi autem robur atque vim reputa prudentiam.

Demonact. — Alienis te exemplis erudito, nec quidquam mali patieris.

Aristidis. — Vincere in præliis, etiam improbis, sæpenumero contingit : prudentia vero et sapientia posse vincere, id demum eorum est, qui consilio valeant.

535 *Caii.* — Prudentius arbitror, priusquam evenerit, cavere ne malum eveniat, quam postquam evenerit, illud accusare.

Democrat. — Prudentiæ munus est, quam quis C illaturus sit injuriam cavere; stuporis autem, cum illata sit, non ulcisci ac depellere.

Solonis. — Consule non quæ jucundissima sunt, sed quæ optima.

Epicteti. — Multum delibera, cum quid dicendum aut agendum habueris : nec enim ut ea quæ dicta factave fuerint, revoces, tibi liberum erit.[a]

Biantis. — Robusto et valenti esse corpore, naturæ munus est : dicere autem ea quæ patriæ utilia sint, id animi proprium est ac prudentiæ.

Idem interrogatus, quis optimus esset consiliarius : Tempus, inquit.

Prudentes dicebat magis aliquid ab imprudentibus, quam imprudentes a prudentibus utilitatis captare : hos enim illorum cavere errata; illos D autem non imitari horum virtutes ac recte facta.

Virum bonum decet præterita memoria tenere; quæ præsentis temporis sint agere; ac futuris diligenter prospicere.

NOTÆ.

(*k*) *Εὐθὺς καὶ μικρόψυχος.* Ejus vocis hoc sensu exemplum est in Thes. Istud satis apertum; ac si dicat : Statim, citra omnem ambagem pusillo animo est Nec forte aliud sit aut respiciat, quod hic dicetur, quam quod est Prov. XIV, 29. Ὁ δὲ ὀλιγόψυχος (Schol. μικρόψυχος, quod idem est) ἰσχυρὸς ἄφρων. *Pusillanimis valde insipiens.* Et ut alicujus Patrum sententiam existimem, qui illo respexerit, facit ratio adjuncta, οὐ γάρ ἐστι πάγιος, *Non enim firmus aut constans est;* in qua ipsa respexerit illud Sirach. Ὁ δὲ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται XXVII, 11. *Stultus ut luna mutatur;* quod ex illa animi pusillitate illi provenit. Hiatus, quem notavit Gesn. nullus alius videtur, quam quod Sapientis nomen, cujus est sequens sententia, exciderit, quod in his nimis crebrum est.

(*l*) *Ἀναλγησίας.* Excidit ea vox Gesn. interpreti. Est vero affectus per defectum vitiosus, velut indolentia et stupor, cum nec suadente ratione, ullo doloris aut miserationis sensu quis afficitur.

Digitized by Google

Unum est bene consultandi principium, nosse de quo instituenda oratio sit : secus vero omnino aberrare necesse est.

Euripidis in Antiope.

Magnum animi frenum ipsa mens est,
Quod sim imbecillis et muliebri corpore.
Non recte accusasti : si enim recte sapere valeo,
Id ipso brachio robusto præstantius est.

Sophoclis in Ajace.

Ex his profecto moribus, nunquam
Ullius legis constitutio fiat :
Si eos qui justitia vincunt expellemus,
Eos autem qui sunt retro, in partem anteriorem [adducemus.
Sed illis cedendum est : non enim latis,
Aut robustis humeris viri tutissimi sunt ;
Sed qui recte sapiunt, ubique superiores evadunt.
Atqui bos quamvis magnis lateribus præditus,
Parvo tamen flagello regitur, ut per viam rectam [gradiatur.
Qui enim recte sapit, omnia complexus est.

A Μία ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι, τὸ γνῶναι περὶ ὅτου ὁ λόγος· εἰ δὲ μή, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη.

Εὐριπίδου ἐν Ἀντιόπῃ.

Ψυχῇ μέγας χαλινός ἐστιν ὁ νοῦς.
Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
Κακῶς ἐμέμφθης· εἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω,
Κρεῖσσον τόδε ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.

Σοφοκλέους ἐν Αἴαντι.

Ἐκ τῶνδε μέντοι τῶν τρόπων οὐκ ἄν ποτε
Κατάστασις γένοιτ' ἂν οὐδενὸς νόμου·
Εἰ τοὺς δίκῃ νικῶντας ἐξωθήσομεν,
Καὶ τοὺς ὄπισθεν εἰς τὸ πρόσθεν ἄξομεν.

Ἀλλ' εἰκτέον τάδ' ἐστίν· οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς,
Οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι,
Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ.
B *Μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς, ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως*
Μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.

Ὁ γὰρ φρονῶν εὖ, πάντα συλλαβὼν ἔχει.

536 SERMO III.

De pudicitia et castitate.

Job, XXXI, 9. — Si secutum est cor meum uxorem viri alterius; aut si etiam insidiose pro foribus illius sedi, alteri quoque placeat uxor mea.

Sap. III, 13. — Beata sterilis incoinquinata, quæ nescivit torum in delicto : habebit fructum in inspectione animarum.

Sap. IV, 1. — Præstantior est virginitas cum virtute conjuncta : immortalis enim est memoria illius; quoniam et apud Deum nota est et apud homines. Cum præsens est, imitantur illam, et desiderant eam cum excesserit : et in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum agone superato victrixque.

Eccli. — Qui obluctatur voluptatibus, coronat vitam suam.

Matth. XIX, 11. — Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

Sunt eunuchi, qui ex matris utero fuerunt sic, etc.

Basilii, ex l. De ver. virg. — Neque igitur castitatis nomine laudare convenit eos, qui excisi sunt. Neque enim equos laudamus quod cornu non petant, aut boves quod minime calcitrent : sed equos, quod non sint calcitrosi; boves item quod cornu non petant, mansuetudinis laude afficimus. Non enim in quo quis non potest, sed in quo cum possit, in alterius injuriam potestate non utitur, admirationem habet.

[a] In Gesn. Stobæo 84.

ΛΟΓΟΣ Γ [a].

Περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης.

Ἰὼβ λα'. — Εἰ ἐξηκολούθησεν ἡ καρδία μου γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου· εἰ δὲ καὶ ἐγκάθετος ἐγενόμην ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτῆς, ἀρέσαι καὶ ἡ γυνή μου ἑτέρῳ.

Σοφίας. — Μακαρία στεῖρα ἀμίαντος, ἥτις οὐκ ἔγνω κοίτην ἐν παραπτώματι· ἕξει καρπὸν ἐν ἐπισκοπῇ ψυχῶν.

C Κρεῖσσον παρθενία (*m*) μετ' ἀρετῆς· ἀθάνατός ἐστιν ἡ μνήμη αὐτῆς· ὅτι καὶ παρὰ Θεῷ γινώσκεται καὶ παρὰ ἀνθρώποις. Παροῦσάν τε μιμοῦνται αὐτὴν, καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν· καὶ ἐν τῷ αἰῶνι στεφανοφοροῦσα πομπεύει, τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα.

Σιράχ. — Ὁ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς, στεφανοῖ ζωὴν αὐτοῦ.

Ματθ. ιθ'. — Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.

Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῶν ἐγενήθησαν (*n*) οὕτως, κ. τ. ε.

D *Βασιλείου.* — Οὔτε οὖν ἐπὶ σωφροσύνῃ ἐπαινεῖσθαι προσήκει τοὺς ἀποκοπτομένους τὰ μόρια. Οὐδὲ γὰρ τοὺς ἵππους ὡς μὴ κερατίζοντας, οὐδὲ τοὺς βοῦς ὡς μὴ λακτίζοντας ἐπαινοῦμεν· ἀλλὰ τούτους μὲν, εἰ μὴ λακτίζουσιν, ἐπαινέσομεν· τοῖς δὲ βουσὶν, εἰ μὴ κερατίζουσι, τῆς ἡμερότητος ἀποδεξόμεθα. Οὐ γὰρ ἐν ᾧ μὴ δύναταί τις, ἀλλ' ἐν ᾧ δυνάμενος οὐκ εἰς ἀδικίαν κέχρηται τῇ δυνάμει, θαυμάζεται.

NOTÆ.

(*m*) *Κρεῖσσον παρθενία.* Græca vulg. ἀτεκνία. Vulg. forte ipse παρθενία legerit, cum reddit, *casta generatio.* Sive autem legit, sive ipse ἀτεκνίαν habuit, ea voce castitatem ex proposito, qua se quis sponte rei maritali subducit, nec vacat procreandis liberis, ut se virtuti dedat (quæ vera et laudata religiosa παρθενία ac virginitas est) intellexit, utravis vocc rem expresserit.

(*n*) *Ἐγενήθησαν.* Hanc litteram sequuntur Basilien., Eras. etc., etsi plures duplex νν habent. Mihi adjuncta particula οὕτως, clarius istud videtur et simplicius *qui sic exstiterunt ex utero :* quibus scilicet negata a natura vis omnis prolifica, nedum partu exeuntibus, sed et cum adhuc ventris clauderentur ergastulo.

Digitized by Google

Νεκρὸς οὐ στεφανοῦται. Οὐδεὶς δίκαιος δι' ἀδυναμίαν κακοῦ. A

Δεῖ οὖν τὸν νοῦν ὥσπερ τινὰ κυβερνήτην ἄνω καθήμενον τῶν παθῶν, καὶ οἱονεὶ πλοίῳ τῆς σαρκὸς ἐπιβάντα· καὶ ἐμπείρως τοὺς λογισμοὺς ὥσπερ οἰακας περιστρέφοντα, καταπατεῖν γενναίως τὰ κύματα· ὑψηλότερον δὲ διαμένοντα καὶ δυσπρόσιτον ὄντα τοῖς πάθεσιν, μηδαμοῦ τῆς ἀπ' αὐτῶν πικρίας, ὥσπερ ἅλμης τινός, ἀναπίμπλασθαι.

Θεολόγου. — Σύνοικον αἱροῦ μηδ' ἀδελφὸν ῥᾳδίως.

Ὑπέκκαυμα γὰρ τῆς νόσου τί δεῖ βλέπειν;

Κρεῖσσον κατηφὲς ἦθος, ἢ τεθρυμμένον. B

Μύρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ πιστεύεται.

537 Οὔτε φλὸξ μένει τῆς ὕλης δαπανηθείσης, ἀλλὰ τῷ ἀνάπτοντι συναπέρχεται· οὔτε λογισμὸς ἐμπαθὴς ὑφίσταται μαραινομένου τοῦ ὑπεκκαύματος.

Ὀφθαλμὸς πορνεύων οὐ φυλάσσει τὴν παρθενίαν. Γλῶσσα πορνεύουσα τῷ πονηρῷ μίγνυται. Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐκκαλοῦνται νόσον ἢ κίνδυνον τῷ νῷ. Παρθενευέτω καὶ ἡ διάνοια· μὴ ῥεμβέσθω καὶ πλανάσθω. Μὴ τύπους ἐν ἑαυτῇ φερέτω πονηρῶν πραγμάτων. Καὶ ὁ τύπος, μέρος πορνείας ἐστί. Μὴ εἰδωλοποιείτω τῇ ψυχῇ τὰ μισούμενα.

Χρυσοστ. — Χλεύη, τὰ μὲν τῆς παιδοποιίας ὄργανα τηρεῖν παρθένα, τὴν δὲ γλῶσσαν μὴ τηρεῖν· ἢ τὴν γλῶσσαν μὲν τηρεῖν, τὴν δὲ ὅρασιν ἢ τὴν ἀκοὴν ἢ τὰς χεῖρας μὴ τηρεῖν· ἢ ταῦτα μὲν ἔχειν καὶ τηρεῖν παρθένα, τὴν δὲ καρδίαν μὴ τηρεῖν, ἀλλ' ἑταιρίζεσθαι τύφῳ καὶ θυμῷ.

Μὴ καταμαλάττωμεν ἡμῶν τὴν ἰσχὺν, μηδὲ ἐκκόπτωμεν τὰ νεῦρα ταῖς ὁμιλίαις ταύταις. Καὶ γὰρ ἅφατος καὶ πολλὴ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντεῦθεν εἰσρεῖ κακία. Τί γὰρ, εἰ καὶ μὴ αἰσθανώμεθα, τῇ φιλίᾳ μεθύοντες; Τοῦτο γὰρ αὐτὸ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι οὐδὲ ἴσμεν ὅπως ἐκνευριζόμεθα, καὶ κηροῦ παντὸς γινόμεθα μαλακώτεροι. Καθάπερ γάρ τις λέοντα γαῦρον καὶ βλοσυρὸν λαβὼν, εἶτα ἀποκείρας μὲν τὴν κόμην, ἀνελὼν δὲ τοὺς ὀδόντας, καὶ περιελὼν τοὺς ὄνυχας, αἰσχρὸν ποιεῖ καὶ καταγέλαστον, καὶ παιδίοις εὐκαταγώνιστον, τὸν φοβερὸν καὶ ἀφόρητον, καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ βρυχήματος τὰ πάντα σείοντα· οὕτω δὴ καὶ αὗται, πάντας ὅσους ἐὰν λάβωσιν, εὐχειρώτους τῷ διαβόλῳ ποιοῦσι· μαλακωτέρους, θερμοτέρους, ἀναισχύντους, ἀνοήτους, ἀκροχόλους, θρασεῖς, ἀκαίρους, ἀγεννεῖς, ἀπηνεῖς, δουλοπρεπεῖς, ἀνελευθέρους, ἰταμοὺς, φλυάρους· καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ γυναικεῖα πάθη τὰ διεφθαρμένα φέρουσαι, εἰς τὴν τούτων ἐναπομάττονται ψυχήν. Ἀμήχανον γὰρ τὸν γυναιξὶ συνοικοῦντα μετὰ συμπαθείας τοσαύτης, καὶ ταῖς ἐκείνων ἐντρεφόμενον ὁμιλίαις, μὴ ἀγύρτην τινὰ εἶναι, καὶ ἀγοραῖον καὶ συρφετώδη. Κἂν

Mortuus corona non donatur. Nemo justus eo nomine quod malum facere non potest.

Mentem igitur decet, velut quemdam gubernatorem, alte animi perturbationibus ac affectibus superiorem, velutque navigium carnem conscendentem, cogitationesque ac rationes velut gubernacula dextre moderantem, fluctus generose calcare; altioreque sede constitutam, nullisque facile perturbationibus accessam, nulla ab eis amaritudine, tanquam salsuginis quadam repleri aspergine.

Theologi. — Contubernalem tibi ne quidem fratrem facile deligas.

Quorsum enim ægritudinis fomentum videre attinet?

Melius est ingenium morosum, quam fracta mollities.

537 Putrido vasi non committitur unguentum.

Neque flamma permanet assumpta materia; sed cum eo abscedit quod accendebat; nec libidinosa consistit cogitatio, emarcescente atque extrito, quid illi fomento erat.

Qui exfornicatur oculus, virginitatem non servat. Quæ constupratur lingua, cum malo miscetur. Incompositus pedum incessus, morbum animo arcessit aut periculum. Casta sit ac virgo ipsa animi cogitatio: non sit vaga ac errabunda. Ne rerum malarum formas in se congerat. Est et forma objectaque species, scortationis pars. Ne eorum, C quæ odio habentur, effingantur animo simulacra.

Chrysost. — Ridiculum est genitales quidem corporis partes castas servare, linguam vero negligere: aut linguam quidem servare puram, visum vero vel auditum aut manus non servare; aut hæc quidem habere ac servare pura, cor autem non servare, sed prope scortationi typo superbiæ iræque indulgere.

Ne igitur vires nostras emolliamus, neve his congressibus nos ipsos enervemus. Multum enim, et quantum vix verbis exprimi potest, hinc animis nostris vitii influit ac pravitatis. Quid enim, etsi non sentimus præ amicitia ebrii? Hoc enim ipsum longe est gravissimum, quod nec scimus quidem quemadmodum enervemur, omnique cera molliores reddamur. Quem- D admodum enim si quis superbum trucemque leonem ceperit, tumque detonsa juba, ei dentes excusserit unguesque evulserit, deformem eum ac deridiculum, ipsisque pueris facile expugnabilem reddit, qui terribilis ac intolerabilis esset, soloque rugitu cuncta quateret. Sic et istæ, quoscunque ceperint, diabolo dedititios faciunt ac obnoxios; molliores, calentiores, impudentes, dementes, extremæ bilis homines, audaces, importunos, ignavos, immites, servili ingenio, illiberales, procaces, nugaces: prorsusque muliebres omnes affectus afferentes, istorum animis imprimunt. Fieri enim non potest, ut qui cum mulieribus tanta morum affectuumque versatur necessitudine, illarumque congressibus ac colloquiis utitur, non sit circulator quidam et circumfora-

Digitized by Google

neus vilisque e turba homunculus. Nam etsi loquatur, nihil nisi de telis lanisque loquetur, quod verborum **538** muliebrium fucis velut tinctam infectamque linguam habet : sive faciat aliquid, serviliter admodum id facit, quam procul a Christiana abscedens ingenuitate, nec ad ullam magnorum munerum atque virtutum functionem utilis.

A γὰρ φθέγγηταί τι, πάντα ἀπὸ τῶν ἱστῶν καὶ τῶν ἐρίων φθέγξεται, τῆς γλώττης αὐτοῦ τῇ ποιότητι τῶν γυναικείων ἀναχρωσθείσης ῥημάτων· κἂν ποιῇ τι, μετὰ πολλῆς τοῦτο ἐργάζεται δουλοπρεπείας, πόρρω τῆς τοῖς Χριστιανοῖς πρεπούσης ἐλευθερίας ἑαυτὸν ἀποικίσας, καὶ οὐδὲ πρὸς οὐδὲν τῶν μεγάλων κατορθωμάτων γενόμενος χρήσιμος.

Grey. Nyss. — Dominus beatos prædicat, non qui extra omnem perturbationem vivunt (non enim fieri potest, ut in carnali vita ac terrena, spiritalem omnino nullisque obnoxiam ac summæ tranquillitatis vitam agamus), sed qui ad naturales appetitiones atque affectus ægre lenteque moveantur.

Γρηγ. Νύσσης. — Μακαρίζει ὁ Κύριος, οὐ τοὺς ἔξω πάθους βιοτεύοντας (οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν ὑλώδει ζωῇ τὸν ἄϋλον καθόλου καὶ ἀπαθῆ κατορθωθῆναι βίον), ἀλλὰ πρὸς τὰς τῆς φύσεως ὁρμὰς βραδέως καὶ δυσκινήτως ἔχοντας.

Omni plane vitio quasi esca quædam prostans voluptas, cupidiores animos in perditionis facile hamum trahit.

B Πάσης ὄντως κακίας οἷόν τι δέλεαρ ἡ ἡδονὴ προβληθεῖσα, εὐκόλως τὰς λιχνοτέρας ψυχὰς ἐπὶ τὸ ἄγκιστρον τῆς ἀπωλείας ἐφέλκεται.

Clementis. — Virginum corruptio velutque stupratio dicitur, nedum scortatio, verum etiam immatura ætate elocatio; cum, ut ita dicam, vel ipsa a se, vel a parentibus, immatura viro collocatur.

Κλήμεντος. — Παρθένων φθορὰ λέγεται, οὐ μόνον πορνεία, ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸ καιροῦ ἔκδοσις· ὅταν, ὡς εἰπεῖν, ἄωρος ἐκδοθῇ τῷ ἀνδρὶ, ἤτοι ἀφ' ἑαυτῆς, ἢ παρὰ τῶν γονέων.

Ex Patribus. — Rebus quatuor scortatio excitatur; cibi potusque saturitate; somni satietate; otio et lusu inanique garrulitate, ac superfluo vestium ornatu.

Ἐκ τῶν Πατέρων. — Διὰ τεσσάρων πραγμάτων ἐγείρεται ἡ πορνεία, ἐκ τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν εἰς πλησμονήν· καὶ ὁ κόρος τοῦ ὕπνου, καὶ τὸ ἀργεῖν καὶ παίζειν καὶ ἀργολογεῖν· καὶ ὁ καλλωπισμὸς τῶν ἱματίων.

Nili. — Remove a conjuge tua eunuchum Smaragdum; nam etsi geminis testibus inferius exsectus videtur, habet tamen nescio quomodo geminos C in facie oculos, qui libidinose inspiciant, malaque jam testimonia ac rumores asciscant.

Νείλου. — Ἀπόστησον ἀπὸ τῆς συμβίου σου τὸν εὐνοῦχον Σμάραγδον· κἂν γὰρ δοκοίη τῶν κάτω διδύμων ἐκτετμῆσθαι, ἀλλ' ἄνω ἔχει ἐν τῷ προσώπῳ πως τοὺς διδύμους ὀφθαλμοὺς, ἐμπαθῶς ἐμβλέποντας, καὶ ἐπισυρομένους ἤδη πονηρὰς μαρτυρίας.

Cyrilli. — Fumi instar, aut etiam veluti vapores quidam, insitarum in nobis voluptatum vigent appetitus. Sed qui temperans atque fortis est, motus cohibet, nec ulterius sinit progredi, affectumque adhuc imbecillem facile comprimit. Qui autem segnis ac negligens est, admittit quidem subnascentes voluptates velut nudas adhuc cogitationes : permittens vero in latum progredi, summe arduam, ac ne vix quidem eluctabilem, resistentiam offendet. Qui enim jam victus est ac superatus, suarum arbiter voluntatum non est : quin potius, ceu Barbaro cuidam victori affectui atque vitio D subjacet.

Κυρίλλου. — Καπνοῦ δίκην, ἢ καὶ ὥσπερ τινὲς ἀτμοὶ τῶν ἐμφύτων ἡδονῶν ἀνίσχουσιν ἐν ἡμῖν αἱ ὀρέξεις. Ἀλλ' ὁ μὲν σώφρων καὶ νεανικὸς, ἐπιτιμᾷ τοῖς κινήμασι, καὶ περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἐᾷ· ᾧ καὶ ἀδρανὲς ὂν ἔτι τὸ πάθος ἥττηται ῥᾳδίως· ὁ δὲ ῥᾳθυμος καὶ κατημελημένος, εἰσδέχεται μὲν τὰς τῶν ἡδονῶν ἀρχὰς ὡς ἐννοίας ἔτι ψιλάς· ἐπιτρέψας δὲ προελθεῖν εἰς πλάτος, δυσχερεστάτην εὑρήσει τὴν ἀντίστασιν (*o*). Ὁ γὰρ προαλοὺς καὶ προηττημένος, οὐ τῶν ἰδίων ἐστὶν θελημάτων Κύριος· ὑπόκειται [1] δὲ μᾶλλον καθάπερ τινὶ Βαρβάρῳ τῷ νικήσαντι πάθει.

Menandri.

Castitas virtutis promptuarium est.

Jamblichi ex Epistolis de castitate. — Virtus om-

Μενάνδρου.

Ταμεῖόν ἐστιν ἀρετῆς ἡ σωφροσύνη.

Ἰαμβλίχου ἐξ Ἐπιστολῶν περὶ σωφροσύνης.

VARIÆ LECTIONES.

[1] *ἀλλ.* ὑποκείσεται.

NOTÆ.

(*o*) *Δυσχερεστάτην εὑρήσει τὴν ἀντίστασιν.* Malui hanc lectionem, cujus et sensus clarior, quam, ut alii, ἀντίδοσιν. Significatur ardua et pene insuperabilis affectuum resistentia, cum quis jam adultos conatur exstirpare, seque illis eximere, pene captiva voluntate, nec satis sui arbitra. δυσχερεστάτην ἀντίδοσιν, quod exponit Gesn. *difficillimum remedium*, vereor ne medice magis quam theologice dictum ab eo sit. ἀντίδοτον *remedium* sit, quasi contra malum datum aut venenum; ἀντίδοσις *retributio; vices;* ἀντιδοθεῖσα παρθένου, Greg. *virginis loco data.* Hic ergo reddam, *difficillimam vicem inveniat* ac pene insuperabilem, pro ea indulgentia, qua affectus vitiaque primum sivit crescere et adolescere, atque altas animo radices agere.

Digitized by Google

— Πᾶσα μὲν ἀρετὴ τὸ θνητοειδὲς πᾶν ἀτιμάζει, τὸ δὲ ἀθάνατον ἀσπάζεται. Πολὺ δὲ διαφερόντως ἡ σωφροσύνη ταύτην ἔχει τὴν σπουδὴν, ἅτε δὴ τὰς προσηλούσας τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἡδονὰς ἀτιμάζουσα, καὶ ἐν ἀγνοῖς βάθροις βεβῶσα, ὥς φησι Πλάτων. Πῶς γὰρ ἡ σωφροσύνη τελείους ἡμᾶς οὐ ποιεῖ, τὸ ὁτελὲς καὶ ἐμπαθὲς ὅλον ἀφ' ἡμῶν ἐξορίζουσα; Γνοίης δ' ἂν ὡς τοῦτο οὕτως ἔχει, τὸν Βελλεροφόντην ἐννοήσας, ὡς μετὰ τῆς κοσμιότητο; συναγωνιζόμενος, τὴν Χίμαιραν καὶ τὸ θηριῶδες καὶ ἄγριον καὶ ἀνήμερον φῦλον πᾶν ἀνεῖλεν. Ὅλως γὰρ ἡ τῶν παθῶν ἄμετρος ἐπικράτεια οὐδὲ ἀνθρώπους ἀφίησιν εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, πρὸς δὲ τὴν ἀλόγιστον αὐτοὺς ἕλκει φύσιν καὶ θηριώδη καὶ ἄτακτον.

A nis quidquid mortale aliquid refert, repudiat; quod vero immortale est, id amplectitur. Sed præ reliquis eximie castitas hoc studio tenetur; quippe quæ voluptates seu libidines animum corpori addicentes aspernetur, et in castis sedibus, ut auctor est Plato, firma consistat. Qui enim nos **539** castitas perfectos non reddat, cum quidquid imperfectum est, vitioque hærens ac libidinosum, a nobis exterminet? Atque hoc ita se habere facile intelligas, si Bellerophontem consideraveris quomodo castitate comite concertans, Chimæram ferumque genus omne et agreste atque immite sustulerit. Omnino enim affectuum seu libidinum immodica vis ac victoria, ne homines quidem homines esse sinit, sed in brutorum ferinamque ac inordinatam eos indolem, exstincta luce rationis trahit.

Μέμνησο λιμοῦ καὶ δίψους· ταῦτα γὰρ δύνανται μεγάλως τοῖς σωφροσύνην διώκουσιν. B Fac tibi fames et sitis in mentem veniat: hæc enim plurimum valent in iis qui castitatem sectantur.

Ἐκ τῶν Ἀριστογνοππουμμῶν (p).—Κρατεῖ ἡδονῆς, οὐχ ὁ ἀπεχόμενος, ἀλλ' ὁ χρώμενος μὲν, μὴ προεκφερόμενος δέ· ὥσπερ καὶ νηὸς καὶ ἵππου, οὐχ ὁ μὴ χρώμενος, ἀλλ' ὁ μετάγων ὅπου βούλεται.

Ex Aristippi sententiis. — Voluptatem vincit, non qui abstinet, sed qui utitur quidem, et non effuse: sicut et navem et equum regit, non qui non utitur, sed qui transfert ac ducit quo collibitum ei fuerit.

Ἡσαΐου. — Ἡγοῦμαι μεγίστην εἶναι τῶν λειτουργιῶν, τὸ καθ' ἡμέραν βίον κόσμιον καὶ σώφρονα παρέχειν.

Isai. — Maximum arbitror omnium esse munerum, vitæ pudicæ ac castæ (seu sobriæ) quotidie specimen præbere.

Σωκράτ. — Τὸ μὲν πῦρ, ὁ ἄνεμος, τὸν δὲ ἔρωτα, ἡ συνήθεια ἐκκαίει.

Socratis. — Ignem ventus exsuscitat: amorem autem consuetudo inflammat.

Ἀλέξανδρ. — Αἰχμαλώτους λαβὼν τὰς Δαρείου θυγατέρας, ἐπειδὴ συνεβούλευον αὐτῷ οἱ φίλοι, εὐειδέσιν οὔσαις αὐταῖς συγγενέσθαι· Αἰσχρὸν, ἔφη, ἐστὶν, ἄνδρας νικήσαντας, ὑπὸ γυναικῶν ἡττηθῆναι. C

Alexander. — Cum captivas in potestate haberet Darii filias, eique amici suaderent, ut quod eleganti forma essent, cum eis congrederetur: Turpe foret, inquit, si virorum victores, a mulieribus nos vinci contingeret.

Ὁ αὐτὸς εἰς Ἰλλυριοὺς παραγενόμενος, ἐν τῷ τοῦ Διὸς βωμῷ κατιδὼν γυναῖκα κάλλει διαφέρουσαν, ἐκπλαγεὶς αὐτῆς τὴν εὐμορφίαν, πολὺν χρόνον ἐθεᾶτο· τοῦ δὲ Ἡφαιστίωνος εἰπόντος, ὅτι εἰκός ἐστι παραλαβεῖν αὐτὴν ἐρωμένην, ἔφη, Καὶ πῶς οὐ δεινὸν, εἰ οἱ ἄλλων ἀκρασίας κολάζειν βουλόμενοι, δουλεύοντες ἀκρασίαις ὑπὸ τῶν ἐκτὸς ἀνθρώπων φωραθῶμεν;

Idem cum in Illyrios venisset, ac in Jovis ara mulierem forma præstantem animadvertisset, ejus stupens pulchritudinem, diu spectavit: cumque Hæphestion diceret, æquum esse ut cujus amore incensus esset, eam acciperet: Annon, inquit, indignissimum graveque foret, ut qui in aliorum incontinentiam animadvertere velimus, ipsi incontinentiæ servire ab exteris deprehenderemur.

Κλειτάρχου — Φιλῶν ἃ μὴ δεῖ, οὐ φιλήσεις ἃ δεῖ. Ἀπλήρωτον γὰρ ἡ ἐπιθυμία, διὰ τοῦτο καὶ ἄπορον.

Clitarchi. — Si quæ non decet amas, quæ decet non amas. Cupiditas enim inexplebilis, ac idcirco et egena est.

Διογένης. — Δεινὸν ἔλεγεν, εἰ οἱ μὲν ἀθληταὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ, γαστρὸς καὶ ἡδονῶν κρατοῦσιν, οἱ μὲν τῆς φωνῆς χάριν· οἱ δὲ, τοῦ σώματος· σωφροσύνης δὲ ἕνεκα, οὐδεὶς τούτων καταφρονήσει. D

Diogenes. — Rem indignam esse dicebat, athletas et citharœdos gulam vincere ac voluptates, alios ut voci, alios ut corpori ejusque robori consulant: neminem vero temperantiæ causa ac castitatis hæc contemnere.

NOTÆ.

(p) Ἐκ τῶν Ἀριστογνοππουμῶν. Monstrum hoc vocis librarii imperitia ortum, sic emendandum putem, Ἐκ τῶν Ἀριστίππου γνωμῶν· cui in Stobæi editione hæc sententia ac superior tribuatur; in Maximi seorsum, forte melius (ex viri scilicet genio) hæc una. Hominem describit Suid. philosophum Socraticum ἐν πᾶσι τὴν ἡδονὴν ἀσπασάμενον καὶ ἐπίχαριν. *Qui in omnibus voluptatem amplexus sit, ac qui festivus esset.* Qui sic ergo affectus esset, σώφρονα, *temperantem, castum*, habuit, non qui omnino temperaret, sed qui modum aliquem voluptatis teneret. Quo altior Christiana philosophia, virginitatem omnibus præfert, quæ ipsa σωφροσύνης arcem tenens, castitatis supremum genus, nullum admittat venereorum usum, seu animi in ea consensum, quidquid corpus adhuc animale, vel concupiscat vel patiatur

Digitized by Google

Demonact. — Nonnulli civitatibus dominantur, et mulieribus serviunt.

Δημώνακτ. — Ἔνιοι πόλεων μὲν δεσπόζουσι, γυναιξὶ δὲ δουλεύουσι.

Antiphont. — Qui turpia, sive mala, nec desideravit neque tetigit, non est temperans : nihil enim est cujus victor, moderatum se et castum præbuerit.

Ἀντιφῶντ. — Ὅστις δὲ τῶν αἰσχρῶν, ἢ τῶν κακῶν, μήτε ἐπεθύμησε, μήτε ἥψατο, οὐκ ἔστι σώφρων· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅτου κρατήσας, αὐτὸς ἑαυτὸν κόσμιον παρέχεται.

540 *Epicteti.* — Liber non est, qui se ipse non continet.

Ἐπικτήτου. — Οὐδεὶς ἐλεύθερος, ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.

Pythagor. — Vis animi a perturbationibus ac affectibus vacui, temperantia est ac sobrietas : hæc enim lux est animi in tranquillitatis jam arce constituti.

Πυθαγόρου. — Ῥώμη ψυχῆς ἀπαθοῦς, σωφροσύνη. Αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθοῦς φῶς ἐστιν.

Servire affectibus, seu vitiis, gravius est quam tyrannis : nec enim fieri potest ut is liber sit, qui affectibus atque vitiis servit, eorumque dominatu premitur.

Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον ἢ τυράννοις. Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι τὸν πάθεσι δουλεύοντα. καὶ ὑπὸ παθῶν κρατούμενον.

Sophoclis. — Turpe est turpiter vivere iis, qui bene nati honestave orti progenie sunt.

Σοφοκλέους. — Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι.

Demosthenes. — Decet, ut qui sapiens est hoc enitatur, ut rationem semper cupiditatum victricem iisque superiorem præstet.

Δημοσθ. — Δεῖ τὸν εὖ φρονοῦντα, τὸν λογισμὸν ἀεὶ τῶν ἐπιθυμιῶν κρείττω πειρᾶσθαι ποιεῖν.

Demetrius. — Demetrius Phalereus honestos adolescentes aiebat domi parentes revereri debere ; in via omnes, ut quisque se obtulerit : in solitudine seipsos.

Δημήτριος. — Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, τοὺς ἀστείους εἶπε τῶν νέων, ἐν μὲν ταῖς οἰκίαις τοὺς γονεῖς δεῖν αἰδεῖσθαι· ἐν δὲ τῇ ὁδῷ, τοὺς ἀπαντῶντας· ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις, ἑαυτούς.

Menedem. — Menedemus, cum adolescens quidam dixisset magnum esse, eorum compotem fieri quæ quis desideret, respondit, multo majus esse nihil desiderare, eorum quæ non deceant exque honesti ratione sint.

Μενέδημος. — Μενέδημος, νεανίσκου τινὸς εἰπόντος, Μέγα ἐστὶ τὸ τυχεῖν ὧν ἄν τις ἐπιθυμῇ, εἶπεν· Πολλῷ μεῖζόν ἐστι τὸ μηδὲν ἐπιθυμεῖν ὧν μὴ δεῖ.

Bias. — Bias Prieneus beatum eum dicebat qui dives esset, et optatis potiretur : eum tamen beatiorem esse, qui nihil optaret aut cuperet.

Βίας. — Βίας ὁ Πριηνεὺς, εἶπε· Μακάριός ἐστιν ὁ πλουτῶν, καὶ ὧν ἐπιθυμεῖ ἀπολαύων· ὁ δὲ μὴ ἐπιθυμῶν, μακαριώτερος

Xanthi. — Xanthus sapiens, cum adulterum pro foribus formosæ mulieris vidisset : Iste, inquit, brevem voluptatem grandi periculo emit.

Ξάνθου. — Ξάνθος ὁ σοφὸς, θεασάμενος ἐπὶ θύραις εὐπρεποῦς γυναικὸς ἄνδρα οἰκοφθόρον, ἔφη· Οὗτος ἡδονὴν μικρὰν ὠνεῖται μεγάλῳ κινδύνῳ.

Chariclei. — Amorum aspectus, amantis memoriam excitat, visaque species animum inflammat, velut igni materies fomentum effecta. Cupiditatis enim fomentum, amatorius sermo est.

Χαρικλείας. — Ἡ γὰρ τῶν ἐρωτικῶν ἀντίβλεψις, ὑπόμνησις τοῦ πάσχοντος γίνεται, καὶ ἀναφλέγει τὴν διάνοιαν ἡ θέα, καθάπερ ὕλη πυρὶ γενομένη ὑπέκκαυμα. Ὑπέκκαυμα γὰρ ἐπιθυμίας λόγος ἐρωτικός.

SERMO IV.

De fortitudine ac robore.

Matth. XVI, 24. — Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

Prov XXXI, 30, 31—Non est homini sapientia, non est fortitudo, non est consilium coram Domino.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος.

Ματθ. ις'. — Εἴ τις θέλῃ ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

Παροιμ. κα'. — Οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ σοφία, οὐδὲ ἔστιν ἀνδρεία, οὐδὲ ἔστι βουλὴ κατέναντι Κυρίου (*q*).

[8] In Gesn. Stobæo.

NOTÆ.

(*q*) *Κατέναντι Κυρίου.* Bene est quod Maximus veram Seniorum versionem servavit, per omnia Hebraicis consonam, לנגד יהוה a quo nec Vulg. differt, *contra Dominum* : idem enim illi passim ea vox ac *coram, in conspectu*, vel etiam præ illo ejusque habita ratione. At quid illud πρὸς ἀσεβῆ *apud impium*, quod et secutus Arabicus? Vellem doceri, unde illis sic claris, hæc tam remota (et quidem olim) subdi potuerint, quando etiam Cassianus sic legit. Num τὸ σέβας posuerant oi O' quod illis τὸ θεῖον, velut etiam Paulo Act. XVII, σεβάσματα, sacra sunt Atheniensium eorumque numina, ac quibus adhibebant cultum, sive alias simulacra erant, sive nuda mente intelligebantur,

Digitized by Google

Ἵππος ἑτοιμάζεται εἰς ἡμέραν πολέμου· παρὰ δὲ Κυρίου βοήθεια.

Σιράχ ιγ'. — Ἰσχυροτέρῳ σου μὴ κοινώνει. Τί κοινωνήσει χύτρα πρὸς λέβητα; αὕτη προσκρούσει, καὶ αὕτη συντριβήσεται.

Ἐφ. ς'. — Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, κ. τ. ἑ.

Βασιλείου. — Ὑπένεγκε τοίνυν οὐκ ἀπαθῶς οὐδ' ἀναισθήτως. Τίς γὰρ μισθὸς ἀναλγησίας; ἀλλ' ἐπιπόνως μὲν καὶ σὺν ἀλγηδόσι μυρίαις, πλὴν ὑπένεγκε, ὥσπερ τις γενναῖος ἀγωνιστής, τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀνδρείαν, οὐ μόνον ἐκ τοῦ τύπτειν τοὺς ἀντιπάλους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ φέρειν στερρῶς τὰς παρ' αὐτῶν πληγὰς ἐπιδεικνύμενος· καὶ ὥσπερ τις κυβερνήτης σοφὸς καὶ ἀτάραχος ὑπὸ τῆς ἄγαν περὶ τὸν πλοῦν ἐμπειρίας, ὀρθὴν καὶ ἀδάπτιστον καὶ παντὸς χειμῶνος ὑψηλοτέραν τὴν ψυχὴν διασώζων.

Θεολόγου. — Θάρσος καὶ θράσος, κἂν τοῖς ὀνόμασι πλησιάζει, πλεῖστον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχώρισται· ἀνδρείαν τε εἶναί φαμεν καὶ ἀνανδρείαν. Τὸ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τολμητέοις θαρρεῖν, ἀνδρείας ἐστὶν, ὥσπερ τὸ ὑφίεσθαι, δειλίας. Οὗ δὲ πλεῖον ὁ κίνδυνος, ὁμόσε χωρεῖν καὶ ὠθίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ κατέχεσθαι, θράσεος, ὥσπερ τὸ ὑποχωρεῖν ἀσφαλείας.

Χρυσοστ. — Οὔτε παραιτεῖσθαι δεῖ τοὺς ἀγῶνας, οὔτε πρὸς τούτους ἐπιπηδᾷν. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμῖν ἡ νίκη λαμπροτέρα ἔσται, καὶ ἡ ἧττα τῷ διαβόλῳ καταγελαστοτέρα. Ἐλκυσθέντας μὲν γὰρ γενναίως ἐττάναι· μὴ καλουμένους δὲ, ἡσυχάζειν καὶ τὸν καιρὸν ἀναμένειν, τῶν ἀγαθῶν· ἵνα καὶ τὸ ἀκενόδοξον, καὶ τὸ γενναῖον ἐπιδειξώμεθα.

Σωκράτης. — Θεασάμενος τὰς τῶν Κορινθίων πόρτας ἰσχυρῶς κεκλεισμένας, ἔφη· Μὴ γυναῖκες ἐνθάδε κατοικοῦσιν;

Μενάνδρου. — Ἰσχὺς νοῦν οὐκ ἔχουσα, τάφῳ τοὺς ἐμπίπτοντας παραδίδωσιν.

Ἀλέξανδρ. ὁ βασιλεύς. — Οὗτος παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν φίλων νυκτὸς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις, εἶπεν· Οὐ βασιλικόν ἐστι κλέπτειν τὴν νίκην.

Θεασάμενος δέ τινα ὁμώνυμον αὐτοῦ δειλὸν ὄντα, ἔφη· Νεανίσκε, ἢ τὸ ὄνομα ἄλλαξον, ἢ τὸν τρόπον.

A Equus præparatur ad diem belli; sed a Domino est auxilium.

Eccli. XIII, 3. — Fortiori te ne sis socius. Quid communicabit olla cum lebete? ipsa impinget, et ipsa collidetur.

Ephes. VI, 11. — Assumite armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli, et quæ sequuntur.

541 *Basilii.* — Sustine igitur, non omnis doloris expers nullove sensu: quæ enim merces ejus stuporis ac indolentiæ? sed quamvis cum æruinna plurimisque molestiis ac doloribus, sustine tamen; uti scilicet strenuus certator, non solum cædendo adversarios, fortitudinem roburque spectandum præbet, verum etiam fortiter ferendo, quas ab B aliis acceperit plagas: item ut gubernator doctus, longoque navigandi usu interritus, erectum, nullaque procellarum vi obrutum, ab omni tempestate excelsiorem servans animum.

Theologi. — Audacia animique præsentia et temeritas, etsi Græcarum vocum similitudine (θάρσος et θράσος) vicina sunt, rerum tamen significatu inter se plurimum distant; atque alterum quidem fortitudinem esse dicimus, alterum ignaviam. In quibus enim audendum, fiducia uti, fortitudinis est; uti contra cedere, timiditatis. Ubi autem majus est periculum, contra tamen ire et irruere, nec se continere ac retrahere, temeritatis est, uti prudentiæ justæque cautionis, se subducere.

Chrysost. — Neque detrectandum certamen, C neque in id temere irruendum. Sic enim et victoria nostra futura splendidior, et victi diaboli probrum majore risu excipiendum. Cum enim trahimur, magno ac excelso animo consistere; non provocatos autem, quieti studere ac tempus exspectare, id vero eorum est, qui fortes ac strenui sint; ut et inanis gloriæ labem eluamus, ac virilis animi robur ostendamus.

Socrates. — Conspicatus Corinthiorum portas valide obseratas: Num, inquit, mulieres hic habitant?

Menandri. — Robur mentis carens judicio, in quos inciderit, sepulcro tradit.

Alexander rex. — Hic, cum amici hortarentur ut D noctu hostes aggrederetur: Non est, inquit, regium victoriam furari.

Τὰ μὲν ξύλα τὸ πῦρ αὐξάνοντα, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται· ὁ δὲ πλοῦτος τρέφων τοὺς κόλακας, ὑπ' αὐτῶν τούτων διαφθείρεται.

Ὥσπερ οἱ κόρακες παρεδρεύοντες ἐξορύσσουσι τοὺς τῶν νεκρῶν ὀφθαλμούς· οὕτως οἱ κόλακες τοῖς ἐπαίνοις τοὺς λογισμοὺς διαφθείρουσι τῶν ἀνθρώπων.

Λαγῷ μὲν κύνα, φίλῳ δὲ κόλακα φύσει πολέμιον ἡγητέον.

Οὔτε τῆς γαμετῆς τὴν ἑταίραν, οὔτε τῆς φιλίας C τὴν κολακείαν δεῖ προτιμᾶν.

Χαίρειν χρὴ τοῖς ἐλέγχουσιν, οὐ τοῖς κολακεύουσιν. Οἱ μὲν γὰρ ἡμᾶς λυποῦντες, διεγείρουσιν· οἱ δὲ χαριζόμενοι, ἐκλύουσι καὶ σκελίζουσιν.

Ἰσοκράτ. — Διόρα καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας, καὶ τοὺς μετ' εὐνοίας θεραπεύοντας, ἵνα μὴ πλεῖον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν.

Μίσει τοὺς κολακεύοντας ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας· ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες, τοὺς πιστεύσαντας ἀδικοῦσι.

Κράτης. — Κράτης πρὸς νέον πλούσιον πολλοὺς κόλακας ἐπισυρόμενον, εἶπε, Νεανίσκε, ἐλεῶ σου τὴν D ἐρημίαν.

Ἐπικτήτου. — Οἱ μὲν κόρακες, τῶν τετελευτηκότων τοὺς ὀφθαλμοὺς λυμαίνονται, ὅταν οὐδὲν αὐτῶν ἐστι χρεία· οἱ δὲ κόλακες, τῶν ζώντων τὰς ψυχὰς διαφθείρουσι, καὶ ταύτης δμματα τυφλώττουσιν.

Πυθήκου ὀργὴν, καὶ κόλακος ἀπειλὴν, ἐν ἴσῳ θετέον.

Ἀποδέχου τοὺς τὰ χρηστὰ συμβουλεύειν ἐθέλοντας, ἀλλὰ μὴ τοὺς κολακεύειν ἑκάστοτε σπεύδοντας. Οἱ μὲν γὰρ τὸ συμφέρον ἐν ἀληθείᾳ ὁρῶσιν· οἱ δὲ, πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς κρατοῦσιν ἀφορῶσι· καὶ τῶν σωμάτων τὰς σκιὰς μιμούμενοι, τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις συννεύουσιν.

Est enim viri magnanimi, ut amicorum magis libertatem dicendi, quam inimicorum adulationem probet ac laudet.

Multo satius est brevi molestia, maxima conciliare bona, quam voluptati studendo, totius sortis jacturam inferre.

Chrysost. — Cum in deterius mutatio quædam acciderit, tunc adulatorum auferuntur larvæ: tunc histrionum manifeste chorus, reique prætextus produntur. Aperiuntur omnium ora: Impurus ille, sceleratus, omniumque scelestissimus, dicunt: at, Num heri illi assentabaris? nonne manus deosculabaris? Larva hæc, persona erant. Venit tempus; personam abjeci, et animi sensum aperui.

Clementis. — Amicitiæ labes est adulatio. Nempe plerique hominum, magis principum fortunas, quam ipsos principes ac proceres colere solent.

Plutarchi. — Adulatio similis armaturæ pictæ. Idcirco delectat illa quidem, at præstat nihil quod in rem conducat.

Ligna ignem augendo, ab ipso consumuntur igne: divitiæ vero quæ adulatores alant, ab iis ipsis perduntur.

Ut corvi advolantes, cadaverum oculos effodiunt: sic adulatores laudando, hominum rationem animumque vitiant.

Vulpi canem, amico adulatorem natura infensum existimandum est.

Nec uxori meretricem, nec amicitiæ adulationem debemus præponere.

Gaudendum magis arguentibus, quam assentatoribus: illi namque qua pungunt acerbitate, animos excitant; hi vero obsequendo dissolvunt atque supplantant.

Isocratis. — Qui arte assententur, ab illis discerne, **566** qui animo bene volente colant, ne apud te mali, quam boni meliore conditione exsistant.

Assentatores æque ac seductores odio habe; utrique enim lædunt injuria a quo fidem impetraverint.

Crates. — Crates adolescenti opulento multos adulatores pellicienti: Adolescens, inquit, tuam solitudinem doleo.

Epicteti. — Corvi quidem defunctorum corrumpunt oculos, cum jam eorum nullus usus est: adulatores autem vivorum labefactant animos; eorumque lumina exstingunt.

Simii ira ac adulatoris minæ, eodem loco habendæ.

Illos proba qui velint bona consulere, non qui quotidie adulari studeant. Illi enim quod vere sit conducibile vident; hi vero, quæ potentibus arrideant hæc spectant; corporumque umbras imitantes, assentiuntur quidquid illi dixerint.

Digitized by Google

Dionis Chrysost. — Etenim, ut verbo dicam, vitiorum omnium extremum adulationem invenies. Nam primum quidem, rem pulcherrimam ac justissimam (laudem scilicet) corrumpit; ut jam, ne si vere quidem adhibita fuerit, fidem mereatur: quodque omnium gravissimum est, virtutis præmia vitio tribuit; ut sceleratius facere videantur, quam qui pecuniam adulterant ac corrumpunt. Hi enim suspectam eam reddunt; illi vero, virtutis fidem labefactant.

Diogen. — In adulatione velut in sepulcro, solum amicitiæ nomen titulo ascriptum est.

Idem interrogatus, quænam bestiarum dirissimum morsum figeret: Ex feris, inquit, calumniatores; ex sicuris vero, assentatores.

Demost. — Demosthenes aiebat hoc differre assentatorem a corvo, quod alter vivos, alter mortuos devoret.

Antist. — Antisthenes ait satius esse in corvos, quam in assentatores incidere: illi enim corpus demortui lædunt, hi viventis animo labem inferunt.

Phavorini. — Sicut Actæonem quos aleret canes enecarunt; sic adulatores devorant qui se nutriunt.

Zenonis. — Argue teipsum, quisquis es, nec ad gratiam audias; sed aufer assentatorum dicendi licentiam.

Pythagor. — Gaude potius arguentibus te, quam **567** adulantibus; ac velut hostibus deteriores, qui assentantur, aversare.

Socrates. — Adulatorum benevolentia, quasi fusa acie, infortunia ac casus adversos fugit.

Philonis. — Aversare illusorias assentatorum voces: obscurantes enim animi rationes, rerum veritatem videre non sinunt. Aut enim ea laudant, quæ digna vituperio sunt, aut non raro vituperant, quæ omnem laudem excedunt.

Sotionis, ex libro De ira. — Delphini, quoad unda subest, natantes comitantur; nunquam vero in littus egrediuntur: sic adulatores rerum tranquillo assidui sunt, amicosque, quandiu plana via est, officiose deducunt: ubi autem asperam salutaverint, recedunt.

Phocion. — Phocion ad Antipatrum dicere solebat: Non potes me et amico uti et adulatore.

A *Δίωνος τοῦ Χρυσοστ.* — Πασῶν γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν κακιῶν, ἐσχάτην ἂν τις εὕροι τὴν κολακείαν. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ κάλλιστον καὶ δικαιότατον διαφθείρει τὸν ἔπαινον, ὥστε μηκέτ' δοκεῖν πιστὸν μηδ' ἀληθῶς γινόμενον· καὶ τό γε πάντων δεινότατον, τὰ τῆς ἀρετῆς ἔπαθλα τῇ κακίᾳ δίδωσιν· ὥστε πολὺ χεῖρον δρῶσι τῶν διαφθειρόντων τὸ νόμισμα. Οἱ μὲν γὰρ ὕποπτον αὐτὸ ποιοῦσιν· οἱ δὲ τὴν ἀρετὴν ἄπιστον.

Διογέν. — Ἐπὶ τῆς κολακείας, ὥσπερ ἐπὶ μνήματος, αὐτὸ μόνον τὸ ὄνομα τῆς φιλίας ἐπιγέγραπται.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Τί τῶν θηρίων κάκιστα δάκνει; ἔφη· Τῶν μὲν ἀγρίων, συκοφάντης· τῶν δὲ B ἡμέρων, κόλαξ.

Δημοσθ. — Δημοσθένης ἔφη, τὸν κόλακα τοῦτο διαφέρειν τοῦ κόρακος, ὅτι ὁ μὲν ζῶντας, ὁ δὲ νεκροὺς ἐσθίει.

Ἀντισθέν. — Ἀντισθένης φησίν· Αἱρετώτερον εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν, ἢ εἰς κόλακας· οἱ μὲν γὰρ ἀποθανόντος τὸ σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται.

Φαβωρίν. — Ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν τρεφομένων ὑπ' αὐτοῦ κυνῶν ἀπέθανεν, οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας κατεσθίουσιν.

Ζήνωνος. — Ἔλεγχε σαυτὸν, ὅστις εἶ, καὶ μὴ πρὸς χάριν.

Ἄκου'· ἀφαιροῦ δὲ κολάκων παῤῥησίαν.

Πυθαγόρ. — Χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσί σε μᾶλλον, ἢ τοῖς C κολακεύουσιν· ὡς δ' ἐχθρῶν χεῖρονας ἐκτρέπου τοὺς κολακεύοντας.

Σωκράτης. — Ἡ τῶν κολάκων εὔνοια καθάπερ ἐκ τροπῆς, φεύγει τὰς ἀτυχίας.

Φίλωνος. — Ἀποστρέφου τῶν κολάκων τοὺς ἀπατηλοὺς λόγους. Ἐξαμβλύνοντες γὰρ τοὺς τῆς ψυχῆς λογισμοὺς, οὐ συγχωροῦσι [ἰδεῖν] τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν. Ἢ γὰρ ἐπαινοῦσι τὰ ψόγου ἄξια, ἢ ψέγουσι πολλάκις τὰ ἐπαίνων κρείττονα.

Σωτίωνος ἐκ τοῦ περὶ ὀργῆς. — Οἱ δελφῖνες μέχρι τοῦ κλύδωνος συνδιανήχονται τοῖς κολυμβῶσι· πρὸς δὲ τὸ ξηρὸν οὐκ ἐξοκείλουσι· οὕτως οἱ κόλακες ἐν εὐδίᾳ περιμένουσι, καὶ τοὺς φίλους εἰς ἀποδημίαν προπέμποντες μέχρι τῆς λείας συμπαρακολουθοῦσιν· D ἐπειδὰν δὲ εἰς τραχεῖαν ἔλθωσιν, ἀπίασιν.

Φωκίων. — Φωκίων εἰώθει λέγειν πρὸς Ἀντίπατρον· Οὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ καὶ κόλακι χρήσασθαι.

SERMO XII.

De divitiis et paupertate ac avaritia.

Matth. XIX, 24. — Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum.

I Tim. VI, 17. — Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto di-

ΛΟΓΟΣ ΙΒ' [19].

Περὶ πλούτου, καὶ πενίας, καὶ φιλαργυρίας.

Ματθ. ιθ'. — Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Α' *Τιμ.* ς'. — Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ

NOTÆ.

[19] In Gesn. Stob. 230 et 231.

Digitized by Google

πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν. A

Ἰὼβ κ'. — Πλοῦτος ἀδίκως συναγόμενος ἐξεμεθήσεται.

Παροιμ. ιθ'. — Κρεῖσσον πτωχὸς δίκαιος, ἢ πλούσιος ψεύστης.

Ἐκκλη. ι'. — Τῷ ἀργυρίῳ ὑπακούσεται τὰ σύμπαντα.

Σιρὰχ λα'. — Ἀγρυπνία πλούτου ἐκτήκει σάρκας, καὶ ἡ μέριμνα αὐτοῦ ἀφιστᾷ ὕπνον.

Σιρὰχ λγ'. — Πλούτου σφαλέντος πολλοὶ ἀντιλήπτορες· ἐλάλησεν ἀπόῤῥητα, καὶ ἐδικαίωσαν αὐτόν.

Πλούσιος ἐλάλησε, καὶ πάντες ἐσίγησαν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ ἀνύψωσαν ἕως τῶν νεφελῶν.

Βασιλ. — Πενία μετ' ἀληθείας, πάσης ἀπολαύσεως B τοῖς σωφρονοῦσι προτιμοτέρα.

Οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον, ἀλλὰ τὸ μὴ φέρειν εὐγνωμόνως τὴν πενίαν.

Λογισμὸς γὰρ φυλαργυρίᾳ προειλημμένος, τρυτάνη ἐστὶν ἐπὶ τὸ βαρὺ τοῦ κανόνος τὴν ῥοπὴν καταφέρουσα.

Θεολόγου.

Πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.
Πρὸς τὸν Θεὸν νένευκε, καὶ μόνον βλέπει.
Ὡς ἀπόλοιτο πλοῦτος, εἰ μὴ βοηθεῖ πένησιν.
Κρεῖσσον πενία, μὴ δικαίας κτήσεως,
Καὶ γὰρ νόσος γε, τῆς κακῆς εὐεξίας.

Δεινὸν πένεσθαι, χεῖρον δ' εὐπορεῖν κακῶς.

Χρυσόστ. Ὢ πηλίκον ἄξιωμα τῆς πενίας! Θεοῦ γίνεται προσωπεῖον. Κρύπτεται ἐν πενίᾳ Θεός· καὶ πένης μὲν, ὁ τὴν χεῖρα προτείνων· Θεὸς δὲ, ὁ δεχόμενος. C

Ὥσπερ ἐξ ἀδηφαγίας μὲν γίνεται φλεγμονὴ, ἐκ δὲ φλεγμονῆς τίκτεται πυρετὸς, εἶτα θάνατος ἐκεῖθεν πολλάκις· οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ πλούτου ὑπερβολῆς, ἀπόνοια γίνεται. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων φλεγμονὴ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀπόνοια (*j*). Εἶτα ἐξ ἀπονοίας ἐπιθυμία τῶν οὐ προσηκόντων ἐπακολουθεῖν εἴωθεν.

Γρηγ. Νύσσης. — Τὸ καλῶς ἔχειν ὀλίγα πολὺ τιμιώτερον, τοῦ κακῶς ἔχειν πολλά.

Οὐδεὶς ποτε, τοῦ κερδαίνειν γίνεται κόρος· ἀλλὰ D τὸ ἀεὶ λαμβανόμενον, ὕλη καὶ ὑπέκκαυμα τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας καθίσταται.

Βαρὺ χρῆμα τὸ χρυσίον ἐστί· κοῦφον δὲ καὶ ἀνωφερὲς πρᾶγμα ἡ ἀρετή. Εἰ οὖν χρὴ τῶν ἄνω προσβαίνειν, τῶν κατελθόντων [καθελκ.] πτωχεύσωμεν, ἵνα ἐν οὐρανοῖς ἄνω γινώμεθα.

Πλούτου κάλλος οὐκ ἐν βαλαντίοις, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν χρῃζόντων ἐπικουρίᾳ.

vitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum.

Job xx, 15. — Divitiæ injuste congregatæ, evomentur.

Prov. xix, 1. — Melior est pauper justus, quam dives mendax.

Eccle. x, 19. — Pecuniæ obedient omnia.

Eccli. xxxi, 1. — Vigilia divitiarum tabefacit carnes, et cura earum adimit somnum

Eccli. xiii, 26,28. — Divite decepto multi adjutores : locutus est nefanda, et justificaverunt eum.

Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et ejus sermonem ad nubes usque extulerunt.

Basilii — Paupertas cum veritate, omni jucunditate pretiosior, his, qui sano animo sint.

Non quod pauper sis probrum est, sed quod paupertatem grato animo ac modeste ferre non possis.

Ratio enim occupante avaritia, trutina est, quæ regulæ momentum in grave deprimat.

Theologi

Viro paupere nihil securius :
In Deum tendit, et solum eum videt.
568 *Pereant opes, nisi egenis subveniant.*
Præstat paupertas injuste partis possessionibus :
Nam et morbus, mala corporis pinguitudine.

Grave pauperem esse ; pejus vero male divitem esse.

Chrysost. — O quanta paupertatis præstantia! Dei personam gerit. Occultatur in paupertate Deus: ac quidem pauper est qui manum porrigit ; Deus autem, qui accipit.

Ut ex edacitate nascitur inflammatio, exque inflammatione febris, cui non raro mors comes est: sic et a rerum divitiarumque exsuperantia, vesana quædam insolentia animique elatio. Quemadmodum enim in corporibus inflammatio, sic et in hominum animis ea insolentia est et elatio : ex qua deinde, earum rerum cupiditas, quæ pro status ratione non conveniunt, proclive consequitur.

Greg. Nyss. — Pauca honeste habere pluris faciendum, quam multa inhoneste.

Nulla est unquam lucrandi satietas: sed quod semper acquiritur, majoris cupiditatis materia fomesque efficitur.

Aurum res gravis est : levis autem et quæ altum petat, virtus. Siquidem igitur petenda cœlestia, iis pauperes simus quæ detrahunt, ut alta cœlorum nanciscamur.

Divitiarum pulchritudo non in loculis sita est, sed in præstanda indigentium opitulatione.

NOTÆ.

(*j*) *Ἐπὶ ψυχῆς ἀπόνοια.* Ita nude Ball. submota ea voce τῶν σωμάτων, quam et Gesn. expungendam conjecerat : aut certe reponendum esset τῶν ἀνθρώπων, ut de humana anima sermo esse intelligatur, quæ sic τοῦ νοῦ ἐκπίπτει· unde dictam ἀπόνοιαν, auctor Chrys. in Epist. ad Rom. Quasi *a mente dilabitur exciditque*, elationis scilicet vitio, quod τῇ φλεγμονῇ in corpore rite opponitur. Est autem illa, *Tumor durus et callidus cum tensione, renisu et dolore ac pulsatione :* ἀπόνοια, *vesana quædam insolentia, et elatio :* non quod simplicius reddidit Gesn. *amentia.*

Digitized by Google

Philonis. — Pecuniarum prædiorumque desideria tempus consumunt : honestum vero est, temporis esse parcum.

Majorem diligentioremque curam illis adhibe, qui virtutis ac religionis causa pauperes sunt et egestate premuntur ; præterea etiam similiter eorum qui ex morbo aliove adverso casu, quam illis, qui male administrata re familiari, aut ea ganeonum more prodige dissipata, egeni exsistunt.

Nili. — Noli divitias quærere, eo nomine ut in pauperum eleemosynas impendas : Deus enim ex iis quæ suppetunt justum decernit eleemosynarum modum.

Plutarch. — In prælio quidem ferrum auro tutius munimentum præstat ; in vita vero ratio opibus securior est.

Nec equo sine freno, nec divitiis sine ratione et consilio uti tuto possumus.

Neque convivium absque colloquio, **569** nec sine virtute divitiæ voluptatem habent.

Similis est avari vita, cœnæ mortui. Cum enim nihil ei desit, deest ille qui ea recreandus est. Nec a mortuo fabulatio, nec ab avaro gratia requirenda sit.

Apes ad mellis, avari autem ad lucri odorem citius confluunt.

Avaro necis loco est, pecunias lucri causa augendi cupiditas : hincque earum ademptio, velut sanguinis, ei mortem affert.

Parant aliqui in vita, quæ ad victum spectant, quasi ipsi victuri post vitam.

Divites autem et inexplebiles, aqua intercute laborantibus similes esse dicebat : hi enim aquis pleni sitiunt, illi pecuniis.

Nec equus generosus audiat, qui magni pretii ephipio reliquoque apparatu instructus est, sed qui præclara præditus indole ; neque vir studiosus, qui ampla dives substantia est, sed qui ipse nobili fortique animo pollet.

Contemne eos qui divitiis student, partis autem uti non possunt : similiter enim eis accidit, ut si quis egregium comparet equum, cum ipse equitandi rudis sit.

Magnanimos existimato, non eos qui majora sibi assumunt quam possint retinere : sed eos, qui mediocritatem sequentes, ea quæ instituerunt perficere possunt.

Aristotel. — Paupertas multis eget ; insatiabilis cupiditas, omnibus.

Neminem unquam ob divitias et gloriam beatum dixeris : ejusmodi enim omnia minora sunt quam ut bona credantur.

Non qui dives est, sed qui divitiis non eget, is beatus est.

Φίλων. — Αἱ μὲν χρημάτων καὶ κτημάτων ἐπιθυμίαι τοὺς χρόνους ἀναλίσκουσι· χρόνου δὲ φείδεσθαι, καλόν.

Μείζονα καὶ σπουδαιοτέραν ἐπιμέλειαν ποιοῦ εἰς τοὺς δι' ἀρετὴν καὶ θεοσέβειαν πτωχεύσαντας ἢ πενομένους· ἄλλως τε ὁμοίως καὶ εἰς τοὺς ἐκ νόσων καὶ συμπτωμάτων ἀποροῦντας, παρὰ τοὺς ἐκ κακοπραγμονίας ἢ ἀσωτίας πτωχεύσαντας.

Νείλου. — Μὴ βούλου πλουτεῖν φιλοπτωχίας ἕνεκα· ἀπὸ γὰρ τῶν ὄντων τοῦ ἐλεεῖν ὁ Θεὸς νομοθετεῖ τὸ δίκαιον.

Πλουτάρχ. — Ἐν πολέμῳ μὲν πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείσσων· ἐν δὲ τῷ ζῆν, ὁ λόγος τοῦ πλούτου.

Οὔτε ἵππῳ χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτῳ χωρὶς λογισμοῦ, δυνατὸν ἀσφαλῶς χρήσασθαι.

Οὔτε συμπόσιον ἄνευ ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει.

Ἔοικεν ὁ τῶν φιλαργύρων βίος νεκροῦ δείπνῳ. Πάντα γὰρ ἔχων, τὸν εὐφρανθησόμενον οὐκ ἔχει. Οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, οὔτε παρὰ φιλαργύρου δεῖ χάριν ἐπιζητεῖν.

Τοῦ μέλιτος μέλιτται τάχιον ἔρχονται ἐπ' αἴσθησιν· τοῦ κέρδους δὲ, οἱ φιλάργυροι.

Σφαγή ἐστι τοῦ φιλαργύρου ἡ τοῦ χρήματος ἡ πρὸς τὸ κέρδος ἐπιθυμία· ὅθεν ἡ τοῦ χρήματος ἀφαίρεσις, ὥσπερ αἵματος, ἐπιφέρει τὸν θάνατον αὐτῷ.

Ἑτοιμάζονταί τινες διὰ τοῦ βίου τὰ πρὸς τὸν βίον, ὡς βιωσόμενοι μετὰ τὸν βίον.

Τοὺς πλουσίους δὲ καὶ ἀπλήστους ὑδρωπιῶσιν ἐοικέναι ἔλεγεν· οἱ μὲν γὰρ πεπλησμένοι ὑδάτων διψῶσιν, οἱ δὲ χρημάτων.

Οὔτε ἵππος εὐγενὴς κρίνοιτ' ἂν πολυτελῆ σκευὴν ἔχων· ἀλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρός· οὔτε ἀνὴρ σπουδαῖος ὁ πολύτιμον οὐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος.

Καταφρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων. Ἁραπλήσιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν, κακῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος.

Μεγαλόφρονας νόμιζε, μὴ τοὺς μείζονα περιβαλλομένους, ὧν οἷοί τέ εἰσι κατασχεῖν, ἀλλὰ τοὺς μετρίων μὲν ἐφιεμένους, ἐργάζεσθαι δὲ δυναμένους, οἷς ἂν ἐπιχειρῶσι.

Ἀριστοτέλ. — Ἡ πενία πολλῶν ἐστιν ἐνδεής· ἡ δὲ ἀπληστία, πάντων.

Μηδέποτε μακαρίσεις ἄνθρωπον ἐπὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ἐλάττονι πίστει δέδεται.

Οὐχ ὁ πλουτῶν, ἀλλ' ὁ μὴ χρῄζων πλούτου (*k*) μακάριος.

NOTÆ.

(*k*) *Ὁ μὴ χρῄζων πλούτου.* Conjecturam, qua particulam negantem addideram, firmavit Ball. codex. Nimirum in eo sensus et antithesis, divitem esse, non qui habeat divitias, sed qui illis non egeat, earum jam usu superior, quæ ipsa nihil remota verbi χρῄζω significatio : non quod reddit Gesn. *sed utens divitiis :* quæ antithesis nihil gravis est, et quale in reliquis elucet Plutarchi sententiis.

Digitized by Google

Μέγιστόν ἐστι πλούτου, τὸ γινώσκειν ὅτι περιττός ἐστιν.

Ἂν μὴ πολλῶν ἐπιθυμεῖς, τὰ ὀλίγα πολλὰ δόξει. Μικρὰ γὰρ ὄρεξις πενίαν ἰσοσθενῆ πλούτου ποιήσει.

Ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος, ἄρτῳ καὶ ὕδατι καὶ τῇ τυχούσῃ τοῦ σώματος σκέπῃ, συμπεπλήρωται. Ὁ δὲ περιττός, κατὰ ψυχὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ τὴν τῆς ἐπιθυμίας βάσανον.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, πῶς ἄν τις γένηται πλούσιος· Ἐὰν τῶν ἐπιθυμιῶν ἔσται πένης, φησίν.

Ὅσα μὲν ἐπὶ τῇ φύσει, πάντες ἐσμὲν πλούσιοι· ὅσα δ' ἐφ' ἡμῖν, πάντες ἐσμὲν πένητες.

Ὁ τῷ κατὰ φύσιν ἀρκούμενος πλούτῳ, τοῦ πολλὰ κεκτημένου, πλείονα δὲ ἐπιθυμοῦντος, πολύ ἐστι πλουσιώτερος. Τῷ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐλλείπει· τῷ δὲ, καὶ ὧν κέκτηται πολλῷ πλείονα.

Ἡ τέκνοις ἄγαν χρημάτων συναγωγὴ, πρόφασίς ἐστι φιλαργυρίας, τρόπον ἴδιον ἐλέγχουσα.

Τὰ μέγιστα τῶν κακῶν οἱ πένητες ἐκπεφεύγασι· ἐπιβουλὴν, φθόνον καὶ μῖσος· οἷς οἱ πλούσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσιν.

Διογένης. — Διογένης ὁ Κυνικὸς φιλόσοφος, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, εἶπεν· Ὅτι πολλοὺς ἐπιβούλους ἔχει.

Ὁ αὐτὸς ἰδὼν τοὺς Ἀναξιμένους οἰκέτας πολλὰ σκεύη περιφέροντας, ἤρετο· Τίνος ταῦτα; Τῶν δὲ εἰπόντων, Ἀναξιμένους, Οὐκ αἰδεῖται, φησὶ, ταῦτα ἔχων ἅπαντα, αὐτὸς ἑαυτὸν μὴ ἔχων;

Σωκράτης. — Ὁ μὲν οἶνος συμμεταβάλλεται τοῖς ἀγγείοις· ὁ δὲ πλοῦτος, τοῖς τῶν κεκτημένων τρόποις.

Ἱδρὼς μὲν ἐκ τῶν γυμνασίων εὐσχημονέστερον· πλοῦτος δὲ, ἐκ τῶν ἰδίων πόνων.

Τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα, ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκέαις εἴκαζεν, ἀφ' ὧν ἄνθρωπον μὲν μὴ λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ ἰκτίνους, ὥσπερ παρὰ τούτων ἑταίρας καὶ κόλακας.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, τίνες οἱ φιλόχρηματοι, ἔφη· Οἱ τὰ αἰσχρὰ κέρδη θηρώμενοι, καὶ τοὺς ἀναγκαίους τῶν φίλων ὑπερορῶντες.

Ὁ τῶν φιλαργύρων πλοῦτος, ὥσπερ ὁ ἥλιος καταδὺς εἰς τὴν γῆν, οὐδένα τῶν ζώντων εὐφραίνει.

Εὐριπίδου ἐν Δανάῃ.

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς οὐδὲ μήτηρ ἡδονὰς τοίας ἔχει,
Οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατήρ.
Εἰ δ' ἡ Κύπρις τοσοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
Οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὑτὴν τρέφειν.

Μοσχίων. — Ὥσπερ οὐ τῷ ἵππῳ κόσμος, οὐδὲ τοῖς ὄρνεσι καλιὰ ὑψοῦσθαι καὶ γαυριᾷν δίδωσιν· ἀλλὰ τῷ μὲν τοῦ ποδὸς ἡ ὠκύτης, τοῖς δὲ τῶν πτερῶν· οὕτως οὐδ' ἀνθρώπῳ καλλωπισμὸς καὶ τρυφὴ, ἀλλὰ χρηστότης καὶ εὐποιΐα.

A Maximum est in divitiis, scire quod superfluæ sunt.

Si non multorum desiderio tenearis, etiam pauca, multa videbuntur. Quod enim exiguum quid appetis, parem opulentiæ paupertatem præstabit.

Naturales divitiæ, pane et aqua explentur, vilique tegumento; superfluæ autem, etiam infinitum animo cupiditatis cruciatum habent.

Idem interrogatus, quemadmodum quis dives fieri possit: Si, inquit, cupiditatum pauper exstiterit.

570 Ad naturam quod attinet, omnes divites sumus: quod vero ad nos, omnes pauperes.

Qui naturalibus divitiis contentus est, multo illo B ditior est, qui cum multa possideat, plura concupiscit. Illi enim nihil deest; huic vero, plura quam incensu habeat.

Nimia in liberorum gratiam pecuniarum acervatio, prætextus avaritiæ est, mores proprios ostendens.

Malorum maxima pauperes evaserunt: nempe insidias, invidiam, odium; in quibus divites quotidie versantur.

Diogenes. — Diogenes Cynicus philosophus interrogatus, quid causæ sit cur aurum pallescat: Quod, inquit, multos insidiantes habeat.

Idem videns Anaximenis famulos, vasorum multam supellectilem circumferentes, interrogavit: C Cujus illa essent? Illisque respondentibus, Anaximenis: Annon pudet eum, inquit, tam multa habere, cum seipsum ipse non habeat?

Socrates. — Vinum quidem, una cum vase mutatur; opes vero ex eorum qui habent genio componuntur.

Honestiores parti bello sudores; opes, quæ laboribus partæ sint.

Divitum et prodigorum bona, fico arbori in prærupto et ancipiti loco sitæ similia dicebat, unde nihil homines accipiant, sed corvi et milvi; quemadmodum ab illis scorta et assentatores.

Idem interrogatus, quinam essent avari et pecuniarum studiosi: Qui turpia, inquit, lucra venantur, et necessarios amicos contemnunt. D

Avarorum divitiæ, quemadmodum sol post occasum, viventium neminem recreant.

Euripidis in Danae.

O aurum pulcherrimum mortalibus festivum munus!
Nam neque mater tales blanditias habet:
Non tam chari liberi, non amicus pater.
Quod si Venus tales habet oculorum radios,
Non mirum est ipsam infinitos amatores alere.

Moschionis. — Quemadmodum equorum phaleræ nidusque avium, non eis sublimem volatum ac superbiam præstant; sed equis quidem velocitas pedum, avibus vero alarum pernicies: sic nec homini superfluus ornatus ac deliciæ, sed bonitas ac beneficentia gloriam pariunt.

Digitized by Google

571 Apud Persas natus si esses, non studeres in Græcia sedes quærere, sed in natali solo beatius agere. Cur igitur in paupertate natus laboras ditescere, non in ea manens vitam felicius degere?

Vir sobrius, paupertatem ferendi constantia et strenuitate colens, divitiis nobiliorem præstat.

Ingens dos, liberos meliores non efficit.

Clitarchi. — Continentia, pietatis basis; habendi cupiditas, injustæ rapacitatis initium. Injustitia enim ex avaritia nascitur.

Catonis. — Gloria et divitiæ absente prudentia, parum tuta possessio.

Apollonii. — Non natura, res turpis paupertas; sed turpi ex causa pauperem esse, id probrum est.

Eusebii. — Stulti mortales, qui longe locupletes sint, tametsi malos, magnifice colunt ac laudant; bonos autem, cum viderint pauperes, contemnunt ac sugillant.

Menandri.

Animum divitem habeamus necesse est: pecuniæ vero,
Nihil sunt aliud quam objectus ac externus ornatus
[vitæ.
Beatus qui et opibus et mente præditus est;
Is enim probe illis utetur in quibus decet.
Quisquis auro manum supponit,
Etsi non dicit, mala animo cogitat ac decernit.
Nunquam eum felicem judicavi,
Qui valde dives, rebus suis frui non habet.
Dicis, sed quæ dicis, lucri causa dicis.

Cratonis.

Nulla est in vita, paupertate major
Calamitas; nam licet bonæ indolis sis,
Tamen ridiculus eris.
Præstat honeste pauperem, quam inhoneste divitem
[esse;
Illud enim miserationem, hoc reprehensionem affert.

Ex Phavorini comment. — Bœotus septuagenario major invento thesauro, sublato crure contempsit, ac velut nihil jam ad ipsum attineret, præteriit.

Aristonymi. — Quemadmodum enim compotantes vinum, alii quidem bacchantur ac furunt, alii mitiori genio fiunt; sic se etiam res in divitiis habet.

Bionis. — Bion deridiculos eos esse dicebat, qui divitiis studium ponerent, quas fortuna **572** tribuat, illiberalitas servet, benignitas auferat.

Theognidis.

Non te frustra, Plute, dii venerantur, et omnes,
Namque tibi facile est, non leve ferre malum.
Haud aveo dives fieri, nec multa requiro,

Absque malo paucis vivere sufficiet

Luciani.

Editus in lucem nudus sum, nudus abibo:
Quid frustra sudo funera nuda videns?

Simonidis. — Simonides interrogatus, utrum magis expetendum, divitiæ an sapientia: Nescio, inquit: video tamen sapientes divitum januas frequentantes.

Aristidis. — Aristides cognomento Justus, cum quidam ei dives paupertatem exprobraret: Mihi,

Ἐν Πέρσαις μὲν γεννηθεὶς, οὐκ ἔσπευδες οἰκεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' αὐτόθι διάγων εὐτυχεῖν. Ἐν πενίᾳ δὲ γεννηθεὶς, τί σπεύδεις πλουτεῖν, ἀλλ' οὐκ αὐτόθι μένων εὐτυχεῖν;

Τὴν πενίαν ὁ σώφρων καρτερίᾳ καὶ γενναιότητι τιμῶν, πλούτου τιμιωτέραν ἀποφαίνει.

Προὶξ πολλὴ τέκνα βελτίονα οὐ ποιεῖ.

Κλειτάρχ. — Ἐγκράτεια κρηπὶς εὐσεβείας· ὄρεξις κτήσεως, ἀρχὴ πλεονεξίας. Ἐκ γὰρ φιλαργυρίας ἀδικία φύεται.

Κάτωνος. — Δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ φρονήσεως, οὐκ ἀσφαλῆ κτήματα.

Ἀπολλωνίου. — Οὐ τὸ πένεσθαι κατὰ φύσιν αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ δι' αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι, ὄνειδος.

Εὐσεβίου. — Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων, τοὺς μὲν μεγάλα χρήματα ἔχοντας καὶ φαύλους ὄντας, τιμῶσί τε καὶ τεθαυμάκασι· τῶν δὲ σπουδαίων, ἐπειδὰν ἀχρηματίαν καταγνῶσιν, ὑπερφρονέουσιν.

Μενάνδρου.

Ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλουσίαν· τὰ δὲ χρήματα
Ταῦτ' ἐστὶν ὄψις παραπέτασμα βίου.

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει.
Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταῦτα καλῶς.
Ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ τὴν χεῖρα,
Κἂν μὴ φησὶ, πονηρὰ βουλεύεται.
Οὐ πώποτε ἐζήλωσα πλουτοῦντα σφόδρα
Ἄνθρωπον ἀπολαύοντα μηδὲν ὧν ἔχει.
Λέγεις, ἃ δὲ λέγεις, ἕνεκα τοῦ λαβεῖν λέγεις.

Κράτωνος.

Οὐκ ἔστι πενίας μεῖζον οὐδὲν ἐν βίῳ
Σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει σπουδαῖος ᾖς,
Καταγέλαστος ἔσῃ.
Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς·

Τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ἐπιτίμησιν φέρει.

Ἐκ τῶν Φαυωρίνου. — Βοιωτὸς ἐντυχὼν θησαυρῷ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματάισε καὶ παρῆλθεν, ὡς οὐκέτι ὄντα πρὸς αὐτόν.

Ὥσπερ τὸν αὐτὸν οἶνον πίνοντες, οἱ μὲν παροινοῦσιν, οἱ δὲ πραῦνονται· οὕτω καὶ τὸν πλοῦτον.

Βίωνος. — Βίων καταγελάστους ἔλεγεν τοὺς σπουδάζοντας περὶ τὸν πλοῦτον, ὃν τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖται.

Θεόγνιδος.

Οὐ σὲ μάτην, ὦ Πλοῦτε, θεοὶ τιμῶσι μάλιστα,
Ἡ γὰρ ῥηιδίως τὴν κακότητα φέρεις.
Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν, οὔτ' εὔχομαι, ἀλλά μοι
[εἴη
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων οὐδὲν ἔχοντι κακόν.

Λουκιανοῦ.

Γῆς ἐπέβην γυμνὸς, γυμνὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπειμι,
Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος;

Σιμωνίδου. — Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς, πότερον αἱρετώτερον πλοῦτος, ἢ σοφία· Οὐκ οἶδα, ἔφη· ὁρῶ μέντοιγε τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας φοιτῶντας.

Ἀριστείδου. — Ἀριστείδης ὁ δίκαιος, ὀνειδιζόμενος ἐπὶ πενίᾳ ὑπό τινος πλουσίου, εἶπεν· Ἐμοὶ μὲν

Digitized by Google

ἡ πενία οὐδὲν ἱστορήσει κακόν· σοὶ δὲ ὁ πλοῦτος ταραχὰς οὐκ ὀλίγας. A

Ἱέρωνος. — Ὑνειδιζόμενος ὅτι πολλοὺς ῥητορεύειν διδάξας, ἐπένετο, εἶπεν· Οὔτε γὰρ ἐδίδαξα φιλαργυρεῖν.

Μουσωνίου. — Τῶν μὲν Κροίσου καὶ Κύρου θησαυρῶν πενίαν ἐσχάτην καταψηφιούμεθα· ἕνα δὲ καὶ μόνον πιστεύομεν πλούσιον, σοφὸν, τὸν δυνάμενον κτήσασθαι τὸ ἀνενδεὲς πανταχοῦ.

Ξενοφῶντ. φιλοσόφ. — Τὴν πενίαν ἔλεγεν αὐτοδίδακτον φιλοσοφίαν εἶναι· ἃ γὰρ ἐκείνη τοῖς λόγοις πείθει, αὕτη τοῖς ἔργοις ἀναγκάζει.

Πολλῶν κακῶν ἐπικάλυμμά ἐστιν ὁ πλοῦτος.

Ὁ αὐτὸς, τὸν πλούσιον καὶ ἀπαίδευτον ἔφησε, ῥύπον εἶναι περιηργυρωμένον. B

Φιλιστίων. — Κἂν μυρίων πηχῶν γῆς κύριος ὑπάρχεις, θανὼν γενήσῃ τριῶν ἢ τεσσάρων.

Δημώνακτ. — Εἰσί τινες, οἳ τὸν μὲν παρόντα βίον οὐ ζῶσιν, ἀλλὰ παρασκευάζοντες πολλῇ σπουδῇ ὡς ἕτερον βίον βιωσόμενοι, οὐ τὸν παρόντα.

Ἐκ τῶν Ἀριστίππου γνωμῶν. — Οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα τὸ μεῖζον ἄχρηστον, καὶ ἡ πλείων κτῆσις. Τοῦ μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει τὸ περιττὸν ἐμποδίζει· τῇ δὲ, καὶ ὅλῃ χρῆσθαι κατὰ καιρὸν ἔξεστι, καὶ μέρει.

Δημοσθ. — Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, θεασάμενός τινα ἐκφερόμενον φιλάργυρον, ἔφη· Οὗτος βίον ἀβίωτον βιώσας, ἑτέροις βίον κατέλιπεν. C

Ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν· τὸ μὲν γὰρ ἅπαξ σὲ λυπήσει· τὸ δὲ, διαπαντός.

Δημοκρίτ. ἄλ. Θεοκ. — Τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων ἔλεγεν ἐπιτρόπους εἶναι, ἀλλὰ μὴ δεσπότας τῶν χρημάτων.

Πλάτωνος. — Ὅστις σῶμα θεραπεύει τὸ ἑαυτοῦ, οὐχ ἑαυτὸν θεραπεύει (*l*)· ὅστις δὲ χρήματα, οὔθ' ἑαυτὸν, οὔτε τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔστι πορρωτέρω τῶν ἑαυτοῦ.

Διφίλου.

Εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἦν οὐδ' εἷς πονηρὸς ἦν.
Φιλαργυρία τοῦτ' ἐστιν, ὅταν ἀφεὶς σκοπεῖν
Τὰ δίκαια, τοῦ κέρδους διαπαντὸς δοῦλος ᾖς.

Ἀνακρέοντ. — Ἀνακρέων δωρεὰν παρὰ Πολυκράτους λαβὼν πέντε τάλαντα, ὡς ἐφρόντισεν ἐπ' D αὐτοῖς δυοῖν νυκτοῖν, ἀπέδωκεν αὐτὰ, εἰπὼν, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς φροντίδος.

Ἰσοκράτ. — Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ῥᾳδίως ἐκτῖσαι, καὶ τῷ φίλῳ σπουδαίῳ δυστυχοῦντι βοηθῆσαι· πρὸς δὲ

inquit, paupertas nihil mali pariet; tibi autem divitiæ, turbas non paucas.

Hieronis. — Cum vituperaretur, quod cum multos rhetoricam docuisset, ipse egeret: Neque enim, inquit, eos docui avaritiæ studere.

Musonii. — Crœsi quidem Cyrique thesauros extremæ paupertatis damnabimus; unum vero solumque divitem, eum, qui sapiens sit, credemus; qui nimirum justam ubique sufficientiam possidere possit.

Xenophont. philosoph. — Paupertatem a se doctam philosophiam esse dicebat: quæ enim hæc verbo suadet, illa opere cogit.

Multorum malorum tegumentum est opulentia.

Idem, divitem et indoctum, sordes inargentatas esse dicebat.

Philistion. — Vel si fueris terræ decem millium cubitorum dominus, mortuus tamen eris trium aut quatuor.

Demonact. — Sunt quidam qui præsentem vitam non vivunt, sed magno se studio præparant, quasi aliam vitam victuri, non istam.

Ex Aristippi sententiis. — Non ut calceamentum majus inutile est, sic et majores divitiæ: quod enim illius justo majus est, usum impedit; divitiis autem pro temporis locique ratione et universim uti licet, et in parte.

Demosth. — Demosthenes orator videns avarum quemdam funere efferri: Hic, inquit, vitam non vitalem vivens, aliis victum reliquit.

Damnum magis expete quam turpe lucrum: illud enim semel, hoc semper molestum erit.

573 *Democrit.* al. *Theocr.* — Multos divitum procuratores esse dicebat, non autem pecuniarum dominos.

Platonis. — Qui corpus curat, rem ille suam, non seipsum curat: qui autem pecunias, neque se ipse, neque sua curat; sed quod a suis quam procul abest.

Diphili.

Si nemo acciperet, nullus improbus esset.
Avaritia hæc est, cum omisso spectare
Quæ juris sunt, lucri perpetuo servus es.

Anacreont. — Anacreon cum dono accepisset a Polycrate quinque talenta; unamque et alteram noctem eorum sollicitus egisset, ipsa reddidit, dicens, non se ea tanti æstimare, quanta illis sollicitudo comes sit.

Isocratis. — Duabus ex causis substantiam tuam magni æstima, ut et ingentem facile jacturam resarcias, et amico viro studioso, non æqua utenti

NOTÆ.

(*l*) *Τὸ ἑαυτοῦ, οὐχ ἑαυτὸν θεραπεύει.* Clara sententia, Platonis præsertim sensu, cui totus homo erat anima, non ipse ex anima constans et corpore, uti se res habet in navi et gubernatore: cum tamen corpus res proprie hominis esset et a natura, quasi Deo illi ejus auctore, ad expiandas in illo vitæ superioris culpas. Quem errorem ex illo Origenes mutuatus est. Absurde Gesnerus sensuque contrario, omnique Platonicæ philosophiæ adverso: *Qui corpus curat, is non rem suam, sed seipsum curat.* Etiam ecclesiastice August. l. *De cura pro mortuis habenda*, hinc fidelium pietatem commendat, curandis suorum funeribus; quod illorum corpora eorum essent, longe iis conjunctiora, quam reliqua omnia, quæ exterius adhibentur, ornamenta, vestis, annulus, etc.

Digitized by Google

fortuna, ejus præstatione subvenias : ad vitæ autem incertum, nihil admodum, sed moderate eam diligas.

Præsentibus contentus esto, et futura quærito.

SERMO XIII.

De virtute qua quis rebus suis contentus est.

Luc. XII, 22. — Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini.

Philipp. IV, 11, 12. — Ego didici, in iis in quibus versor, sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et abundare : ubique et in omnibus institutus sum; et satiari, et esurire; et abundare, et penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat, Christo.

Prov XXX, 8, 9—Divitias et paupertatem ne dederis mihi, Domine; sed mihi constitue quæ necessaria sunt et sufficiant, ne forte satiatus mendax inveniar, et dicam : Quis me videt? aut egestate compulsus furer, et jurem nomen Dei.

Eccli. XL, 18. — Vita, qua sibi sufficiens operarius est, condulcorabitur.

Eccli. XXXI, 24. — Somnus sanitatis in intestinis moderatis.

Basilii. — Quæ animal dispensat, virtus, quod sufficientiæ sit ac tenuioris victus facile digesserit, ac animali, quod nutritur, conveniens atque affine reddiderit : lauto **574** vero apparatu diversique generis assumptis cibis, tumque in finem non valens obsistere, varia morborum genera facit.

Theologi. — Præstat longe pauca bene honesteque habere, quam multa male.

Chrysost. — Non ille dives est, qui multa in censu habet, sed qui paucioribus eget.

Ad justi usus compendia, fratres, non ad voluptatem vita contribuitur. Quod igitur naturæ superfluum est amputantes, quod necessarium est asciscamus.

Nili. — Bonum est intra necessitatis se fines continere, ac ne hoc excedamus cunctis viribus contendere. Nam si quis vel modicum per cupiditatem ad vitæ delicias animum deflexerit, nullus deinceps quominus ulterius progrediatur coercere poterit.

Possessionis justæque substantiæ modus, necessarius est corporis usus : quem superare, dedecus est et luxuria, non amplius necessarius usus. Ut enim tunica ad corporis modulum aptata tum usui est, tum ornamento cedit; quæ autem undique diffluit et pedibus implicatur, humique indecore trahitur, quidquid operis aggrediaris impedimento exsistit : sic possessio ac substantia, quæ necessarium usum corporis excedit, tum virtuti officit, tum

τὸν ἄδηλον βίον μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὴν ἀγάπα.

Στέργε μὲν τὰ παρόντα· ζήτει δὲ τὰ μέλλοντα.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ' [10]

Περὶ αὐταρκείας.

Λουκ. ιβ'. — Εἶπεν ὁ Κύριος· Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν τί ἐνδύσησθε.

Φιλιππησ. δ'. — Ἐγὼ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμὶ, αὐτάρκης εἶναι. Οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν· ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι· καὶ χορτάζεσθαι, καὶ πεινᾷν· καὶ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι. Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ.

Παροιμ. Λ'. — Πλοῦτον καὶ πενίαν μή μοι δῷς, Κύριε· σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη, ἵνα μὴ πλησθεὶς ψευδὴς γένωμαι, καὶ εἴπω· Τίς με ὁρᾷ, ἢ πενηθεὶς κλέψω (*m*) καὶ ὁμόσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.

Σιρὰχ μ'. — Ζωὴ αὐταρκείας ἐργάτου γλυκανθήσεται.

Σιρὰχ Λ'. — Ὕπνος ὑγείας ἐπὶ ἐντέρων μετρίων.

Βασιλείου. — Ἡ οἰκονομοῦσα τὸ ζῶον δύναμις, αὐτάρκειαν μὲν καὶ λιτότητα ῥᾳδίως κατεκργάσατο καὶ ᾠκείωσε τῷ τρεφομένῳ· πολυτέλειαν δὲ καὶ ποικιλίαν βρωμάτων παραλαβοῦσα, εἶτα ἀντισχεῖν πρὸς τὸ πέρας οὐκ ἐπαρκέσασα, τὰ ποικίλα γένη τῶν νοσημάτων πεποίηκεν.

Θεολόγου. — Τὸ καλῶς ἔχειν ὀλίγα, πολὺ τιμιώτερον τοῦ κακῶς ἔχειν πολλά.

Χρυσοστ. — Οὐ πλούσιός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος.

Πρὸς χρείαν, ἀδελφοὶ, οὐ πρὸς ἡδονὴν ἡ ζωὴ συμμετρεῖται. Τὸ οὖν περιττὸν τῆς φύσεως ἀποθέμενοι, τὸ ἀναγκαῖον μόνον ἀσπασώμεθα.

Νείλου. — Καλὸν τοῖς ὅροις τῆς χρείας ἐμμένειν, καὶ φιλονεικεῖν πάσῃ δυνάμει τούτους μὴ ὑπερβαίνειν. Ἐὰν γὰρ ὀλίγον παρενεχθῇ τις ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐπὶ τὰ ἡδέα τοῦ βίου, οὐδεὶς λοιπὸν ἴστησι τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω φοράν.

Μέτρον κτήσεώς ἐστιν ἡ χρεία τοῦ σώματος· τὸ δὲ ταύτην ὑπερβαίνειν ἀκοσμία λοιπὸν, καὶ οὐκέτι χρεία ἐστίν. Ὡς γὰρ ὁ συμμετρημένος τῷ σώματι χιτὼν, καὶ χρεία ἐστὶ καὶ κόσμος· ὁ δὲ πάντοθεν περιῤῥέων καὶ τοῖς ποσὶν ἐμπλεκόμενος, καὶ τῇ γῇ μετὰ τοῦ ἀπρεποῦς ἐπισυρόμενος, ἐμπόδιον πρὸς πᾶσαν ἐργασίαν γίνεται· οὕτως ἡ ὑπερβαίνουσα τὴν τοῦ σώματος χρείαν χρῆσις, καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἐστιν ἐμπόδιον, καὶ πολλὴν ἔχει κατάγνωσιν παρὰ

VARIÆ LECTIONES.

[10] In Gesn. Stobæo 49.

NOTÆ.

(*m*) Ἢ *πενηθεὶς κλέψω.* Argent. aliaque, πένης γεννηθείς. Habent perinde Vulg. et quæ Græca cum illis conveniunt. Sixtina desiderant, pluraque alia ad finem libri Prov. quæ etiam agnoscunt Heb. Targ. Syr. etc.

Digitized by Google

τοῖς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ἐρευνᾷν δυναμένοις.

Κλήμεντ. — Ὀλιγοδεΐας μὲν ἐρασταὶ, πολυτέλειαν δὲ, ὡς ψυχῆς καὶ σώματος νόσον ἐκτρεπόμενοι.

Ἡ τῶν ἀναγκαίων κτῆσις καὶ χρῆσις, οὐ τὴν ποιότητα βλαβερὰν ἔχει, ἀλλὰ τὴν παρὰ τὸ μέτρον ποσότητα.

Φίλωνος. — Ὁ σπουδαῖος καὶ ὀλιγοδεὴς, ἀθανάτου καὶ θνητῆς φύσεως μεθόριον· τὸ μὲν ἐπιδεὲς ἔχων διὰ σῶμα θνητόν· τὸ δὲ μὴ πολυδεὲς, διὰ ψυχὴν ἐφιεμένην ἀθανασίας.

Δημοκρ. — Αὐταρκίῃ τροφῆς, μικρὰ νὺξ οὐδέποτε γίνεται.

Κλειτάρχ. — Ὀφείλομεν ἑαυτοὺς ἐθίζειν ἀπὸ ὀλίγων ζῆν, ἵνα μηδὲν αἰσχρὸν ἕνεκεν χρημάτων μάθωμεν.

Σωκράτ. — Σωκράτης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Τίς σοι πλουσιώτερος εἶναι δοκεῖ; εἶπεν· Ὁ ἐλαχίστοις ἀρκούμενος· αὐτάρκεια γάρ ἐστι φύσεως πλοῦτος.

Ὥσπερ εἰς ὁδὸν τὸν βίον, οὐ τὰ πολλοῦ ἄξια συντίθει ἐφόδια, ἀλλὰ ἀναγκαιότερα.

Βέλτιόν ἐστιν ἐν μιᾷ περιουσίᾳ συστελλόμενον εὐθυμεῖν, ἢ μεγάλης τυγχάνοντα δυστυχεῖν.

Ἀλέξανδρ. — Εἰπόντος αὐτῷ τινος τῶν δοκούντων εὐνοεῖν, ὅτι Δύνανται αἱ πόλεις σου πλεῖον παρέχειν ἐξόδους (*n*), ἔφη· Κηπουρὸν μισῶ τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα.

Δημοκρίτ. — Τράπεζαν πολυτελέα μὲν τύχη παρατίθησιν, αὐταρκέα δὲ σωφροσύνη.

Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτ. — Αὐτάρκεια, καθάπερ ὁδὸς βραχεῖα καὶ ἐπιτερπὴς, χάριν μὲν ἔχει μεγάλην, πόνον δὲ μικρόν.

Ὀχύρωσον σαυτὸν τῇ αὐταρκείᾳ· τοῦτο γὰρ δυσάλωτόν ἐστιν χωρίον.

Σωκράτ. — Ξανθίππης Σωκράτει τῷ ἀνδρὶ ἐπιτιμώσης, διότι λιτῶς παρεσκευάζετο ὑποδέξασθαι φίλους, εἶπεν· Εἰ μὲν ἡμέτεροί εἰσιν, οὐδὲν ἐκείνοις μελήσει· εἰ δὲ ἀλλότριοι, ἡμῖν περὶ αὐτῶν οὐδὲν μελήσει.

A apud eos, qui rerum naturam scrutari norunt, pessime audit, etiamque atque etiam vituperatur.

Clementis. — Sobrietatis et mediocritatis amatores; luxum vero sumptusque profusiores, tanquam animi corporisque morbum devitantes.

Rerum necessariarum possessio et usus, non qualitatem noxiam habet, sed quæ modum excedit, quantitatem.

Philonis. — Vir bonus et paucis egens seu frugalis, in immortalis mortalisque naturæ confinio est: qui nempe indigeat quidem, propter mortale corpus; sed non multis, qua præditus anima est appetente immortalitatem.

Democriti. — Sobrio tenuique victui, nunquam nox brevior exsistit.

B *Clitarchi.* — Operæ pretium ut nos ipsos ad frugalitatem exerceamus, ne per occasionem parandarum opum turpe aliquid condiscamus.

Socratis. — Socrates, quodam interrogante, quis illi ditior esse videretur, respondit: Cui paucissima sufficerent. In sufficientia enim positæ sunt naturæ divitiæ.

575 Quasi vitæ iter peracturus, non quæ magni pretii sint viatico componito, sed quæ in rem magis necessaria exsistant.

Præstat una brevique substantia contractum æquo animo esse, quam magnis opibus ditatum in eis infortunatum esse.

C *Alexander.* — Cum ei amicorum quidam, eorumque qui ejus præcipue rebus studere viderentur, dixisset, posse urbes, quæ ejus ditionis essent, majora tributa præstare, respondit: Olitorem odi, qui radicitus exscindit olera.

Democrit. — Sumptuosam mensam apponit fortuna; frugalem vero suisque contentam, sobrietas ac temperantia.

Ex sententiis Epictet. et Isocrat. — Frugalitas, suisque contenta vitæ ratio, quasi via brevis ac delectabilis; magnam quidem habet gratiam, laborem vero exiguum.

Obvalla teipsum virtute suis ipsa contenta stipendiis; hæc enim arx est quam nulla facile vis expugnare possit.

D *Socrates.* — Cum Xantippe virum suum Socratem increparet, quod tenuiore apparatu amicos excipere, dixit: Si nostri fuerint, nihil curabunt; sin alieni, eorum nobis nulla habenda ratio sit.

ΛΟΓΟΣ ΙΔ' [91].

Περὶ προσευχῆς.

Ματθ. ς'. — Προσευχόμενοι μὴ βαττολογήσητε,

SERMO XIV.

De oratione seu precibus ad Deum.

Matth. VI, 7. — Dum oratis, nolite multum loqui,

VARIÆ LECTIONES.

[91] Est in Gesn. Stob. 294.

NOTÆ.

(*n*) *Πλεῖον παρέχειν ἐξόδους.* Gesn. conjectura est, legendum εἰς φόρους. Sed mihi non suadet contra exemplarium fidem; nam etiam εἴσοδος Polyxeno et veteri Lexico Stephani, *ἀνάλωμα* est, *sumptus, impensa*: cumque alias ἔξοδος *expeditio* sit, erit et præstatio vectigalium ac tributorum, quibus principi ejusque exercitibus tuenda republica sufficiatur. Hinc Biblicum vocabulum ἐξοδιᾶν et ἐξοδιάζειν, eodem sensu, quod Seniores ex usu magis sui temporis, et ut vocem Græcam, usurpaverint, quam ipsi cuderint.

Digitized by Google

sicut ethnici : putant enim quod in multiloquio suo exaudientur. Nolite ergo assimilari eis ; scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

A ὥσπερ οἱ ἐθνικοί · δοκοῦσι γὰρ, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν.

Jac. v, 13. — Tristatur quis vestrum ? oret. Æquo animo est ? psallat. Infirmatur quis in vobis ? accersat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei salvum reddet infirmum, et eriget eum Dominus : et si in peccatis fuerit, remittentur ei.

Ἰακ. ε'. — Κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν ; προσευχέσθω. Εὐθυμεῖ τις ; ψαλλέτω. Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν ; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου · καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος · κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

Prov. xv, 8. — Hostiæ impiorum abominatio Domino : preces autem recte ambulantium, acceptæ apud eum.

Σολομ. — Θυσίαι ἀσεβῶν βδέλυγμα Κυρίῳ · προσευχαὶ δὲ κατευθυνόντων, δεκταὶ παρ' αὐτῷ.

Eccli. vii, 9. — Noli esse pusillanimis in oratione tua.

Σιράχ ζ'. — Μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου.

B

Eccli. xviii, 22. — Ne impediaris reddere orationem Domino tempore opportuno.

Σιράχ ιη'. Μὴ ἐμποδίσῃς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν (o) εὐκαίρως.

Basilii. — Auris divina, voce non eget ad audiendum. Novit enim statim in ipso motu **576** cordis, ea quæ inquiramus, dignoscere. Annon audis quod Moses, cum nihil loqueretur, tacitis suis suspiriis Dominum interpellans (*Rom.* viii, 26), auditus ab eo sit, dicente : *Quid clamas ad me* (*Exod.* xiv, 15) ?

Βασιλείου. — Ἡ θεία ἀκοὴ, οὐ φωνῆς δεῖται πρὸς αἴσθησιν. Οἶδε γὰρ καὶ ἐν τῷ κινήματι τῆς καρδίας γνωρίσαι τὰ ἐπιζητούμενα. Ἢ οὐκ ἀκούεις ὅτι Μωϋσῆς μηδὲν φθεγγόμενος, τοῖς ἀλαλήτοις ἑαυτοῦ στεναγμοῖς (p) ἐντυγχάνων τῷ Κυρίῳ, ἠκούετο παρὰ τοῦ Κυρίου, λέγοντος· *Τί βοᾷς πρός με;*

Justorum enim operum præsentia, ingentis apud Deum clamoris vicem habet.

Ἔργων γὰρ δικαίων παρουσία, μεγαλοφωνία ἐστὶ παρὰ Θεῷ.

Theologi. — Ne abjectioris animi velutque sordidioris notam nobis arcessamus, dum minuta quædam nec digna satis largientis munificentia, a Deo postulamus.

Θεολόγου. — Μὴ μικρολογίαν καταγνωσθῶμεν, ἐν τῷ μικρὰ αἰτεῖν ἡμᾶς καὶ τοῦ διδόντος ἀνάξια.

C

Chrysost. — Magna quædam res est oratio, si animo in Deum grato ac candore fiat : si nos ipsos instituamus, ut nedum cum petitiones accipimus, Deo gratias agamus, sed et cum illis frustramur. Quandoque enim dat, quandoque vero non dat, utili utrumque consilio. Sive igitur acceperis, sive non acceperis, etiam non accipiendo, plane accepisti : sive impetraveris, sive non impetraveris, et non impetrando, utique impetrasti. Quandoque enim non accipere, conducibilius est. Nam nisi non accipere haud raro ex nostris rationibus esset, omnino etiam præstaret ac daret. Ita vero non impetrare, ut hoc ipsum utile sit ac commodum, prorsus est impetrare.

Χρυσοστ. — Μέγα ἀγαθὸν εὐχὴ, ἐὰν μετὰ διανοίας εὐχαρίστου γένηται · ἐὰν παιδεύσωμεν ἑαυτοῦ μὴ μόνον λαμβάνοντες, ἀλλὰ καὶ ἀποτυγχάνοντες εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ. Καὶ γὰρ ποτὲ μὲν δίδωσι, ἀμφότερα χρησίμως. Ὥστε κἂν λάβῃς, κἂν μὴ λάβῃς, ἔλαβες ἐν τῷ μὴ ἀπολαβεῖν. Κἂν ἐπιτύχῃς, κἂν μὴ ἐπιτύχῃς, ἔτυχες ἐν τῷ μὴ ἐπιτυχεῖν. Ἔστι γὰρ ὅτε τὸ μὴ λαβεῖν λυσιτελέστερον. Εἰ γὰρ μὴ συμφέρον ἡμῖν ἦν πολλάκις τὸ μὴ λαβεῖν, πάντως ἔδωκεν ἄν. Τὸ δὲ συμφερόντως ἀποτυχεῖν, ἐπιτυχεῖν ἐστιν.

Cum oratio mundis ex labiis proficiscitur, exque

D Ὅταν ἐκ καθαρῶν χειλέων ἐξέρχηται δέησις, καὶ

NOTÆ.

(o) *Τοῦ ἀποδοῦναι εὐχήν.* Videtur Maximus pro oratione sumpsisse, uti et Vulg. *Ne impediaris orare semper ;* quamvis vox reddendi, magis videatur insinuare votum, quod perinde significat ea vox, ut auctor Hieron. epist. ad Sunium. Quid si oratio et ipsa ut debitum attenditur, qua teneamur Deo, quatenus habet divinam laudem, ejusque confessionem et nostri agnitionem, qua ratione haud dubium eam nobis præceptam esse ; et quidem assiduam, ut magis expressit Paulus I Thess. v, 17, agnovitque interpres in his verbis, nisi pro εὐκαίρως, διηνεκῶς habuit, quod *assidue* est, et quod ille reddidit *semper ;* utrovis certe adverbio indicavit hic de oratione loqui sacrum scriptorem, de qua et sequentia, πρὶν εὔξασθαι ἑτοίμασον σαυτόν. Vulg. *Ante orationem præpara animam tuam.* Nec aliter Amb. *Exhort. ad virgines :* nec satis commode reddatur, *antequam voveat*, ut existimavit Nobilius.

(p) *Τοῖς ἀλαλήτοις αὐτοῦ στεναγμοῖς. Inenarrabilibus* vertit interpres Rom. viii, quo palam respicit Basilius. Erasm. I Petr. i, τὸ χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ, *gaudio ineffabili*, ubi iterum Vulg. *gaudio inenarrabili.* Hic visum commodius, *tacitis gemitibus* ac mente pressis, nulloque vocis sono divinas aures pulsantibus, quem sensum ea vox nulla vi ferre potest, nec alio accepit Basilius. Alio autem sensu ἀλάλητοι στεναγμοὶ, quorum in nobis auctor divinus Spiritus, *inenarrabiles gemitus* pro ea vi impetrandi quam habent et præstantia, tali auctore, supra omne quod aut loqui aut intelligere possumus.

Digitized by Google

ἐκ καρδίας ἀνυποκρίτου, οἶδε φθάσαι τὸ ἀκολάκευτον οὖς τοῦ Δεσπότου.

Ὅταν δι' εὐχῆς αἰτησώμεθά τι τὸν Δεσπότην, μὴ ταχέως ἐξατονήσωμεν· ἀλλὰ τὸ συνεχὲς τῆς ἀποτυχίας, τῇ συνεχείᾳ τῆς αἰτήσεως ἐκνικήσωμεν.

Ἐν ταῖς ἀναβολαῖς καὶ ἐν ταῖς ὑπερθέσεσι τῶν δωρεῶν τοῦ Θεοῦ, μὴ προκάμνωμεν, μηδὲ προαναπίπτωμεν. Πολλάκις γὰρ ὁ Δεσπότης τὴν δοκοῦσαν ἀναβολὴν, εἰς τὴν τῆς πίστεως γυμνασίαν παρέλκει.

Καλὸν πάντοτε διὰ προσευχῆς ὁμιλεῖν τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ συντυχία ἀνδρὸς ἀγαθοῦ βελτιοῖ τὸν ἐντυγχάνοντα, πόσῳ μᾶλλον τὸ καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ καθομιλεῖν τῷ Θεῷ;

Πολλάκις ὁ Θεὸς ἀναβάλλεται τὴν αἴτησιν, οὐ βουλόμενος ἡμᾶς παρελκῦσαι, ἀλλὰ τῇ μελλήσει τῆς δόσεως τὴν διηνεκῆ προσεδρείαν ἡμῖν σοφιζόμενος. Οὕτω γὰρ καὶ φιλόστοργοι πατέρες ποιοῦσι, τὰ ῥᾴθυμα τῶν παίδων, καὶ πρὸς τὰ παιδικὰ παίγνια τρέχοντα, πολλάκις ὑποσχέσει δόσεως καὶ δώρου μεγίστου κατέχουσι παρ' ἑαυτοῖς.

Ἀνθρώπων μὲν γὰρ δεόμενοι, καὶ δαπάνης χρημάτων δεόμεθα καὶ κολακείας δουλοπρεποῦς, καὶ πολλῆς περιόδου καὶ πραγματείας χρεία. Οὐ γὰρ ἐξ εὐθείας αὐτοῖς τοῖς κυρίοις δοῦναι (q) τὴν χάριν ἔνι καὶ διαλεχθῆναι πολλάκις, ἀλλ' ἀνάγκη πρότερον διακόνους καὶ οἰκονόμους αὐτῶν καὶ ἐπιτρόπους, καὶ χρήμασι καὶ ῥήμασι καὶ παντὶ θεραπεῦσαι τρόπῳ, καὶ τότε δι' ἐκείνων τὴν αἴτησιν λαβεῖν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστιν οὕτως. Οὐ γὰρ δεῖται μεσιτῶν ἐπὶ τῶν ἀξιούντων· οὐδ' οὕτως δι' ἑτέρων παρακαλούμενος, ὡς δι' ἡμῶν αὐτῶν δεομένων ἐπινεύει τῇ χάριτι.

Εὔηχός ἐστιν ἐκείνη ἡ φωνὴ, καὶ μέχρι τῆς θείας ἀναβαίνουσα ἀκοῆς· οὐχ ἡ μετά τινος διατάσεως γινομένη κραυγή· ἀλλ' ἡ ἀπὸ καθαρᾶς συνειδήσεως ἀναπτομένη ἐνθύμησις.

Γρηγ. Νύσσης. — Ὁ ἐν καιρῷ προσευχῆς μὴ πρὸς τὰ λυσιτελοῦντα τῇ ψυχῇ τεταμένος, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἐμπαθεῖς τῆς διανοίας κινήσεις, συνδιατίθεσθαι τὸν Θεὸν ἀξιῶν, λῆρός τίς ἐστιν, ὡς ἀληθῶς, καὶ βαττολόγος καὶ φλήναφος καὶ φλύαρος, καὶ εἴ τι ἄλλο τῆς τοιαύτης σημασίας ἐστίν.

Εὐσεβίου. — Ὑπὲρ τῆς κοινῆς χρὴ εὔχεσθαι πρότερον σωτηρίας, εἶθ' οὕτως ὑπὲρ αὐτῶν.

Νείλου. — Ὥσπερ τὰ στρουθία διὰ τῆς τῶν πτερῶν κινήσεως μετάρσια γίνεται, οὕτω καὶ ὁ θεοσεβὴς ἄνθρωπος ἀπὸ τῶν ἐπιγείων πρὸς τὰ οὐράνια διὰ προσευχῶν μετατίθησιν ἑαυτόν.

Ἐὰν κακῶς καὶ ἀσυμφόρως αἰτεῖς, καθάπερ

A animo nihil simulationis labe laborante, ad aures Domini proclive evadet, quas nulla adulatio pulset.

Cum precibus aliquid a Domino petierimus, ne cito animum despondeamus; sed continuam repulsam continua petitionis instantia vincamus.

Dum Deus dona differt morasque nectit, ne deficiamus neve animis concidamus. Sæpe enim Dominus, eam, quæ videtur, dilationem, fidei exercendæ causa protrahit.

Præclarum est cum Deo jugiter orando confabulari. Si enim viri probi indulta congressio, eum qui congrediatur inque illum incidat meliore fruge componit, quanto magis quod diu noctuque cum Deo sermonem misceamus!

B Sæpenumero Deus petitionem differt, non quia velit nos protrahere, sed ut dandi cunctatione, ceu astu quodam, orandi nobis assiduitatem conciliet. Sic enim et parentes liberorum amantes solent: segniores quippe liberos, et ad ludicra puerorum currentes, dandi promissione, donique maximi spe illectos, haud raro apud se retinent.

Cum hominum auxilia opemque exquirimus, sumptu nobis et pecuniis **577** opus est, et adulatione servili, multoque ambitu ac negotiosa tractatione. Non enim recta ipsos dandæ rei, ac muneris arbitros, sæpius etiam alloqui licet, sed necesse est ut prius famulos domusque eorum præfectos ac procuratores pecuniis verbisque delinias, modisque omnibus tibi concilies, ac tum demum illorum impetres opera quod flagitas. Non sic autem C in Deo se res habet. Non enim intercessoribus eget in his qui orant: nec sic obsecrantibus aliis ac nobis ipsis rogantibus gratia votis annuit.

Sonora claraque vox est, et ad divinum recta ascendens auditum, non qui rugitu ac contentione clamor editur, sed quæ in cœlum ex munda conscientia cogitatio subvolat.

Greg. Nyss. — Qui orationis tempore, non ad ea quæ animo conducibilia sunt, intentus, sed libidinosæ mentis cogitationibus distentus, Deum votis assentiri rogat, is vere delirus est et inepte loquax, verborumque funditor et blatero, ac si quid aliud ejusmodi significatus exsistit.

Eusebii. — Primum pro communi salute precan- D dum est, deinde pro nobis ipsis.

Nili. — Ut aviculæ alarum motu in sublime tolluntur, sic vir pius ac Dei cultor a terrenis ad sublimia precum vi ac instantia transfertur.

Dum male, ac secus ac tuis conducat rationibus

NOTÆ.

[43] Gesn. δίκαια. [44] In Gesn. Stob. 54.

NOTÆ.

(*i*) *Μὴ ἐπίχαιρε. Noli gaudere.* Videtur hæc Maximi littera sincerissima et genuina. Illud Sixt. ἔπεχε, ubi interpr. *Noli attentus esse in divitiis*, durius est; magisque illud Vulg. *Noli anxius esse in divitiis injustis*, quod magis sonat eas displicere, et quasi sacer scriptor hoc prohibeat, velut dicat : Securus esto de illis, cum oppositum suadeat, atque id clara ratione, quod nulla earum futura utilitas in die ἐπαγωγῆς, id est *ultionis*; ubi et illud obscurius, *in die obductionis*, quod Nobilius retinuit. Non gaudendum itaque de illis præcipitur, quod nulla eorum futura utilitas, ὅτι οὐδὲν ὠφελήσουσιν· ubi etiam mendosum τὸ ὠφελήσεις et solœcus : τὸ, ὠφελήσει σε, vestigium potius nostri hujus ὠφελήσουσιν.

(*j*) *Εἰς τὸν χειμάῤῥουν.* Est istud mihi genuinum : εἰς τὸν χειμῶνα, quod habent Sixt. *in hieme*, non ita planum. Certe nihil vetat in hieme colligi lapides, unde utilis ædificatio consurgat : in torrente vero colligere, qui omnia rapiat trahatque ac disperdat; id vero stultum, uti etiam ex alienis ædificare, quæ præsertim injuste quis possidet. Facile fuit mutare χειμάῤῥουν in χειμῶνα· at quod in aliis legitur, εἰς χῶμα τῆς ταφῆς αὐτοῦ, *in tumulum sepulturæ suæ*, id quidem remotius, etsi sensus optimus est : fore scilicet eas ædes quasi monumentum et titulum ejus injustitiæ.

Digitized by Google

Basilii. — Alienorum expetitor, paulo post lugebit suis spoliatus.

Prov. xxx, 16.— Quanta videt oculus, tanta desiderat avarus. Infernus non dixit : Sufficit ; nec avarus ac iniquus raptor unquam dixit : Sufficit. Malus hic in urbe convena, malus ruri vicinus. Mare suos fines agnoscit ; nox quoque olim positos terminos non transcendit (*Job* xxvi, 10 ; *Gen.* i, 9). Avarus autem nullum tempus reveretur : terminum non agnoscit, nec successionis ordini concedit ; sed ignis violentiam imitatur; omnia corripit, omnia absumit et depascitur. Quid igitur postea ? Nonne tres universim te cubiti manent ? Nonne paucorum lapidum moles ad condendam miseram carnem sufficiet ? Ad quid igitur laboras ? Quorsum inique agis?

Præstat paulatim industria ac consiliis levare inopiam, quam repente alienis sublatum, ad extremum omni substantia nudari.

Qui ea quæ sunt alterius accipiens, alteri tribuit, is non misericordiæ opus exercet, sed extremam injustitiam facit. Nam si ex ablatis per injuriam misericordiam impendis, illis impende a quibus abstulisti. Etenim pius est ac religiosus, non qui in multos effundit eleemosynam, sed qui nullum injuria lædit.

Theologi. — Scorti merces non caste dispertitur. Extremæ enim miseriæ est, non in suis munitioribus, sed in alienis fragilibus tutum esse.

602 *Chrysost.* — Qui non indiget alienis, sed sua sibi sufficere existimat, is omnium ditissimus est.

Qui suæ cupiditati modum imponere nescit, is etsi omnia omnium sibi acquirat, quomodo unquam dives fuerit ?

Plutarchi. — Qui ex turpi lucro in præclara munera sumptus faciunt, simile quid faciunt, ac qui Deum ex sacrilegio colunt.

Democrit. — Divitiæ malo facinore partæ, majori possidentur dedecore.

Haud quidem inutile divitias parare ; per injustitiam autem longe pessimum est.

Socrates. — Socrates avaros avibus comparabat, quarum una quidem deglutit quidquid occurrerit, ac quandoque suffocatur ; reliquæ vero comites volant et assectantur, ut partem rapiant ac partim suffocentur.

Diogen. — Diogenes interrogatus quænam bestiæ truciores essent, respondit : In montibus quidem ursi et leones ; in urbibus vero publicani et calumniatores.

Antiphan. — Mala lucra, breves voluptates, longos dolores habent.

Euripidis.

Qui plura semper appetit, jus negligit,
Nec idem amicis se sociat, nec civibus.

A *Βασιλείου.* — Ὁ τῶν ἀλλοτρίων ἐρῶν, μετ' οὐ πολὺ ὀρηνήσει τῶν ἰδίων ἀποστερούμενος.

Ὅσα βλέπει ὀφθαλμὸς, τοσαυτα ἐπιθυμεῖ ὁ πλεονέκτης. Ὁ ᾅδης οὐκ εἶπεν, Ἀρκεῖ· οὐδὲ ὁ πλεονέκτης εἶπέ ποτε, Ἀρκεῖ. Πονηρὸς ἐν πόλει σύνοικος, πονηρὸς ἐν ἀγροῖς. Ἡ θάλασσα οἶδεν τὰ ὅρια αὐτῆς· ἡ νὺξ οὐχ ὑπερβαίνει ὁροθεσίας ἀρχαίας. Ὁ πλεονέκτης οὐκ αἰδεῖται χρόνον, οὐ γνωρίζει ὅρον, οὐ συγχωρεῖ ἀκολουθίᾳ διαδοχῆς· ἀλλὰ μιμεῖται τοῦ πυρὸς τὴν βίαν· πάντα ἐπιλαμβάνεται, πάντα ἐπινέμεται. Τί εἶναι μετὰ ταῦτα; Οὐχὶ τρεῖς σε πήχεις ἀναμένουσιν οἱ πάντες; οὐχὶ λίθων ὀλίγων βάρος ἀρκέσει πρὸς φυλακὴν δυστήνῳ σαρκί; ὑπὲρ τίνος οὖν μοχθεῖς; ὑπὲρ τίνος παρανομεῖς;

B

Βέλτιον ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπινοίαις τὴν χρείαν παραμυθήσασθαι, ἢ ἀθρόως ἐπαρθέντα τοῖς ἀλλοτρίοις ὕστερον πάντων ὁμοῦ προσόντων ἀπογυμνοῦσθαι.

Ὁ τὰ ἑταίρου λαμβάνων, καὶ ἑτέροις διδοὺς, οὐκ ἠλέησεν, ἀλλ' ἠδίκησεν ἀδικίαν τὴν ἐσχάτην. Εἰ μὲν γὰρ ἐλεεῖς ἐξ ὧν ἀδικεῖς, ἐλέησον οὓς ἀδικεῖς. Εὐσεβὴς γὰρ ἐκεῖνος, οὐχ ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, ἀλλ' ὁ μηδένα ἀδικῶν.

Θεολόγου. — Μίσθωμα πόρνης ἀγνῶς οὐ μερίζεται. Ἔστι γὰρ τῆς ἄκρας κακοδαιμονίας, μὴ ἐν τοῖς ἰδίοις ἰσχυροῖς τὸ ἀσφαλὲς ἔχειν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀλλοτρίων σαθροῖς.

C *Χρυσοστ.* — Ὁ γὰρ μὴ δεόμενος τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐν αὐταρκείᾳ νομίζων εἶναι, πάντων ἐστὶν εὐπορώτερος.

Ὁ τὴν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενος στῆσαι ἐπιθυμίαν, κἂν τὰ πάντων περιβέβληται, πῶς οὗτος ἔσται ἐν εὐπορίᾳ ποτέ ;

Πλουτάρχου. — Οἱ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κερδῶν εἰς τὰς καλὰς ἀναλίσκοντες λειτουργίας, ὅμοιόν τι ποιοῦσι, τοῖς ἀπὸ τῆς ἱεροσυλίας θεοσεβοῦσιν.

Δημοκρίτ. — Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας ἐπιγινόμενος, ἐπὶ φανερώτερον ὄνειδος κέκτηται.

Χρήματα πορίζειν μὲν, οὐκ ἀχρεῖον· ἐξ ἀδικίας δὲ, πάντων κάκιον.

Σωκράτης. — Τοὺς πλεονέκτας εἴκαζε ταῖς ὄρνισιν· ὧν ἡ μὲν καταπίνει, ὅ τι ἂν προστύχῃ, καὶ D ἔστιν ὅταν πνίγεται· αἱ δ' ἄλλαι παρακολουθοῦσιν ἀφελεῖν αὐτὸ σπεύδουσαι, ἵνα παρὰ μέρος πνιγῶσιν.

Διογένης. — Ἐρωτηθεὶς, ποῖα εἴη θηρία χαλεπώτερα, εἶπεν, Ἐν μὲν τοῖς ὄρεσιν, ἄρκοι καὶ λέοντες· ἐν δὲ ταῖς πόλεσι, τελῶναι καὶ συκοφάνται.

Ἀντιφάνους. — Τὰ μὲν πονηρὰ κέρδη, τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει μικρὰς, τὰς δὲ λύπας μακράς.

Εὐριπίδ.

Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖον ἔχειν πέφυκ' ἀνὴρ,
Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον οὐδὲ βούλεται,
Φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι, καὶ πάσῃ πόλει.

Digitized by Google

Καταλαβών τίς τινα λίθους αὐτοῦ κλέπτοντα, κάκείνου λέγοντος, ὅτι Οὐκ ἐγίνωσκον ὅτι σοί εἰσιν, ἔφη, Ἀλλ' ἤδεις ὅτι οὐδὲ σοί.

A

Cum aliquis suos quemdam furto auferentem lapides deprehendisset; isque sic deprehensus diceret, nescivisse se illos ejus esse : Atqui, inquit, sciebas nec esse tuos.

Μενάνδρου.

Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν.

Οἱ μὲν θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας,
Ἀποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι·
Τὰ δ' ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις.

Menandri.

Avaritia alienique cupiditas malum hominibus maximum :
Nam qui volunt aliena bona suis addere,
Haud raro victi exspectatione excidunt sua.
Suaque adeo alienis adjungunt bona.

Πλάτωνος. — Κλοπὴ μὲν χρημάτων, ἀνελεύθερον ἁρπαγὴ δὲ, ἀναίσχυντον [66].

Platon.— Pecunias furari, illiberalitatis est; eas rapere, impudentiæ.

Φιλήμ.

Ἐὰν οἷς ἔχωμεν, τούτοις μηδὲ χρώμεθα,
Ἃ δ' οὐκ ἔχομεν ταῦτα ζητοῦμεν,
Ὧν μὲν διὰ τύχην, ὧν δὲ δι' ἑαυτοὺς ἐσόμεθα ἑστερημένοι.

Philemon.

Si quæ habemus, iis ne utimur quidem,
Et quæ non habemus, ea quærimus :
His per fortunam, illis per nos ipsos privabimur.

B

Εὐριπίδ.

Εἰ δ' εὐτυχῶν τις, καὶ βίον κεκτημένος,
Μηδὲν δ' ὅμως τι τῶν καλῶν πειρᾶσεται·
Ἐγὼ μὲν αὐτὸν οὔποτ' ὄλβιον καλῶ,
Φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

Euripidis.

Si quis beatus possidens magnas opes,
Bonis tamen non audeat frui suis,
Hunc jure felicem vocare non licet :
At jure custodem pecuniarum dixeris.

ΛΟΓΟΣ ΚΓ' [66].

Περὶ τιμῆς γονέων καὶ φιλοτεκνίας.

Δευτ. ε', ς'. — Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα· καὶ· Ἀγάπα τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.

Κολ. γ'. — Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν κατὰ πάντα· τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον ἐν Κυρίῳ.

Σιρὰχ γ'. — Τέκνον, ἀντιλαβοῦ ἐν γήρᾳ (*k*) πατρός σου, καὶ ἐὰν ἀπολίπῃ σύνεσιν, συγγνώμην ἔχε· καὶ μὴ ἀτιμάσῃς αὐτὸν ἐν πάσῃ ἰσχύϊ σου. Ἐλεημοσύνη γὰρ πατρὸς, οὐκ ἐπιλησθήσεται· καὶ ὡς εὐδία ἐν παγετῷ, οὕτως ἀναλυθήσονταί σου αἱ ἁμαρτίαι.

C

Σιρὰχ ζ'. — Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ σου δόξασον τὸν πατέρα σου, καὶ μητρὸς ὠδῖνας (*l*) μὴ ἐπιλάθῃ. Μνήσθητι ὅτι δι' αὐτῶν ἐγεννήθης, καὶ τί ἀνταποδώσεις αὐτοῖς, καθὼς αὐτοί σοί;

Βασιλείου. — Εὐγνώμονες παῖδες μεγάλα ποιοῦσι τὰ τῶν πατέρων ἐγκώμια.

Θεολόγου. — Ἔργασαι τὸ καλὸν, ὅτι καλὸν τῷ πατρὶ πείθεσθαι· καὶ εἴ σοι μηδὲν ἔσεσθαι μέλλοι, τοῦτο αὐτὸ μισθὸς, τῷ πατρὶ χαρίσασθαι.

D

Ὡς οἰκέτης δούλευσον τοῖς γεννήσασί σε· τί γὰρ ἀνταποδώσεις αὐτοῖς, οἷα αὐτοί σοί; ἀντιγεννῆσαι γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἔνι.

Οἱ τῆς τῶν παίδων κοσμιότητός τε καὶ σωφροσύνης ἀμελοῦντες πατέρες, παιδοκτόνοι τυγχάνουσι, καὶ χαλεπώτερον ἢ ἐκεῖνοι, ὅσῳ καὶ πρὸς ψυχὴν ἡ ἀπώλεια καὶ ὁ θάνατος.

603 SERMO XXIII.

De honore parentum, et liberorum amore.

Deut. v *et* vi. — Honora patrem tuum et matrem; et : Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Coloss. iii, 20. — Filii, obedite parentibus vestris per omnia : hoc enim placitum est in Domino.

Eccli. iii, 14. — Fili, subveni in senectute patri tuo, et si defecerit sensu, veniam da; nec contemnas eum in omni fortitudine tua. Eleemosyna enim patris, non erit in oblivione : et sicut serenitas glaciem liquat, sic dissolventur peccata tua.

Eccli. vii, 29. — In toto corde tuo honora patrem tuum, et dolorum matris tuæ ne obliviscaris. Memento quia per illos natus es; et quid retribues illis, quemadmodum illi tibi?

Basilii. — Probi filii magna parentum præstant encomia.

Theologi. — Operare quod honestum ac officii est, quod bonum sit patri obtemperare. Ac licet nihil inde tibi lucri polliceare, hoc ipsum merces est, quod patri obsequaris.

Chrysost. — Tanquam servus insta parentum sedulus obsequio. Quid enim retribues illis, qualia ipsi in te contulerunt? haud enim licet vicissim gignere.

Qui liberorum honestos sobriosque mores, parentes negligunt, liberorum sicarii sunt : atque hoc illis gravius, quod et animi perditio ista est ac interitus.

VARIÆ LECTIONES.

[66] Bal. ἀναισχύντων Φιλήμον. [66] In Gesn. Stobæo 199.

NOTÆ.

(*k*) *Ἀντιλαβοῦ ἐν γήρᾳ. Subveni*, et quasi sustenta patrem in senectute. Vulg. et Sixt. interpr., *Suscipe senectam patris*; quod sensu non abludit, etsi vim Græcæ vocis non omnino exprimit. Frequens est in Græcorum liturgiis.

(*l*) *Καὶ ὠδῖνας μητρός σου.* Gesn. mendo typographico, ὠδύνας. Nempe *dolores partus*, qui et absolute *dolores*. Sic Tob. iv monet filium Tobias, ut memor sit, quæ et quanta mater in utero propter eum passa pericula; ubi Vulg. et Sixt., *Gemitus matris tuæ ne obliviscaris*; quod paulo communius est.

Digitized by Google

Cyrilli. — Christianorum prima virtus laudem habens, pietas est, ut parentes honore afficiamus, atque his qui genuerunt, labores rependamus, ac quanta facultas necessaria vitæ subsidia ac quibus reficiantur, in illos conferamus. Etsi enim pleraque illis reddiderimus, hoc tamen quod sustulerunt, nunquam illis reddere poterimus.

Κυρίλλου. — Χριστιανῶν ἐνάρετος εὐσέβεια πρώτη, τὸ τιμᾷν τοὺς γεννήσαντας· τὸ τοὺς πόνους ἀμείψασθαι τῶν φύντων, καὶ πάσῃ δυνάμει τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν αὐτοῖς ἐνεγκεῖν. Κἂν γὰρ τὰ πλεῖστα τούτοις ἀποδῶμεν, ἀλλ' ἀντιγεννῆσαι τούτους οὔπω [47] δυνησόμεθα.

Filii parentibus morem gerant necesse est. Ubi tamen veritatis ratio ac doctrina cogit, Deo habendus honor, ac quæ illius sunt, naturali ipso parentum amore potiore loco ducenda sunt.

Εἶκειν ἀναγκαῖον πατράσι τοὺς παῖδας· ἀλλ' ἔνθαπερ ἂν ὁ τῆς ἀληθείας ἐλαύνῃ λόγος, τιμάσθω Θεὸς καὶ νικάτω τὰ αὐτοῦ καὶ φιλοστοργίας δύναμιν φυσικήν.

Philonis. — Deum nemo quo par est dignumque honore prosequi potest, sed justo solum; cum nec fieri possit, ut et parentibus pares gratias referamus: nam neque vicissim illos gignere inque lucem suscipere possumus.

Φίλων. — Ἀξίως οὐδεὶς τὸν Θεὸν τιμᾷ, ἀλλὰ δικαίως μόνον, ὁπότε οὐδὲ τοῖς γονεῦσιν ἴσας ἀποδοῦναι χάριτας ἐνδέχεται· ἀντιγεννῆσαι γὰρ οὐχ οἷόν τε τούτους.

604 *Aristotel.* — Operæ pretium ut filius magis patris servus sit, quam famulus aut vernaculus: ille namque natura, hic lege est servus.

Ἀριστοτ. — Χρὴ τὸν υἱὸν δοῦλον εἶναι τοῦ πατρὸς ἢ τὸν οἰκέτην· ὁ μὲν γὰρ φύσει τοῦ πατρὸς δοῦλός ἐστιν· ὁ δὲ νόμῳ.

Isocrat. — Talis esto erga parentes, quales optes in te fore, quos liberos ipse sustuleris.

Ἰσοκράτ. — Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαι περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας.

Alexander. — Alexander rex interrogatus, utrum magis amaret Philippum patrem, an Aristotelem magistrum, respondit: Ille nimirum tribuit ut essem, hic ejus quod est bene ac honeste mihi est auctor.

Ἀλέξανδρ. — Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἐρωτηθείς, τίνα μᾶλλον ποθεῖ, τὸν πατέρα Φίλιππον, ἢ Ἀριστοτέλην τὸν διδάσκαλον, ἔφη, Ὁ μὲν γὰρ τοῦ γενέσθαι, ὁ δὲ τοῦ καλῶς γενέσθαι αἴτιος.

Idem, matre Olympiade grave aliquid imperante: O mater, ait, acerbam novem in utero mensium hospitii mercedem exigis!

Ὁ αὐτὸς βαρύ τι ἐπιταττούσης αὐτῷ τῆς μητρὸς Ὀλυμπιάδος, ἔφη, Ὦ μῆτερ, πικρόν γε ἐνοίκιον τῆς ἐνναμηναίου [48] με ἀπαιτεῖς.

Socrates. — Cum uxor reprehenderet, quod filium inutilem ac socordem non admitteret, atque ex illo eum esse diceret, despuens ille: Et hoc, inquit, ex me est, nec ullius tamen usus est.

Σωκράτης. — Μεμφομένης αὐτῷ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ οὐ προσίεται ἄχρηστον ὄντα, καὶ λεγούσης ὅτι ἐξ αὐτοῦ εἴη, ἀποπτύσας· Καὶ γὰρ τοῦτο, εἶπεν, ἐξ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ χρήσιμον.

Melesii. — Qualia symbola in parentes tu ipse contuleris, talia in senectute te recepturum exspecta a liberis.

Μελησίου. — Οἵους ἂν ἐράνους ἐνέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοιούτους αὐτοὺς ἐν τῷ γήρᾳ παρὰ τῶν τέκνων προσδέχου.

Euripid.

Quisquis autem parentes in vita colit,
Hic nimirum vivens pariter et vita functus Dei amicus [exsistit.
Nullum liberis hoc præstantius munus,
Quam ut strenuo bonoque sati parente,
Condignum quoque parentibus honorem tribuant.

Εὐριπίδ.

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
Ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῦ φίλος.

Οὐκ ἔστι παισὶ τούτου κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

Solon. — Rogatus Solon quid causæ esset, cur nullas adversus eos qui parentes percussissent pœnas statuisset, respondit: Quod nullos tales existimabam fore.

Σόλωνος. — Σόλων ἐρωτηθείς, διατί κατὰ τῶν τυπτόντων τοὺς πατέρας ἐπιτίμιον οὐχ ὥρισεν, εἶπεν, ὅτι Οὐχ ὑπέλαβον τοιούτους τινὰς ἔσεσθαι.

Plato. — Plato, cum quemdam animadvertisset insolentius cum patre agentem seque in eum efferentem: Non desines, inquit, adolescens, eum contemnere, ob quem magnifice de te sentire vis?

Πλάτωνος. — Πλάτων θρασυνόμενον ἰδών τινα πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, Οὐ παύσῃ, μειράκιον, εἶπε, τούτου καταφρονεῖν, δι' ὃν μέγα φρονεῖν ἀξιοῖς;

Ex Æliani Historia. — Prima supra octogesimam Olympiade, aiunt Ætnam igne fluxisse; tumque Philonomum et Calliam Catanæ cives, sublatos parentes per medias flammas, aliis spretis pignoribus, extulisse; cujus et officii gratia a Deo mercedem accepere. Illis namque celeri se fuga prori-

Ἐκ τῆς Αἰλιανοῦ Ἱστορίας. — Πρώτῃ καὶ ὀγδηκοστῇ Ὀλυμπιάδι φασὶ τὴν Αἴτνην ῥυῆναι, ὅτε καὶ Φιλόνομος καὶ Καλλίας οἱ Καταναῖοι, τοὺς ἑαυτῶν πατέρας ἀράμενοι, διὰ μέσης τῆς φλογὸς ἐκόμισαν τῶν ἄλλων κτημάτων καταφρονήσαντες· ἀνθ' ὧν καὶ ἀμοιβῆς ἔτυχον τῆς ἐκ τοῦ θείου. Τὸ γάρ τοι πῦρ

VARIÆ LECTIONES.

[47] Bal. οὔ ποτε. [48] Bal. ἐννεαμήνου.

Digitized by Google

θεόντων αὐτῶν διέστη, καθ' ὃ μέρος ἐκεῖνοι παρ- A pientibus, qua parte se verterent, ignis divisus locum fecit.

Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου Ἐγχειριδίου καὶ Ἰσοκρ.

Τοὺς υἱοὺς σπούδαζε πεπαιδευμένους μᾶλλον, ἢ πλουσίους καταλιπεῖν.

Θυγάτηρ ἀλλότριον κτῆμα ὑπάρχει τῷ πατρί.

Ὁ αὐτὸς τοῖς παισὶ συνεβούλευσεν αἰδὼ δεῖν καταλιπεῖν, ἢ χρυσόν.

Πατρὸς ὕβρις, ἡδὺ φάρμακον· πλέον γὰρ ἔχει τὸ ὠφελοῦν τοῦ δάκνοντος.

[49] Γίῳ καὶ θυγατρὶ μὴ προσμειδιάσῃς, ἵνα μὴ ὕστερον δακρύσῃς.

Ex Epicteti Enchiridio et Isocrat.

Liberos stude doctiores, quam ditiores relinquere.

Filia, aliena patri possessio est.

Idem, liberis pudorem magis relinquendum, quam aurum consulebat.

Objurgatio patris dulce medicamentum; plus enim prodest, quam mordet.

605 — Filio filiæque ne arrideas, ne in posterum lugeas.

ΛΟΓΟΣ ΚΔ' [50].

Περὶ φόβου.

Ματθ. κς'. — Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον· ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

Πράξ. ι'. — Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνω, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν.

Παροιμ. ιδ'. — Φόβος Κυρίου (*m*) πηγὴ ζωῆς· ποιεῖ δὲ ἐκκλίνειν ἐκ παγίδος θανάτου.

Σολομ. ιβ'. — Τέλος λόγου, τὸ πᾶν ἄκουε, τὸν Θεὸν φοβοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φύλασσε, ὅτι τοῦτο πᾶς ἄνθρωπος.

Σιρὰχ μ'. — Χρήματα καὶ ἰσχὺς ἀνυψοῦσι καρδίαν· καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα φόβος Κυρίου.

Βασιλείου. — Ὡς γὰρ ὁ ἐμπεπηγότας ἔχων ἐν C ἑαυτῷ τοὺς σωματικοὺς ἥλους, ἀνενέργητός ἐστιν, ὑπὸ τῶν ὀδυνῶν κατεχόμενος· οὕτως ὁ τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ κατειλημμένος, οὐκ ὀφθαλμῷ χρήσασθαι πρὸς ἃ μὴ δεῖ, οὐ χεῖρας κινῆσαι πρὸς ἀπηγορευμένας πράξεις, οὐχ ὅλως μικρὸν ἢ μεῖζον ἐνεργῆσαι παρὰ τὸ καθῆκον δύναται, οἷον ὀδύνῃ τινὶ τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀπειλημένων συμπεπαρμένος.

Θεολόγου. — Οὐκ ἀπὸ θεωρίας ἀρξαμένους, εἰς φόβον χρὴ καταλήγειν. Θεωρία γὰρ ἀχαλίνωτος, τάχα ἂν καὶ κατὰ κρημνῶν ὤσειεν· ἀλλὰ φόβῳ στοιχειωμένους καὶ καθαιρομένους, καὶ, ἵνα οὕτως εἴπω, λεπτυνομένους, εἰς ὕψος αἴρεσθαι.

Ἓν φοβηθῶμεν μόνον, τὸ φοβηθῆναι Θεοῦ τι πλέον (*n*). D

Φύλλων λαγωοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι.
Ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων.

Χρυσοστ. — Οὐ τοσοῦτον ἐργάσασθαι δυνήσεται λόγος, ὅσον ἐργάζεται φόβος. Ὁ γὰρ τῆς γεέννης φόβος τὸν τῆς βασιλείας ἡμῖν κομιεῖ στέφανον. Al-

SERMO XXIV.

De timore.

Matth. xxvi, 41. — Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Act. x, 34. — In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum et facit justitiam, acceptus est illi.

Prov. xiv, 27. — Timor Domini fons vitæ: facit autem declinare a laqueo mortis.

Eccle. xii, 13. — Finis sermonis, quod totum est, audi: Deum time, et mandata ejus observa: hoc est enim omnis homo.

Eccli. xl, 26. — Facultates et robur exaltant cor: et super utraque timor Domini.

Basilii. — Ut enim is, qui infixos corpori clavos habet, quidquid agendum sit iners est, quod doloribus ac cruciatu totus occupetur: sic quem Domini timor corripuit, non oculo uti potest ad ea quæ non sunt officii, non ullis vetitis manus admovere; non prorsus minus aliquid aut majus contra ac honesti ratio poscit, præstare; quem nimirum velut doloris quidam aculeus, intentatæ minæ confixerint.

Theologi. Orat. in Lumina. — Non auspicandum a contemplatione, ut in timore velut extremo desinamus. Contemplatio enim freno soluta, forte etiam in præceps impulerit: sed primis quasi elementis timore institutos, purgatosque, et, ut ita dicam, tenuatos, sic in sublime erigi convenit.

Unum duntaxat timeamus, ne quid Deo magis timeamus.

Lepores foliorum crepitus terrent:
Sic viros parum viriles, umbræ rerum.

Chrysost. — Non tantum verbis effici poterit, quantum præstat timor. Nam gehennæ timor, regni nobis coronam afferet. Diabolus, modo velimus,

VARIÆ LECTIONES.

[49] In Antonio, *Solonit.*; idem fere. Eccli. xxx, 9. [50] Est in Gesn. Stob. 288.

NOTÆ.

(*m*) *Φόβος Κυρίου.* Sic et Vulg. ipsaque Hebraica, יראת יהוה *timor Domini*. Nec aliter redditur aliis locis, quibus ejus vocis usus frequentissimus est. Sic etiam Syriac. et Paraphrastes Chald. Arabica tamen proxime ex Græcis τῶν Ο' expressa, perinde *imperium*, *præceptum*, quod est Græce πρόσταγμα. Notant tamen Romana scholia, alios habere φόβος, uti hic codices repræsentant.

(*n*) *Τὸ φοβηθῆναι Θεοῦ τι πλέον.* Gesneri conjectura, ut sit reponendum τοῦ, ἀντὶ τὸ, maxima ἀστοχασία est; nihilque aptum quod sic dissute interrogando reddit, *Metuamus tantum; quid est in metu Domini amplius?* Aliud theologi acumen, ipsis ejus verbis nulla vi expressum; nempe *Timeamus, ne præ Deo aliquid timeamus:* quod certe evangelicum documentum, ut Dei timori nihil anteponamus.

Digitized by Google

multorum nobis bonorum auctor exsistit. Metuentes enim ejus insidias, sobrii sumus, Deumque mente recolimus. Nam qui videt instantem hostem, ad eum confugit, qui opem ferre potest.

Quemadmodum dum miles armatus **606** domui continue assidet, non latro, non parietum effossor, non ullus alius sic facinorosorum hominum audebit apparere : sic quandiu Dei timor occupat, nihil facile illiberalium affectuum animis nostris obrepserit.

Didymi. — Fieri non potest ut qui Deum vere timet homo pavidus sit; quippe cum dictum sit, Præter Deum, neminem alium esse timendum.

Climaci. — Quemadmodum solis radius ubi domum intraverit, cuncta luce perfundit, ut et tenuissima corpuscula, ac pulvis volans cernatur : sic et Dei timor cum in animam venerit, omnia ei delicta ostendit.

Severiani. — Humanæ salutis initium, Dei timor, omniumque in nobis bonorum radix, Dei lex. Nec enim divina lex timoris expers, nec sine lege timor exsistit. Nam lex quidem, eorum quæ sunt constituta, timorem ministrum habet; timor vero, eorum quæ præcepta sunt et ordinata, legem exploratorem.

Biantis. — Rogatus Bias, quid humanis in rebus esset metu intrepidum, respondit : Recta conscientia.

Epicuri. — Qui metuendum ipse præferat, non potest absque metu esse.

Democrit. — Non metu abstinendum a peccatis, sed quod ita honesti ipsa ratio poscit.

Euripidis.

Insulsus est, quisquis timore debilis,
Resumpto tantisper animo, altum sapit.

Menandri.

Stultitia mihi videtur manifesta,
Intelligere quæ convenit, nec cavenda cavere.

SERMO XXV.

De iis qui cito mutantur, deque pœnitentia.

Luc. IX, 62. — Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.

II Petr. II, 21. — Melius est non agnovisse viam justitiæ, quam post agnitionem, retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto præcepto. Contigit autem illis quod vero proverbio dicitur : *Canis reversus ad suum vomitum;* et : *Sus lota in volutabro luti* (*Prov.* XXVI, 11).

Prov. XVII, 20. — Vir qui facile lingua mutatur, incidet in mala.

607 *Prov.* XXVI, 11. — Sicut canis cum reversus fuerit ad vomitum suum et factus odibilis, sic insi-

A τία ἡμῖν πολλῶν ἀγαθῶν, εἰ βουλοίμεθα, ὁ διάβολος· δεδοικότες γὰρ αὐτοῦ τὰς ἐπιβουλὰς, νήφομεν καὶ μεμνήμεθα τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ ἐφεστῶτα τὸν ἐχθρὸν ὁρῶν, τῷ δυναμένῳ προστρέχει βοηθεῖν.

Καθάπερ ἐν οἰκίᾳ στρατιώτου διηνεκῶς ὡπλισμένου, οὐ λῃστὴς, οὐ τυχωρύχος, οὐκ ἄλλος τις τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργούντων τολμήσει φανῆναι· οὕτω φόβου κατέχοντος ψυχὰς, οὐδὲν τῶν ἀνελευθέρων παθῶν ἐπεισέρχεται ῥᾳδίως ἡμῖν.

Διδύμου. — Οὐ δυνατὸν τὸν ἀληθῶς φοβούμενον τὸν Θεὸν δειλίαν ἔχειν, εἰρημένου τοῦ, Πλὴν αὐτοῦ μὴ φοβοῦ ἄλλον.

B *Κλίμακος.* — Ὥσπερ ἀκτὶς ἡλίου δι' ὀπῆς εἰσελθοῦσα ἐν οἴκῳ πάντα φωτίζει, ὡς καὶ τὸ λεπτότατον ὁρᾶν, τόν τε κονιορτὸν πετόμενον· οὕτω καὶ φόβος Θεοῦ μετὰ διακρίσεως ἐν καρδίᾳ γενόμενος, πάντα αὐτῇ τὰ ἁμαρτήματα ὑποδείκνυσιν.

Σευηριανοῦ. — Ἀρχὴ σωτηρίας ἀνθρώπων ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος, καὶ ῥίζα πάντων ἐν ἡμῖν ἀγαθῶν ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος. Οὔτε δὲ Θεοῦ νόμος ἄνευ φόβου, οὔτε φόβος ἄνευ νόμου. Ὁ μὲν γὰρ νόμος τῶν ἐπιτεταγμένων ὑπηρέτην ἔχει τὸν φόβον· ὁ δὲ φόβος τῶν προστεταγμένων (*o*) δικαστὴν ἔχει τὸν νόμον.

Βίας. — Βίας ἐρωτηθεὶς, τί ἂν εἴη τῶν κατὰ τὸν βίον ἄφοβον, εἶπεν, Ὀρθὴ συνείδησις.

Ἐπικούρ. — Οὐκ ἔστιν ἄφοβον εἶναι, φοβερὸν φαινόμενον.

C *Δημοκρ.* — Οὐ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον, ἀπέχεσθαι χρεὼν ἁμαρτημάτων.

Εὐριπίδου.

Ἀσύνετος, ὅστις ἐν φόβῳ μὲν ἀσθενὴς,
Λαβὼν δὲ μικρόν τι ψυχῆς φρονεῖ μέγα.

Μενάνδρ.

Εὐήθειά μοι φαίνεται δηλουμένη,
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.

ΛΟΓΟΣ ΚΕ' [81].

Περὶ τῶν ταχέως μεταβαλλομένων, καὶ περὶ μετανοίας.

Λουκ. θ'. — Οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς D τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Β'. Πετ. β'. — Κρεῖσσόν ἐστι μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνόντα ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτῷ ἁγίας ἐντολῆς. Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, *Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον*, καὶ, *Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.*

Παροιμ. ιζ'. — Ἀνὴρ εὐμετάβολος γλώσσῃ ἐκπεσεῖται εἰς κακά.

Παροιμ. κς'. — Ὥσπερ κύων ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἔμετον καὶ μισητὸς γένηται, οὕτως

[81] In Gesn. Stob. 306.

NOTÆ.

(*o*) *Τῶν προστεταγμένων.* Sanum hunc locum repræsento, ex Cl. V. Ballesd. codice, cum tribus fere in Gesn. laboraret; ipsum jam nihil difficilem, et in quo clarum Severiani acumen, ut est argutus auctor, ipse quoque in deliciis Constantinopoli habitus, τοῦ Χρυσορρήμονος æmulus.

Digitized by Google

ἄφρων τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ ἀναστρέψας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ A piens sua malitia revertens ad peccatum suum.
ἁμαρτίαν.

Σιρὰχ λδ'. — Ἄνθρωπος νηστεύων ἐπὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, καὶ πάλιν πορευόμενος καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν, τῆς προσευχῆς αὐτοῦ τίς εἰσακούεται; καὶ τί ὠφέλησεν ἐν τῷ ταπεινωθῆναι αὐτόν;

Eccli. xxxiv, 30; *Syxt.* 21. — Homo qui jejunat pro peccatis suis, iterumque vadit et eadem facit; orationem illius quis exaudiet? quidve profecit humiliando se?

Βασιλ. — Ὁ ἐν προκοπῇ γενόμενος ἀγαθῶν ἔργων, εἶτα παλινδρομήσας πρὸς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, οὐ μόνον τὸν ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις μισθὸν ἐζημιώθη, ἀλλὰ καὶ βαρυτέρας ἀξιοῦται τῆς κατακρίσεως.

Basilii. — Qui postquam in bonis operibus profecit, iterum ad antiquam consuetudinem redit, non solum superiorum laborum mercedem perdit, verum etiam majori pœna dignus efficitur.

Οἷς εὔκολος πρὸς μεταβολὴν ἡ διάνοια, τούτοις οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τὸν βίον εἶναι μὴ τεταγμένον.

Quorum facile mobilis animus, haud mirum nihil eis ex honesti ratione vitam compositam esse.

Μηδεὶς ἐν κακίᾳ διάγων, ἑαυτὸν ἀπογινωσκέτω, εἰδὼς ὅτι γεωργία μὲν τῶν φυτῶν τὰς ποιότητας μεταβάλλει· ἡ δὲ κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεια B δυνατή ἐστι παντοδαπῶν ἀῤῥωστημάτων ἐπικρατῆσαι.

Nemo qui in vitio versetur, seipsum desperet, qui sciat agricultura mutari stirpium qualitates; animique colenda virtute diligentia, omnis generis illius ægritudines posse superari.

Ἄνθρωποι ταῖς νεφέλαις ἐοίκασι, πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τοῦ ἀέρος ἐμφερομέναις.

Homines nubibus similes sunt, quæ pro vario ventorum flatu huc quandoque atque illuc feruntur.

Οὐ χρόνου ποσότητι, διαθέσει δὲ ψυχῆς ἡ μετάνοια κρίνεται.

Non temporis mora, sed animi affectu pœnitentia judicatur.

Θεολόγου. — Δέον εὐμετακινήτους μὲν εἶναι πρὸς τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος, ἀκινήτους δὲ πρὸς τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ βελτίονος.

Theologi. — Tales nos esse convenit, ut a vitio ad virtutem facilis nobis mutatio sit, a virtute autem ad vitium animus sit prorsus immobilis.

Οὐχ ἡ μετάθεσις τοῦ κακοῦ τὸ αἰσχρὸν ἔχει· ἀλλ' ἡ τούτου τήρησις τὴν ἀπώλειαν.

Nullum dedecus a vitio mutari : illud vero retinere, exitio exsistit.

Τὸ μὴ ἁμαρτάνειν ἀναισθήτως, ἀλλ' ἐπιγινώσκειν καὶ συνορᾷν τὸ πλημμεληθὲν, οὐκ ἔστι μικρόν· C ἀλλ' ὁδός τίς ἐστι καὶ ἀρχὴ πρὸς διόρθωσιν ἄγουσα, καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν.

Non nullo sensu peccare, sed delictum agnoscere ejusque conscium esse, haud res exigua est; sed via quædam et initium ad emendationem ducens, ac mutationem ad frugem meliorem.

Κούφους καὶ ἀνοήτους τούτους ὑπολαμβάνομεν, τοὺς ῥᾳδίως ἐπ' ἀμφότερα φερομένους, καὶ μεταῤῥέοντας, καθάπερ αὔρας μεταπιπτούσας, ἢ μεταβολὰς καὶ παλιῤῥοίας Εὐρίπου, ἢ θαλάσσης ἄστατα κύματα.

Leves ac stultos judicamus, qui facile in utramque partem feruntur, fluuntque ac refluunt ventorum more, alias ex aliis auras mutantium, atque Euripi reciprocos æstus, ac maris instabiles fluctus inconstantia referunt.

Χρυσοστ. — Ὁ μετανοήσας ἐφ' οἷς ἔπραξε δεινοῖς, κἂν μὴ τῶν ἁμαρτημάτων ἀξίαν ἀποδείξηται τὴν μετάνοιαν, καὶ αὐτῆς ταύτης ὅμως ἕξει τὴν ἀντίδοσιν.

Chrysost. — Quem pœniteat malorum, quæ egit, etsi pro scelerum gravitate dignam satis pœnitentiam non egerit, hujus ipsius, quod sic eum pœnituit, mercedem habebit.

Εὐαγρίου. — Φυτὸν μεταφερόμενον συνεχῶς, καρπὸν οὐ φυεῖ.

Evagrii. — Quæ jugiter solum mutet, stirps, omnis expers fructus erit.

Σωκράτ. — Ἀνδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς, ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι.

608 *Socrat.* — Ut statua in basi, sic vir bonus D ac studiosus, in bono proposito firmus stare debet.

ΛΟΓΟΣ ΚΖ'[52].

Περὶ ἁμαρτίας καὶ ἐξαγορεύσεως.

Ἰωαν. η'. — Πᾶς ὁ ποιῶν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

Σιρὰχ. κα'. — Ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως, φεῦγε ἀπὸ ἁμαρτίας· ἐὰν γὰρ προσέλθῃς, δήξεταί σε. Ὀδόντες λέοντος οἱ ὀδόντες αὐτῆς, καὶ ἀναιροῦντες ψυχὰς ἀνθρώπων.

Πρὸς Ῥωμ. ς'. — Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς

SERMO XXVI.

De peccato et confessione.

Joan. viii, 34. — Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.

Eccli. xxi, 2. — Tanquam a facie colubri, fuge a peccato; si enim accesseris mordebit te. Dentes leonis dentes ejus, et qui interficiunt animas hominum.

Rom. vi, 12. — Ne ergo regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obediatis concupiscentiis

[52] In Gesn. Stob.207.

Digitized by Google

ejus : neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.

Eccli. xxvii, 11. — Leo venationi insidiatur; sic peccatum facientibus iniqua.

Eccli. xxxix, 30. — Bona bonis creata sunt ab initio; sic et peccatoribus mala.

Basilii. — Quemadmodum ut incidenda sit caro, vel cauterio exurenda, non medicus est auctor, sed morbus : sic et civitatum excidia extremæque clades, quæ ex peccatorum exuberantia ortum habeant, omni accusatione Deum liberant.

Peccatum quandiu quidem parturitur, aliquid pudoris habet : ubi autem fuerit consummatum, qui ejus auctores sint, omnibus impudentiores reddit.

Ut fumus apes, et fetor columbas fugat, sic et B vitæ nostræ custodem angelum res longe luctuosa ac fetens peccatum abigit.

Sicut umbra corpori comes est, sic animis peccata, claraque actuum simulacra exsistunt.

Natura pronum vitium est, præcepsque est in deterius cursus.

Res facile æmulationem habens eaque proclivis, improbitas est; nec quidquam sic expeditum, ac fieri malum.

Ne graveris peccatum tuum confiteri, ut præsentis ævi pudore, futuri dedecus probrumque caveas (nam et hæc illius pars supplicii est), ostendasque odisse te vere peccatum : quod traducas ac tripudio ostentes atque triumphes, **609** ut quod vere dignum contumelia est.

Circumda stercora, lacrymas, gemitus, quam confessione humilioreque ac spreta disciplina præstes meliorem frugem.

Nulla his qui excesserunt in inferno confessio est ac emendatio. Conclusit enim Deus, præsenti quidem ævo, vitam et actionem; futuro autem, eorum quæ gesta fuerint, rationes atque examen.

Vitium silentio pressum atque occultum, latens animi morbus exsistit.

Theologi. — Facilius quis tenuis vitii copiosius labe imbuatur, quam altæ virtutis paulatim honestatem asciscat. Nam et mel exigui absinthii D vis citissime inficit; ipsum vero, nec si duplum quidem exstiterit, absinthio dulcedinem infundit.

Chysost. — Tale quid peccatum est. Antequam perficiatur, eum, qui se illi reum addixerit, quasi temulentum reddit. Ubi autem adimpletum fuerit et jam peractum, quæ fuerat voluptas, hæc sese subducit ac exstinguitur; nudus autem stat ac-

Λ ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· μήτε παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ.

Σιρὰχ. κζ'.—Λέων θήρᾳ ἐνεδρεύει, οὕτως ἁμαρτία τοὺς ἐργαζομένους ἄδικα.

Σιρὰχ. λθ'. — Ἀγαθὰ τοῖς ἀγαθοῖς ἐκτίσθη ἀπ' ἀρχῆς, οὕτω καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς κακά.

Βασιλ. — Ὥσπερ τῆς τομῆς ἡ τοῦ καυτῆρος, οὐχ ὁ ἰατρὸς αἴτιος, ἀλλ' ἡ νόσος· οὕτω καὶ οἱ τῶν πόλεων ἀφανισμοὶ ἐκ τῆς ἀμετρίας τῶν ἁμαρτανομένων τὴν ἀρχὴν ἔχοντες, τὸν Θεὸν ἀπάσης μέμψεως ἀπολύουσιν.

Ἡ ἁμαρτία ὡς μὲν ὠδίνεται, ἔχει τινὰ αἰσχύνην· ἐπειδὰν δὲ τελεσθῇ, τότε ἀναισχυντοτέρους ποιεῖ τοὺς ἐργαζομένους αὐτήν.

Ὡς γὰρ τὰς μελίσσας καπνὸς φυγαδεύει καὶ τὰς περιστερὰς δυσωδία· οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφίστησιν ἁμαρτία.

Ὥσπερ ἡ σκιὰ τῷ σώματι, οὕτω ταῖς ψυχαῖς αἱ ἁμαρτίαι παρέπονται, ἐναργεῖς τὰς πράξεις εἰκονίζουσαι.

Φύσει πρόχειρον ἡ κακία, καὶ πολὺς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ δρόμος.

Εὐζήλωτον μέντοι καὶ πρόχειρον πρᾶγμα ἡ μοχθηρία· καὶ οὐδὲν οὕτω ῥᾴδιον ὡς τὸ γενέσθαι κακόν.

Μὴ ἀπαξιώσῃς ἐξαγορεῦσαί σου τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα τῇ ἐντεῦθεν αἰσχύνῃ τὴν ἐκεῖθεν φύγῃς (ἐπειδὴ μέρος καὶ τοῦτο τῆς ἐκεῖσε κολάσεως) καὶ δείξῃς C ὅτι τὴν ἁμαρτίαν ὄντως μεμίσηκας, παραδειγματίσας αὐτὴν καὶ θριαμβεύσας, ὡς ἄξιαν ὕβρεως.

Περιβαλοῦ κόπρια, δάκρυα, στεναγμούς, τὴν δι' ἐξαγορεύσεως καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς ἐπανόρθωσιν.

Οὐκ ἔστι τοῖς ἀπελθοῦσιν ἐν ᾅδῃ ἐξομολόγησις καὶ διόρθωσις. Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς, ἐνταῦθα μὲν βίον καὶ πρᾶξιν· ἐκεῖ δὲ, τὴν τῶν πεπραγμένων ἐξέτασιν.

Κακία σιωπηθεῖσα, νόσος ὕπουλός ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ.

Θεολόγου. — Θᾶττον γὰρ ἄν τις ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλουσίως, ἢ ἀρετῆς βαθείας κατὰ μικρόν. Ἐπεὶ καὶ μέλιτι μὲν μικρὸν ἀψίνθιον τάχιστα μεταδίδωσι τοῦ πικροῦ, μέλι δὲ οὐδὲ τὸ διπλάσιον ἀψινθίῳ τῆς ἑαυτοῦ γλυκύτητος.

Χρυσοστ. — Τοιοῦτον ἡ ἁμαρτία· πρὶν ἢ μὲν ἀπαρτισθῆναι, μεθύειν ποιεῖ τὸν ἁλόντα· ἐπειδὰν δὲ πληρωθῇ καὶ ἀπαρτισθῇ, τότε τὰ μὲν τῆς ἡδονῆς ταύτης ὑπεξίσταται καὶ σβέννυται· γυμνὸς δὲ ἔστηκε λοιπὸν ὁ κατήγορος, τοῦ συνειδότος (*p*) δημίου τάξιν

NOTÆ.

(*p*) *Τοῦ συνειδότος.* Gesn. cum voce κατήγορος jungit; quasi ipsa conscientia non accuset, sed accusetur, nec ejus quasi active tribunal sit, sed passive : quod idem n. 50, in eo reprehendi. Ego potius genitivum absolutum accipio, et quo explicetur ipse accusator et tortor, ipsa nimirum conscientia, quæ horum vices gerat, sic animum cædendo et vellicando. Quare nominativi illi soloco positi, ut solent passim Græci moderni usurpare, pro quibus gignendi casu Chrysostomus scripserit. Libet conjecturam firmare ex uno et altero ejus loco, concione 1 et 4, in divitem et Lazarum. Et 4 quidem : Δικαστήριον χωρὶς ἐλέγχων, καὶ ἀπολογία χωρὶς κατηγορίας, καὶ ἀπόδειξις ἄνευ μαρτύρων· αὐτῶν τῶν τὸ πρᾶγμα ἐργασαμένων ἑαυτοὺς ἐλεγχόντων, καὶ τὸ λάθρα γεγενημένον ἐκπομπευόντων.

Digitized by Google

ἐπέχων [ἐπέχοντος] καὶ καταξαίνων τὸν πλημμεληκότα, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπαιτῶν δίκην, καὶ μολίβδου παντὸς βαρύτερον ἐπικείμενος.

Ἀπόστηθι τῆς πονηρίας, παῦσαι τῆς κακίας, ἐπιλαβοῦ τῆς ἀρετῆς, καὶ ὑπόσχου μηκέτι αὐτὰ ποιεῖν· καὶ ἀρκεῖ τοῦτο εἰς ἀπολογίαν. Ἐγὼ διαμαρτύρομαι καὶ ἐγγυῶμαι, ὅτι τῶν ἁμαρτανομένων ὑμῶν ἕκαστος, ἂν ἀποστὰς τῶν προτέρων κακῶν ὑπόσχηται τῷ Θεῷ μετὰ ἀληθείας μηκέτι αὐτῶν ἅψασθαι, οὐδὲν ἕτερον ὁ Θεὸς ζητεῖ πρὸς ἀπολογίαν μείζονα. Φιλάνθρωπος γάρ ἐστι καὶ ἐλεήμων· καὶ καθάπερ ἡ ὠδίνουσα ἐπιθυμεῖ τεκεῖν, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπιθυμεῖ τὸν ἔλεον ἐκχεῖν τὸν ἑαυτοῦ.

Ὥσπερ γὰρ σπινθὴρ ἐὰν φθάσῃ ἐπιλαβέσθαι τινὸς, πάντα λοιπὸν κατανέμεται· οὕτω τῆς ἁμαρτίας φύσις, ἐπειδὰν τῶν τῆς ψυχῆς λογισμῶν ἐπιλάβηται, καὶ μηδεὶς ᾖ ὁ σβέσων, χαλεπωτέρα λοιπὸν καὶ δυσχείρωτος γίνεται, τῇ τῶν δευτέρων προσθήκῃ εἰς μείζονα καταφρόνησιν ἐπαιρομένη.

Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν ἁμαρτήμασιν ὢν, ἑτέρων κατηγορῶν, ἑαυτοῦ πρὸ ἐκείνων κατηγορεῖ· οὕτω καὶ ὁ ἐν συμφορᾷ ὢν καὶ ὀνειδίζων ἑτέρου συμφοράν, ἑαυτὸν πρὸ ἐκείνου ὀνειδίζει.

Καθάπερ οἱ διὰ νυκτὸς ἀσελήνου βαδίζοντες τρέμουσι, κἂν μηδεὶς ὁ φοβῶν παρῇ· οὕτω καὶ οἱ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενοι, θαρρεῖν οὐκ ἔχουσι, κἂν μηδεὶς ὁ ἐλέγχων ᾖ.

Ἐπὶ ἑνὸς οὐ θέλομεν ἀσχημονῆσαι ἐνταῦθα· ἐπὶ δὲ μυριάδων ἐκεῖ τί ποιήσομεν;

Γρηγ. Νύσσης. — Πολλὴ πρὸς τὴν κακίαν ἐστὶν ἡ εὐκολία, καὶ ὀξύρροπος ἐπὶ τὸ χεῖρον ἡ φύσις.

Κυρίλλου. — Πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Νοσεῖ γὰρ ἡ φύσις τὸ εἰς ἁμαρτίαν εὔκολον, διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς εἰσοικισαμένων τὸ πάθος.

Φίλωνος. — Τῷ μὲν ἀγνοίᾳ τοῦ κρείττονος διαμαρτάνοντι συγγνώμη παρεισέρχεται· ὁ δὲ ἐξεπίτηδες ἀδικῶν, ἀπολογίαν οὐκ ἔχει.

Κλήμεντος. — Φοβηθῶμεν οὐχὶ νόσον τὴν ἐξω-

A cusator, conscientia carnificis locum tenente, ejusque qui deliquit latera deradit, extremumque supplicium deposcit, atque omni plumbo gravius incumbit.

Abscede ab improbitate, cessa a malitia; arripe virtutem, ac pollicere non amplius te ea facturum; satisque hoc est ad satisfactionem. Ego contestor spondeoque, quisquis nostrum peccaverit, si modo a prioribus malis discedens, vere Deo polliceatur, se ad ea amplius non reversurum, nullam ipsum majorem ex illo satisfactionem exquirere. Etenim humanitate propensus ac misericors est: ac sicut parturiens, parere desiderat, sic et ipse misericordiam suam cupit effundere.

B Quemadmodum enim scintilla si quid apprehenderit, quidquid reliquum est vorante flamma comburit; sic peccati vis, postquam animi cogitationes invaserit, nec sit aliquis qui exstinguat, gravissima jam peneque insuperabilis evadit; dum nimirum ex iis quæ postmodum accedunt, in majorem contemptum exsurgit.

Ut enim qui in peccatis est, dum alios accusat, ipse sibi prior crimen intentat; sic et qui versatur in calamitate, alii exprobrans calamitatem, sibi ipse prior exprobrat.

Quemadmodum ii, qui nocte illuni **610** ambulant, tametsi nemo sit qui exterreat, tremunt; sic et qui peccant, etsi nemo est qui arguat, fiduciam habere non possunt.

C Uno teste nostram hic prodi turpitudinem nolumus; quid illic sub multorum millium præsentiam faciemus?

Nyssen. — Multa in vitium pronitas est, ruitque facile natura in id quod deterius est.

Cyrilli. — In multis offendimus omnes. Laborat enim natura proclivitatis in peccatum labe, eorum reatu qui a principio ejus illi auctores exstitere.

Philonis. — Ei qui virtutis rectique ignorantia peccat, præsto facile venia est; qui autem de industria injuste agit, excusationem non habet.

Clementis. — Timeamus non morbum, qui exte-

NOTÆ.

Τίς ἔπεισε, τίς ἠνάγκασεν εἰς μέσον εἰσενεγκεῖν τὰ πρὸ τοσούτου τολμηθέντα χρόνου; Οὐκ εὔδηλον ὅτι τὸ συνειδὸς, ὁ ἀπαραλόγιστος δικαστὴς, συνεχῶς αὐτῶν κατέσειε τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ψυχὴν ἐθορύβει; **De fratribus Josephi loquitur, scelus agnoscentibus.** *Judicium nullis arguentibus, defensio sine accusatione, probatio absque testibus; ipsi qui scelus patraverant sese arguentibus, et quod clam commissum erat traducentibus. Quis suasit? quis coegit, ut quæ tanto ante tempore ausi erant, in medium proferrent? Num liquet idcirco nimirum quod conscientia, incorruptus ille judex et cui nemo obrepat, eorum continue cogitationem quateret, atque animum turbaret?* id est, vero de malis universim. Ἀνάπτυξόν μοι τούτου τὸ συνειδὸς, καὶ ὄψει πολὺν ἔνδοθεν θόρυβον τῶν ἁμαρτημάτων, φόβον διηνεκῆ, χειμῶνα, ταραχήν. Καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ τὸν νοῦν ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβάντα τὸν βασιλικὸν τοῦ συνειδότος, καὶ ὥσπερ τινὰ δικαστὴν καθήμενον, καὶ τοὺς λογισμοὺς παριστῶντα καθάπερ δημίους, καὶ ἀναρτῶντα τὴν διάνοιαν καὶ καταξαίνοντα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἐμβοῶντα μεγάλα μηδενὸς εἰδότος· *Explica mihi ejus conscientiam, et ingentem intus videbis peccatorum tumultum, metum continuum, procellam, turbationem. Quasi in judicio mentem regium conscientiæ thronum conscendere, ac velut judicem sedere, necnon rationes ac cogitationes tanquam tortores adhibentem, animumque ex equuleo levantem, ejusque latera ob peccata radentem atque ingentem clamorem nemine sciente edentem.* Ubi Erasm. pari Gesnero errore, τὴν διάνοιαν conscientiam reddit, *latera conscientiæ radentem:* quam bene, cujus dictus sit regius judicantis thronus, et quo sibi sic carnifices cogitationes adhibeat; id est, mens ipsa, ut ejus induit rationem, quæ proinde ut sic non cædi dicenda est, sed ipsa cædere; ut sit formalis propriaque locutio, ex Patrum usu et Scripturæ, atque theologica, non impropria atque barbara: quidquid sibi blandiatur Erasmus, unusque omnium judex styli auctorum censorque sedere ambiat.

D

Digitized by Google

rius afflicit, sed peccata unde ille exsistit; animique ægritudinem, non corporis.

Theotimi. — Peccatum velut obicis cujusdam rationem habet, Dei in nos benevolentiam inhibens.

Josephi. — Ratio affectus non exstirpat, sed adversus eos luctatur.

Nec ignem pallio licet involvere, nec turpe peccatum tempore obtegere.

Aristotel. — Haud procul ab innocentia, et ut labis purus habeatur, abscedit, qui modeste peccatum confessus sit.

Pythagor. — Stude peccata tua non verbis occultare, sed curare reprehensionum aculeis.

Demost. — Quemadmodum corporis morbus, si tegatur atque laudetur, haud sane sanitatis remedia recipit; sic nec male tutus animus facile curari poterit.

Moschionis. — Præstat, cum raro virtutis cultorem profitearis, sæpius modestum atque sobrium esse; quam ut raro peccatum agnoscens, sæpius delictis impliceris.

Zeno. — Vive, homo, non solum ut edas et bibas, sed ut quod vivis abutaris ut bene beateque vivas.

Phavorini. — Affectio quædam animum invasit; ac quidem quid illa sit, nescio. Aiunt qui docti sunt ac initiati, amorem esse. Invide ac inconsulte, dæmon, infirmum corpus adortus es, quod te ferre non potest. Abs te abscedo, dæmon; a tua me pugna recipio, non sum tuus miles.

Theophrast. — Amor, nescientis rationem cupiditatis cujusdam exsuperantia est; celerem accessum habens, at quæ tarde dimittat.

A θεν, ἀλλ' ἁμαρτήματα, δι' ἃ ἡ νόσος · καὶ νόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος.

Θεοτίμου. — Ἔοικεν ἡ ἁμαρτία παραβλήματι κωλύοντι τὴν εὔνοιαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν γενέσθαι.

Ἰωσήππου. — Οὐκ ἐκριζωτὴς τῶν παθῶν, ἀλλ' ἀνταγωνιστής ἐστιν ὁ λογισμός.

Οὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν, οὔτε αἰσχρὸν ἁμάρτημα χρόνῳ.

Ἀριστοτ. — Οὐ πόρρω τοῦ ἀναμαρτήτου καθίστησιν ἑαυτὸν, ὁ τὸ ἁμαρτηθὲν ἐπιεικῶς ὁμολογήσας.

Πυθαγόρου. — Τὰ ἁμαρτήματά σου πειρῶ, μὴ λόγοις ἐπικαλύπτειν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἐλέγχοις.

Δημοσθ. — Ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόB μενον οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται · οὕτως οὐδὲ ψυχὴ κακῶς φρουρουμένη θεραπεύεται.

Μοσχίωνος. — Βέλτιον ὀλιγάκις ὁμολογοῦντα κατορθοῦν, σωφρονεῖν πολλάκις, ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτάνειν λέγοντα, πλημμελεῖν πολλάκις.

Ζήνων. — Ζῆθι, ὦ ἄνθρωπε, μὴ μόνον ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, ἀλλ' ἵνα τῷ ζῆν πρὸς τὸ εὖ ζῆν καταχρήσῃ.

Φαυωρίνου. — Πάθος τί μου προσέπεσε τῇ ψυχῇ, καὶ τί μέν ἐστιν οὐκ οἶδα. Ἔρωτα δὲ αὐτὸ λέγουσιν (*q*) οἱ μεμυημένοι. Βάσκανε δαῖμον καὶ ἀλόγιστε, ἀσθενεῖ προσελήλυθας σώματι, φέρειν σε μὴ δυναμένῳ. Ἐξίσταμαί σου, δαῖμον· παραχωρῶ σου τῆς C μάχης · οὐκ εἰμί σου στρατιώτης.

Θεοφράστ. — Ἔρως ἐστὶν ἀλογίστου τινὸς ἐπιθυμίας ὑπερβολὴ, ταχεῖαν μὲν ἔχουσα τὴν πρόσοδον, βραδεῖαν δὲ τὴν ἀπόλυσιν.

611 SERMO XXVII.

De ciborum incontinentia ac gula.

Luc. VI, 25. — Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis; væ vobis qui ridetis, quia lugebitis et flebitis.

Jac. V, 5. — Epulati estis deliciose super terram et eluxuriati; enutristis corda vestra sicut in die occisionis.

Prov. XXIV, 15. — Ne seducaris in saturitate ventris tui.

D

Prov. XXV, 16. — Mel nactus, quantum sufficit edito, ne forte repletus evomas.

Eccli. XL, 30. — Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in computatione vitæ.

Basilii. — Nullum cum ventre fidum commer-

ΛΟΓΟΣ ΚΖ'.

Περὶ ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας.

Λουκ. ς'. — Οὐαὶ οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε · οὐαὶ οἱ γελῶντες, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

Ἰακ. ε'. — Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐσπαταλήσατε · ἐτρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς.

Παροιμ. κδ'. — Μὴ ἀπατηθῇς ἐν χορτασίᾳ κοιD λίας σου.

Παροιμ. κε'. — Μέλι εὑρὼν, τὸ ἱκανὸν φάγε, μὴ ποτε πλησθεὶς ἐξεμέσῃς.

Σιρ. μ'. — Ἀνὴρ βλέπων εἰς τράπεζαν ἀλλοτρίαν, οὐκ ἔστιν ὁ βίος αὐτοῦ ἐν λογισμῷ ζωῆς.

Βασιλείου. — Γαστὴρ συναλλάκτης ἐστὶν ἀπιστό-

(*q*) In Gesn. Stob. 87.

NOTÆ.

(*q*) *Ἔρωτα δὲ αὐτὸ λέγουσι.* Istud de amore hac et sequenti sententia, paulo remotius a titulo videtur, ac potius alio spectare. Forte erat novus titulus ac sermo, cujus reliqua exciderint: nisi Maximus subtiliter adjecit, ut significaret esse amorem affectuum omnium principem ac fontem, ipsum plane insuperabilem, ex quo peccatum et injustitia, cum ille pravus est, et qualis viget in natura corrupta nec sanata, experiebanturque οἱ ἔξω philosophi (Græci scilicet et ethnici) a Christi gratia extranei. Etiam cum ad divina transfertur, velut quamdam passionem vi nominis importat, ipsaque divinius quid et majus charitate videtur, ut Dionysius De divinis nominibus exposuit.

Digitized by Google

τατος, ταμεῖον ἀφύλακτον· πολλῶν ἀποτεθέντων, τὴν μὲν βλάβην παρακατέχουσα, τὰ δὲ παραδοθέντα οὐ κατέχουσα.

Λίχνη γαστὴρ, ἡ ἀεὶ ἀπαιτοῦσα καὶ μηδέποτε λήγουσα. Ἡ λαμβάνουσα σήμερον, καὶ αὔριον λανθανομένη. Ὅταν ἐμπλησθῇ, περὶ ἐγκρατείας φιλοσοφεῖ· ὅταν διαπνευσθῇ, ἐπιλανθάνεται τῶν δογμάτων.

Φοβήθητι τὸ ὑπόδειγμα τοῦ πλουσίου. Ἐκεῖνον παρέδωκε τῷ πυρὶ ἡ διὰ βίου τρυφή. Οὐ γὰρ ἀδικίαν, ἀλλὰ τὸ ἀβροδίαιτον ἐγκληθεὶς, ἀπετηγανίζετο ἐν τῇ φλογὶ τῆς καμίνου.

Ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς καὶ οἴνου, αἰθαλώδεις τινὲς ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι, νεφέλης δίκην πυκνῆς, τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσι. Διὸ καὶ Μωϋσῆς πρὸς θεωρίαν Θεοῦ ἀναβαίνων διὰ τοῦ νοῦ, ἄσιτος καὶ ἄποτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα διετέλεσεν, ἀθόλωτον διαμένειν αὐτῷ τὸ ἡγεμονικὸν διοικούμενος.

Θεολ. — Ἀϋπνός ἐστι καὶ ἀκοίμητος πρὸς τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις.

Δὸς εἶπε γαστήρ. Ἢν λαβοῦσα σωφρονεῖς,
Δώσω πρυθύμως· ἢν δὲ τοῖς κάτω δίδως
Κόπρον· λάβοις μέν, ἀλλ' ὅμως μὴ πλουσίαν.
Εἰ δ' οὖν κατάσχοις, δώσομεν καὶ πλουσίαν.

Ἀκρασία γὰρ ἐμοὶ, πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν καὶ ταῦτα, πεινόντων ἄλλων καὶ δεομένων, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ καὶ κράματος.

Οὐδὲν οὕτω ἐπίμαχόν τε καὶ φιλόνεικον, ὡς ἡ γαστήρ.

Χρυσοσ. — Φαγὼν καὶ πιὼν καὶ ἐμπλησθεὶς, πρόσεχε σεαυτῷ. Ἀπόκρημνος γάρ ἐστιν ὁ τόπος τῆς τρυφῆς.

Ἰω. Κλίμ. — Θλιβομένης κοιλίας (r) ταπεινοῦται καρδία· θεραπευομένης δὲ, γαυριᾷ λογισμός.

Νυσσ. — Ὄψον σοι γενέσθω ἔνδεια· καὶ τὸ μὴ ἐπιβάλλειν κόρον τῷ κόρῳ, μηδὲ ἀμβλύνειν τῇ κραιπάλῃ τὴν ὄρεξιν.

Ῥίζα τῶν περὶ τὸν βίον πλημμελημάτων ἐστὶν, ἡ περὶ τὸν λαιμὸν ἀσχολία.

Μέχρι τῆς ὑπερώας ἡ τῶν ἡδυσμάτων αἴσθησις τὸν ὅρον ἔχει· ἀπὸ δὲ ὑπερώας, ἀδιάκριτος ἡ τῶν ἐμβαλλομένων διαφορὰ, ὁμοτίμως τὰ πάντα τῆς φύσεως πρὸς δυσωδίαν ἀλλοιούσης.

Φίλωνος. — Ἐγκρατείας μὲν ἴδιον, ὑγίεια καὶ

cium; penu est incustoditum. Injecta in eum ciborum copia labem retinet; quæ illi credita sunt, non servat.

Venter liguritor est, qui semper expetit, et nullum unquam finem facit. Qui sumit hodie, nec in crastinum meminit. Cum repletus fuerit ac distentus, de temperantia et victus parcitate philosophatur; ubi vapores discusserit, eorum quæ statuerat oblivio subit.

Formidabile divitis exemplum (*Luc.* xvi). Igni ille traditus est ob vitæ delicias. Nullo enim injustitiæ reatu, sed vitæ lautioris luxuriosæque piaculo in camini flamma cruciabatur.

Ex crassiore cibo vinique potu, fuliginosi quidam vapores sublati, instar condensæ nubis, Spiritus sancti illustrationes in animam intercipiunt ac præpediunt. Quamobrem etiam Moyses, cum ad Dei contemplationem mente ascenderet, dies quadraginta absque cibo potuque jejunus egit, hoc inde satagens, ut vis animi atque acies nihil illi turbata constaret.

Theologi. — Nullo torpescit somno, ac perpetuo vigil est humana natura, insana majoris compendii plusque habendi fame.

Da, inquit venter. Si cum acceperis modestus fueris,
Prompte dabo. Sin inferioribus transmittis
Stercus; accipies quidem, sed non opulente.
Sin retinebis, opulente dabimus.

Ad me quod attinet, incontinentia est ac luxuria quidquid superfluum ac ultra justam necessitatem est: idque cum alii esuriant ac egestate premantur, qui ex eodem luto massaque concreti sunt.

Nihil tam contentiosum et pronum ad lites, ac venter.

Chrys. — Cum comederis atque biberis fuerisque saturatus, attende tibi et cautus esto: etenim præceps deliciarum locus.

Climaci. — Inter ventris angustias ejusque pressura, cor humiliatur; illius vero curatione superbit animus.

Nyssen. — Obsonii loco tibi sit inopia; et quod satietatem satietate non cumules, nec appetitus hebetetur per crapulam.

Radix errorum, qui in vita versantur, est gulæ studium.

Condimentorum sensus ad palatum usque terminatur: deinceps vero eorum quæ injiciuntur, nulla discretio, cuncta ex æquo in putres fæces immutante natura.

Philonis. — Temperatæ victus rationi, comes sa-

NOTÆ

(r) *Θλιβομένης κοιλίας.* Sententia Climaci ipsa aperta, ventris afflictatione maloque inediæ, animum ad humilitatem cogi, ejusque luxuriaet deliciis, ad superbiam erigi; idque Scripturæ phrasi, qua jubemur humiliare animas nostras in jejunio, etc. absone plane Gesn. sive (cujus ille versionem intactam voluit) Ribbitius, *Onerato ventre deprimitur cor: si autem ratio ejus habeatur, exsultat ac gestit animus.* Ergo Θλίβεσθαι et θλῖψις, *onerare* et *onus?* Quale, rogo? escarumne? Istud quam morale et dignum Climaco, severissimæ disciplinæ homine, cura ventris exsultare et gestire animum; quasi eam ille curam suadeat, ac si fere medicus præscribat cœliaco, non qua corpus levet, sed qua animum diffundat; non magis ab ea revocet, quasi Pauli verbis, *Carnis curam ne feceritis*, ut animo superbiam detrahat.

Digitized by Google

ritas viriumque robur; incontinentiæ vero ac luxuriæ, infirmitas ac ægritudo ipsa prope mortis interitioni hærens.

Plutarch. — Deliciæ, velut ex castris, ex indisciplinatorum animo, optima quæque auferunt.

Democrit. — Sanitatem a Deo exposcunt homines; cumque ejus apud se virtutem habeant, non intelligunt. Per incontinentiam enim vitæque luxuriam contraria præstantes, ipsi sanitatis proditores exsistunt.

Quemadmodum unctio non quæ suavis, aut quæ prolixa, bona est, sed quæ sanum præstat; sic cibus, non qui deliciosus aut copiosus, bonus est, sed qui ad valetudinem conducit.

Ne cito nimiaque festinatione comederis: est enim hoc caninum, ac ejusmodi, ut bestiam magis quam hominem deceat.

Catonis. — Is, cum deliciarum sumptus reprehenderet: Quam difficile, aiebat, est ad ventrem, qui auribus careat, verba facere!

Antisth. — Antisthenes interrogatus: Quid sit diei festi celebritas? Gulæ occasio, inquit.

Epicteti. — Cura ne te cibi, qui in ventrem mittuntur, pinguius alant, sed quæ animo inest lætitia. Illi enim in excrementa vertuntur, unaque cum illis laus defluit; animus autem a corpore sejunctus, incorruptus perpetuo manet.

In conviviis cœnisque obeundis, memento duos esse qui excipiantur, tum scilicet corpus, tum animam; ac quidquid corpori dederis, statim te effudisse: in perpetuum vero servare, quod in animi partem cesserit.

613 *Diogen.* — Quibus in ædibus ingens ciborum copia est, versari et murium feliumque multitudinem; sed et corpora multis cibis inferta, pro eorum ratione multos pariter morbos contrahere.

Crates. — Cum Delphis Phrynes scorti statuam auream vidisset, exclamavit: Hoc nempe tropæum exstat Græcorum impudicitiæ.

Idem juvenem luctatorem videns, vino et carnibus, ac qua exercebat, longe corpulentiorem fieri: O miser, inquit, desine adversus teipsum firmum adeo struere carcerem.

Theognidis.

Multo plures jam satietas, quam fames, perdidit.
Virorum, quos supra quam sors ferat habendi cupido
[incessit.

Socrates. — Homines vivere ut edant, aiebat; se autem edere ut viveret.

SERMO XXVIII.

De tristitia, animique dolore ac mœstitia.

Matth. v, 5. — Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

II Cor. II, 2. — Quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?

(*b*) *Ὃς ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν.* Versus hic in vulgatis Græcis omnibus desideratur, ut et in Hebraic. Syriac. et Targum: solumque agnoscunt vulgata Latina, totidem verbis, ac hic retulit Maximus; ex quibus emendo, quod Gesn. sequentibus editum erat, οὐδ' αὐτὸς, ὁ δ' αὐτὸς, *Et idem aves pennigeras persequetur:* quod proverbii loco est de frustraneo conatu. Alio spectat illud Prov. I, 17: *Frustra jacitur rete ante oculos pennatorum;* quod Græci sic efferunt; citantque Patres, Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτια πτερωτοῖς. Lucif. et Sixt. *Non enim injuste retia tenduntur avibus.* Forte melius, *Num enim,* interrogate, quod et ita scripserint oi LXX, propius Hebraicis, Hellenismo non satis animadverso, etiam Græce eruditis, quod eos deficeret notitia linguæ Hebraicæ. Legerint certe, quod habent omnia Biblia, חנם non cujus nullum usquam in eis exstat vestigium, לא חנם. Certe non *frustra, ultro, gratis,* nulloque emolumento eis injici tendique retia, longe exploratissimum est: unaque hæc mea domi dum puer agerem ineunte autumno, uvisque maturis, venatio, et aucupium, gentis indole locique opportunitate frequentissimum, ut expanso e duplici quercu (seu alia proceriore arbore) eam in rem confecto reti, e vinea ad nemora crepusculo fere devolantes turdos aliasque ejusmodi aves, animi gratia indulgensque consuetudini, nec aliter quam volantes, et inter volandum, illo in eas injecto, mihi caperem: ac si hoc ipsum aucupii genus voluit hic indicare Sapiens, ut est Palæstina et ipsa clivis et collibus mire vitifera, cui non desint opposita ac aquiloni obversa nemora et silvæ, ubi volucres ipsæ uvis pinguescentes peneque ebriæ, ament cubare: qui fere situs, ejus, quo natus sum et educatus, in Nitiobrigum finibus ad Garumnam fluvium, municipii, agrique illius, quo nihil tota late Gallia et Aquitania aut fertilius aut amœnius, Marmandam vocant, jam Albigensium tempore Vallisarnano *castrum nobilissimum:* addam ego, fidei catholicæ avitæque pietatis, per superioris ævi grassationem Calvinianorum invictum propugnaculum arcemque, ut vix una alterave sectariorum familia, cum toti fere provinciæ dominarentur, in eo sedes invenire potuerit: eorum vim omnem astusque, civium propensissima voluntate, deluserit; nec aliter quam jam Galliæ regem ipsumque catholicum Henricum IV, admiserit; Ludovicum XIII, subigendis vicinis oppidis Calviniano spiritu rebellibus, viris, annona, tormentis, mire adjuverit; nunc que regnanti Ludovico XIV, subigenda ipsa metropoli, et ad officium cogenda, per superiores tumultus, pene ὁρμητήριον fuerit, amplissimumque commeatum suffecerit; ut qua in Deum, ea in regem fide, (dum præsertim ipse re magis, dum nomine, Christianissimus, Christianæ rei totus studet) spectabile sit. Hæc mihi obiter grati animi patriæ monumento, etsi tot annos Christi amor religiosæque institutionis palæstra, me illa extorrem fecit, ejusque deinceps visendæ spem abstulit; exstincta præsertim sæculo familia, mihique pridem cœlo præeunte, nullis nuptiarum in liberis, copulis, iisque Christi causa fere repudiatis, dum eorum unus et alter generoso conatu celsa perfectionis petendo, bonus Christi odor, sanctitatis late fragrantiam sparserunt; et quod scriptioni librisque superiorum jussu, almi Galliæ cleri invitatione, meoque ipsius nutu ac propensione, si quid utilis operæ in rem Christianam et litterariam conferre possim, occupato, jam pene seniculo Lutetiæ Parisiorum brevi immoriendum sit.

Digitized by Google

labefactare conantur, illustrior celsiorque evaserit; illis, qui se frustra torqueant, risu jure exceptis.

Evagrii. — Veritatem silentio premere, aurum est humo defodere.

Isidori Pelusiotæ. — Quod primum mendacium auditur, majorem in aurem fidem habet, quam veritas, quæ postea ac secuto sermone monstratur.

Severiani. — Mendacium, dum sibi fidem quærit, non aliter invenit, quam apparentis veritatis fundamentum fixerit.

Thales. — Thales Milesius percontante quodam, quantum a vero falsum abesset: Quantum, inquit, oculi ab auribus.

Plutarchi. — Æquale quidem libra; veritas autem, philosophica ratione judicatur.

Grave est a via ac a veritate errare.

Charicleæ. — Honestum bonumque quandoque mendacium est, tunc nimirum cum illis commodum, qui loquuntur, nullum auditoribus affert detrimentum (*b'*).

Gerini. — Quemadmodum debilis hebesque oculus solis lumen intueri non potest, sic (ac potiori longe ratione) nec mens infirma obtusiorque verum cernere valet.

Ex Epict. et Isocrat. — Nihil præ veritate majori in pretio habendum; nec amicitiæ delectus immunis ab affectibus est, quibus justitia confunditur ac contenebratur.

Æsop. — Æsopus rogatus quid mentientibus lucri accederet. Ut nec, si verum dicant, inquit, illis fides habeatur.

Plato. — Plato veritatem rem auditu jucundissimam aiebat; Polemon autem dicere veritatem, quam audire, multo jucundius esse asserebat.

Menandri. — Præstat mendacium, quam verum malum eligere.

SERMO XXXVI.

De morte. [73]

Joan. XI, 25. — Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

626 *I Thess.* IV, 12. — Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non dolcatis, sicut et cæteri qui spem non habent.

Sap. IV, 13. — Consummatus in brevi, explevit

[73] In Gesn. Stob. 261.

δι' αὐτῶν τῶν ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων, φαιδροτέρα καὶ ὑψηλοτέρα ἂν εἴη, τῶν εἰκῇ κοπτόντων ἑαυτοὺς καταγελῶσα.

Εὐαγρίου. — Τὸ σιγᾷν τὴν ἀλήθειαν, χρυσόν ἐστι θάπτειν.

Ἰσιδώρου Πελουσι. — Τὸ ψευδὲς ἐν πρώτοις λεχθὲν πλείονα πίστιν ἔχει παρὰ τὴν ἐν δευτέρῳ λόγῳ δεικνυμένην ἀλήθειαν.

Σευηριανοῦ. — Τὸ ψεῦδος ὅταν θέλῃ πιστευθῆναι, ἐὰν μὴ πήξῃ θεμέλιον δοκούσης ἀληθείας, οὐ πιστεύεται.

Θάλης. — Θάλης ὁ Μελήσιος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Πόσον ἀπέχει τὸ ψεῦδος τοῦ ἀληθοῦς, Ὅσον, ἔφη, ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων.

Πλουτάρχου. — Τὸ μὲν ἴσον ζυγῷ· τὸ δὲ ἀληθὲς, τῷ ἐκ φιλοσοφίας λόγῳ κρίνεται.

Ὁδοῦ καὶ ἀληθείας χαλεπὸν ἀποπλανηθῆναι.

Χαρικλ. — Καλὸν γάρ ποτε καὶ τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας, μηδὲν καταβλάπτει τοὺς ἀκούοντας.

Γηρίνου. — Καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς οὐκ ἔστι θεάσασθαι ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ ὄψει, οὕτω, καὶ ἔτι μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ διανοίᾳ.

Ἐκ τῶν Ἐπικτ. καὶ Ἰσοκράτους. — Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω· μηδὲ φιλίας ἐκλογὴ ἐκτὸς παθῶν διακειμένη, οἷς τὸ δίκαιον συγχέεται καὶ σκοτίζεται.

Αἰσώπ. — Αἴσωπος ἐρωτηθεὶς, Τί ὄφελος τοῖς ψευδομένοις ἐκ τοῦ ψεύδους, ἔφη, Τὸ κἂν ἀληθῆ λέγουσι μὴ πιστεύεσθαι.

Πλάτων. — Πλάτων μὲν ἥδιστον εἶναι τῶν ἀκουσμάτων τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε· Πολέμων δὲ πολὺ ἥδιον τοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν (*c*) εἶναι τ' ἀληθῆ.

Μενάνδρου. — Κρεῖττον ἐλέσθαι ψεῦδος, ἢ ἀληθὲς κακόν.

ΛΟΓΟΣ Λς' [73].

Περὶ θανάτου.

Ἰωαν. ια'. — Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται· καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐκ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

α' Θεσ. δ'. — Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπεῖσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.

Σολομ. δ'. — Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ, ἐπλήρωσε (*d*)

NOTÆ.

(*b'*) Non probat Ecclesia.

(*c*) *Τοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν.* Sic emend. quod Ball. pariter habet, τοῦ λέγειν· secus ac putavit Gesn. τὸ ἀκούειν τοῦ λέγειν, tanquam hoc reponat Polemon Platoni, *Vera audire, quam loqui jucundius;* non contra, *vera loqui, quam audire jucundius.* Hoc certe, non illud petit ejus arguta responsio. Dicente enim illo veritatem esse auditu jucundissimam, reponit, ac si dicat: Imo certe dictu, quam auditu jucundior; qua ipsa sententia viro gratificatur, nec proclive loquatur discipulus magistro, post quem quartus academiam rexit; ut nonnisi valde juvenis aliter potuerit Platonem audire, si tamen vere audivit, et non Xenocratem, cui proxime in illa successit.

(*d*) *Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ, ἐπλήρωσε.* Ita distinguit Ball: alii fere non distinguunt, potestque τὸ, ἐν ὀλίγῳ, perinde utrique jungi, seu etiam in utroque intelligi. Brevi itaque consummatus, brevi longos annos complevit; meritis scilicet ac virtutibus longe provectus, et quasi in illis consenuisset, Argent. et Basileens. sequentibus addunt vocem κακῶν· ἀρεστὴ γὰρ κακῶν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, obscuro satis sensu, nisi *malis prona* ac infirma, seu obnoxia anima vitaque intelligatur; quæ sit ratio, cur Deus festinaverit de sæculo rapere, secundum or-

Digitized by Google

χρόνους μακρούς· ἀρεστὴ γὰρ ἐν Κυρίῳ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας. A

longos annos ; placita enim erat in Domino anima illius : propter hoc properavit de medio iniquitatis.

Σιρὰχ λ'. — Κρείσσων θάνατος ὑπὲρ ζωὴν πικράν, ἢ ἀῤῥώστημα ἔμμονον (*e*).

Eccli. xxx, 17. — Melior est mors quam vita amara, aut ægritudo diuturna.

Σιρὰχ λη'. — Τέκνον, ἐπὶ νεκρῷ κατάγαγε δάκρυα, καὶ ποίησον πένθος κατὰ τὴν τάξιν [76] αὐτοῦ ἡμέραν μίαν καὶ δύο, χάριν διαβολῆς, καὶ παρακλήθητι λύπης ἕνεκα. Γνῶθι γὰρ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπάνοδος, καὶ τοῦτον γὰρ οὐκ ὠφελήσεις, καὶ σαυτὸν κακώσεις. Ἀπὸ γὰρ λύπης ἐκβαίνει θάνατος.

Eccli. xxxviii, 16. — Fili, super mortuum deduc lacrymas ; et fac luctum secundum meritum ejus, unum diem aut duos propter detractionem ; et consolare propter tristitiam. Scias enim non esse reversionem. Neque enim illi proderis, et tu ipse discruciabis ; ex tristitia enim mors evenit.

Βασιλείου. — Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πλοίοις καθεύδοντες, αὐτομάτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἄγονται, κἂν αὐτοὶ μὴ αἰσθάνωνται· ἀλλ' ὁ δρόμος αὐτοὺς πρὸς τὸ τέλος ἐπείγει· οὕτω καὶ ὑμεῖς τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς ἡμῶν παραῤῥέοντος, οἱονεί τινι κινήσει συνεχεῖ, καὶ ἀπαύστῳ, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστος πέρας τῷ λανθάνοντι δρόμῳ τῆς ζωῆς ἡμῶν κατεπειγόμεθα. B

Basilii. — Quemadmodum qui in navigiis dormiunt, ultro a ventis aguntur ; ac licet ipsi non sentiant, cursus tamen ad finem urget suscepti itineris : sic et nos, vitæ nostræ tempore perefluente, velut jugi quodam ac indefesso motu, ad proprium quisque finem, occulto vitæ nostræ cursu festinamus.

Ὁ μὲν ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων, οὔπω μακαριστὸς διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως· ὁ δὲ συμπληρώσας τὰ ἐπιβάλλοντα, καὶ ἀναντιῤῥήτῳ τέλει τὴν ζωὴν κατακλείσας, οὗτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται.

Qui adhuc vivit, eventus incerto, necdum beatus prædicandus est : qui vero implevit quæ eum contingebant atque perfunctus vitam indubio fine conclusit, hic jam tuto beatus dici queat.

Οὐδεὶς μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν πανήγυριν πραγματεύεται, οὐδὲ μετὰ τοὺς ἀγῶνας παρελθὼν στεφανοῦνται· οὐδὲ μετὰ τοὺς πολέμους ἀνδραγαθεῖ.

Nemo solutis jam nundinis negotiatur ; aut post certamina veniens coronatur ; vel post prælia fortia facta designat.

Θεολόγου.

Παντὶ βροτῷ θνήσκοντι πᾶσα γῆ τάφος.
Πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς γῇ τε καὶ εἰς γῆν πάλιν.

Theologi.

Cuivis morienti quævis terra sepulcrum est.
Quidquid enim ex terra est, et est terra, et in terram revertitur. C

Χρυσόστ. — Εἰ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμειβοῦντες, τοῦ χειραγωγοῦντος δεόμεθα· πολλῷ μᾶλλον ἡ ψυχὴ, τῆς σαρκὸς ἀπάρασα, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν μεθισταμένη ζωὴν, τῶν ὁδηγησόντων δεήσεται.

Chrysost. — Si, qui ex una in aliam urbem commigrant, ductore indigent ; potiori longe ratione anima solvens a corpore, atque ad futuram transmigrans vitam, viæ ducibus indigebit.

Καθάπερ σῶμα ψυχορῥαγοῦν καὶ ἐγγὺς ὂν τελευτῆς, μυρίας ἐπισπᾶται κακώσεις· καὶ οἰκίας μελλούσης καταπίπτειν, πολλὰ προπίπτειν εἴωθεν, καὶ ἀπὸ τῆς ὀροφῆς, καὶ ἀπὸ τῶν τοίχων· οὕτω καὶ τῆς οἰκουμένης ἐγγὺς καὶ ἐν θύραις ἐστὶν ἡ συντέλεια, καὶ διὰ τοῦτο τὰ μυρία διέσπαρται πανταχοῦ κακά.

Ut quod animam agit, jamque morti corpus vicinum est, innumeras ægritudines ac noxas contrahit ; domoque ruinam minante, multa prius delabi solent, tum e tecto, tum e parietibus ; sic et propinqua, jamque in januis mundi consummatione, innumera ubique sparsa mala ingruunt.

Ἀριστοτ. — Ἐκ τοῦ βίου κράτιστόν ἐστιν ὑπεξελθεῖν ὡς ἐκ συμποσίου, μήτε διψῶντα, μήτε μεθύοντα.

Aristotel. — Optimum est sic vita exire ac ex convivio, ut neque siticulosus nec temulentus exsistas.

Ὁ ἐν νόσῳ διαθήκας γράφων, παραπλήσια πάσχει, τοῖς χειμῶνι θαλαττίῳ εὐτρεπίζειν ἀρχομένοις τὰ τῆς νηὸς ὅπλα. D

Qui jam æger testamenti conscribit tabulas, haud absimilis illi est, qui orta jam tempestate ac sæviente procella, **627** navis arma incipit apparare.

Σωκράτ. — Αἱροῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς.

Socratis. — Honeste potius mori velis, quam turpiter vivere.

VARIÆ LECTIONES.

[76] Αλ. ἀξίαν.

NOTÆ.

dinem divinæ Providentiæ, ne secus mutaretur pro humana vertibilitate. Quid si δυσάρεστος κακῶν scripsit sacer scriptor? quadrat certe optime vulgatis Græcis. Quod tæderet cum malorum vitæ, seu etiam sæculi, ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας· *Sedulo studuit de medio pravitatis exire, festinavit, contendit :* votis scilicet, quæ Deus in eo sic præmature rapto proclive impleverit.

(*e*) *Ἢ ἀῤῥώστημα ἔμμονον.* Indicio sunt Vulg. Syriac. Arabic. interpretes desiderari aliquid quod sit idem ac mors ipsa, more solito Scripturæ, idem aliis verbis repetendi, uno et altero membre ejusdem sententiæ Vulg. *æterna requies*, quasi legerit αἰώνιος λῆξις, Syriac. et Arabic. *descendere in foveam*, sive ipse *fovea*, et infernus ; quod ipsum mori atque mors est, Scripturæ phrasi.

Digitized by Google

Clitarchi. — Satius est mori, quam incontinentia animum offuscare.

Κλητάρχου. — Κρεῖττον ἀποθανεῖν, ἢ δι' ἀκρασίας ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.

Moschionis. — Aliis aliis ingruentibus morbis peneque continuis, nec mors ipsa adesse cunctatur.

Μοσχίωνος. — Ταῖς νόσοις ὁ θάνατος ἀλλήλαις ἐπικαταλαμβανούσαις, οὐδ' αὐτὸς παρεῖναι ἀναβάλλεται.

Ex Phavorini scriptis. — Aristides cognomento Justus, rogatus, quandiu liceat hominem justi rectique tenacem vivere : Quoad, inquit, existimabit præstare mori, quam vivere.

Ἐκ τῶν Φαβωρίνου. — Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ἐρωτηθείς, Πόσον ἐστὶ χρόνον ἄνθρωπον καλὸν ζῆν, ἔφη, Ἕως ἂν ὑπολάβῃ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν κρεῖττον εἶναι.

Amasis. — Amasis Ægyptiorum rex, ad amicum amisso filio consolatoriam scribens : Si, inquit, cum nondum esset non dolebas, ne nunc quidem, cum non amplius futurus est, dolere debes.

Ἄμασις. — Ἄμασις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, φίλῳ ἀποβαλόντι υἱὸν, γράφων παραμυθητικὸν, εἶπεν, Εἰ ὅτε οὐδέπω ἦν οὐκ ἐλύπου, μηδὲ νῦν ὅτι οὐκ ἔτι ἔσται λυπηθῇς.

Diogen. — Diogenes Cynicus deplorante quodam, quod peregre fatis functurus esset, ait : Quid, stulte, deploras ac quereris, cum ex omni loco eadem ad infernum via sit ?

Διογένης. — Διογένης ὁ Κυνικὸς ὀδυρομένου τινὸς ἐπειδὴ ἐπὶ ξένης ἤμελλε τελευτᾷν, εἶπε, Τί ὀδύρῃ, ὦ μάταιε, πανταχόθεν γὰρ ὁδὸς ἡ αὐτὴ εἰς ᾅδου.

Decebat quidem, nos coacto cœtu, eum qui natus sit, quantis malis obnoxius veniat, luctu prosequi ; contra vero vivis sublatum et laborum finem adeptum, gaudio, faustis laudibus ac ominibus, domo efferre.

Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους, τὸν φῦντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά· τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον, χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων.

Epicuri. — Adversus alia quidem se tutum præstare licet ; ad mortem autem quod attinet, omnes urbem colimus nullo præsidio munitam.

Ἐπικούρ. — Πρὸς μὲν τ' ἄλλα δυνατὸν ἀσφάλειαν πορίσασθαι· χάριν δὲ θανάτου πάντες ἄνθρωποι πόλιν ἀτείχιστον οἰκοῦμεν.

Musonii. — Non potest præsentem diem honeste vivere, qui non proposuerit eum se extremum victurum.

Μουσωνίου. — Οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι.

Polyæni. — Ne doleas super his qui moriuntur ; est enim hæc necessariæ vitæ functio ; sed super his qui turpiter diem claudunt.

Πολυαίνου. — Ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι μὴ λυποῦ· ἀναγκαῖον γάρ· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αἰσχρῶς τελευτῶσιν.

Democrit. — Democritus, cum ex ægritudine in lethargum incidisset, tumque emersisset : Nihil mihi, inquit, vitæ amor imponet : seque ipsum e vita eduxit.

Δημοκρίτ. — Οὗτος νοσήσας καὶ ληθαργῷ περιπεσὼν, ὡς ἀνένηψεν, Οὐδέν με, ἔφη, ἐξαπατήσει ἡ φιλοζωΐα· καὶ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ βίου.

Menandri.

Ter misera et ærumnosa natura ;
Multisque curis vita referta.

Μενάνδρου.

Τρισάθλιόν γε καὶ ταλαίπωρον φύσει.
Πολλῶν τε μεστόν ἐστι τὸ ζῆν φροντίδων.

Major necessitas medendi animo, quam corpori : præstat enim mori, quam male vivere.

Ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. Τοῦ γὰρ κακῶς ζῆν, τὸ τεθνάναι κρεῖσσον.

Sophoclis.

Fidus tibi, tumule, quis ex mortalibus ?
Heu mortuis ! quam cito fluit brevissima,
Et pristina omnes deserit inita gratia ?

Σοφοκλ.

Τύμβῳ γὰρ οὐδεὶς πιστὸς ἀνθρώπων φίλος.
Φεῦ τοῦ θανόντος, ὡς ταχεῖα τοῖς βροτοῖς
Χάρις διαῤῥεῖ, καὶ προδοῦσ' ἀλίσκεται.

Bias. — Bias, cum quis in liberorum interitum mortem invocaret: Quid est, inquit, homo, cur illam arcessas ? nunquid non veniet nisi arcesseris?

Βίας. — Βίας ἐπικαλουμένου τινὸς τὸν θάνατον ἐπὶ τέκνων ἀπωλείᾳ, ἔφη, Τί αὐτὸν καλεῖς, ἄνθρωπε ; οὐκ ἂν μὴ καλέσῃς ἥξει ;

628 Idem conspecto projecto humique jacente gladio, Quem, ait, perdidisti, aut quis te ?

Οὗτος θεασάμενος μάχαιραν ἐῤῥιμμένην, ἔφη, Τίς σε ἀπώλεσεν, ἢ τίνα σύ.

Idem rogatus, quænam inter mortes mors mala foret, respondit : Quæ justa legum censura infligitur.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Ποῖος τῶν θανάτων κακὸς, ἔφη, Ὁ ἀπὸ τῶν νόμων ἐπαγόμενος.

Socrat. — Socrates ab Atheniensibus præcipitii damnatus, flente ejus uxore Xantippe, atque dicente : Quam inique, o Socrates, moreris ! Velles igitur, inquit, me juste mori ?

Σωκράτης. — Σωκράτης καταδικασθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων κατακριμνησθῆναι, τῆς γυναικὸς Ξανθίππης κλαιούσης καὶ λεγούσης, Ὦ Σώκρατες, ὡς ἀδίκως ἀποθνήσκεις, εἶπε, Σὺ οὖν ἐβούλου με δικαίως ἀποθανεῖν ;

Idem, dicente quodam Athenienses mortis sententiam in eum dixisse : Quin ante illos, inquit, natura.

Ὁ αὐτὸς εἰπόντος αὐτῷ τινὸς, Οἱ Ἀθηναῖοί σου θάνατον ἐψηφίσαντο, ἔφη, Πρὸ αὐτῶν δὲ ἡ φύσις.

Digitized by Google

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Τίνα ἐστὶν ἐν ᾅδου; εἶπεν· Οὔτε ἐγὼ πεπόρευμαι, οὔτε τῶν ἐκεῖσέ τινι συντετύχηκα.

Σέξτου. — Οἰκείων, ζώντων μὲν, ποιοῦ ἐπιμέλειαν· ἀπογενομένων δὲ, δεῖ τὰ σώματα τῇ γῇ συμμεμίχθαι· τοῦτο γὰρ καὶ ὅσιον· οὐ γὰρ συνθάπτεται ψυχὴ τῷ σώματι. Μάτην οὖν ὁ πολὺς πόνος περὶ τὰς ταφάς.

Ἀναξαγ. — Δύο διδασκαλίας εἶναι οἶμαι θανάτου, τόν τε πρὸ τοῦ γενέσθαι χρόνον, καὶ τὸν ὕπνον.

Ἐκ τῶν Φιλιστίωνος γνωμῶν. — Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γεννωμένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι.

ΛΟΓΟΣ ΛΖ' [78].

Περὶ εἰρήνης καὶ πολέμου.

Λουκ. ι'. — Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκείαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν.

Β' Κορ. ιγ'. — Εἰρηνεύετε, ἀδελφοὶ, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀγάπης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

Παροιμ. ιζ'. — Κρεῖσσον ψωμὸς μεθ' ἡδονῆς ἐν εἰρήνῃ, ἢ οἶκος πολλῶν ἀγαθῶν μετὰ μάχης.

Σιρ. κε'. — Ἐν τρισὶν ὡραΐσθην καὶ ἀνέστην ὡραία ἐναντίον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων· ὁμόνοια ἀδελφῶν, καὶ εἰρήνη τοῦ πλησίον, καὶ γυνὴ καὶ ἀνὴρ ἑαυτοῖς συμπεριφερόμενοι.

Βασιλείου. — Ὅσον ἐστὶ τὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθὸν, τί χρὴ λέγειν πρὸς ἄνδρας υἱοὺς τῆς εἰρήνης; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον Χριστιανοῦ, ὡς τὸ εἰρηνοποιεῖν· διότι καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ μισθὸν μέγιστον ἡμῖν ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο.

Θεολόγου. — Κρείσσων ἐπαινετὸς πόλεμος, εἰρήνης χωριζούσης Θεοῦ.

Χρυσοστ. — Ὁ ἐπευξάμενος εἰρήνην ἅπασι, τὸν πόλεμον τῶν παθῶν ἐξέβαλε, καὶ λιμένος εὐδιωτέραν τὴν ψυχὴν κατεσκεύασεν.

Νύσσης. — Ὥσπερ γὰρ ὑγείας ἐπιλαβούσης νόσος ἐξαφανίζεται, καὶ φωτὸς φανέντος οὐχ ὑπολείπεται σκότος· οὕτως καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιφανείσης, λύεται πάντα τὰ ἐκ τοῦ ἐναντίου συνιστάμενα πάθη.

Δημοσθ. — Δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους, οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων.

Πόλεμος ἔνδοξος, εἰρήνης αἰσχρᾶς αἱρετώτερος.

Ἡροδότ. — Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀνόητός ἐστιν, [ἢ] ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται.

Μενάνδρου.

Εἰρήνη γεωργὸν κἂν πέτραις τρέφει καλῶς.
Πόλεμος δὲ, εἰ κἂν πεδίῳ, κακῶς ἔφυ.

Ἀριστοφ.

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοϊκόν!
Εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο

Idem interrogatus, Quænam apud inferos essent? Nec ego, inquit, unquam ivi, nec cum aliquo eorum qui illic versantur sermonem contuli.

Sext. — Necessariorum, dum vitæ superstites sunt, curam agito; morte autem sublatos, eorum humo commiscenda cadavera; quod et hoc pium sit ac justum; non enim una cum corpore sepelitur animus. Frustra igitur nimius ille funerum labor suscipitur.

Anaxagor. — Duo esse mortis documenta puto: tempus quod ante ortum fuit, et somnum.

Ex Philistionis Sent. — Causiani nascentes quidem luctu prosequuntur; qui vero diem obierunt, faustis laudibus ac ominibus beantes concelebrant.

SERMO XXXVII.

De pace et bello.

Luc. x, 5. — In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; et si ibi fuerit filius pacis, super eum requiescet pax vestra.

II Cor. XIII, 11. — Pacem habete, fratres, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum.

Prov. XVII, 1. — Melior est buccella cum voluptate in pace, quam domus multorum bonorum cum jurgio.

Eccli. XXV, 1. — In tribus decora enitui, et surrexi decora coram Domino et hominibus: concordia fratrum, proximorum pax, et vir et uxor sibi bene consentientes.

Basilii. — Quantum sit pacis bonum, quid necesse loqui apud viros, qui sint filii pacis? Nihil enim est Christiano magis proprium, quam ut pacem conciliet: unde etiam Dominus eo nomine amplissimam mercedem pollicitus est.

629 *Theologi.* — Præstat bellum laudabile, ejus generis pace quæ a Deo separat.

Chrysost. — Qui pacem omnibus bene precatus est, affectuum bellum sustulit, ac portu omni tranquilliorem animum reddidit.

Nyssen. — Quemadmodum enim sanitatis adventu aboletur morbus, luceque apparente non superant tenebræ; sic et illucente pace cuncta solvuntur atque difflantur adversarii fraude conflata animorum labe vitia atque mala.

Demost. — Qui bello recte uti volunt, ii, non negotia sequantur necesse est, sed ut antevertant.

Honestum bellum turpi paci præferendum.

Herodot. — Nullus enim est tam stultus, qui paci bellum præponat.

Menandri.

Pax agricolam vel in petris alit bene,
Bellum autem vel in campo malum est.

Aristophan.

O pax profundæ divitiæ et jugum boum!
Utinam enim mihi pacem habenti liceat

[78] In Gesn. Stob. 166.

Digitized by Google

Fodere incurvato, et loto trahere
Vinum, panem pinguem et raphanum ferenti!

Euripid.

Prudentia quam plurimas vincit manus;
At imperita multitudo anget malum.

SERMO XXXVIII

De spe.

Matth. VI, 26.— Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester cœlestis pascit illa.

Rom. VIII, 24. — Spes quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, non sperat. Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus.

Sap. XVI, 29.—Ingrati spes, quasi hiberna pruina liquescet, et quasi aqua inutilis diffluet.

Sap. V, 15. — Spes impii tanquam pulvis qui a vento rapitur, et ut fumus qui a vento dissufflatur, et ut recordatio hospitis unius diei præteriit.

Eccli. II. 11. — Respicite in antiquas nationes, et videte, quis confidit in Domino, et confusus est; aut quis permansit in timore ejus, et despexit illum?

Basilii. — Qui in homine spem ponit, ullave alia sæculi re animo erigitur, non potest **630** dicere: *Inte, Domine, speravi* (*Psal.* XXX, 2; CXLV, 2.) Præceptum enim est, ne confidamus in principibus.

Laudo qui dixit, esse spes vigilantium somnia.

Theologi. — Cum magna sperantes, iis repente C fuerimus potiti, opinione minora videntur, quæ nacti fuerimus.

Nec nimis confidere, nec valde desperare.

Alterum enim animum dissolvit, alterum evertit.

Quæ quis ne sibi acciderent metuit, etsi non acciderunt, ac si accidissent pertulit.

In ipso portu, prospera navigatio multis in naufragium cessit.

Multis ex dira procella felici exitu ad portum appulsa navis.

Nec dejecto tristitia animo jucundiorem despere res diem: nec rerum felici statu nullam mœstitiam exspectes.

Unum in rebus firmum est ac stabile, spes in Deum; reliqua omnia suopte genio non sunt, sed putantur esse.

Chrysost. — Fieri non potest ut frustretur fine, qui toto animo in Deum sperans, quæ sua sunt confert omnia.

Greg. Nyss.— Bonorum, quæ nobis exspectantur, flos afflictio est ac ærumna. Ut igitur fructum nanciscamur, etiam florem decerpamus.

Nili.— Inexspectatum malum omnino turbat cum inciderit; exspectatum autem, quod animum ad illud perpetiendum paratum inveniat, levius quodammodo evadit.

A Σκάψαντ' ἀποκλάσαι, καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι
Τῆς τρυγὸς, ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον φέροντι [16].

Εὐριπίδ.

Σοφὸν γὰρ εὐβούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ γάρ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλέον κακόν [17].

ΛΟΓΟΣ ΛΗ' [18].

Περὶ ἐλπίδος.

Ματθ. ς'. — Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά.

Ῥωμ. η'.— Ἐλπὶς βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ βλέπει τις, οὐκ ἐλπίζει. Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.

B *Σολ.* ις'. — Ἀχαρίστου ἐλπὶς, ὡς χειμέριος πάχνη τακήσεται, καὶ ῥυήσεται ὡς ὕδωρ ἄχρηστον.

Σολ. ε'. — Ἐλπὶς ἀσεβοῦς, ὡς φερόμενος κνοῦς ὑπὸ ἀνέμου, καὶ ὡς καπνὸς ὑπὸ ἀνέμου διαλυθεὶς [19], καὶ ὡς μνεία καταλύτου μονοημέρου διωδεύθη.

Σιρὰχ β'. — Ἐμβλέψατε εἰς τὰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε, τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον καὶ κατησχύνθη, ἢ τίς ἐνέμεινεν ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν;

Βασιλείου. — Ὁ ἐπ' ἄνθρωπον ἐλπίζων, ἢ ἐπ' ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον μετεωριζόμενος, οὐ δύναται εἰπεῖν· *Ἐπὶ σὲ, Κύριε, ἤλπισα.* Παράγγελμα γάρ ἐστι μὴ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχοντας.

Ἐπαινῶ τὸν εἰπόντα, τὰς ἐλπίδας εἶναι γρηγορούντων ἐνύπνια.

C *Θεολόγου.* — Ὅταν μεγάλα ἐλπίσαντες ἀθρόως τοῖς ἐλπισθεῖσιν ἐντύχωμεν, ἐλάττω τῆς δόξης ὁρᾶται τὰ φαινόμενα.

Μὴ σφόδρα θαῤῥεῖν, μηδ' ἀπελπίζειν ἄγαν.
Τὸ μὲν γὰρ ἐκλύει· τὸ δὲ ἀνατρέπει.

Ἃ γάρ τις ὡς πεισόμενος δέδοικε, ταῦτα πέπονθε κἂν μὴ πάθῃ.

Πολλοῖς πρὸς ὅρμοις εὐπλοοῦν ἔδυ σκάφος.

Πολλοὶ προσωρμίσθησαν ἐκ τρικυμίας.

Μήτε ἀθυμῶν ἀπελπίσῃς εὐημερίαν, μήτε καλῶς πράττων ἀθυμίαν.

D Ἔν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι τὸ μόνιμον, ἡ πρὸς Θεὸν ἐλπίς· τὰ δὲ ἄλλα πάντα, οὐχὶ ἐστὶ τῇ φύσει, ἀλλὰ νομίζεται.

Χρυσοστ. — Ἀμήχανον τοῦ τέλους ἐκπεσεῖν, τὸν ὅλῃ διανοίᾳ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίζοντα, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσφέροντα.

Γρηγ. Νύσ. — Τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν ἡ θλῖψις ἄνθος ἐστί. Διὰ οὖν τὸν καρπὸν, καὶ τὸ ἄνθος δρεψώμεθα.

Νείλου. — Τὸ ἀπροσδόκητον κακὸν θορυβεῖ πάντως ἐπελθόν· τὸ δὲ προσδοκηθὲν εὐτρεπῆ πρὸς τὴν πεῖραν εὑρὸν τὸν λογισμὸν, κουφότερον ποιεῖ τὸ δεινόν.

VARIÆ LECTIONES.

[16] B. φέροντα. [17] Plura Antonius tit. 75. [18] Est in Gesn. Stob. 260. [19] Bal. διελύθη.

Digitized by Google

Προκοπίου σοφιστοῦ. — Τὸ ἐλπισθὲν ἀγαθὸν εἰς τοὐναντίον περιπεσὸν, ἀπαραμύθητον ἔχει τὸ πάθος.

Πλουτάρχ. — Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.

Στάσιμοί εἰσιν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ὡς ἐν λιμένι τῷ λογισμῷ ὁρμοῦσαι.

Αἱ μὲν τῆς ἀρετῆς ἐλπίδες, ἴδιαί εἰσι τῆς ψυχῆς· αἱ δὲ τῆς κακίας, νόθοι.

Ταυτόν ἐστιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμεῖν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα.

Σωκράτ. — Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοὶ, ἐπὶ ἁμαρτήματα ἄγουσιν.

Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον.

Λευκίππ. — Τὰ γὰρ ἡδέα, κἂν μὴ παρῇ, τέρπει ταῖς ἐλπίσιν.

Τὸ γὰρ ἐλπισθὲν (*f*), ἅπαξ ἐξήρηται τῆς ψυχῆς· καὶ τὸ μηδαμόθεν ἔτι προσδοκώμενον, ἀπαλλαγὴν παρασκευάζει τοῖς κάμνουσιν.

Χαρικλ. — Ἡ γὰρ εἰς τὸ μήπω λεχθὲν ἔπειξις τοῦ λόγου, τὸ ὁλόκληρον τῶν ἤδη λεχθέντων παραιρεῖται.

Λευκίππης. — Ὁ μὲν γὰρ τοῦ κινδύνου φόβος, ἐθορύβει τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας· ἡ δὲ ἐλπὶς τοῦ τυχεῖν, ἐκάλυπτεν ἡδονῇ τὸν φόβον· οὕτω καὶ ἐλπίζον [80] ἐφοβεῖτο, καὶ ἔχαιρε τὸ λυπούμενον.

A

B

ΛΟΓΟΣ ΛΘ'.

Περὶ γυναικῶν [81].

Ἰωάν. δ'. — Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. Καὶ ἐπὶ τοῦτο ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει.

Α' Τιμ. β'. — Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ· γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός.

Παροιμ. ε'. — Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἡ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σοι φάρυγγα· ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις.

Παροιμ. κε'. — Ὥσπερ σκώληξ ἐν ξύλῳ, οὕτως ἄνδρα ἀπόλλυσι γυνὴ (*g*) κακοποιός.

Παροιμ. κα'. — Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐν ἐρήμῳ, ἢ μετὰ γυναικὸς μαχίμου καὶ γλωσσώδους καὶ ὀργίλου.

Σιρ. κε'. — Συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδόκησαι, ἢ συνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς.

C

D

Procopii sophistæ. — Exspectati boni versæ in contrarium spes, inconsolabilem dolorem adducunt.

Plutarchi. — Nec navis ex una anchora, nec ex una spe vita firmanda est.

Stabiles sunt eruditorum spes, ut quæ in ratione quasi in portu conquiescant.

Virtutis spes, animi propriæ sunt ac genuinæ; vitii autem, spuriæ.

Idem est ex infirma anchora navim in portu hærere, ac spem ex mala voluntate.

Socrates. — Improbæ spes, tanquam mali viæ duces, in errorem inducunt.

Nec mulier sine viro, nec bona spes sine labore utile quidquam parit.

Leucippis. — Jucunda, quanquam non præsto sunt, spe deliniunt animum.

Cujus enim spes nulla est, semel animo sublatum est; quodque nusquam amplius exspectatur, ægros metu liberat.

Charcelei. — **631** Orationis enim ad id quod necdum dictum est, festinatio, eorum quæ jam dicta sunt integritatem tollit.

Leucippes. — Periculi metus, animi spes turbabat, spesque rei consequendæ, metum voluptate tegebat: atque in hunc modum, et qui sperabat terrebatur, et qui animo dolebat, idem ipse gaudebat.

SERMO XXXIX.

De mulieribus.

Joan. IV, 26. — Dicit ei Jesus: Ego sum, qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli ejus, et mirabantur quod cum muliere loquebatur.

I Tim. II, 11. — Mulier in silentio discat cum omni subjectione; docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum.

Prov. V, 2-4. — Noli attendere mulieri pravæ. Mel enim distillant labia mulieris fornicariæ, quæ ad tempus impinguant fauces tuas: postea tamen felle amariorem invenies.

Prov. XXV, 20. — Sicut in ligno vermis, sic virum suum perdit uxor malefica.

Prov. XXI, 19. — Melius est habitare in deserto, quam cum muliere rixosa et loquace et iracunda.

Eccli. XXV, 23. — Cum leone et draeone commorari magis placeat, quam habitare cum muliere nequam.

[80] B. ἐλπίζων. [81] In Gesn. Stob. 181.

NOTÆ.

(*f*) *Τὸ γὰρ ἀπελπισθέν.* Ita mihi mutandum indulsi, quod vox sequens ἐξήρηται τῆς ψυχῆς, id omnino exigat. Non enim quod speratur, sed quod non speratur, sublatum animo est: in quo jam est, atque exsistit, quod spe præsumitur, si modo illa certa et firma est. Non male igitur spes in bonis, τὸ προσδοκώμενον in malis, quorum metu liberatur, qui ea eventura non exspectat.

(*g*) *Οὕτως ἄνδρα ἀπόλλυσι γυνή.* Sic quoque Hier. l. I *Adversus Jovinianum*, pro eo quod modo Græce, οὕτω λύπη ἀνδρὸς βλάπτει καρδίαν· quod voces λύπη et γυνὴ permutatæ sint. Nec liquet, quid potius Salomon scripserit, quod Hebraica non exstent; et quæ sunt in Vulg. *Ita tristitia viri nocet cordi*, ex Græcis accepta sint. Quod autem ait Nobil. *Tota ista sententia abest in Vulg.* videtur non satis attente dictum, cum pleraque Biblia Vulg. editionis habeant, etsi Hentenius obelo configens, non exstare admonet in decem exemplaribus. Hinc in Lugdun. an. 1521 et 1523 reperi, *Alias non haberi totum hunc versum*; quod et Nobilius, uti cautius dicere potuit, sic et verius,

Digitized by Google

Basilii. — Prava mulierum studia animique, imbecilles contubernalium animas, interitu mergunt.

Theologi, in fratris Epitaph. — Mulierum insipientissimæ, quas propria pulchritudo gratiaque deficiat, ad colorum pigmenta fucosque confugiunt; honestaque velut specie (ut sic loquar) se theatro ostentant, affectato decore deformes, nativaque turpitudine effectæ turpiores.

Chrysost. — Qui malam uxorem habet, is suorum jam scelerum mercedem se reportasse noverit.

Grave paulo tenuioris fortunæ ducere uxorem; grave, et paulo opulentiorem : nam alterum quidem, substantiæ nocet; alterum vero, viri auctoritatem ac libertatem lædit.

Clementis. — Omnem ad calumniam suspicionem amolitur mulier, quæ superfluo cultu non utatur, nec ultra decoris metam ornari velit.

Sexti. — Malam mulierem sigillum decet.

Democrit. — Extremum dedecus ac injuria, virum uxori subditum esse.

Solon. — **632** Rogante quodam Solonem, num uxorem duceret, respondit : Si deformem duxeris, molestum erit; sin venustam, communem habebis.

Diogenes. — Mulieres inter se sermonem miscentes conspicatus, Aspis, inquit, a vipera venenum mutuatur.

Pulcheria. — Rogante quodam, amplo multarum matronarum consessu, Cur una reliquarum mulierum ornatum non assumeret, respondit : Quod sufficiens mulieri ornatus exsistat viri virtus.

Pythagor. — Æquale est, sive in ignem, sive in mulierem incideris.

Secundi. — Secundus ille sapiens interrogatus, Quid esset mulier, respondit : Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, contubernalis bestia, assidens sollicitudo, lœna sortis necessitudine conjuncta, exornata Scylla, animal nequam, malum necessarium.

Triplici malo appetitus sum; Grammatica ac paupertate, nec exitiosam uxorem evadere valui.

Philoxenus. — Philoxenus poeta, rogante quo-

A *Βασιλ.* — Αἱ πονηραὶ τῶν γυναικῶν διαθέσεις, τὰς ἀσθενεῖς ψυχὰς τῶν συνοικούντων καταβαπτίζουσιν.

Θεολόγου. — Αἱ τῶν γυναικῶν ἀφρονέσταται, ἀποροῦσαι κάλλους οἰκείου, πρὸς τὰ χρώματα (*h*) φεύγουσι· καὶ εἰσὶν, ὡς ἂν εἴποιμι, κοσμίως θεατριζόμεναι, δι' εὐσχημοσύνην ἀσχήμονες, καὶ δι' αἶσχος αἰσχρότεραι.

Χρυσοστ. — Ὁ ἔχων γυναῖκα πονηρὰν, γινωσκέτω ὅτι ἤδη τοὺς μισθοὺς τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ ἐκομίσατο.

Δεινὸν πενιχροτέραν λαβεῖν γυναῖκα, δεινὸν εὐπορωτέραν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς τὴν οὐσίαν ἔβλαψε, τὸ δὲ, εἰς αὐθεντίαν καὶ ἐλευθερίαν, τὸν ἄνδρα.

B *Κλήμεντ.* [83] — Ἀνύποπτον εἰς διαβολὴν δείκνυσι γυναῖκα, τὸ μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδὲ μὴν κοσμεῖσθαι, παρὰ τοῦ πρέποντος.

Σέξτου. — Ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς.

Δημοκρίτ. — Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἂν εἴη ἐσχάτη.

Σόλωνος. — Σόλων ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, εἰ γήμῃ, ἔφη· Ἐὰν μὲν αἰσχρὰν γήμῃς, ἕξεις ποινήν· εἰ δ' ὡραίαν, ἕξεις κοινήν.

Διογένης. — Κοινολογουμένας γυναῖκας θεασάμενος, ἔφη, Ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται.

C *Πουλχερία.* — Αὕτη ἐρωτηθεῖσα ὑπό τινος ἐν συνόδῳ πλειόνων γυναικῶν, διατί μόνη τῶν ἄλλων γυναικῶν οὐ φορεῖ κόσμον, ἔφη· Αὐτάρ ης κόσμος ἐστὶ γυναικὶ, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή.

Πυθαγόρ. — Τὸ εἰς πῦρ καὶ εἰς γυναῖκα ἐμπεσεῖν, ἴσον ὑπάρχει.

Σεκοῦνδος. — Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς (*i*) ἐρωτηθεὶς, Τί ἐστι γυνή; εἶπεν· Ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεσθιόμενον θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

D Ὁ αὐτὸς ἔφη, Τριῶν κακῶν τέτευγμαι· γραμματικῆς, πενίης, καὶ οὐλομένης γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα.

Φιλόξενος. — Φιλόξενος ὁ ποιητὴς, εἰπόντος

VARIÆ LECTIONES.

[83] Gesn. Κυρίλλου.

NOTÆ.

(*h*) *Πρὸς τὰ χρώματα.* Ut nimirum cerusa, minio genas inficiant, ac nativum colorem mentiantur. Inscite Gesn. χρήματα legit, redditque *pecunias; ad pecunias confugiunt*; quasi pecuniæ ad fucum muliebrem quidquam faciant, nisi remote et accidentario, cum pars maxima divitum mulierum pigmento omni abstineant. Omnia hic antitheta pro subtili Gregorii vena, κοσμίως θεατριζόμεναι· quasi per hoc quod mundam quærunt et honestati studere videntur, scenicæ mulieris probum assumentes: honesto quasi cultu atque ornatu theatro personatæ; ac si quid ejusmodi his tam brevibus iis æmulo acumine reponi potest; non quod Gesn. *theatrali ornatu conspicuæ.*

(*i*) *Σεκοῦνδος ὁ σοφός.* Citat Holsten. in suo Secundo tanquam ex Antonio Melissa serm. 122: sive ita illi Rom. codd. habuerint; sive, quod humanum est, memoriæ obrepsit, ut pro Maximo, Antonium citaret, apud quem non occurrit, sed apud Maximum.

Digitized by Google

τινὸς, Διατὶ Σοφοκλῆς χρηστὰς παρεισάγει τὰς γυναῖκας, αὐτὸς δὲ φαύλας, εἶπεν, Ὅτι Σοφοκλῆς μὲν, οἵας δεῖ εἶναι τὰς γυναῖκας λέγει· ἐγὼ δὲ, οἵαι εἰσὶν.

A dam, Cur Sophocles bonas mulieres inducat, ipse vero malas; quod nimirum, ait, ille quales esse debeant, dicat; ego, quales reipsa exsistant.

ΛΟΓΟΣ Μ' [83].

SERMO XL.

Περὶ ἀντιλογίας καὶ θρασύτητος καὶ ἔριδος.

Ματθ. ε'.— Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος; Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.

Ῥωμ. θ'.— Ὦ ἄνθρωπε, μενοῦν γε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; B

Παροιμ. κζ'. — Σίδηρος σίδηρον ὀξύνει· ἀνὴρ δὲ παροξύνει (*j*) πρόσωπον ἑταίρου.

Παροιμ. κδ'. — Ἄνεμος Βορρᾶς ἐξεγείρει νέφη (*k*)· πρόσωπον δὲ ἀναιδὲς, γλῶσσαν ἐρεθίζει.

Σιρὰχ δ'. — Μὴ γίνου θρασὺς ἐν τῇ γλώσσῃ σου, καὶ νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις σου.

Σιρὰχ κβ'. — Πρὸ πυρὸς, ἀτμὶς καμίνου καὶ καπνός· οὕτω πρὸ αἱμάτων, λοιδορίαι.

Ἄνθρωπος συνεθιζόμενος λόγοις ὀνειδισμοῦ, ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ μὴ παιδευθῇ.

Ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ· καὶ μάχη κατασπεύδουσα ἐκχέει αἷμα.

Βασιλ. — Ἡ ἀντιλογία τὸ αὐτοκρατορικὸν καὶ ἀνυπόταχτον δείκνυσι, κἂν ἐν σχήματι ταπεινώσεως γίνηται. C

Θεολόγου. — Φιλεῖ γὰρ τὰ γενναῖα φρονήματα πρὸς τὸ βίᾳ κρατοῦν αὐθαδίζεσθαι, καὶ καθάπερ φλὸξ ὑπ' ἀνέμου ῥιπιζομένη, τοσούτῳ μᾶλλον ἀνάπτεσθαι, ὅσῳπερ ἂν σφοδρότερον καταπνέηται.

Χρυσοστ. — Μὴ πρὸς τοὺς παραινοῦντας σιγᾷν ἀντίτεινε, λέγων, Οὐκ ἀνέξομαι ἵνα μου καταγελάσας ὁ ξένα ἀπέλθῃ. Οὐ γὰρ δὴ τότε σου καταγελᾷ, ἀλλ' ὅταν ἐπεξέλθῃς. Εἰ δὲ καὶ τότε γελάσεται, ὡς ἀνόητος καὶ τοῦτο πείσεται. Σὺ δὲ μὴ ζήτει νικῶν τὴν παρὰ τῶν ἀνοήτων μαρτυρίαν, ἀλλ' ἀποχρώσας

Matth. v, 38. — Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, et dentem pro dente? Ego autem dico vobis: Non resistere malo; sed quisquis tibi in dexteram maxillam incusserit alapam, verte illi et alteram.

Rom. ix, 20. — Atqui, o homo, tu quis es, qui ex adverso respondes Deo? Nunquid dicit figmentum, ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam?

Prov. xxvii, 17. — Ferrum acuit ferrum, et vir exacuet faciem amici.

Prov. xxv, 25. — Ventus aquilo suscitat nubes; vultus autem impudens irritat linguam.

Eccli. iv, 34. — **633** Noli esse audax in lingua tua, et segnis ac remissus in operibus tuis.

Eccli. xxii, 30. — Ante ignem, camini vapor et fumus; sic ante vulnera et cædes, convicia.

Vir assuetus probrosis verbis ac maledictis, in omnibus diebus suis non emendabitur.

Eccli. xxviii, 13. — Contentio festinata accendit ignem, et lis festinans effundit sanguinem.

Basilii. — Contradicendi ipsa libido sui juris quidpiam ostendit, ac quod subjici respuit, etsi humilitatis specie contingit.

Theologi. — Solent enim generosa fortisque animi ingenia, ei contumacius præfracteque obniti, quod vi addicit ac dominatu premit; nec aliter ac flamma ventilantibus auris, tanto magis accendi, quanto vehementius perflatur.

Chrysost. — Ne his qui silere admonent, adverseris, dicens: Non feram ut ille me risu excipiens, abeat. Non enim tunc deridet, sed si ulciscaris. Quod si etiam tunc deriserit, et ut stulto id illi contigerit. Tu vero qui victoria potiris, ne stultorum testimonium ambias; sed satis esse existimato

[83] In Gesn. Stob. 101.

NOTÆ.

(*j*) *Παροξύνει.* In Hebr. eadem est vox, qua ferrum exacui ferro dicitur, et qua vir amicum exacuere: ut utrumque in bonum sonet, alterum physice, alterum per metaphoram; nec aliter voluerint oi LXX, etsi Hellenismo suo ac voce abusi sint, quæ *exasperare* sonat; redditque Gesn. et forte voluit Maximus, atque ad intentum suum aptavit: apud quem ἑτέρου est pro ἑταίρου, quod et emendavi ex sacro textu.

(*k*) *Ἐξεγείρει νέφη.* Vulg. *Fugat pluviam.* Contrario enim sensu vox Hebraica redditur, ut ab alia aliaque radice aliis aliisque deducitur, sive etiam alia et alia vis in eodem verbo consideratur. Aq. ὠδίνει ὄμβρους, *parturit imbres*, idemque R. Chim. Symm. διαλύει, *dissolvit*, quod idem est D ac illud *fugat*, Hieronymi. Probat R. Himmon, quod aquilo ventus siccus sit, non pluviosus: quod et liquet. Eadem est vox psal. xxix, 9, יחולל אילות ubi Aquila eodem modo, ὠδίνοντος, *facientis parturire cervos*, oi LXX, καταρτίζοντος *præparantis*, ad partum scilicet; quod fit terrendo pavidum animal et quasi fugando; et, ut iidem hic, *exsuscitando*. Ac num sic intellexerunt exsuscitari nubes, non ut pluviam afferant, eaque graves densentur, quod austri potius est, sed ut eo diffluante quasi fugitent et tenuentur ac vanescant? eadem fere causa, sed contrario effectu. Sententia ipsa proverbii id exigere videtur, ut contrarium præstet vultus impudens ac ventus aquilo; ille verba provocet, hic nubes dissipet ac fuget.

Digitized by Google

quod sapientes senserint. Quin potius in Deum aspice, isque tui laudator erit. Quem vero Deus suspiciat ac laudet, humanis honoribus inhiare prorsus dedecet.

Greg. Nyss. — Cætera quidem peccata et tempore et fortunis, et aliunde petita ope indigent, ut fiant; sermonis autem natura a se peccandi facultatem habet.

Philonis. — Inverecundia, improbæ mentis propria est; pudor autem et verecundia, ejus quæ proba ac tenax honesti sit. At neque pudore affici, nec impudentius agere aut proterve, ejus est, qui stupidi animi sit, nec ad assensum inflecti velit.

Impudens aspectus elataque cervix, et continuus superciliorum motus ac superbus incessus : quidquid denique mali egeris, nullo affici pudore, turpissimi animi notæ sunt, obscuras suorum dedecorum lineas oculis conspicuo corpori inscribentis.

Philistionis.

Qui nec se ipse erubescit,
Eorum quæ patravit scelerum conscium
Quomodo alium erubescet, eorum nihil conscium?

Arist. — Pudore non affici, cum sis malus, ejusmodi malitia est ac vitii vis, quæ modum omnem excedit.

Socratis. — Cave lingua impudentius utaris; haud raro enim audacia et temeritas ipsum etiam caput perdidit.

Euripid. — **634** Temeritate et audacia, nemo hactenus; sed labore et industria fortique proposito et modestia, virtutem comparavit.

Menandri. — Nihil est dementia, ut existimo, audacius magisque temerarium.

Musonii. — Cunctis futurus es venerationi, si te ipse prior revereri cœperis.

Theophrast. — Reverere teipsum, nec ullum alium erubesces.

Catonis. — Idem adolescentem rubore suffusum contuitus, Euge, inquit, hic enim virtutis color est.

Maxime se quemque revereri oportere putato; neminem enim unquam a se disjunctum esse.

SERMO XLI.

De senectute et juventute.

Joan. XXI, 18. — Cum esses junior, cingebas te, et ambulabas quo volebas; cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis.

Hebr. XII, 12. — Itaque remissas manus et dissoluta genua erigite; et semitas rectas facite pedibus vestris.

Eccli. VI, 35. — Longitudo vitæ, viæ justitiæ.

In multitudine presbyterorum sta; et si quis sapiens est, conjungere illi.

Eccli. VIII, 7. — Ne spernas hominem in senectute sua; nam etiam ex nobis senescunt.

νόμιζε τὴν παρὰ τῶν συνετῶν. Μᾶλλον δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἀνάβλεψον, κἀκεῖνός σε ἐπαινέσει· τὸν δὲ παρ' ἐκείνου θαυμαζόμενον, οὐ δεῖ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμὴν ὅλως ἐπιζητεῖν.

Γρηγ. Νύσσ.—Τὰ μὲν γὰρ λοιπὰ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ χρόνου καὶ πραγμάτων καὶ τῶν ἔξωθεν συνεργίας πρὸς τὸ γενέσθαι δέονται· ἡ δὲ τοῦ λόγου φύσις, κατ' ἐξουσίαν ἔχει τὸ πλημμελεῖν.

Φίλωνος. — Ἀναισχυντία μὲν ἴδιον φαύλου· αἰδὼς δὲ, σπουδαίου· τὸ δὲ μήτε αἰσχύνεσθαι μήτε ἀναισχυντεῖν, τοῦ ἀκαταλήπτως ἔχοντος καὶ ἀσυγκαθέτως.

[84] Ἀναιδὲς βλέμμα καὶ μετέωρος αὐχὴν, καὶ συνεχὴς κίνησις ὀφρύων, καὶ βάδισμα σεσοβημένον, καὶ τὸ ἐπὶ μηδενὶ τῶν φαύλων ἐρυθριᾷν, σημεῖα ψυχῆς ἐστιν αἰσχίστης, τοὺς ἀφανεῖς τῶν οἰκείων ὀνειδῶν τύπους ἐγγραφούσης τῷ φανερῷ σώματι.

Φιλιστίων.

Ὅστις γὰρ αὐτὸς αὑτὸν οὐκ αἰσχύνεται,
Συνειδὼς αὐτῷ ϛαῦλα διαπεπραγμένῳ,
Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσεται;

Ἀριστοτέλ. — Τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι κακὸν ὄντα, κακίας ὑπερβολή.

Σωκράτους. — Γλώσσῃ θρασείᾳ μὴ χρῆσθαι· πολλάκις γὰρ τὸ θράσος, καὶ αὐτὴν διώλεσε τὴν κεφαλήν.

Εὐριπίδ. — Θράσει μὲν οὐδεὶς οὐδέπω, πόνῳ δὲ καὶ γενναιότητι καὶ ἐπιεικείᾳ ἀρετὴν ἐπεκτήσατο.

Μενάνδρ. — Οὐκ ἔστιν ἀνοίας οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τολμηρότερον.

Μουσωνίου. — Αἰδοῦς παρὰ πᾶσιν ἄξιος ἔσῃ, ἐὰν πρῶτον ἄρξῃ σαυτὸν αἰδεῖσθαι.

Θεοφράστ. — Αἰδοῦ σεαυτὸν, καὶ ἄλλον οὐκ αἰσχυνθήσῃ.

Κάτωνος. — Ὁ αὐτὸς ἰδὼν μειράκιον ἐρυθριάσαν, ἔφη. Θάῤῥει· τοιοῦτον γὰρ ἔχει ἡ ἀρετὴ τὸ χρῶμα.

Μάλιστα νόμιζε δεῖν ἕκαστον αἰδεῖσθαι ἑαυτόν· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι.

ΛΟΓΟΣ ΜΑ' [85].

Περὶ γήρως καὶ νεότητος.

Ἰωάν. κα'. —Ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες ἑαυτὸν καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις.

Ἑβραί. ιβ'. — Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε· καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν.

Σιρὰχ ϛ'. — Μῆκος βίου, ὁδοὶ δικαιοσύνης.

Ἐν πλήθει πρεσβυτέρων, στῆθι· καὶ εἴ τις σοφὸς, προσκολλήθητι αὐτῷ.

Σιρὰχ η'. — Μὴ ἀτιμάσῃς ἄνδρα ἐν γήρει αὐτοῦ· καὶ γὰρ καὶ ἐξ ἡμῶν γηράσκουσιν.

VARIÆ LECTIONES.

[84] *Al.* Γρηγ. Νύσσ. [85] In Gesn. Stob. 265.

Digitized by Google

Σιράχ κε'. — Ὡς ὡραῖον πολιαῖς κρίσις, καὶ πρεσβυτέροις ἐπιγνῶναι βουλήν!

Ὡς ὡραία γερόντων σοφία, καὶ δεδοξασμένοις διανοήματα[86] βουλῆς!

Ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου γέροντα μοιχὸν, ἐλαττούμενον συνέσει.

Βασιλ. — Πλέον τῷ ὄντι τῆς ἐν[87] θριξὶ λευκότητος εἰς πρεσβυτέρου σύστασιν, τὸ ἐν φρονήσει πρεσβυτερικόν.

Διαφέρει τοῦ νηπίου καθ' ἡλικίαν οὐδὲν, ὁ ἐν ταῖς φρεσὶ νηπιάζων.

Θεολόγου. — Αἰσχρὸν τὴν μὲν ἡλικίαν παρακμάσαι, μὴ παρακμάσαι δὲ τὴν ἀσέλγειαν[88].

Παιδεύεταί τι καὶ πολιὰ, καὶ οὐ πάντη τὸ γῆρας, ὡς ἔοικεν, εἰς σύνεσιν ἀξιόπιστον.

Χρυσοστ. — Πολιὰ οὐ τρίχες λευκαὶ, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρεταί.

Μὴ τὸν νέον διάβαλλε· μηδὲ τὸν γεγηρακότα ἐπαίνει· οὔτε γὰρ ἐν τῇ διαφορᾷ τῆς ἡλικίας ἀρετὴ καὶ κακία, ἀλλ' ἐν τῇ διαφορᾷ τῆς γνώμης.

Γρηγ. Νύσσ.— Ἐπὶ παντὸς ὡς ἐπὶ πολὺ πράγματος, ἐπισφαλὴς σύμβουλος ἡ νεότης· καὶ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως κατώρθωσέ τι τῶν σπουδῆς ἀξίων, ᾧ μὴ καὶ πολιὰ συμπαρελήφθη πρὸς κοινωνίαν τοῦ σκέμματος.

Φίλων. — Ὁ ἀληθείᾳ πρεσβύτερος, οὐκ ἐν μήκει χρόνου, ἀλλ' ἐπαινετῷ καὶ τελείῳ βίῳ θεωρεῖται.

Εὐαγρίου. — Τὸ ἔντιμον ἐν γήρᾳ εἶναι, ἀπόδειξις τοῦ φιλόπονον πρὸ γήρως γεγονέναι· τὸ δὲ σπουδαῖον ἐν νέῳ, ἐχέγγυον τοῦ ἔντιμον ἐν γήρᾳ ἔσεσθαι.

Ἀνθεῖ πρὸς ἐπιστήμην ψυχὴ, ὁπότε αἱ τοῦ σώματος ἀκμαὶ χρόνου μήκει περαίνονται.

Νείλου. — Θρὶξ λελευκαμένη, τὴν ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς ἀποδημίαν βοᾷ καὶ διαμαρτύρεται.

Πλουτάρχ.—Ὁ μὲν χειμὼν, σκέπης· τὸ δὲ γῆρας, ἀλυπίας δεῖται.

Πλουτάρχ[89].—Ἡδύ ἐστιν ὥσπερ φίλῳ σπουδαίῳ, οὕτω καὶ λόγῳ καλῷ συγγηράσκειν.

Παρεκελεύετο τοῖς νέοις τρία ταῦτα ἔχειν, ἐπὶ μὲν τῆς γνώμης, σωφροσύνην· ἐπὶ δὲ τῆς γλώττης, σιγήν· ἐπὶ δὲ τοῦ προσώπου, αἰδῶ.

Ἐκ τῶν Φαυωρίνου. — Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος, τῆς ἡλικίας ἔφη, τὸ μὲν ἀκμάζον, ἔαρ εἶναι· θέρος δὲ καὶ μετόπωρον, τὸ μετὰ τὴν ἀκμήν· χειμῶνα δὲ, τὸ γῆρας.

Σόλωνος. — Γῆρας, ἔλεγεν ὅρμον εἶναι κακόν· εἰς αὐτὸ γὰρ πάντα καταφεύγει.

Διογένης[90].— Ἐρομένου τινὸς αὐτὸν, Τί νομίζεις τὸ γῆρας; ἀπεκρίνατο, Τοῦ ζῆν χειμῶνα.

Διογένης. — Ἰδὼν δὲ γραῦν καλλωπιζομένην, εἶ-

Eccli. xxv, 6; 7, 4.—Quam speciosum canis judicium, et presbyteris scire consilium!

Quam speciosa senum sapientia, et gloriosis consilii intelligentia!

Odit anima mea senem adulterum, et qui sensu deficiatur.

Basilii. — Plus revera ad presbyteri (id est senioris) commendationem facit, senilis prudentia, quam canities.

Nihil differt ab eo qui annis puer, qui animi sensu puerascit.

Theologi. — Turpe est pubem defloruisse, nec libidinem deferbuisse.

Etiam canities aliquid discit, nec omnino senectus, uti par est, omnem nacta sapientiam putanda est.

Chrysost. — Cani, non albicantes capilli, sed virtutes animi.

Ne juveni detrahas, neve eum laudes qui longo provectus senio sit: non enim in ætatis discrimine posita **635** virtus est ac malitia, sed in animi alia aliaque sententia.

Greg. Nyss. — In omni fere negotio juvenum consilia parum tuta sunt, nemoque ejus ætatis facile dignum aliquid æmulatione præstiterit, ac nisi cani auxilio fuerint.

Philonis. — Qui veritate senior est, non ætatis longitudine, sed laudabili ac perfecta vita consideratur.

Evagrii.—Quod veneranda quis senectute fulgeat, indicio est ante senectutem virtutis labores sedulo coluisse; studiose autem culta vita juvenis, pignus est senectutis in posterum veneratione habendæ.

Tunc floret animus ad scientiam, cum corporis vigor longævitate marcescit.

Nili. — Cani albicantes, animæ jam inde emigrationem clamant, ejusque testimonium dant.

Plutarchi. — Hiems quidem et pluvia, tecto indiget; senectus autem, animi serenitate et ut vacua tristitia sit.

Plutarchi. — Jucundum plane ut cum amico morum honestate conspicuo, sic cum honesta ratione eruditioneque consenescere.

Juvenes hortabatur tria hæc habere: in animo, modestiam ac castitatem; in lingua, silentium; in vultu, verecundiam.

Ex phavorini commentariis. — Eratosthenes Cyrenæus, ætatis florem, ver esse dicebat; quod ab illo est, æstatem autumnumque; ac demum senium, hiemem.

Solonis. — Aiebat Solon, senectutem malum esse portum; quippe ad quam omnia confugiant.

Diogenes. — Quærente quodam, Quidnam illi senectus videretur esse? respondit: Vitæ hiemem.

Diogenes. — Diogenes, conspecta anu superfluo

VARIÆ LECTIONES.

[86] B. διανόημα. [87] Bal. ἐπί. [88] Bal. ἀσέβειαν. [89] *Ald.* Σωκράτ. [90] Al. Σόλων.

Digitized by Google

meretricioque cultu conspicua, Siquidem, inquit, ad vivos spectat animus, decepta es; sin ad mortuos, ne moras trahe.

Alexandri. — Alexander, viso quodam sene qui capillos inficeret, Non capillos, inquit, sed genua tingito.

Orgias interrogatus, qua victus ratione tam prolixæ senectutis annos attigisset; Quod, inquit, nihil unquam quasi genio indulgens ac voluntatis nutu vel comederim, vel etiam egerim.

Procop. — Vitæ longitudo, exspectatione prolixa; ubi autem præteriit, insomnio ac umbra obscurior exsistit.

Philemon.

Syra, Syra, quid es? ut vales?
Hoc nunquam roges, cum senem offenderis,
636 *Aut anum; sed statim scito non bene habere.*

Herodis.

Ubi sexagesimum solem flexeris,
O Grylle, Grylle, morere et esto cinis:
Nam cæcus foret omnis deinceps vitæ flexus.

Philemonis. — Est quandoque et juvenum mentis solertia et senum insipientia. Non enim tempus prudentiam docet, sed recta indoles et ingenium victusque ratio.

Democriti. — Paupertas et senium, vulnus duplex curatu difficillimum.

Vetus hæc laudatio: Faciendo, juvenes.
Consiliis vero, præstare seniores.
Leo senex robustior hinnulo florentis juventæ.

Robur et pulchritudo, juventutis bonum; senectus vero, temperantiæ flos et castitatis.

SERMO XLII.

De patientia et longanimitate.

Luc. XXI, 19. — In patientia vestra possidete animas vestras.

Νικοστράτ. — Εἰ ἐπὶ τῷ [8] συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν φρονιμώτεραι.

Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτ. — Γλῶσσαν μίαν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις δέδωκεν, δύο δὲ ὦτα, ἵνα διπλασίονα ὧν λέγομεν, παρ' ἑτέρων ἀκούωμεν.

Πυθαγόρ. — Ξίφους πληγὴ κουφοτέρα γλώσσης· τὸ μὲν γὰρ, σῶμα, ἡ δὲ, ψυχὴν τιτρώσκει.

Αἴσωπος. — Οὗτος ἐρωτηθεὶς, Τί ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθόν τε καὶ φαῦλον; ἔφη, Γλῶσσα.

Δημοκρίτ. [9] — Πλεονεξίη τὰ πάντα λέγειν, καὶ μηδὲν ἐθέλειν ἀκούειν.

Ἀπολλωνίου. — Πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει· τὸ δὲ σιγᾶν, ἀσφαλές.

Ὁ αὐτὸς τοὺς ῥήτορας ἔφη ὁμοίους εἶναι τοῖς βατράχοις· τοὺς μὲν γὰρ ἐν ὕδασι κελαδεῖν, τοὺς δὲ πρὸς κλεψύδραν.

Λύκωνος. — Καθάπερ αἱ χελιδόνες τῇ συνεχεῖ τῆς λαλιᾶς, τὴν ἡδονὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσιν· οὕτως οἱ ἀδολέσχαι ὀχλήσεις συνεχεῖς ποιούμενοι, ἀηδεῖς ἀποφαίνονται τοῖς ἀκροωμένοις.

Νομικῷ φλυάρῳ ἔφη τις, Οὐ δεῖ ἐν πολλοῖς λέγειν ὀλίγα, ἀλλ' ἐν ὀλίγοις πολλά.

ΛΟΓΟΣ ΜΗ' [10].

Περὶ προνοίας.

Ματθ. ι'. — Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν. Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν.

Ῥωμ. ια'. — Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

Σολομ. ιβ'. — Σὺ δεσπόζων ἰσχύος ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις, καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς.

Σιρ. ις'. — Μὴ εἴπῃς, Ἀποκρυβήσομαι, καὶ ἐξ ὕψους τίς μου μνησθήσεται; Ἰδοὺ ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ· ἄβυσσος καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, τῇ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ σαλευθήσεται. Τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ τίς ἐνθυμηθήσεται; καταιγὶς ἣν οὐκ ὄψεται ἄνθρωπος· καὶ τὰ πλείονα τῶν ἔργων αὐτοῦ ἐν ἀποκρύφοις.

Βασιλ. — Πᾶν ὅπερ εἰς ἡμᾶς ἐκ θείας δυνάμεως ἀγαθὸν φθάσῃ, τῆς πάντα ἐνεργούσης χάριτος ἐνέργειαν εἶναί φαμεν.

Οὐδὲν ἀπρονόητον οὐδὲ ἠμελημένον παρὰ τῷ Θεῷ. Πάντα σκοπεύει ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός· πᾶσι πάρεστι, πορίζων ἑκάστῳ τὴν σωτηρίαν.

Θεολ. — Πολλάκις παραδόξους σωτηρίας οἶδε τὸ Θεῖον καινοτομεῖν, νεῦον πρὸς τὸ φιλάνθρωπον τῇ ἑαυτοῦ προνοίᾳ.

Χρυσοστ. — Οὐδεὶς οὕτως ἑαυτοῦ φείδεται, ὡς

Plato. — Plato, cum Antisthenes aliquando in disputationibus longa ageret oratione : Ignoras, inquit, orationis modum esse, non in dicente, sed in auditore situm?

Nicostrati. — Si continenter et multa et celeriter loqui signum esset sapientiæ, hirundines majore nobis sapientia præstare dici possent.

Ex Epictet. et Isocrat. — Linguam unam hominibus natura dedit, et aures duas, ut duplum eorum, quæ dicimus, ab aliis audiamus.

Pythagor. — Gladii ictus lenior quam linguæ : ille enim corpus, hæc animum vulnerat.

Æsop. — Hic interrogatus : Quid in hominibus esset bonum et malum, linguam esse respondit.

Democrit. — Avidæ rapacitatis genus quoddam est, dicere omnia, nec velle quidquam audire.

Apollonii. — Multiloquium multa errata habet, at tacere tutum.

Idem oratores ranis esse similes dicebat; has enim in aquis coaxare, illos **648** ad clepsydram vociferari.

Lyconis. — Quemadmodum hirundines continuo garritu, commercii linguæ voluptatem perdunt; sic loquaces, dum jugiter obtundunt, auditoribus molestiam faciunt.

Jurisconsulto loquaci dixit quidam : Non multis pauca, sed multa paucis esse eloquendum.

SERMO XLVIII.

De Providentia.

Matth. x, 29. — Nonne duo passeres minuto asso veneunt? et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt.

Rom. xi, 33. — O altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus et impervestigabiles viæ ejus!

Sap. xii, 18. — Tu, Dominator virtutis, in æquitate judicas, et cum magna indulgentia gubernas nos.

Eccli. xvi, 16. — Ne dicas : Abscondar, et ex alto quis mei memorabitur? Ecce cœlum et cœlum cœli; abyssus et terra, et quæ in eis sunt, in visitatione ejus commovebuntur. Vias illius quis intelliget? Procella, quam non videbit homo; et plera- que ejus operum abscondita sunt.

Basilii. — Quidquid boni ex divina potentia ad nos venit, id gratiæ omnia operantis effectum esse dicimus.

Nihil apud Deum non provisum; nihil ejus curis substractum. Omnia videt insoporabilis oculus; omnibus adest, præbens singulis quod incolumitatem præstet.

Theologi. — Novas haud raro et inauditas salutis vias Deus proferre novit, providentia sua ad humanitatem ac clementiam inclinans.

Chrysost. — Nemo sic ipse erga seipsum indul-

VARIÆ LECTIONES.

[8] B. ἐπὶ τό [9] Gesn. in Mel. Θεοφυλάκτ. [10] In Gesn. Stob. 284.

Digitized by Google

gentia agit, ac erga nos omnes Deus. Magis enim cupit nihil nobis mali accidere, quam nos cupiamus.

Nescis tu, o homo, quæ ex tuis sint rationibus. Plerumque noxia petis, et quæ periculum habeant. At ille, qui magis tuam curet salutem, non attendit tuam petitionem; sed ante illam, quod in rem tuam sit, undique providet. Cum enim parentes carnales non omnia tribuant petentibus liberis; non quod eos contemnant, sed quod illis **649** melius consulant; multo magis Deus, qui et magis amat, ac præ omnibus novit, quod nobis utile sit.

Didymi. — Cum rerum Conditor omnium animorum occulta noverit, universis providet, nedum ex præsenti eorum affectu exque iis quæ operantur, ad meliora provehens, verum etiam ex illis quæ prænoscit.

Beati Ephræm. — Mundum Deus tolerantia visitat ac curat, futurum subindicans, ac præsens malum terminis concludens; improbitatem præceptis refrenans, ultriceque conscientia sceleratas ac nefarias mentes castigans.

Epicuri. — Gratia beatæ illi naturæ, quod quæ necessaria erant, parabilia fecit; quæ autem non necessaria, paratu difficilia.

Socrates.

Si quid cura potest, cures; at si Deus ipse
Te curat, cur tu sollicitus tibi sis?

Platonis. — Cum Deus faustum felicemque civitatis statum voluerit, viros bonos ac cives facit; cum vero futurum ut afflictis rebus laboret maleque habeat, bonos ex ea viros subducit. Ita fit ut virtus neque sub doctrinam cadat, nec sit naturalis, sed divino fato ac providentia, illis qui ea fulciantur, advenit.

Deus omnia, ac cum Deo, fortuna et tempus, quæ humana sunt, gubernant omnia.

SERMO XLIX.

De humilitate sensusque modestia.

Luc. XIV, 11. — Omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.

Rom. XII, 16.— Non alta sapientes, sed vos humilibus accommodantes.

Prov. XXIX, 23. — Modeste sapientes evehet gloria Dominus.

Eccli. III, 20. — Quanto major es, tanto te humilia, et invenies gratiam in oculis Domini. Magna namque est potentia Domini, et ab humilibus glorificabitur.

Basilii. — Fieri non potest eum qui se infimum

πάντων ἡμῶν ὁ Θεός· πολλῷ γὰρ ἡμῶν αὐτὸς βούλεται μᾶλλον, μηδὲν ἡμᾶς πάσχειν κακόν.

Οὐκ οἶδας σὺ τὰ συμφέροντα, ἄνθρωπε. Πολλάκις αἰτεῖς ἐπιβλαβῆ καὶ σφαλερά· ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ μᾶλλον κηδόμενός σου τῆς σωτηρίας, οὐ τῇ αἰτήσει σου προσέχει· ἀλλὰ πρὸ τῆς αἰτήσεως τὸ συμφέρον σοι πανταχοῦ προνοεῖται. Εἰ γὰρ οἱ πατέρες οἱ σαρκικοὶ οὐ πάντα αἰτοῦσι τοῖς παισὶ διδόασιν, οὐκ ἐπειδὴ καταφρονοῦσι τῶν αἰτούντων, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτῶν μᾶλλον κήδονται· πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς, ὁ καὶ μᾶλλον φιλῶν καὶ πλέον ἁπάντων εἰδὼς, τὸ συμφέρον ἡμῖν ποιεῖ.

Διδύμ. — Πάντων τῶν λογικῶν (*x*) ἐπιστάμενος τὸ κρυπτὸν ὁ Δημιουργὸς, προνοεῖται τῶν ὅλων, οὐ μόνον ἐξ ὧν διάκεινται καὶ πράττουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν προγινώσκει ἄγων τὴν βελτίωσιν.

Τοῦ μακαρίου Ἐφραίμ. — Τὸν κόσμον ὁ Θεὸς ἀνεξικακίᾳ ἐπισκοπεῖ, τὸ μέλλον αἰνιττόμενος, καὶ τὸ παρὸν κακὸν ὅροις στοιχίζων· ἐκ μὲν τῆς ἀποφάσεως χαλινῶν τὴν πονηρίαν· διὰ δὲ τῆς συνειδήσεως τὰς ἐναγεῖς καὶ πονηρὰς διανοίας τιμωρούμενος.

Ἐπικούρου. — Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα· τὰ δὲ δυσπόριστα, οὐκ ἀναγκαῖα.

Σωκράτης.

Εἰ τὸ μέλειν δύναταί τι, μέριμνα καὶ μελέτω σοι.
Εἰ δὲ μέλει περὶ σοῦ δαίμονι, σοὶ τί μέλει;

Πλάτων. — Ὅταν βούληται Θεὸς εὖ πρᾶξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐποίησεν· ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξειν πόλις, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως. Οὕτως ἔοικεν οὔτε διδακτὸν εἶναι, οὔτε φύσει, ἀρετή· ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγίνεται κτωμένοις.

Ὁ Θεὸς πάντα, καὶ μετὰ Θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς, τὰ ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι σύμπαντα.

ΛΟΓΟΣ ΜΘ'[11].

Περὶ ταπεινοφροσύνης.

Λουκ. ιδ'. — Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

Ῥωμ. ιβ'. — Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι.

Παροιμ. κθ'. — Τοὺς ταπεινοφρονοῦντας ἐγερεῖ δόξῃ Κύριος.

Σιρὰχ γ'. — Ὅσον μέγας εἶ, τοσοῦτον ταπείνωσον σαυτὸν, καὶ ἐναντι Κυρίου εὑρήσεις χαριν· ὅτι μεγάλη ἡ δύναμις Κυρίου, καὶ ὑπὸ τῶν ταπεινῶν δοξασθήσεται.

Βασιλείου. — Ἀμήχανον τὸν μὴ καταδεξάμενον

[11] In Gesn. Stobæo 42.

NOTÆ.

(*x*) *Πάντων τῶν λογικῶν.* Nihil apte Gesn. Forte λογισμῶν, intulitque textui, *Omnium cogitationum abscondita.* Aptius, quod constanter codices habent, τῶν λογικῶν, *animorum* et intelligentium, qua voce passim Orig., Maximus aliique theologi eo sensu utuntur, de angelis pariter et hominibus. Horum ergo secreta cordium, cum sciat Deus, ipse eorum conditor, cunctaque præsciat, sic illis providet, non pro præsenti duntaxat justitia, etc-

Digitized by Google

τὸ πρὸς πάντας ὑποδεὲς καὶ ἔσχατον, δυνηθῆναί ποτε, ἢ λοιδορούμενον, θυμοῦ κρατῆσαι· ἢ θλιβόμενον, διὰ μακροθυμίας περιγενέσθαι τῶν πειρασμῶν.

Γυμνάσιον ταπεινοφροσύνης ἐστὶν ἡ ἐν τοῖς εὐτελεστέροις πράγμασι διατριβή, τὸ πάθος τῆς φιλοδοξίας θεραπεύουσα.

Θεολόγου. — Κρεῖσσον ὄντα σοφὸν ὑφίεσθαι δι' ἐπιείκειαν, ἢ ἀμαθῶς ἔχοντα διὰ θράσος ὑπερεκτείνεσθαι.

Μὴ ἐν ἐσθῆτι τὸ ταπεινὸν ἔχωμεν μόνον, ἀλλὰ ἐν ψυχῆς καταστήματι· μηδὲ θρύψις αὐχένος, ἢ φωνῆς ὕφεσις, ἢ προσώπου νεῦσις, ἢ βάθος ὑπήνης, ἢ βαδίσματος ἦθος τὸ ταπεινὸν ὑποκρίνοιτο, τὰ πρὸς ὀλίγον τυποῦμενα καὶ τάχιστα ἐλεγχόμενα. Πᾶν γὰρ ὃ προσποιητὸν, οὐδὲ μόνιμον· ἀλλ' ὥμεν ὑψηλοὶ μὲν τῷ βίῳ, ταπεινοὶ δὲ τῷ φρονήματι· καὶ τὴν μὲν ἀρετὴν ἀπρόσιτοι (*y*), τὴν συνουσίαν δὲ καὶ λίαν εὐπρόσοδοι. Πολιτικοῦ μὲν γὰρ ἔργον εἶναι πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν, ἐξ ὧν εὐδοκιμήσει παρὰ τῶν ἔξωθεν· τοῦ πνευματικοῦ δὲ καὶ καθ' ἡμᾶς, πρὸς ἓν μόνον βλέπειν, τὴν σωτηρίαν· ἥ τε ἁπλότης καὶ τὸ τοῦ ἤθους ἄδολόν τε καὶ ἀμνησίκακον.

A omnium ac postremum haberi non libens habeat; aut injuria pulsatum iram comprimere; aut malis affectum, animi lenitate tentationum victorem evadere.

650 Humilitatis modestique animi sensus palæstra quædam est, in vilioribus rebus exerceri, inanis gloriæ vitium curans.

Theologi. — Præstat, cum sapiens sis, per modestiam cedere; quam imperitum per audaciam primas tibi arrogare.

Non solo vestium cultu quod sit humile præferamus, sed animi quoque tranquillitate et constantia; neque fracta ac mollis cervix, aut vox submissa, aut vultus humi pronus, aut barba promissa, aut incessus composita ratio, humilitatem simulaverint; res scilicet ejusmodi, quæ ad modicum informando, quam celerrime vanæ deprehendantur falsaque ludentes specie. Quidquid enim simulatum est, id vero constans firmumque durare non potest: sed simus vita quidem sublimes, mentis vero spiritu humiles; ac virtute quidem inaccessi, et ut assequi facile nemo possit, ad vitæ autem socia munia valde etiam faciles et affabiles. Qui namque politicum profiteatur, hoc agit, id studet, ut quidquid præstet et loquatur, inde exterius gloria inclarescat; vir autem spiritualis ac Christianus, unum duntaxat hoc spectat, quod est nancisci salutem; ut nimirum simplicitate morumque innocentia fulgeat, et ab omni immunis rancore ac simultate exsistat.

B

Χρυσοστ. — Οὐδὲν οὕτω τῷ Θεῷ φίλον, ὡς μετὰ τῶν ἐσχάτων ἑαυτὸν ἀριθμῆσαι.

Chrysost. — Nihil sic Deo gratum, ac seipsum cum postremis numerare.

Μηδεὶς ἄπονον οἰέσθω καὶ μετὰ ῥᾳστώνης ἐκποριζόμενον τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης κατόρθωμα. Ἐμπέφυκε γὰρ τὸ κατὰ τὴν ἔπαρσιν πάθος παντὶ σχεδὸν τῷ κοινωνοῦντι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· διὸ πάντων τῶν κατ' ἀρετὴν ἐπιτηδευμένων τοῦτό ἐστιν ἐπιπονώτερον.

C Nemo existimet labore vacare, levique opera modestiæ animi (id est humilitatis) virtutem præstari posse. Nemo enim fere est, quisquis humanæ consors naturæ est, cui a natura non insit, ac velut concreta, elationis labes. Idcirco inter omnia virtutis officia atque munia, istud cum primis difficile ac arduum est.

Κλήμεντ. — Τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι· καλὸν γὰρ (*z*) ἀεὶ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ἀκολουθεῖν διὰ βελτιώσεως ἐλπίδα.

Clementis. — Tanto se quisque debet submissius gerere, quanto videtur major esse; bonum enim est, ut semper virtuti vitii aliquid comes sit, ob frugis melioris spem confovendam.

Νείλου. — Μακάριος ὁ τὸν βίον ὑψηλὸν ἔχων, ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα.

Nili. — Beatus cujus est vita excelsa, animi autem sensus humilis.

Ἐκ τῶν Πατέρων. — Συναναστρέφου τοῖς ἔχουσι ταπείνωσιν, καὶ μαθήσει τοὺς τρόπους αὐτῶν. Εἰ γὰρ ἡ θεωρία τῶν εἰρημένων ὠφέλιμος, πόσῳ μᾶλλον ἡ διδασκαλία τοῦ στόματος αὐτῶν;

Patrum. — Cum illis versare, atque illis utere, qui humilitate præditi sunt. Si enim eorum quæ dicta sunt consideratio utilis est, quanto magis doctrina, quæ ex illorum ore proficiscitur? D

Ἰσοκράτ.—Νόμῳ καὶ ἄρχοντι, καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον.

Isocratis. — Legi ac principi, eique qui sapientia præstet, cedendum honesti ipsa ratio poscit.

NOTÆ.

(*y*) *Τὴν ἀρετὴν ἀπρόσιτοι.* Glossat Gesn. *graves et difficiles:* nihil apte; neque enim hic character virtutis, ut sic morosum, ac morositate inaccessum efficiat; sed ut ipsa sua præstantia et eminentia, ad quem nemo facile eniti queat, et ut eam assequatur, si quæ est, quam dixit, vitæ sublimitas. Sic Deus lucem inaccessibilem habitare dicitur, etc.

(*z*) *Καλὸν γάρ.* Lacinia hæc ex Melissa sumpta est, cum in Maximo exstet solum superior sententia. Difficile est, quomodo hæc ratio, ut modeste semper sit sentiendum, quantumvis magni nobis videatur, quod τὸ χεῖρον ἀκολουθεῖ ἀεὶ τῷ κρείττονι, ubi Gesn. *Decet ut inferior semper superiorem sequatur.* Nihil apte. Ego potius, ut vitii aliquid ac defectus virtuti comes sit; ut modum nostrum semper agnoscamus, nec jam perfectos nos existimemus aut comprehendisse, sed magis sequi et eniti, uti nobis Apostolus in se ipse formam expressit. Sicque in nobis jugis spes βελτιώσεως perseveret, assequendæ scilicet perfectionis; quam, qui se adeptum arbitratur, quandiu mortali hac vita vivit, non eam adeptus est, sed in virtutis stadio defecit. Hæc tam alta et spiritalia Tigurinus Calvinista medicus capere non potuit.

Digitized by Google

Socratis. — In navigatione obtemperandum gubernatori; in vita, ei qui plurimum ratione valuerit.

651 SERMO L.

De medicis.

Matth. IX, 12. — Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.

Hebr. XII, 13. — Gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Eccli. XXXVIII, 3. — Scientia medici exaltabit caput ejus, et in conspectu magnatum suspicietur.

Prov. XIV, 30. — Mansuetus vir, cordis medicus.

Basilii. — Neque omnino fugienda ars medica, nec vero par est, ut nostras omnes in eam jactemus spes. Sed, sicut utimur quidem agricultura, cum tamen a Deo fructus petamus; et gubernatori clavum credimus, sed a Deo a pelago liberari exposcimus; sic et medicum adhibentes, ab ea spe, quæ est in Deum, non abscedimus.

Indoctus medicus ad ægrotos admissus, nedum sanitatem illis non restituet, verum etiam quod exiguum illis virium superest auferet.

Theologi. — Nostram medicinam, ea quæ circa corpus versatur, longe difficiliorem puto, atque ideirco honorabiliorem, quod illa, pauca quædam in profundo latentia considerans, plurimum circa ea, quæ sub oculos cadunt, versetur; nos autem occulto cordis homine sanando omne studium ac curam ponamus.

Indigus, atque mali insatiabilis, ulcera celans,
Infelix semper putria membra geret.

Chrysost. — Existimo non frustra, nec nisi justa ratione statuisse veteres medicos, ut diversorum ad artem medicam ac chirurgicam instrumentorum exhibitio coram ac publice fieret, quo nimirum eos qui sani essent cautiores redderent, præmonstrantes quantis illis opus, si incomposite, nec justa satis victus ratione, egerint.

Greg. Nyss. — Quanto præstantior est anima, quam corpus, tanto charior plurisque faciendus qui medetur animabus, quam qui corporibus curam conferunt.

Didymi. — Perfectum medicum dicimus, non qui omnes sanat, sed qui nihil omittit eorum, quæ ad ægri utilitatem curamque pertineant.

Trophilus. — Rogatus Trophilus medicus, quisnam sit perfectus medicus: Is, inquit, **652** qui ea quæ possint fieri, quæve non possint, dignoverit.

Neoclis. — Neocles, malo quodam medico potentiam jactante: Næ, inquit, potentiam jactaveris, qui tam multos impune sustuleris.

Idem felices medicos dicebat, quod eorum qui-

Σωκράτης. — Ἐν μὲν τῷ πλεῖν, πείθεσθαι δεῖ τῷ κυβερνήτῃ· ἐν δὲ τῷ ζῆν, τῷ λογίζεσθαι δυναμένῳ βέλτιον.

ΛΟΓΟΣ Ν' [12].

Περὶ ἰατρῶν.

Ματθ. θ'. — Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

Ἑβραί. ιβ'. — Τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον.

Σιρ. λη'. — Ἐπιστήμη ἰατροῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ ἐναντι μεγιστάνων θαυμαστωθήσεται.

Παροιμ. ιδ'. — Πραῦθυμος ἀνὴρ, καρδίας ἰατρός.

Βασιλείου. — Οὔτε φευκτέον πάντη τὴν τέχνην, οὔτε ἐπ' αὐτῇ πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἀκόλουθον· ἀλλ' ὡς κεχρήμεθα μὲν τῇ γεωργικῇ· αἰτούμεθα δὲ παρὰ τῷ Θεῷ τοὺς καρπούς· καὶ τῷ κυβερνήτῃ μὲν τὸ πηδάλιον ἐπιτρέπομεν, τῷ Θεῷ δὲ προσευχόμεθα ἐκ τοῦ πελάγους ἀποσωθῆναι, οὕτω καὶ τὸν ἰατρὸν εἰσάγοντες, τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος οὐκ ἀφιστάμεθα.

Ἀνεπιστήμων ἰατρὸς πρὸς κάμνοντας εἰσιὼν, ἀντὶ τοῦ εἰς ὑγείαν αὐτοὺς ἐπανάγαγεῖν, καὶ τὸ μικρὸν λείψανον τῆς δυνάμεως ἀφαιρεῖται.

Θεολόγ. — Τὴν καθ' ἡμᾶς ἰατρικὴν τῆς περὶ τὰ σώματα ἐργωδεστέραν τίθεμαι μακρῷ, καὶ διὰ τοῦτο τιμιωτέραν· καὶ ὅτι ἐκείνους ὀλίγα τῶν ἐν τῷ βάθει κατοπτεύουσι, περὶ τὸ φαινόμενον ἢ πλεῖον τῆς πραγματείας· ἡμῖν δὲ περὶ τὸν κρυπτὸν τῆς καρδίας ἄνθρωπον ἡ πᾶσα θεραπεία τε καὶ σπουδή.

Χρηΐζων παθέεσσ' ἀκορέστως [13], *ἦν κακὰ κεύθῃ,*
Οὔποτε σηπεδόνα φεύξεται ἀργαλέην.

Χρυσοστ. — Οἶμαι τοὺς ἀρχαίους τῶν ἰατρῶν οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀλόγως νομοθετῆσαι δημοσιεύεσθαι τὴν τῶν ποικίλων ἐργαλείων ἐπίδειξιν· ἀλλ' ἵνα τοὺς ὑγιαίνοντας ἀσφαλίζωνται, προδεικνύντες αὐτοῖς ὁπόσων ἀτακτοῦντες δεήσονται.

Γρηγ. Νύσσης. — Ὅσον κρεῖσσον ψυχὴ τοῦ σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερος τῶν τὰ σώματα θεραπευόντων, ὁ τὰς ψυχὰς ἐξιώμενος.

Διδύμου. — Τέλειον ἰατρὸν λέγομεν, οὐ τὸν θεραπεύοντα πάντας, ἀλλὰ τὸν μηδὲν τῶν εἰς ὠφέλειαν ἡκόντων καὶ θεραπείαν παραλείποντα.

Τρόφιλος. — Τρόφιλος ἰατρὸς ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Τίς ἂν γένοιτο τέλειος ἰατρὸς, Ὁ τὰ δυνατὰ, ἔφη, καὶ τὰ μὴ δυνατὰ δυνάμενος διαγινώσκειν.

Νικοκλέους. — Νικοκλῆς κακοῦ τινος ἰατροῦ λέγοντος, ὅτι μεγάλην ἔχει δύναμιν, ἔφη, Πῶς γὰρ οὐ μέλλεις λέγειν, ὃς τοσούτους ἀνηρηκὼς ἀνεύθυνος γέγονας;

Ὁ αὐτὸς τοὺς ἰατροὺς εὐτυχεῖς ἔλεγεν, ὅτι τὰ

VARIÆ LECTIONES.

[12] Est in Gesn. Stob. 245. [13] B. πάθεσσιν ἀκέστορος.

Digitized by Google

μὲν ἐπιτυχίας αὐτῶν ὁ ἥλιος ὁρᾷ· τὰς δὲ ἀποτυχίας ἡ γῆ καλύπτει.

Στρατονίκ. — Στρατόνικος ἰατρὸν κολακεύων, ἔλεγεν, Ἐπαινῶ σου τὴν ἐμπειρίαν, ὅτι οὐκ ἐᾷς τοὺς ἀῤῥώστους κατασαπῆναι· τάχιον αὐτοὺς τοῦ ζῆν ἀπαλάσσων.

Δημώνακτ. — Τοῖς Ἀσκληπιάδαις μείζων ὀφείλεται χάρις ἐπερχομένην ἀναστέλλουσι νόσον, ἢ παραπεσοῦσαν ἰασαμένοις, τοῦ γὰρ ἁπηλλάχθαι κακοῦ τὸ μὴ πάσχειν αἱρετώτερον.

ΛΟΓΟΣ ΝΑ' [14].

Περὶ πίστεως.

Ματθ. ιζ'. — Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.

Ἐφ. β'. — Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον, οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται.

Ἑβρ. ια'.— Πίστις ἐστὶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

Παροιμ. ιβ'. — Ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀναγγελεῖ (*a*) δίκαιος.

Σιρὰχ ια'. — Πίστευε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἔμμενε τῷ πόνῳ σου (*b*)· ὅτι κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου ἐξάπινα πλουτίσαι πένητα.

Σιρὰχ β'. — Δόσις Κυρίου παραμενεῖ εὐσεβέσι· πίστευσον αὐτῷ, καὶ ἀντιλήψεταί σου (*c*).

Βασιλ. — Πίστις ἡγείσθω τῶν περὶ Θεοῦ λόγων. Πίστις, καὶ μὴ ἀπόδειξις. Πίστις ἡ ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθοδείας τὴν ψυχὴν εἰς συγκατάθεσιν ἕλκουσα· πίστις, οὐχ ἡ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, ἀλλὰ ταῖς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείαις ἐγγινομένη.

Πίστις ἐστὶ συγκατάθεσις ἀδιάκριτος τῶν ἀκουσθέντων ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας τῶν κηρυχθέντων, Θεοῦ χάριτι, ἥντινα ἐπεδείξατο Ἀβραάμ, μαρτυρηθείς, ὅτι *Οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται Θεὸς, δύνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι.*

Θεολ. — Τὸ γὰρ οὐκ ἐφικτὸν, οὐδὲ πιστόν πως διὰ τὸν φθόνον. Ψυχαῖς γὰρ βεβήλοις οὐδὲν τῶν καλῶν ἀξιόπιστον.

Χρυσοστ. — Τοῦτο μάλιστα πίστεως, μὴ ζητεῖν εὐθύνας τῶν πραττομένων, ἀλλὰ πείθεσθαι τοῖς ἐπιτασσομένοις.

dem successus, ac si quid fauste cederet, sol aspiceret; errores autem et quod arte peccassent, terra operiret.

Stratonic. — Stratonicus, lepide medico blandiens, aiebat: Laudo tuam medicæ artis peritiam, quod ægrotos contabescere non sinas, citius illos vita liberans.

Demonact. — Medicis major gratia habenda, qui ingruentem morbum arceant, quam qui jam laborantes ægrosque curaverint; etenim malo non affici, quam eo liberari longe præoptandum.

SERMO LI.

De fide.

Matth. XVII, 19. — Amen dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, et transibit: et nihil vobis impossibile erit.

Ephes. II, 8. — Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis; Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur.

Hebr. XI, 1. — Fides est sperandorum substantia, argumentum earum rerum, quæ non videntur.

Eccli. XXIX, 19. — Planam fidem annuntiabit justus.

Eccli. XI, 22. — Confide in Domino, et mane in labore tuo. Facile enim est in oculis Domini subito honestare pauperem.

Eccli. II, 6. — Datio Domini permanebit piis. Crede ei, et auxiliabitur tui.

Basilii. — Præeat fides sermonibus, qui de Deo habentur. Fides, inquam, non argumentorum probatio. Fides, quæ supra logicas argumentationes et rationum pondera animum ad assensum trahat. Fides, ad quam non cogant geometricæ necessariæ probationes, sed quam divini Spiritus virtus afflatusque progignat.

Fides est eorum quæ auditu percepimus citra omnem hæsitationem assensus, cum certa persuasione veritatis eorum, quæ sunt prædicata, Dei gratia. Hujus specimen exhibuit Abraham, istiusmodi celebratus elogio: *Non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam* **653** *Deo, plenissime sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est et facere* (Rom. IV, 20).

Theologi. — Quod enim alicui assequi non licet, id ne fidem quidem apud eum præ invidia habet. Profanus siquidem animus, nihil eorum quæ honesta sunt ac egregia, dignum creditu arbitratur.

Chrysost. — Hoc fidei maxime proprium est, rationes eorum, quæ fiunt, non inquirere, sed iis quæ jubentur obtemperare.

VARIÆ LECTIONES.

[14] In Gesn. Stob. 285.

(*a*) *Ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀναγγελεῖ.* Futurum Hebr. convenit. Est fides ejusmodi, quæ rebus nitatur, ac se operibus prodat. Hebr. *Labium veritatis firmum in perpetuum.*

(*b*) *Τῷ πόνῳ σου.* Vulg. *in loco tuo:* proinde legerit, ἐν τόπῳ. Syriac. *In ejus lumine.* Arab. *amore:* nec hujus diversitatis causam facile est aperire.

(*c*) *Καὶ ἀντιλήψεταί σου.* Vulg. et Sixt. *et recuperabit te.* Paulo clarius alii, *et erit tibi adjutor;* et ut ipse reddebam, *Auxiliabitur tui.* Id enim ἀντιλαμβάνεσθαι et ἀντίληψις, quæ vox Græcorum liturgiis frequentissima est.

Digitized by Google

Qui religiosus in Deum ac fidelis sit, sic firmo et constanti animo erga Dei promissiones esse condecet, ut quamvis illis contraria evenire videantur, ne sic quidem turbetur, vel de eventu desperet. Vide sane fidelem Abraham, quam promissionem acceperit, et quænam ipse facere coactus sit.

Fides, virtutum parens et corona ac perfectio est.

Quemadmodum enim nisi plantata radice fructus non germinaverit, sic nec nisi jactis prius fidei fundamentis, doctrinæ unquam sermo processerit.

Greg. Nyss. — Sola fides incomprehensum comprehendit; sola conspicit qui a nullo videri potest; sola inaccessum, quoad ejus fieri potest ac licet, accedit.

Cyrilli. — Quod fide suscipitur, non debet curiose examinari. Quod enim rationibus inquiritur, quomodo adhuc creditur?

Arist. — Quemadmodum in medicina fieri aiunt, ut corpora non pura quo magis nutrieris, eo magis lædas, qui nimirum corruptis humoribus materiam ac fomentum subjicias; sic et qui pravis opinionibus præoccupatus sit, quo plus docueris, eo magis lædes, majores subinde male falseque sentiendi occasiones præbens.

SERMO LII.

De memoria.

Luc. XXII, 19. — Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in mei recordationem.

II Tim. II, 8. — Memor esto Dominum Jesum resurrexisse ex mortuis.

Prov. X, 7. — Memoria justi cum laudibus; nomen autem impiorum extinguetur.

Eccli. VII, 40. — In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et non peccabis.

Basilii. — Fieri non potest, ut a via justa deflectant, **654** quorum animi oblivionis Dei morbo non laboraverint.

Memoria est, ejus quod noveris servata mente notio; recordatio seu reminiscentia, ejus quod illa effluxerat, recuperatio.

Theologi. — Dei magis meminisse debemus, quam spiritum ducere.

Deum operibus cole, verbis lauda, mente venerare et cole.

Clementis. — Clara, ipsaque animo præsens, mortis memoria, ciborum exscindit appetitum; quo in humilitate exscisso, una quoque vitia ac libidines exscinduntur.

Chrysost. — Religiosæ mentis indicium est, jugi memoria quæ sunt diviniora recolere, crebrisque Deum obsecrationibus placare.

[15] In Gesn. Stob. 110.

Τὸν εὐσεβῆ καὶ πιστὸν ἄνδρα οὕτω βεβαίως διακεῖσθαι χρὴ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, ὥστε κἂν ἐναντία αὐτοῖς φαίνεται τὰ γινόμενα, μηδὲ οὕτως ταράττεσθαι, μηδὲ ἀπογινώσκειν τὴν ἔκβασιν. Ὅρα γοῦν ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ τίνα μὲν ὑπόσχεσιν ἐδέξατο, τίνα δὲ πράττειν ἠναγκάζετο.

Πίστις μήτηρ καὶ στεφάνη καὶ συμπεραίωσις τῶν ἀρετῶν ὑπάρχει.

Καθάπερ γὰρ ῥίζης μὴ πεφυτευμένης, οὐκ ἂν βλαστήσειε καρπός· οὕτω πίστεως μὴ προκαταβεβλημένης, οὐκ ἂν προέλθοι διδασκαλίας λόγος.

Γρηγ. Νύσ. — Πίστις μόνη κρατεῖ τὸν ἀκράτητον· πίστις μόνη κατανοεῖ τὸν ἀθέατον· πίστις μόνη προσπελάζει τῷ ἀπροσπελάστῳ, ὅσον ἐγχωρεῖ καὶ ὅσον ἐνδέχεται.

Κυρίλλου. — Τὸ πίστει παραδεκτὸν, ἀπολυπραγμόνητον εἶναι χρή. Τὸ γὰρ βασανιζόμενον πῶς ἔτι πεπίστευται;

Ἀριστοτ. — Ὥσπερ φασὶν ἐν ἰατρικῇ, τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁπόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις· ὕλην ὑποβαλὼν τῇ κακοχυμίᾳ· οὕτω καὶ ψυχὴν μοχθηροῖς δόγμασι προκατειλημμένην, ὁπόσῳ ἂν διδάξῃς, μᾶλλον βλάψεις, μείζονας ἀρχὰς αὐτῇ τῆς ψευδοδοξίας παρέχων.

ΛΟΓΟΣ ΝΒ' [15].

Περὶ μνήμης.

Λουκ. κβ'. — Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Α' Τιμ. β'. — Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν.

Παροιμ. ι'. — Μνήμη δικαίου μετ' ἐγκωμίων· ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται.

Σιρὰχ ζ'. — Ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου (*d*) μιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεις.

Βασιλείου. — Ἀμήχανον ἐκτραπῆναι τῆς δικαίας ὁδοῦ, μὴ λήθην Θεοῦ ταῖς ψυχαῖς νοσήσαντας.

Μνήμη ἐστὶν ἡ τοῦ γνωσθέντος τήρησις· ἀνάμνησις, ἡ τοῦ ἀπελθόντος ἀνάληψις.

Θεολόγου. — Μνημονευτέον Θεοῦ μᾶλλον, ἢ ἀναπνευστέον.

Τὸν Θεὸν ἔργοις μὲν σέβου, λόγοις δὲ ὕμνει, ἐννοίᾳ δὲ τίμα.

Κλήμεντ. — Μνήμη θανάτου ἐναργὴς περιέκοψε βρώματα· βρωμάτων δὲ ἐν ταπεινώσει κοπέντων, συνεξεκόπησαν πάθη.

Χρυσοστ. — Εὐσεβείας σημεῖον, τὸ συνεχῆ μνήμην ποιεῖσθαι τῶν θειοτέρων, καὶ τὸ πυκναῖς ἐντεύξεσιν ἐξιλεοῦσθαι τὸν Θεόν.

NOTÆ.

(*d*) *Ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου.* Sic et Vulg. Syriac. et Arabic. Græca vulg. λόγοις· quæ ipsa ἤγοις habuisse, suadet tum Maximi codex, tum tantus interpretum consensus.

Digitized by Google

Εἰ εἰκόνα τις ἄψυχον ἀναθεὶς, παιδὸς ἢ φίλου ἢ A συγγενοῦς, νομίζει παρεῖναι ἐκεῖνον τὸν ἀπελθόντα, καὶ διὰ τῆς εἰκόνος αὐτὸν φαντάζεται τῆς ἀψύχου · πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς διὰ τῶν θείων Γραφῶν, τῆς τῶν ἁγίων παρουσίας ἀπολαύομεν, οὐχὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν, ἀλλὰ τῶν ψυχῶν τὰς εἰκόνας ἔχοντες. Τὰ γὰρ παρ' αὐτῶν εἰρημένα τῶν ψυχῶν αὐτῶν εἰκόνες εἰσίν.

Πλωτίνου [16]. — Πλάτων ἔλεγε, τοὺς μὲν νέους σφόδρα καὶ τοὺς γέροντας, ἀμνήμονας εἶναι · ὑπορρεῖν γὰρ, τῶν μὲν, διὰ τὴν αὔξησιν, τῶν δὲ, διὰ τὴν φθίσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς λίαν ταχεῖς ἢ βραδεῖς · τοὺς γὰρ ὑγροτέρους εἶναι τοῦ δέοντος, τοὺς δὲ, σκληροτέρους · καὶ τοῖς μὲν οὐ μένειν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ φαντάσματα, τῶν δὲ οὐχ ἅπτεσθαι τὸ παράπαν. B

Πλάτωνος ἐν Κρατύλ. — Μνήμη πάντη που μηνύει, ὅτι μονή ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλ' οὐ φορά.

Τὴν κατοχὴν τῶν φαντασμάτων μνήμην ὀνομάζεσθαι · τὴν δὲ ἀναπόλησιν τούτων, ἀνάμνησιν · καὶ ὡς ἐπὶ πολὺ, μνημονευτέρους μὲν ὑπάρχειν τοὺς βραδεῖς · ἀναμνηστικωτέρους δὲ, τοὺς ταχεῖς καὶ εὐμαθεῖς.

Χαρικλ. — Μέγα γὰρ εἰς λήθην κακῶν, ἡ δι' ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς ὑπόμνησις ἀμαυρουμένη.

Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου. — Ἀνανεούσθω ὁ περὶ Θεοῦ λόγος καθ' ἡμέραν, μᾶλλον ἢ τὰ σιτία. C

Συνεχέστερον νόει τὸν Θεὸν, ἢ ἀνάπνει.

Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ᾧ ἐργάζῃ κατὰ ψυχὴν ἢ σῶμα Θεὸς παρέστηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς προσευχαῖς καὶ ταῖς πράξεσιν, οὐ μὴ ἁμάρτῃς· ἕξεις δὲ τὸν Θεὸν σύνοικον.

Ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾷν, οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων.

ΛΟΓΟΣ ΝΓ' [17].

Περὶ ψυχῆς.

Ματθ. ι'. — Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν · καὶ ὁ ἀπολέσας αὐτὴν ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

Β' Κορ. δ'. — Εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται · ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ D καὶ ἡμέρᾳ.

Σιρὰχ λζ'. — Τέκνον, ἐν πραΰτητι δόξασον (*e*) τὴν ψυχήν σου, καὶ ἴδε τί πονηρὸν αὐτῇ, καὶ μὴ δῷς αὐτῇ. Οὐ γὰρ πάντα πᾶσι συμφέρει · καὶ οὐ πᾶσα ψυχὴ ἐν παντὶ εὐδοκεῖ.

Ἡ καταστροφὴ τῶν παρανόμων (*f*) κακή · τῇ γὰρ ἀσεβείᾳ τὴν αὐτῶν ψυχὴν ἀφαιροῦνται.

Si quis filii, aut amici, seu affinis inanimi imagine posita, adesse eum putat qui defunctus sit, exque inanimi simulacro, ac si coram videret animi cogitatione delineat; quanto magis nos divinarum Scripturarum ope, sanctorum præsentia fruimur, quibus non jam ipsorum corporum imagines, sed animorum præsto simulacra sunt? Quæ enim illi locuti sunt, hæc illorum animi sunt simulacra.

Plotini. — Aiebat Plato, parum felicis memoriæ esse, qui valde juvenes, ac qui senes essent. Animo enim res diffluere, illis, quod augeantur; his vero, quod jam fatiscant et ad interitum tendant. Similiter quoque qui celeriore aut paulo tardiore ingenio sint: illos enim esse plus æquo molliores; hos vero duriores: ac illis quidem, non hærere animo rerum simulacra; horum vero, ne prorsus quidem attingere.

Platonis in Cratylo. — Memoriæ ipsum prorsus vocabulum indicat, manere in animo, non extra illum ferri.

Quod rerum simulacra retineantur, memoriam vocari; quod vero in mentem redeant, recordationem. Plerumque vero, qui tardioris ingenii sint, tenacioris esse memoriæ; qui vero celerioris seu acrioris ac magis docciles, facilius reminisci.

Chariclii. — Multum prodest ut quis malorum obliviscatur, obscurata velut fere caligantibus animi oculs, commonitio.

Ex Epicteti sententiis. — Magis de Deo quotidie sermo renovetur, quam cibi ipsa sumptio.

Crebrius Deum cogitato, quam spiritum ducito.

Si perpetuo memineris Deum tibi spectatorem adesse, quidquid agas, sive eorum quæ ad animum spectant, sive **655** quæ ad corpus, non peccabis in omnibus orationibus tuis et actionibus, Deumque tibi hospitem habebis.

Ut jucundum est e terra mare spectare, sic ei qui a periculis liberatus sit, laborum meminisse.

SERMO LIII.

De anima.

Matth. x, 39. — Qui invenerit animam suam, perdet eam; et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

II Cor. iv, 16. — Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur; tamen is qui intus est, renovatur de die in diem.

Eccli. x, 31; xxxvii, 30, 31. — Fili, in mansuetudine glorifica animam tuam, et vide quid illi malum sit, et ne dederis ei. Non enim omnia omnibus prosunt, nec omni animæ omnia probantur.

Mala est sceleratorum subversio; impietate enim suam ipsi auferunt animam.

VARIÆ LECTIONES.

[16] Bal. Πλάτωνος. [17] In Gesn. Stob. 293.

NOTÆ.

(*e*) *Ἐν πραΰτητι δόξασον.* Forte lapsus memoria Maximus, sic assutis duobus locis, eum integer constet Eccli. xxxvii, 30. Τέκνον, ἐν τῇ ζωῇ σου πείρασον τὴν ψυχήν σου. *Fili, in vita tua tenta animam tuam*, id est explora; ad quod sequuntur reliqua hic subjuncta. Non bene Gesn. illud, ἴδε τί πονηρὸν αὐτῇ. *Vide quid in ea sit mali.* Imo, *quid sit malum ei*, a quo scilicet cavendum. Boni interpretes, qui nobis una veri Dei verbi regula sint!

(*f*) *Ἡ καταστροφὴ τῶν παρανόμων.* Videtur ex

Digitized by Google

Prov. xi, 25. — Anima benedicta, omnis quæ est simplex.

Basilii. — Animæ thesaurus, egestas corporis; hoc enim divite, illa pauper est.

Natura bonum putari debet, quod est animi bonum.

Nemo negligit si filium viderit in foveam cadere; vel si ceciderit, in ea positum eum deserit : quanto gravius, quod animam in altam malorum cadentem voraginem, in interitu ipso deserimus!

Theologi. — Quid tibi vis fieri, rogo, anima? Quid magni, quidve parvi, iis ex rebus quæ mortalibus in pretio sunt? Quære modo aliquid præclarum, et tibi dabo.

Animo potius Deo immola, quam voti modo.

Sapientum dictis fidem habeo, animum omnem qui sit bonus ac pius, ubi conjuncto sibi corpore solutus hinc discesserit, mox persentire ac contueri quod est consecuturus bonum, utpote illo quod tenebras offundebat expurgato, sive posito, vel si quid aliud dicendum est, mirifica quadam voluptate mulcetur et exsultat, et placidus ad Dominum suum proficiscitur; præsentem vitam haud secus ac gravem quemdam carcerem defugiens, et injecta sibi vincula, a quibus mentis ala detrahebatur, excutiens; velutque jam cogitationis præsentia ipsoque obtutu fruitur felicitate reposita.

656 *Chrysost.* — Duplicia omnia contulit Deus humanæ naturæ; binos oculos, geminas aures, et manus, et pedes; ut si alterum duorum læsum fuerit, alterius opera necessarium usum vel partem impleamus; animam vero unicam dedit : quam si perdiderimus, cum quo tandem vitam sustentabimus?

Anima substantia quædam est incorporea et immortalis.

Anima est substantia genita; substantia vivens intelligendi facultate prædita.

Clementis. — Curis omnibus ac laboribus solutæ animæ, vitam habent, tametsi separatæ a corpore exsistant, inque illud desiderio affectæ : in Dei sinum convolant immortales; haud secus ac hiberna tempestate terreni vapores solis radiis attracti in eum feruntur.

Immortales sunt omnes animæ, etiam impiorum, quibus præstaret non esse immortales. Dum enim ignis inextinguibilis perpetuo torquentur supplicio, nec unquam moriuntur, nullum malo suo finem nancisci possunt.

Παροιμ. ια'. — Ψυχὴ εὐλογημένη, πᾶσα ἁπλῆ.

Βασιλείου. — Ψυχῆς θησαύρισμα, σώματος ἔνδεια. Τούτου γὰρ πλουτοῦντος, ἐκείνη πένεται.

Φύσει καλὸν ἡγεῖσθαι χρὴ, τὸ τῆς ψυχῆς ἀγαθόν.

Οὐδεὶς περιορᾷ τὸ ἑαυτοῦ τέκνον μέλλον καταπίπτειν εἰς βόθυνον, ἢ ἐμπεσὸν ἐναφίησι τῷ πτώματι· πόσῳ δὲ δεινότερον ψυχὴν εἰς βάθος κακῶν ἐμπίπτουσαν ἐναφεῖναι τῇ ἀπωλείᾳ;

Θεολόγου. — Τί σοι θέλεις γενέσθαι; ψυχὴν ἐμὴν ἐρωτῶ. Τί σοι μέγα ἢ τί μικρὸν τῶν τιμίων βροτοῖσι; Ζήτει μόνον προθύμως τι λαμπρὸν, καὶ δώσω σοι.

Ψυχῇ θύε τῷ Θεῷ μᾶλλον, ἢ εὐχῆς τρόπῳ.

Πείθομαι σοφῶν λόγοις, ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου λυθεῖσα σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει ἐν θεωρίᾳ τοῦ μέλλοντος αὐτῇ καλοῦ γενομένη, ἅτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνακαθαρθέντος, ἢ ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ λέγειν χρὴ, θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται καὶ ἀγάλλεται, καὶ ὅλως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς Δεσπότην· ὥσπερ τι δεσμωτήριον χαλεπὸν τὸν ἐντεῦθεν βίον ἀποφυγοῦσα, καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθείλκετο· καὶ οἷον ἥδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀπυκειμένην μακαριότητα.

Χρυσοστ. — Πάντα διπλᾶ δέδωκεν ἡμῶν ὁ Θεὸς τῇ φύσει, δύο ὀφθαλμοὺς, δύο ὦτα, δύο χεῖρας, δύο πόδας· ἐὰν ὁπότερον τούτων βλαβῇ, διὰ τοῦ ἑτέρου τὴν χρείαν παραμυθούμεθα· ψυχὴν δὲ μίαν δέδωκεν ἡμῖν· ἂν ταύτην ἀπολέσωμεν, μετὰ τίνος ἐμβιοτεύσομεν;

Ψυχή ἐστιν οὐσία τις ἀσώματος καὶ ἀθάνατος.

Ψυχή ἐστιν οὐσία γεννητὴ, οὐσία ζῶσα νοερά.

Κλήμεντ. — Πάντων ἀναπνέουσαι (g) αἱ ψυχαὶ, τὸ ζῆν ἔχουσι, κἂν χωρισθῶσι τοῦ σώματος, καὶ τὸν εἰς αὐτὸ εὑρεθῶσι πόθον ἔχουσαι, εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ κόλπον φέρονται ἀθάνατοι· ὡς ἐν χειμῶνος ὥρᾳ οἱ ἀτμοὶ τῆς γῆς ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων ἐφελκόμενοι φέρονται πρὸς αὐτόν.

Ἀθάνατοι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, καὶ τῶν ἀσεβῶν, αἷς ἄμεινον ἦν μὴ ἀφθάρτους εἶναι. Κολαζόμεναι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἀπεράντῳ τιμωρίᾳ καὶ μὴ θνήσκουσαι, ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν τέλος λαβεῖν οὐκ ἔχουσιν.

NOTÆ.

Prov. sumptum. Male Gesn. *conversationem* reddit. Est, *subversio, interitus, ruina*, et si quid est ejus generis, iis repositum, qui impietate animam suam perdunt. Nec istud aliud est, quam quod ait psalm. *Mors peccatorum pessima.*

(g) *Πάντων ἀναπνέουσαι.* Quasi *ab omnibus respirantes;* ab omnibus requiem adeptæ: hæc enim hujus vis constructionis, in qua propositionem *ἀπὸ* subintelligi quidam volunt. Describit Clemens ipsum hoc quod Joan. in Apocalypsi, animorum requiem a laboribus, quibus solutæ, et a corporibus absolutæ, etsi non amissa ad ea necessitudine, in Dei sinum convolant. Inscite Gesn. *Omnium spirantes animæ :* ut et quod οὐσία ζῶσα νοερὰ, in Chrysostom. definitione redúit, *substantia vira intelligibilis ;* non magis intelligens, seu intelligendi vi prædita.

Digitized by Google

Μοσχίωνος. — Ἀπολέσας πάντα τὰ θνητὰ καὶ γήϊνα ἀπολέσας, ἕνα ἀθάνατον καὶ οὐράνιον κτήσασθαι. A

Δημοκρίτ. — Ἀνθρώπους ἁρμόδιον ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος λόγον ποιεῖσθαι. Ψυχὴ μὲν γὰρ τελειοτάτη σκήνεος μοχθηρίην ὀρθοῖ· σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησιν.

Κλειτάρχου. — Τῆς ψυχῆς ὡς ἡγεμόνος ἐπιμελοῦ· τοῦ δὲ σώματος ὡς στρατιῶτου προνόει.

Φιλιστίων. — Ψυχὴ σοφοῦ ἁρμόζεται πρὸς Θεόν. Ψυχὴν θάνατος οὐκ ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ κακὸς βίος.

Ζαλεύκου. — Ἕκαστον οὖν ἔχειν καὶ παρασκευάζειν δεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν πάντων καθαρὰν τῶν κακῶν. Ὡς γὰρ οὐ τιμᾶται Θεὸς ὑπ' ἀνθρώπου φαύλου, οὐδὲ θεραπεύεται δαπάναις, οὐδὲ τραγῳδίαις τῶν B ἁλισκομένων (*h*), ἀλλ' ἀγαθῇ προαιρέσει τῶν καλῶν ἔργων καὶ δικαίων.

Ἐπικτήτου. — Ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι· τοῦ γὰρ κακῶς ζῆν τὸ τεθνάναι κρεῖσσον.

Moschionis. — Cunctis mortalibus ac terrenis amissis, unum immortalem ac cœlestem comparare optato.

Democriti. — Decet hominem animi potius, quam corporis curam gerere. Nam qui summam perfectionis arcem arripuit, animus, tabernaculi vitium corrigit; tabernaculi vero robur, si desit ratio, animum nihil meliorem reddit.

Clitarchi. — Animi tanquam ducis ac imperatoris curam habe; corpori autem ut militi provideto.

Philistionis. — Anima sapientis Deo conjungitur. Animam non mors, sed mala vita perdit.

Zaleuci. — Quisque igitur animam suam habeat, ac præstet ab omnibus malis puram. Nec enim Deus ab homine malo colitur, aut sumptibus placatur, vel damnatorum planctu ac lamentis, sed bona, bonorum ac justorum operum, voluntate.

Epicteti. — Major animi, quam corporis sanandi necessitas est: mori enim præstat, quam male vivere.

ΛΟΓΟΣ ΝΔ' [18].

Περὶ φθόνου.

Ματθ. κ'. — Ἐλθόντες δὲ καὶ οἱ πρῶτοι, ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται, καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον. Λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον, κ. τ. ἑ.

Ἰακ. γ'. — Ὅπου ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα.

Παροιμ. κγ'. — Μὴ συνδείπνει ἀνδρὶ βασκάνῳ, C μηδὲ ἐπιθυμήσῃς τῶν ἐδεσμάτων αὐτοῦ.

Φθόνος οὐκ οἶδε προτιμᾶν τὸ συμφέρον.

Σιρὰχ λζ'. — Μὴ συμβουλεύου μετὰ ὑποβλεπομένου σου· ἀπὸ τῶν ζηλούντων σε κρύψον βουλήν σου.

Βασιλ. — Οὐχ ὁρᾷς ἡλίκον ἐστὶν ἡ ὑπόκρισις; Καὶ αὕτη καρπός ἐστι τοῦ φθόνου. Τὸ γὰρ διπλοῦν τοῦ ἤθους, ἐκ φθόνου μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις γίνεται.

Τί στενάζεις, φθονερέ; τὸ ἴδιον κακὸν, ἢ τὸ ἀλλότριον ἀγαθόν;

Φθόνου γὰρ πάθος οὐδὲν ὀλεθριώτερον ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐμφύεται.

Ὥσπερ γὰρ ἰὸς τὸν σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν D ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναλίσκει.

Οἱ κύνες τρεφόμενοι ἡμεροῦνται, καὶ οἱ λέοντες χειροήθεις θεραπευόμενοι γίνονται· οἱ δὲ βάσκανοι ταῖς θεραπείαις πλέον ἐξαγριαίνονται.

Ἔθος τῇ Γραφῇ πολλαχοῦ μετὰ τοῦ φόνου τάσσειν τὸν φθόνον.

Ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη ἴδιόν ἐστι τοῦ σίτου νόσημα· οὕτως ὁ φθόνος φιλίας ἐστὶν ἀῤῥώστημα.

Οἱ μισόκαλοι δαίμονες, ἐπειδὰν οἰκείας ἑαυτοῖς εὕρωσι προαιρέσεις, παντοίως αὐταῖς ἀποκέχρηνται

SERMO LIV.

De invidia.

Matth. xx, 10. — Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem et ipsi singulos **657** denarios. Et accipientes murmurabant, etc.

Jac. III, 16. — Ubi æmulatio et contentio, ibi inconstantia et omne opus malum.

Prov. XXIII, 6. — Ne cœnes cum viro invido, nec illius escas appetas.

Nescit invidia, quod utile est eligere.

Eccli. XXXVII, 7. — Noli consiliari cum eo, qui te suspectum habet: æmulatores cela consilium tuum.

Basilii. — Vides quale malum sit hypocrisis? Et hæc invidiæ proles est. Quod enim quis duplici animo sit, maxime ex invidia habet.

Quid, invide, gemis? tuumne malum, an alterius bonum?

Nullum invidia perniciosius hominum animis inolescit vitium.

Ut ærugo ferrum, sic invidia, ea laborantem consumit animum.

Canes nutricatione cicurantur, leones quoque cultu mansuescunt; invidi vero ad obsequia magis efferantur.

Scriptura multis locis, cædem ac invidiam una jungere consuevit.

Quemadmodum rubigo proprium tritici vitium est, sic invidia amicitiæ labes exsistit.

Honesti odio implacabiles dæmones, ubi necessitudine conjunctas ac sibi congruas nacti fuerint

[18] In Gesn. Stob. 140.

NOTÆ.

(*h*) *Οὐδὲ τραγῳδίαις ἁλισκομένων.* Supl. θεραπεύεται: *Non delinitur, placatur reorum lamentis, diris ejulatibus damnatorum.* Male Gesn. *neque tragœdiis capitur;* ac si ἁλίσκεται.

Digitized by Google

voluntates, modis omnibus ad suam libidinem illis abutuntur, ut et invidorum oculis explendo voluntatis suæ obsequio utantur.

Quemadmodum bono comes est affluentia et liberalitas carens invidia, sic diabolo comes livor est et invidentia.

Uti vultures ad malcolentia corpora convolant, multaque prata aliaque loca amœna ac floribus odorata, eorum cupiditate transvolant; atque ut muscæ, omissis sanioribus membris, ad ulcera festinant; sic invidi, clara vitæ decora, magnaque ac laude digna facinora, ne aspiciunt quidem : si quid vero vitii hæret, ac putre videatur, ingruunt atque insident.

Theologi. — Cave illi invideas, cui prospere cedit ac qui recte agit, tanquam ille prior inviderit, teque ei invidiosum ratus, ac qui ea ratione illi offensus sis.

Pereat utinam ex hominibus invidia eorum qui ea laborant! ipsa pernicies eorum qui patiuntur, ærugo ac virus; inter vitia æquissimum simul ac iniquissimum; alterum quidem, quod bonis omnibus obtundit; alterum vero, quod illos ipsos lædit, qui eam habent.

658 *Chrys.* — O invidia mortis radix, multiplex ægritudo, cordis acutissime clave! Quis enim adeo acutus clavus, qui sic pungat, ac invidia cor ea laborans sauciat?

Invidet quidem dæmon, sed hominibus; nulli vero dæmonum : tu vero cum sis homo hominibus invides; ecquamnam veniam obtinebis?

Greg. Nyss. — Invidiæ, infortunium est non malum proprium, sed bonum alienum : rursumque felicitas, non bonum proprium, sed proximi malum.

Narrant, vultures, cadaverum vorax animal, unguento interire. Ea enim sunt indole, ut fetore taboque cadaverum atque sanie foveantur. Sic et qui hoc morbo tenentur, amicorum secundis rebus, velut admoto quodam unguento, emoriuntur. Sin autem adversi aliquid casus malique conspexerint, præsto advolant, osque aduncum infigentes, occultam extrahunt evulgantque miseriam.

Philonis. — Quæ honesta sunt, quanquam ex invidia ad breve tempus obscurata fuerint, per occasionem ac opportune soluta, rursus splendescunt.

Plutarchi. — Ad solem ambulantibus, umbra necessario comes est; iisque qui honoribus ac vita clari habentur, proclive invidia hæret.

— Claritatis decor, velut morbo quodam, invidia cito corrumpitur.

πρὸς τὸ ἴδιον βούλημα, ὥστε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν βασκάνων εἰς ὑπηρεσίαν χρήσασθαι τοῦ ἰδίου θελήματος.

Ὥσπερ ἕπεται τῷ ἀγαθῷ ἡ ἀφθονία (*i*), οὕτως ἀκολουθεῖ τῷ διαβόλῳ ἡ βασκανία.

Ὥσπερ δὲ οἱ γῦπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολλοὺς μὲν λειμῶνας, πολλοὺς δὲ ἡδεῖς καὶ εὐώδεις τόπους ὑπεριπτάμενοι· καὶ αἱ μυῖαι, τὸ μὲν ὑγιαῖνον παρατρέχουσι, πρὸς δὲ τὸ ἕλκος ἐπείγονται· οὕτως οἱ βάσκανοι, τὰς μὲν τοῦ βίου λαμπρότητας καὶ τὰ μεγέθη τῶν κατορθουμένων οὐδὲ προσβλέπουσι, τοῖς δὲ σαθροῖς ἐπιτίθενται.

Θεολ. — Μὴ φθονήσεις τῷ κατορθοῦντι ὡς φθονηθείς, καὶ φθονεῖσθαι πεισθεὶς, καὶ διὰ τοῦτο κατενεχθείς.

Ὡς ἀπόλοιτο ἐξ ἀνθρώπων ὁ φθόνος, ἡ δαπάνη τῶν ἐχόντων, ὁ τῶν πασχόντων ἰός· τὸ μόνον τῶν παθῶν ἀδικώτατόν τε ἅμα καὶ δικαιότατον· τὸ μὲν, ὅτι πᾶσι διοχλεῖ καλοῖς, τὸ δὲ, ὅτι ἀδικεῖ τοὺς ἔχοντας.

Χρυσοστ. — Ὦ φθόνε ῥίζα θανάτου, ἡ πολύπλοκος νόσος, καρδίας ὀξύτατε ἧλε! Ποῖος γὰρ ἧλος ὀξύτατος οὕτως κεντᾷ, ὡς ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν καρδίαν τιτρώσκει;

Ὁ δαίμων φθονεῖ μὲν, ἀνθρώποις δέ· δαίμονι δὲ οὐδενί. Σὺ δὲ ἄνθρωπος ὤν, ἀνθρώποις φθονεῖς· καὶ πῶς τεύξῃ συγγνώμης;

Γρηγ. Νύσσ. — Φθόνῳ [19] ἀτύχημα μέν ἐστιν οὐ τὸ ἴδιον κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀλλότριον ἀγαθόν· κατόρθωμα δὲ πάλιν, οὐ τὸ οἰκεῖον καλὸν, ἀλλὰ τὸ τοῦ πέλας κακόν.

Φθείρεσθαι τοὺς νεκροβόρους γῦπας τῷ μύρῳ λέγουσι. Πρὸς γὰρ τὸ δυσῶδες καὶ διεφθορὸς αὐτῶν ἡ φύσις ᾠκείωται. Καὶ ὁ τῇ νόσῳ ταύτῃ κρατούμενος, τῇ μὲν εὐημερίᾳ τῶν φίλων, οἷόν τινος μύρου προσβολῇ καταφθείρεται. Εἰ δέ τι πάθος ἐκ συμφορῶν [20] ἴδοι, πρὸς τοῦτο καθίπταται, καὶ τὸ ἀγκύλον ἐπάγει στόμα, τὰ κεκρυμμένα ἐξέλκων τοῦ δυστυχήματος.

Φίλωνος. — Τὰ καλὰ, κἂν φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιασθῇ χρόνον, ἐπὶ καιρῷ λυθέντα, αὖθις ἀναλάμπει.

Πλουτάρχου. — Τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται κατ' ἀνάγκην σκιά· τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος.

Τὸ τῆς δόξης κάλλος ὥσπερ ὑπὸ νόσου τοῦ φθόνου ταχὺ καταφθείρεται.

VARIÆ LECTIONES.

[19] B. φθόνος. [20] B. συμφορᾶς.

NOTÆ.

(*i*) *Ἕπεται τῷ ἀγαθῷ ἡ ἀφθονία.* Nimis forte restringit Bud. eam vocem, dum reddit, *Æquitas animi carens omni invidia.* Malim τὸ ἀγαθὸν, hic Basilio, ipsum Deum esse, et opponi diabolo, quod Deus vere ἄφθονος sit, ipsa boni ratione, liberalis sui diffusione et sine invidia. Diabolus semper φθονερὸς, malique auctor hominibus exsistens. Quod reddit Gesn. ut vir viro opponatur, bonus ac probus calumniatori, nihil approbo.

Digitized by Google

Ἀνάχαρσις. — Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἐρωτηθεὶς, Διὰ τίνα αἰτίαν ἄνθρωποι λυποῦνται πάντοτε; ἔφη, Ὅτι οὐ μόνον αὐτοὺς τὰ ἴδια κακὰ λυπεῖ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀλλότρια ἀγαθά.

Ἀριστοτ. — Φθόνος, φησὶν, ἀνταγωνιστής ἐστι τῶν εὐτυχούντων.

Δημοκρίτ. — Ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔρις ὠφελεῖ τὸν ζηλοῦντα, μὴ βλάπτουσα τὸν ζηλούμενον.

Οὐκ ἂν ἐκώλυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαστον κατ' ἰδίαν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἕτερος ἕτερον ἐλυμαίνετο. Φθόνος γὰρ στάσιος ἀρχὴν ἀπεργάζεται.

Ὁ αὐτὸς τὸν φθόνον εἶπεν ἕλκος εἶναι τῆς ἀληθείας.

Κλειτάρχου [21]. — Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτω τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.

Σωκράτης. — Πολλοὶ θανόντας ἀμείβουσι τοῖς τάφοις, οὓς τῷ φθόνῳ πρότεραν ἤλγυναν ζῶντας.

Ὁ αὐτὸς τὸν φθόνον ἔφη τῆς ψυχῆς εἶναι πρίονα.

Λευκίπ. — Ζηλοτυπία γὰρ ἅπαξ ἐμπεσοῦσα ψυχῇ, δυσέκλειπτον ἐστί.

Κλεόβουλ. — Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Τίνα δεῖ μάλιστα φυλάττεσθαι; εἶπεν, Τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν.

Βίωνος. — Βίων ὁ σοφιστὴς, ἰδών τινα φθονερὸν σφόδρα κεκυφότα, εἶπεν, Ἢ τούτῳ μέγα κακὸν συμβέβηκεν, ἢ ἄλλῳ μέγα ἀγαθόν.

Ἀγάθωνος.

Οὐκ ἦν ἂν ἀνθρώποισιν ἐν βίῳ φθόνος,
Εἰ πάντες ἦμεν ἐξ ἴσου πεφυκότες.

Θεόφραστ. — Θεόφραστος εἶπε, τοὺς μοχθηροὺς τῶν ἀνθρώπων, οὐχ οὕτως ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς.

Πλάτων. — Ἀγαθὸς ἦν· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε γίνεται φθόνος.

Ἀριστωνύμ. — Ὁ φθόνος, ὥσπερ φαῦλος δημαγωγὸς, ταῖς καλαῖς ἀντιπολιτεύεται πράξεσιν.

Θουκυδίδου. — Φθόνος τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν, ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται.

Ἀναξιμέν. — Ὅσοι γὰρ τὰ καλῶς ῥηθέντα ἢ πραχθέντα διὰ φθόνον οὐκ ἐπαινοῦσι, πῶς οὗτοι ἂν τοῖς ἔργοις ὠφελήσειαν;

Κάτωνος. — Ἥκιστα φθονεῖσθαι ἔλεγε τοὺς τῇ τύχῃ χρωμένους ἐπιεικῶς καὶ μετρίως. Οὐ γὰρ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς περὶ ἡμᾶς φθονοῦσιν.

Ἀνωνύμου. — Οὐδενὶ φθονητέον· ἀγαθοὶ μὲν γὰρ ἄξιοι· κακοὶ δ' ἂν εὐτυχῶσιν, κακῶς ζῶσιν.

Θεμιστοκλῆς μειράκιον ὤν, οὐδὲν ἔφη πράττειν λαμπρόν· οὕπω γὰρ φθονεῖσθαι. Καθάπερ γὰρ αἱ κανθαρίδες ἐμφύονται μάλιστα τῷ ἀκμάζοντι σίτῳ, καὶ τοῖς εὐθαλέσι ῥόδοις· οὕτω ὁ φθόνος ἅπτεται

Anacharsis. — Anacharsis Scytha rogatus, quid causæ esset cur homines semper doleant: Quod, inquit, non solum sua mala dolcant, sed et aliena bona.

Aristotel. — Invidia illorum adversarius est, qui rebus secundis utuntur.

Bonorum contentio juvat æmulantem, nec ei cui æmuleris, aliquid nocet.

Democrit. — Nunquam leges suo quemque jure ac arbitratu vivere vetarent, nisi alter alterum læderet: invidia enim, seditionis origo est.

Idem, invidiam ulcus esse veritatis dicebat:

Clitarchi. — Ut ferrugine ferrum, sic invidos sua ipsos indole consumi.

Socrates. — Multi quasi grati animi significatione, defunctis monumenta ponunt, quos prius in vivis agentes mœrore confecerant.

Idem aiebat invidiam animi esse serram.

Leucippis. — Æmulatio enim cum animum semel invaserit, ægre potest aboleri.

Cleobulus. — Cleobulus Lindius, cum ex eo quæreretur: **659** Quæ maxime vitanda putaret; Amicorum, inquit, invidiam, et inimicorum insidias.

Bionis. — Bion sophista, cum aliquem invidum tristi valde ac demisso vultu incedentem vidisset: Aut, inquit, huic ingens malum accidit, aut alteri ingens bonum.

Agathonis.

Nullus in vita livor esset mortalibus,
Nobis ita comparatis, ut omnes æquales essemus.

Theophrast. — Theophrasti sententia erat: Malos homines ac morosos, non tam suis bonis, quam alienis malis delectari.

Plato. — Bonus erat: ei autem qui bonus sit, nulla ex causa ullus suboritur livor.

Aristonymi. — Invidia, sicut malus orator populique ductor, honestis actibus adversatur.

Theucydid. — Invidiam mortales exercent, in id quod adversatur: quod vero nulli obstaculo est, nihil invita benevolentia colunt.

Anaximen. — Qui per invidiam quæ rite dicta aut gesta sint non laudant; hi, quo tandem modo ipsa re juverint?

Catonis. — Haud sane invidiæ obnoxios esse dicebat, qui modeste ac temperate fortuna utantur. Non enim nos invidiam petere, sed res nostras ac quæ circa nos exsistant.

Incerti. — Nemo prosequendus invidia: boni enim, digni sunt qui rebus secundis utantur: mali si utuntur, male vivunt.

Themistocles adhuc adolescentior, nihil dum se splendidum agere dicebat; quippe qui invidia minime peteretur. Nam sicut canthari (scarabeos vocant) robusto maxime innascuntur tritico, ac

VARIÆ LECTIONES.

[21] ἄλλ. Πλουτάρχου.

Digitized by Google

rosis pulchre florentibus; sic invidia probos maxime invadit, ac qui virtutis cultu proficiant, indolisque ac personarum gloria fulgeant.

μάλιστα τῶν χρηστῶν καὶ αὐξανομένων πρὸς ἀρετὴν, καὶ δόξαν ἠθῶν καὶ προσώπων κεκτημένων.

SERMO LV.

De voluntario et involuntario.

Luc. XII, 47. — Ille servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non fecit, vapulabit multis.

I Cor. IX, 16. — Væ mihi si non evangelizavero! Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

Eccle. X, 5. — Involuntarium exiit a facie principis.

Prov. XXX, 33. — Mulge lac, et erit butyrum : nares vero si compresseris, exibit sanguis.

660 *Eccli.* XVIII, 30. — Post concupiscentias tuas ne eas; et a desideriis tuis avertere. Si enim præstiteris animæ tuæ, quod concupiscentiæ procliye placet, inimicorum gaudium facies.

Basilii. — Malorum apud inferos, non Deus, sed nos ipsi auctores sumus. Origo enim et radix peccati, quod nostri juris sumus, ac arbitrii facultas, exsistit.

Eos laudamus qui sua ipsi voluntate boni sunt; non qui aliqua necessitate eo adiguntur. Ubi enim prompta voluntas est, nihil est quod obstare possit.

Vis, aut formido, nunquam virtutis parentes exstiterint. Honesta enim voluntaria sunt, non necessitatis.

Voluntarius dolor, involuntariæ præstat jucunditati.

Theologi. — Voluntarium involuntario constantius est atque firmius tutiusque; atque alterum quidem, ejus est qui vim adhibet; alterum nostrum est : atque alterum, divinæ clementiæ; alterum, per vim cogentis potentiæ.

Quod vi cogitur ac subigitur, ubi se occasio dederit, ad libertatem eniti solet.

Pastor, si velit, hircos etiam mulget;
Pro lacte tamen, sanguinis rivos hauriet.

Chrysost. — Non illos Deus præmio donat ac coronat, qui necessitate a vitio abstinent, sed qui voluntate.

Deus, non necessitate aut vi aliqua nos adducit, sed animi sententia ac voluntate

Nullus necessitatis fructus, sed merces omnis, volentis animi est. Non enim Deus ea reputat, quæ necessitate, sed quæ libera quis præclare gesserit voluntate.

ΛΟΓΟΣ ΝΕ' [22].

Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου.

Λουκ. ιβ'. — Ἐκεῖνος ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνούς, δαρήσεται ὀλίγας.

Α' Κορ. θ'. — Οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράττω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.

Σολομ. ι'. — Ἀκούσιον ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου ἐξουσιάζοντος.

Παροιμ. λ'. — Ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον. Ἐὰν δὲ ἐκπιέζῃς μυκτῆρας (*j*), ἐξελεύσεται αἷμα.

Σιρὰχ ιη'. — Ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν σου μὴ πορεύου, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου κωλύου. Ἐὰν γὰρ χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου εὐδοκίαν ἐπιθυμίας, ποιήσεις ἐπίχαρμα ἐχθρῶν.

Βασιλείου. — Τὰ ἐν ᾅδου κακὰ οὐ Θεὸν ἔχει τὸν αἴτιον, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς. Ἀρχὴ γὰρ καὶ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας, τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ αὐτεξούσιον.

Ἐπαινοῦμεν τοὺς κατὰ προαίρεσιν ἀγαθοὺς, οὐ τοὺς ὑπό τινος ἀνάγκης εἰς τοῦτο ἥκοντας. Ὅπου γὰρ προαίρεσις ἑτοίμη, τὸ κωλύον οὐδέν.

Βία γὰρ ἡ φόβος, ἀρετῆς οὐκ ἂν ποτε γένοιτο δημιουργός. Ἐθελούσια γὰρ, καὶ οὐκ ἀνάγκης τὰ καλά.

Τὸ ἑκούσιον λυπηρὸν, τοῦ ἀκουσίου τερπνοῦ τιμιώτερον.

Θεολόγου. — Τὸ μὲν γὰρ ἑκούσιον, μονιμώτερόν τε καὶ ἀσφαλέστερον· καὶ τὸ μὲν τοῦ βιασαμένου, τὸ δὲ ἡμέτερον· καὶ τὸ μὲν ἐπιεικείας Θεοῦ, τὸ δὲ τυραννικῶς ἐξουσίας.

Φιλεῖ τὸ βίᾳ κρατούμενον ἐλευθεριάζειν καιροῦ λαβόμενον.

Ποιμὴν ἀμέλγει, εἰ θέλει, καὶ τοὺς τράγους,
Ἀλλ' ἀντὶ γάλακτος, αἱμάτων πηγὰς οἴσει.

Χρυσοστ. — Οὐ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας ἀπεχομένους, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει, στεφανοῖ ὁ Θεός.

Οὐκ ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ, ἀλλὰ βουλήσει καὶ γνώμῃ προσάγεται ἡμᾶς ὁ Θεός.

Οὐδεὶς καρπὸς ἀνάγκης, ἀλλὰ πᾶς μισθὸς προαιρέσεως. Οὐ γὰρ λογίζεται ὁ Θεὸς τὰ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ τὰ ἐκ προαιρέσεως κατορθούμενα.

VARIÆ LECTIONES.

[22] In Gesn. Stob. 5. [23] Ἄλλ. ἀνωνύμου.

NOTÆ.

(*j*) *Ἐὰν δὲ ἐκπιέζῃς μυκτῆρας.* Eleganter Vulg. *Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.* Utrobique eædem voces Hebr. consulto aliæ aliis interpretibus mutatæ. Quod in Syr. ex Polygl. Anglicanis est, *Si comprimas manum tuam super frumentum, emanabit sanguis*, prorsus vitiosum est. Quid enim frumentum ejusque compressio ut sanguis eliciatur? nisi aliqua vox ὁμωνυμιαν fecit. Targum quod reddit, *De expressione furoris exit sanguis*, metaphora est, a voce אף *naris*, seu *nasus*; quæ sæpius iræ symbolo et furoris in Scriptura usurpatur.

Digitized by Google

Ὥσπερ τῷ στρουθῷ τῶν πτερῶν ὄφελος οὐδὲν, ὑπὸ τῆς παγίδος ἁλόντι, ἀλλ' εἰκῇ καὶ μάτην πτερύσσεται· οὕτω καὶ σοὶ τῶν λογισμῶν οὐδὲν ὄφελος, ἐὰν κατακράτος ὑπὸ τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας ἁλῷς. A

Διονυσίου. — Οὐκ ἠναγκασμένην ζωὴν ἔχομεν οἱ ἄνθρωποι. Οὔτε γὰρ διὰ τὴν τῶν προνοουμένων αὐτεξουσιότητα τὰ θεῖα φῶτα τῆς προνοητικῆς ἐλλάμψεως ἀπαμβλύνεται.

Διδύμου. — Τὰ μὲν ἀκούσια ἁμαρτήματα καὶ νόμος συγχωρεῖ, καὶ Θεὸς παροράᾳ φιλάνθρωπος ὤν, καὶ οὐκ ἀπηνὴς καὶ τῶν ἑκουσίων.

Φίλων. — Οὐχ ὡς τὸ ἑκουσίως ἁμαρτάνειν ἐστὶν ἄδικον, οὕτω καὶ ἀκουσίως καὶ κατὰ ἄγνοιαν, εὐθὺς δίκαιον· ἀλλὰ τάχα που μεθόριον ἀμφοῖν, δικαίου καὶ ἀδίκου, τὸ ὑπό τινων καλούμενον ἀδιάφορον. Ἁμάρτημα γὰρ οὐδὲν ἔργον δικαιοσύνης. B

Κλήμεντος. — Μάλιστα πάντων Χριστιανοῖς οὐκ ἐφίεται τὸ πρὸς βίαν ἐπανορθοῦν τὰ τῶν ἁμαρτημάτων πταίσματα. Οὐ γὰρ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας ἀπεχομένους, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει στεφανοῖ ὁ Θεός.

Οὐ δυνατόν τινα ἀγαθὸν εἶναι βεβαίως, εἰ μὴ κατὰ προαίρεσιν οἰκείαν. Ὁ γὰρ ὑφ' ἑτέρου ἀνάγκης ἀγαθὸς γινόμενος, οὐκ ἀγαθός· ὅτι μὴ ἰδίᾳ προαιρέσει ἐστὶν ὃ ἔστιν. Τὸ γὰρ ἑκάστου ἐλεύθερον, ἀποτελεῖ τὸ ὄντως ἀγαθὸν, καὶ δεικνύει τὸ ὄντως κακόν. Ὅθεν διὰ τῶν ὑποθέσεων τούτων ἐμηχανήσατο ὁ Θεὸς φανερῶσαι τὴν ἑκάστου διάθεσιν. C

Χορικίου. — Τὸ ἐκ φύσεως καλὸν, ἀδόκιμον· τὸ δὲ ἐκ προαιρέσεως, ἐπαινετόν.

Ἐπικτήτου. — Εἰ βούλει ἀταράχως καὶ εὐαρέστως ζῆν, πειρῶ τοὺς συνοικοῦντάς σοι σύμπαντας ἀγαθοὺς ἔχειν. Ἔξεις δὲ ἀγαθοὺς, εἰ τοὺς μὴ ἑκόντας παιδεύεις, τοὺς δὲ ἄκοντας [ἔπειτα κεχειρωμένους (*k*)] ἀπολύεις. Συμφεύξεται γὰρ τοῖς φεύγουσιν ἡ μοχθηρία ἅμα καὶ ἡ δουλεία· συναπολειφθήσεται δὲ τοῖς συμβαίνουσί σοι ἡ χρηστότης καὶ ἡ ἐλευθερία. D

Σωκράτ. — Ὁ μὲν ἑκουσίως ταλαιπωρῶν, ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι πονῶν εὐφραίνεται· αἱ δὲ ῥᾳδιουργίαι καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ, οὔτε σώματος εὐεξίαν ἱκαναί εἰσιν ἐργάζεσθαι, οὔτε ψυχῆς ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσιν.

Θεαγοῦς Πυθαγορείου. — Τὸ μὲν ἀκούσιον, οὐκ ἄνευ λύπης καὶ φόβου· τὸ δὲ ἑκούσιον, οὐκ ἄνευ ἡδονῆς καὶ φιλοφροσύνης.

Ut passerculo nihil prodest quod alis præditus est, si laqueo irretitus teneatur; sed frustra nulloque commodo concutit alas; sic et tibi rationum mentis nulla futura utilitas, si prava cupiditate omnino captus tenearis.

Dionysii. — Non ea nostra hominum vita est, quæ necessitate agatur. Non enim idcirco quod qui providentia reguntur, libertate arbitrii præditi sunt, divina lumina illustrantis providentiæ obscurantur.

Didymi. — Peccata non ex voluntate, et lex condonat, et Deus pene despicit, ut qui sit clemens ac misericors, nec vel eorum quæ voluntaria sunt, immitis ultor exsistat.

Philonis. — Non ut voluntarie peccare injustum est, sic non voluntarie et per imprudentiam, **661** continuo justum; sed forte amborum confine aliquid (justi scilicet ac injusti) quod nonnulli, horum medium ac indifferens vocant. Eorum enim quæ sunt peccatum ac error, nullum justitiæ opus habeatur.

Clementis. — Cum primis haud licet Christianis per vim emendare, si quid peccaverunt. Non enim qui necessitate a malo se abstinent, Deus coronat, sed qui mentis proposito et voluntate.

Fieri non potest ut quis aliter firma constantia bonus sit, quam sua ipse voluntate. Nam qui alio cogente bonus redditur, bonus non est; quod non propria voluntate sit, id quod est. Qua enim quisque pollet libertate, id præstat, quod vere bonum est, proditque quod vere malum est. Quocirca sapienter disposuit Deus ut his argumentis quo quisque animo sit, monstraretur.

Choricii. — Quod ex natura bonum est, non probatur; quod autem ex voluntate animique proposito, id vero dignum laude habetur.

Epicteti. — Si vis sine perturbatione ac placide vivere, hoc stude, ut quos domesticos vernasque adhibueris, omnes boni sint. Id autem contigerit, si eos qui velint, erudias; eos autem qui nolint ac reluctantes (ubi deinde edomueris) dimittas. Una enim cum illis fugientibus improbitas ipsa aufugiet atque servitus; unaque cum illis quibus tecum convenit, probitas atque libertas tibi manebit.

Socrat. — Qui sponte in ærumnis versatur qua spe bona fulcitur, in laboribus lætatur. Otia autem et tumultuariæ voluptates ac libidines, nec bonam corporis habitudinem præstare possunt, nec animi scientiam ullam ingenerant, quæ alicujus pretii videatur.

Theagis Pythagorei. — Quod involuntarium, haud dolore metuque caret; quod autem voluntarium, voluptatem ac lætitiam comitem habet.

NOTÆ.

(*k*) *Ἔπειτα κεχειρωμένους.* Hæsit hic aqua Gesn. nec aliter expedit, quam dicendo, *in Græco additur*, ἔπειτα καὶ χειρωμένους· nos paulo emendatius ex Ball. κεχειρωμένους nec sensus adeo arduus. Vult nimirum, quos sic in familiam asciveris sintque duri ac pervicacis ingenii, ubi edomueris, ac tantisper delinieris, tunc placide ac sine strepitu dimittendos esse. Eo enim spectat τὸ, κεχειρωμένους. Hoc sane philosophum, ut nec in ipso discessu gravioris aliquid tumultus aut offensionis domi accidat.

Digitized by Google

Ex Nicolai Collectaneis de moribus — Thyni, naufragos humaniter suscipientes, sibi amicos constituunt; hospites vero, qui sua voluntate accedant, magnifice colunt : qui autem inviti, iis pœnas irrogant.

Ἐκ τῶν Νικολάου ἐθῶν. — Θύνοι (*l*) τοὺς ναυαγοὺς φιλανθρώπως δεχόμενοι φίλους ποιοῦνται· τῶν δὲ ξένων, τοὺς μὲν ἑκουσίως ἐλθόντας, σφόδρα τιμῶσι· τοὺς δὲ ἀκουσίως, κολάζουσιν.

SERMO LVI.

ΛΟΓΟΣ ΝϚ' [a].

662 *De illo quod scriptum est :* « Nosce teipsum. »

Περὶ τοῦ, « Γνῶθι σαυτόν. »

Luc. VI, 41. — Quid vides festucam in oculo fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras ?

Λουκ. ϛ'. — Τί βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς ;

Rom. XIV, 4. — Tu quis es, qui judicas alienum servum ? domino suo stat, aut cadit; stabit autem : potens enim est Deus statuere illum.

Ῥωμ. ιδ'. — Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει· σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν.

Eccle. XI, 9. — Ambula in viis cordis tui immaculatus, et nosce teipsum; quia in omnibus his ducet te Deus in judicium.

Σολομ. ια'.—Περιπάτει ἐν ὁδοῖς καρδίας σου ἄμωμος, καὶ γνῶθι σαυτόν (*m*)· ὅτι ἐν πᾶσι τούτοις ἄξει σε ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν.

Prov. XIII, 10. — Qui ipsi seipsos agnoscunt sapientes sunt.

Παροιμ. ιγ'. — Οἱ ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες, σοφοί.

Eccli. XIII, 16. — Cave, et attende diligenter quia cum casu tuo (morte scilicet comite) ambulas.

Σιρ. ιγ'. — Συντήρησον καὶ πρόσεχε σφοδρῶς, ὅτι μετὰ τῆς πτώσεώς σου περιπατεῖς.

Basilii. — Accurata tui cognitio, quantum sufficiat tibi viaticum præbebit, ut ad Dei adducaris intelligentiam.

Βασιλείου. — Ἡ ἀκριβὴς σαυτοῦ κατανόησις αὐτάρκη σοι παρέχει χειραγωγίαν πρὸς τὴν ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ.

Naturæ si memineris, nunquam fastu extolleris; illius autem memor eris, si tibi ipse attenderis.

Μεμνημένος τῆς φύσεως, οὐκ ἐπαρθήσῃ ποτέ· μεμνήσῃ δὲ ἑαυτοῦ ἐὰν προσέχῃς σαυτόν.

Tu ipse, homo, hoc pateris, quod alteri vertis crimini : et alienum quidem malum acute vides, tuum vero dedecus nihili facis.

Ἔπαθες, ἄνθρωπε, ὃ ἐγκαλεῖς· καὶ τὸ μὲν ἀλλότριον κακὸν ἐπιμελῶς βλέπεις, τὸ δὲ σαυτοῦ αἰσχρὸν οὐδαμοῦ τιθεῖς.

Plane enim res omnium summe ardua videtur, nosse seipsum. Non enim solus oculus, qui res extra videat, ipse seipsum non cernit; sed et mens nostra acute aliena errata videns, ad suorum tarda cognitionem exsistit.

Τῷ ὄντι γὰρ ἔοικε πάντων εἶναι χαλεπώτατον, ἑαυτὸν ἐπιγνῶναι. Οὐ γὰρ μόνος ὀφθαλμὸς τὰ ἔξω βλέπων ἐφ' ἑαυτὸν οὐ κέχρηται τῷ ὁρᾶν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ νοῦς, ὀξέως τὸ ἀλλότριον ἁμάρτημα καταβλέπων, βραδύς ἐστι πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἐλαττωμάτων ἐπίγνωσιν.

Theologi.

Scrutare teipsum magis quam proximos;
Illo enim teipsum, hoc ipsos juvabis.
Fac, quæso, noscas te qui sis, undeque profectus.
Sic enim facile principis formæ decorem nancisceris.

Θεολόγ.

Ἐρεύνα σαυτὸν πλεῖον, ἢ τὰ τῶν πέλας.
Τῷ μὲν γὰρ αὐτὸς κερδανεῖς, τῷ δ' οἱ πέλας.
Γνῶθι σεαυτόν, ἄριστε, πόθεν καὶ ὅστις ἐτύχθης.
Ῥεῖά κεν ὧδε τύχῃς κάλλεος ἀρχετύπου.

Didymi. — Scire aliquem quod nesciat, sapientiæ est; ut et scire quod injuriam fecerit, est justitiæ.

Διδύμου. — Τὸ εἰδέναι τινὰ ὅτι ἀγνοεῖ, σοφίας ἐστίν· ὡς καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι ἠδίκησε, δικαιοσύνης.

Chrysost. — Is maxime se novit qui se nihil esse putat.

Χρυσοστ. — Οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων.

[a] In Gesn. St.ib. 103.

NOTÆ.

(*l*) *Θύνοι.* Alia editione errore, Θύμοι· Suid. Θύννοι; aitque esse gentis nomen; ex Maximo forsitan vel etiam Stobæo, Serm. 136. Stephanus paulo clarius exponit, Θύνη πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος ὁ πολίτης, Θυναῖος, Θυνία ἡ χώρα τῶν Θύνων. Ac nunc Tunetum et Tunetanum regnum in Africa: Stobæus jungit Pransiis, et in utraque gente χρηστότητος (*humanitatis*) exempla ponit.

(*m*) *Καὶ γνῶθι σαυτόν.* Videtur vox σαυτὸν adjectitia, ex loci et argumenti occasione, sicque jungendum cum reliquis, Γνῶθι ὅτι. *Scito quia*, etc. Quod autem habent Sixt. Basil. Argent. καὶ μὴ ἐν ὁράσει τῶν ὀφθαλμῶν σου, quod et expressit interpres Arabicus, haud mendo carere videtur, male adjecta negat, quam nec Hebr. habent, nec Vulg. interpret. aut Syriac. expunguntque cod. Alexandr. et Vatabl. Paraphrasis quoque Chaldaica *Et esto cautus in visu oculorum tuorum* : nec Amb. lib. *De Virg.* aliter legerit, *Et in conspectu oculorum tuorum* : reliqua enim, *Et non in audacia oculorum tuorum*, ipsius Ambrosii verba sunt, non sacri textus; male proinde adducta a Nobilio, quasi faveant codici Vaticano τῶν LXX in illa negatione.

Digitized by Google

Κλήμεντ.

Εἰ βούλει γνῶναι Θεόν, προλαβὼν γνῶθι σαυτόν.

Ἀντιφάνους.

Εἰ θνητὸς εἶ, βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.

Δημοσθ. — Οἶμαι τὸ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις ἄδηλον· καὶ μικροὶ καιροὶ μεγάλων πραγμάτων αἴτιοι γίνονται. Διὸ δεῖ μετριάζειν ἐν ταῖς εὐπραξίαις, καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι.

Ἡρακλείτου. — Ἡράκλειτος νέος ὢν, πάντων γέγονε σοφώτερος, ὅτι ᾔδει ἑαυτὸν μηδὲν ὄντα.

Σωκράτ. — Σωκράτης ᾤετο μηδὲν εἰδέναι, πλὴν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι μηδὲν οἶδεν· τοὺς δὲ λοιποὺς μηδὲ τοῦτο εἰδέναι.

Οἱ μὲν σφοδρῶς πυρέττοντες, τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ῥώμην· οἱ δ' ἐν τοῖς βασιλείοις παροικοῦντες, τὸν νοῦν καὶ τὰ ἤθη πεφύκασι διαφθείρεσθαι, εἰ μὴ τὸ, *Γνῶθι σαυτόν*, συχνῶς ἑαυτοῖς ἐπιλέγουσιν.

Φιλήμον.

Ἄνθρωπος ὤν, τοῦτ' ἴσθι, καὶ μενεῖς ἀεί.

Σωτάδου.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατῇ περισσῷ.
Ἂν εὐῤῥιατῇς, ταῦτα πρὸ σοῦ προβάτιον εἶχεν.
Ἂν χρυσοφορῇς, τοῦτο τύχης ἐστὶν ἔπαρμα.
Ἂν πλούσιος ᾖς, τοῦτο χρόνων ἄδηλος ἰσχύς.
Ἂν ἀλαζονεύῃ, τοῦτο ἀνολας ἐστὶ φρύαγμα.
Ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο Θεοῦ δῶρον ὑπάρχει.
Ἡ δὲ σωφροσύνη πάρεστιν, ἐὰν μετρῇς σεαυτόν.

Θάλης. — Χαλεπὸν δὲ ἑαυτὸν γνῶναι, ἀλλὰ μακάριον· ζῇν γὰρ κατὰ φύσιν.

Πλάτωνος. — Οἱ οὐκ εἰδότες, ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδὲν, οἰόμεθα τὰ πάντα εἰδέναι· οὐκ ἐπιτρέποντες δὲ ἀλλήλοις, ἃ μὴ ἐπιστάμεθα πράττειν, ἀναγκαζόμεθα ἁμαρτάνειν αὐτοὶ πράττοντες.

Μενάνδρ.

Κατὰ πολλῶν ἐστιν οὐ καλῶν εἰρημένον,
Τὸ, Γνῶθι σεαυτὸν, *χρησιμώτερον γὰρ ἦν,*
Τὸ, Γνῶθι τοὺς ἄλλους.

Ξενοφῶντ. — Οἱ μὲν γὰρ εἰδότες ἑαυτοὺς, τὰ ἐπιτήδεια ἑαυτοῖς ἴσασι, καὶ διαγινώσκουσιν ἃ τε δύνανται, καὶ ἃ μή. Καὶ ἃ μὲν ἐπίστανται πράττοντες, πορίζονταί τε ὧν δέονται, καὶ εὖ πράττουσιν· ὧν δὲ μὴ ἐπίστανται ἀπεχόμενοι, ἀναμάρτητοι γίνονται καὶ διαφεύγουσι τὸ κακῶς πράττειν.

Οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ, ὁ μὴ εἰδὼς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἀγνοεῖν ἑαυτόν. Ἐκεῖνο δὲ οὐ φανερὸν, ἔφη, ὅτι μὲν διὰ τὸ εἰδέναι ἑαυτοὺς πλεῖστα ἀγαθὰ ἰσχύουσιν ἄνθρωποι· διὰ δὲ τὸ ἐψεῦσθαι ἑαυτῶν, πλεῖστα κακά;

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. Εἰ ὁ ἵππος ἔλεγεν ἐπαιρόμενος, ὅτι Καλός εἰμι, ἀνεκτὸν ἦν· σὺ δὲ ὅταν λέγεις, ὅτι Ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐφ' ἵππῳ ἀγαθῷ μέγα φρονεῖς. Τί οὖν ἐστι σόν; Χρῆσις φαντασιῶν, ἣν ὅταν κατὰ φύσιν ἔχῃς, τότε

Clementis.

Si vis nosse Deum, ipse prior nosce teipsum.

Antiphanis.

Si mortalis es, bone vir, etiam mortalia sapias.

Demosth. — Futurum opinor cunctis mortalibus incertum esse, parvaque momenta res magnas parturire. Quapropter secundo rerum statu tenenda moderatio est, eaque **663** tenenda consilii ratio, ut quod futurum est, videamur prospicere.

Heraclitus. — Heraclitus, cum juvenis esset, omnium sapientissimus exstitit, quoniam sciebat se nihil esse.

Socratis. — Socrates unum hoc se scire existimabat, quod nihil sciret; alios, ne id quidem scire.

Qui gravius febri tentantur, appetitum viresque deperdunt; qui vero principum aulas sequuntur moramque in eis trahunt, mentem ipsam ac ingenuos mores, nisi crebrius proloquii hujus sententiam, *Nosce teipsum*, secum ipsi repetant.

Philemon.

Homo cum sis, hoc scito, et semper eris.

Sotatis.

Quanquam rex es, tanquam mortalis audi.
Si multum spuis, pituita redundas.
Si pulchris nites vestibus, has te prior ovicula habuit.
Si auro fulges, hæc fortunæ elatio est.
Si dives es, hoc temporum incertum robur.
Si fastuosus ac arrogans es, hæc dementiæ superbia est.
Si modeste sapis et sobrius es, hoc Dei donum est.
Præsto vero sobrietas est ac modestia, si te ipse metiaris.

Thales. — Res quidem difficilis, *Nosse seipsum*, beata tamen: est enim ex naturæ rationibus vivere.

Platonis. — Qui, ut verbo dicam, nihil scimus, scire nos omnia arbitramur: dumque alii alios, quæ nescimus, non permittimus agere, dum hæc ipsi præsumimus, necessario peccamus atque erramus.

Menandri.

Multos non bonos dictum illud perstringit.
Nosce teipsum, *quippe utilius,*
Nosce alios, *illis diceretur.*

Xenophont.—Qui seipsos norunt ea quæ sibi conveniant non nesciunt; quæque valeant, ac non valeant rationis libra discernunt: dumque ea quæ norunt, agenda sibi constituunt, parant quæ sint necessaria, ac felices agunt, ab iisque se abstinendo quorum rudes exsistunt, nihil errant, ac ne male agant, effugiunt.

Is sane seipsum nescire videtur, qui vires suas, quantæ sint, compertas non habet. Ac, nonne liquet, inquit, homines, quod se noverint, complura nancisci bona; quod autem sui cognitione errent, plurimis se malis inserere?

Nulla te aliena excellentia ac præstanti **664** dote efferas. Si equus, qua præstat generositate, se bonum diceret, ferri id certe posset; sin autem tu ipse, te bonum equum habere dixeris, scito equi te bonitate gloriari. Quid igitur tuum est?

Digitized by Google

Cogitationum usus, qui si ex naturæ rationibus fuerit, ipse te efferto. Tunc enim præclara, qua polles, dote te ipse extuleris.

Chilo.—Chilo interrogatus quid esset difficillimum: Nosse, inquit, seipsum. Hac enim commodum admonitione superbi castigantur, qui supra virtutem inepte gloriantur atque gestiunt.

A ἐπάρθητι· τότε γὰρ ἐπὶ τῷ σῷ πλεονεκτήματι ἐπαρθήσῃ.

Χείλων. — Χείλων ἐρωτηθείς, τί τὸ χαλεπώτατον, Τὸ γινώσκειν ἑαυτόν, ἔφη. Χρήσιμον γὰρ εἰς νουθεσίαν τῶν ἀλαζόνων, οἳ ὑπὲρ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν φλυαροῦσιν.

SERMO LVII.

De bonitate seu benignitate ac lenitate.

Luc. VI, 35. — Benefacite, et mutuum date, nihil inde sperantes; et erit merces vestra multa; et eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos.

Ephes. IV, 32. — Estote invicem benigni et misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.

Coloss. III, 12. — Induite vos viscera misericordiæ, benignitatem, modestiam animi, lenitatem, mansuetudinem.

Prov. II, 21. — Boni erunt habitatores terræ, et innocentes remanebunt in ea.

Christus, qui bonus est ac suavis, viso homine quem formaverat, non dimisit eos neque dereliquit, clementer eis utens.

Basilii. — Imagine fulgeo (*n*), quod sum præditus ratione; nanciscor vero similitudinem, quod benignus ac comis fio.

Adversarios subjugare, viri fortis sit ac vere principis; victis autem jugumque subeuntibus lenem se et mansuetum præbere, ejus qui magnitudine animi ac placiditate omnibus præstet.

Dionysii Areopagitæ. — Quod modis omnibus boni expers est, id nusquam prorsus, vel erat, vel est, vel erit, vel esse potest.

Theologi. — Bonitatis habet laudem feritatem lenitate vincere; ac quibus malis affecti patienter ferimus, injuriæ auctores melioris frugis efficere.

Cunctis benignus esto, sed maxime proximis.
Dei tibi benignitatem, ipse benignus mitisque concilia.
Quodnam lenitatis documento documentum brevius?
665 *Talis esto amicis et proximis,*
Quales tibi ipsi illos esse vis.

Chrysost. — Deus non solum munera conferendo, verum etiam pœnas irrogando, bonus et benignus ac clemens est. Ejus enim animadversionis ac castigationis ipse rigor, beneficii atque muneris pars maxima est. Nam et medicus, non tunc solum cum in hortorum pratorumque amœna, aut in balneas ac piscinas educit ægrotum, sed et cum a cibis abstinentiam jubet, cum secat, cum amara

B

C

D

ΛΟΓΟΣ ΝΖ' [15].

Περὶ χρηστότητος.

Λουκ. ς'. — Ἀγαθοποιεῖτε καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες, καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολύς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ Ὑψίστου, ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς.

Ἐφ. δ'. — Γίνεσθε εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ καὶ εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν.

Κολοσσ. γ'. — Ἐνδύσασθε σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, μακροθυμίαν, πραότητα.

Παροιμ. β'. — Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς· ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ.

Χριστὸς χρηστὸς ὢν (*n*), καὶ ἰδὼν τὸ πλάσμα αὐτοῦ, οὔτε ἀνῆκεν αὐτοὺς, οὔτε κατέλιπε φειδόμενος αὐτῶν.

Βασιλ. — Τὸ κατ' εἰκόνα ἔχω, ἐν τῷ λογικὸς εἶναι· τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν γίνομαι, ἐν τῷ χρηστὸς γενέσθαι.

Τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν, ἀνδρείου τε καὶ ἄρχοντος ὡς ἀληθῶς· τοῖς δὲ ὑποπεπτωκόσι χρηστὸν εἶναι καὶ πρᾶον, μεγαλοφροσύνῃ πάντων καὶ ἡμερότητι διαφέροντος.

Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου. — Τὸ κατὰ πάντα τρόπον τοῦ ἀγαθοῦ ἐστερημένον, οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὔτε ἦν, οὔτε ἔστιν, οὔτε ἔσται, οὔτε εἶναι δύνατατ.

Θεολόγου. — Ἀγαθὸν χρηστότητι νικᾷν θρασύτητα, καὶ βελτίους ποιεῖν τοὺς ἀδικοῦντας, οἷς καρτεροῦμεν πάσχοντες.

Πᾶσι μὲν ἴσθι χρηστὸς, πλέον δὲ τοῖς ἔγγιστα.
Ζήτει Θεοῦ σοι χρηστότητα, χρηστὸς ὤν.
Τί χρηστότητος δόγμα συντομώτερον;
Τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας,
Οἵους σεαυτῷ τούσδε τυγχάνειν θέλεις.

Χρυσοστ.—Οὐκ εὐεργετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κολάζων ἀγαθός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος ὁ Θεός. Καὶ γὰρ αἱ κολάσεις αὐτοῦ καὶ αἱ τιμωρίαι, μέγιστον εὐεργεσίας μέρος εἰσίν· ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς, οὐχ ὅταν εἰς παραδείσους καὶ λειμῶνας ἐξάγῃ τὸν κάμνοντα μόνον, οὐδ' ὅταν εἰς βαλανεῖα καὶ κολυμβήθρας ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἄσιτον κελεύῃ διαμεῖναι, ὅταν τέμνῃ, ὅταν πικρὰ προσάγει φάρμακα, τότε καὶ ἰατρός ἐστιν

[15] In Gesn. Stob. 137.

NOTÆ.

(*n*) *Χριστὸς χρηστὸς ὤν.* Utraque editione addita vox Σειρὰχ, quasi locus sit ex Eccli. sumptus, apud quem non exstat. Sap. XV, 1. Θεὸς χρηστὸς dicitur, hisque illi affinia tribuuntur. Ball. quoque Κύριος χρηστὸς, etsi brevitate Χριστὸς potius scriptum est. Nec aliter Maximus scripserit ex laudato illo Sap. Illud, Χριστὸς χρηστὸς, durius quam pro ejus vena videatur, nec affectatione carens.

Digitized by Google

ὁμοίως, καὶ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ἐπιδείκνυσιν πλέον.

Γρηγ. Νύσσ. — Ὁ τῇ φύσει ἀγαθὸς, καὶ ἀγαθῶν πάντων παρεκτικός.

Ἴδιον πάντως ἀγαθοῦ, τὸ ὠφελεῖν.

Δημοσθ. — Οὐ τοσοῦτον ὁ λόγος, ὅσον χρηστὸς τρόπος πείθειν δύναται.

Ποσιδίππου.

Οἷσιν ὁ τρόπος ἐστὶν εὔτακτος, τουτέοισι καὶ βίος συντέκταται.
Τέχνῃ μὲν γνωρίμους ἐκτησάμην
Πολλούς· διὰ τὸν τρόπον δὲ, τοὺς πλείστους φίλους.

Θεμιστοκλ. — Θεμιστοκλῆς χωρίον πωλῶν ἐκέλευσε κηρύττειν, ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει.

Μενάνδρου.

Σὺ μὲν παραινεῖς ταῦτα ὅσα σοι πρέπει,
Ἐμὲ δὲ ποιεῖν τὸ καθῆκον, οὐχ ὁ σὸς λόγος,

Εὖ ἴσθι ἀκριβῶς· ὁ δ' ἴδιος πείθει τρόπος.
Οὐδεὶς πονηρὸν πρᾶγμα χρηστὸς ὢν ποιεῖ.
Οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν.
Ἀλλ' ἀντιτάττεσθαι· εἰ δὲ μή, τ' ἄνω κάτω
Ἡμῶν ὁ βίος λήσει μεταστραφεὶς ὅλος.

Λευκίππης. — Χρηστότης, τυγχάνουσα μὲν χάριτος, ἔτι μᾶλλον αὔξεται· προπηλακισθεῖσα δὲ, εἰς ὀργὴν ἐρεθίζεται.

Περίθου.

Πολλῶν χρημάτων, τὸ χρηστὸν εἶναι λυσιτελέστερόν ἐστι.
Τρόπος ἐστὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου.
Τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ
Ῥήτωρ δύναιτο· τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
Λόγος ταράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

ΛΟΓΟΣ ΝΗ' [16].

Περὶ νόμου.

Ἰωάν. η'. — Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία (*o*) ἐστὶν, ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, Ὅτι δύο ἀνθρώπων μαρτυρία ἀληθής ἐστιν.

Ῥωμ. β'. — Ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται.

Παροιμ. κθ'. — Τὸ νόμον γνῶναι, διανοίας ἐστὶν ἀγαθῆς.

Σιρὰχ κα'. — Ὁ φυλάσσων νόμον Κυρίου, κρατεῖ (*p*) τοῦ ἐννοήματος αὐτοῦ.

[16] In Gesn. Stob. 143.

A præbet medicamenta, peræque medicus est, suæque humanitatis specimen exhibet.

Greg. Nyss. — Qui natura bonus est, idem et bonorum omnino largitor est.

Quisquis bonus est, aliis prodesse proprium habet.

Demosth. — Non tanta verborum vis ut suadeant, quanta bonorum morum.

Posidippi.

Quorum mores sunt bene compositi, eorum pariter vita ordinata exsistit.
Arte quidem familiares, non paucos
Paravi; sed moribus plurimos amicos.

Themistocl. — Themistocles prædium venale habens, præconem clamare jussit, bonum etiam vicinum habere.

B

Menandri.

Tu me mones quæ te decent,
Me tamen non impellit sermo tuus ad id quod officii est;
Crede mihi; sed si quid tibi morum est.
Nemo qui vir probus ac frugi sit, malum aliquod facit.
Nulla prorsus improbis malisque facienda licentia est.
Sed eis resistendum; sin autem vita nostra,
Sus deque tota malo exitu nobis subvertetur.

Leucippes. — Mansuetudo, nacta quidem gratiam, adhuc magis augetur; suggillata autem, in iram concitatur.

Perithi.

Multis opibus lenitas utilior est.

C *Boni mores tutiores lege sunt.*
Illos enim nullus unquam orator,
Everterit. Hanc vero verbis,
Sus deque miscens ac turbans, non raro corrumpit.

SERMO LVIII.

De lege.

Joan. VIII, 16. — Judicium meum justum est quia solus non sum; sed ego, et qui misit me. Et in lege vestra scriptum est: **666** Quia duorum hominum testimonium verum est.

Rom. II, 12. — Quicunque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: et quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabantur.

Prov. XXIX, 18. — Scire legem, probæ mentis est.

D

Eccli. XXI, 12. — Qui custodit legem Domini tenet sensum ejus.

NOTÆ.

(*o*) *Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία.* Reliqui ἀληθής. *Verum judicium.* Ex Pers. tamen *rectum* redditur: ac, num et ipse δικαίαν legerit?

(*p*) *Νόμον Κυρίου, κρατεῖ.* Alii omnes, νόμον, κατακρατεῖ, vel una in duas divisa voce, vel ex duabus una conflata. Placet quod ita habet Maximi codex, aptiusque videtur simplex κρατεῖ· cum alioqui lex, cum adjecto illo Κυρίου, id est *Domini*, ubique fere in sacris paginis habeatur. *Qui ergo custodit legem Domini*, κρατεῖ τοῦ ἐννοήματος αὐτοῦ, *tenet illius sensum;* quasi callet eique mordicus adhæret Hebr. IV, 14. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. *Teneamus confessionem* Athen. κρατεῖν γὰρ οἶμαι τῆς λέξεως οὕτως ἐχούσης· *Existimo memoria tenere dictionem, quæ sic habet.* Qui sensus hic commodus; durior, quo Vulg. et Sixt. interpr. reddunt, cogente voce illa κατακρατεῖ, *continebit sensum ejus:* quasi *sibi subjiciet, subiget.* Aptius ad voluntatem animumque servantis referatur, uti retulit Syriac. *Qui servat legem, comprimit voluntatem suam.*

Digitized by Google

Basilii. — Cum bruta mutaque animantia suæ consulant saluti sibique solertia caveant, ac piscis, quid sibi prosequendum, quidve fugiendum sit, non nesciat; quid nos dicturi sumus, qui doctrinis exculti, legibus instituti, promissis invitati, Spiritu edocti, mutis tamen piscibus a ratione sermoneque cultu magis alieni, legi cedere recusamus?

Βασιλ. — Εἰ τὰ ἄλογα ἐπινοητικὰ καὶ φυλακτικὰ τῆς αὐτῶν σωτηρίας εἰσὶ, καὶ οἶδε τὸ αἱρετὸν αὐτοῦ καὶ τὸ φευκτὸν ἰχθύς· τί ἐροῦμεν ἡμεῖς οἱ λόγοις τετιμημένοι, καὶ νόμοις πεπαιδευμένοι, ἐπαγγελίαις προτραπέντες, Πνεύματι σοφισθέντες· εἶτα τῶν ἀλόγων ἰχθύων ἀλογώτερον τὰ καθ' ἑαυτοὺς διατιθέμενοι, μὴ πειθόμενοι τῷ νόμῳ ὑπείκειν;

Fieri non potest ut is salutem consequatur qui Dei mandata non servaverit; nec vacat periculo, vel unum quid eorum quæ nobis sint præcepta negligere. Gravis enim elatio est, ut ejus qui legem tulit ipsi judices sedeamus, aliaque ejus scita approbemus, alia improbemus ac rejiciamus. Cum enim oporteat Dei hominem perfectum esse, omnino necesse est ut per omne mandatum, in mensuram staturæ plenitudinis Christi (*Ephes.* IV, 13), perficiatur: quando ex divina lege, quanquam mundum est quod immolatur [nisi perfectum ac integrum] acceptum Deo in sacrificium non habeatur (*Levit.* XXII, 29).

Οὐ δυνατὸν σωθῆναι μὴ ποιοῦντα τὰ κατ' ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἔργα· οὔτε τὸ παριδεῖν τι τῶν προστεταγμένων ἀκίνδυνον. Δεινὴ γὰρ ἡ ἔπαρσις, κριτὰς ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου καθέζεσθαι, καὶ τοὺς μὲν ἐγκρίνειν τῶν νόμων, τοὺς δὲ παραπέμπεσθαι. Εἰ γὰρ δεῖ τέλειον εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, ἀνάγκη πᾶσα διὰ πάσης ἐντολῆς καταρτισθῆναι, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· ἐπεὶ κατὰ τὸν θεῖον νόμον κἂν καθαρὸν ᾖ τὸν τελούμενον, [ἂν μὴ τέλειον καὶ ὁλόκληρον,] ἀπρόσδεκτον (*q*) εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ.

Theologi. — Si quod eramus, persevaressemus, atque mandatum servassemus, id quod non eramus utique exstitissemus.

Θεολόγου. — Εἰ μὲν οὖν ἐμείναμεν ὅπερ ἦμεν, καὶ τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν, ἐγενόμεθα ἂν ὅπερ οὐκ ἦμεν.

Dulcius quid est doceri de Deo, quam docere.

Ὡς ἡδιόν τι μανθάνειν, ἢ διδάσκειν περὶ Θεοῦ.

Verbis quidem parce, operibus autem abunde pietatem prodentes; legumque potius observatione, quam quod legislatorem admiremur, amoris in eum affectum ostendamus.

Λόγῳ μὲν εὐσεβοῦντες ὀλίγα, ἔργῳ δὲ πλείονα· καὶ τῇ τηρήσει τῶν νόμων μᾶλλον, ἢ τῷ θαυμάζειν τὸν νομοθέτην, τὸ περὶ αὐτὸν φίλτρον ἐπιδεικνύμενοι.

Legibus subjectus es ac Dominicis regulis, ex quarum norma vitam te componere convenit. Atque id primum ex teipso considera, ipsum quoque animum tuum virtutis præceptis undique esse obnoxium. Corpus etiam ejus qui condidit, munere accepisti, quinque sensibus ad vitæ munia communitum. Ac ne ii quidem liberi sunt, suique penitus juris, sed singuli legibus mancipati. Primusque in eis audit oculus: Vide, inquit, et contuere quæ visu honesta sint; præstare item ipsum cruere, ubi inhoneste et quæ noxia sint, aspexerit (*Matth.* XVIII, 9). Auris quoque in mandatis habet; habet et **667** lingua ac similiter sensus reliqui.

Νόμοις ὑπόκεισαι καὶ κανόσι Δεσποτικοῖς, καθ' οὓς σε προσήκει ζῆν. Καὶ τοῦτο ἀπὸ σαυτοῦ πρῶτον κατανόησον, ὅτι καὶ ἡ ψυχή σου πανταχόθεν τοῖς τῆς ἀρετῆς ὑπόκειται παραγγέλμασιν. Ἔλαβες καὶ σῶμα παρὰ τοῦ Κτίσαντος, πέντε αἰσθήσεσιν εἰς τὰς τῆς ζωῆς χρείας οἰκονομούμενον. Εἰσὶ δὲ οὐδὲ αὗται ἐλεύθεροι καὶ αὐτόνομοι· ἀλλ' ἑκάστη δούλη νόμων ἐστί. Καὶ πρῶτος ἀκούει ὁ ὀφθαλμός. Βλέπε, φησὶν, καὶ θεώρει ἃ βλέπειν καλόν· καὶ, βέλτιον ἐκκόπτειν αὐτὸν, ὅταν ἄτακτα βλέπῃ καὶ ἐπιζήμια. Ἔχει καὶ ἡ ἀκοὴ παράγγελμα, καὶ ἡ γλῶσσα καὶ αἱ λοιπαὶ ὁμοίως.

Nec navigantes tutum est extra portum appellere, nec caret periculo, qui vivant, extra disciplinam vivere.

Οὔτε πλέοντας παρὰ τόπον ὁρμεῖν ἀσφαλὲς, οὔτε ζῶντας παρὰ νόμον βιοῦν ἀκίνδυνον.

Leges observans, metum foras mittes;
Ab eo enim immunis est, quisquis leges servat.

Νόμους φυλάττων, τοὺς φόβους ἔξω βαλεῖς·
Φόβου γὰρ ἔξω πᾶς ὁ τοῦ νόμου φύλαξ.

Duo sunt quibus regimur, natura et lex; vincit autem legem natura.

Δύο μὲν τὰ διάγοντα ἡμᾶς ἐστι· φύσις καὶ νόμος· κρατεῖ δὲ τοῦ νόμου ἡ φύσις.

Chrys. — Peccata ex necessitate commissa etiam leges solent condonare.

Χρυσοστ. — Ἴσασι καὶ οἱ νόμοι τὰ ἐξ ἀνάγκης συγγινώσκειν ἁμαρτήματα.

Legum genus triplex: lex naturæ, lex scripta Moysi tradita, et lex gratiæ.

Εἶδη τῶν νόμων τρία· νόμος ὁ τῆς φύσεως, νόμος ὁ τοῦ γράμματος, ὁ τῷ Μωϋσεῖ δοθεὶς, νόμος ὁ τῆς χάριτος.

NOTÆ.

(*q*) *Κἂν καθαρὸν, ἀπρόσδεκτον.* Quod vel desideretur, vel insinuatum Basilio sit, adjeci, ac clausum repræsento. Palam enim est, referre Levit. XXII, 23, ubi integritas vituli, ut sit hostia accepta, describitur, præter ejus ἄμωμον, quod est puritas. Utque in victima, sic in nostra justitia, necesse ut plena sit, cunctaque impleat, ut Deo sit placita.

Digitized by Google

Ζαλεύκου. — Ζάλευκος ὁ τῶν Λοκρῶν νομοθέτης, τοὺς νόμους τοῖς ἀραχνίοις εἶπεν ὁμοίους εἶναι. Καὶ γὰρ εἰς ἐκεῖνα ἐὰν ἐμπέσῃ μυῖα ἢ κώνωψ, κατέχεται· ἐὰν δὲ σφὴξ ἢ μέλισσα, διαῤῥήξασα ἀφίσταται. Ἐν τοῖς νόμοις ἐὰν ἐμπέσῃ πένης, συνέχεται· ἐὰν δὲ πλούσιος ἢ δυνατὸς λέγειν, διαῤῥήξας ἀποτρέχει.

A *Zaleucus.* — Zaleucus Locrensium legislator, leges aiebat aranearum telis similes esse. Illis enim si musca vel culex inciderit, detinetur; sin vespa aut apis, lacerat telam et avolat. Et in leges, si pauper inciderit, detinetur; sin dives quispiam aut disertus, perrumpens evadit.

Σόλων.—Σόλων ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἄριστα αἱ πόλεις οἰκοῦνται, ἔφη· Ἐὰν μὲν οἱ πολῖται τοῖς ἄρχουσι πείθωνται, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς νόμοις.

Soton. — Solon, interrogante quodam, Quomodo civitates optime habitarentur, dixit: Si cives magistratibus, magistratus vero legibus obsequantur.

Δημάδους. — Τοῖς μὲν δούλοις, ἡ ἀνάγκη νόμος· τοῖς δὲ ἐλευθέροις, ὁ νόμος ἀνάγκη.

Demadis.— Servis quidem necessitas lex est; liberis autem, lex necessitas exsistit.

Ἐπικτήτου. — Νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων· οὐ δύναται δὲ ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν (r). Ἐν γὰρ τοῖς πειθομένοις ἐνδείκνυται τὴν ἰδίαν ἀρετήν.

Epicteti.— Legis scopus est, ut de hominum vita bene mereatur; nec tamen potest, cum illi ipsi male habere velint. Quid enim valeat ejus virtus in illis ostendit, qui ei morem gerunt.

B

Ὥσπερ τοῖς νοσοῦσιν ἰατροὶ σωτῆρες, οὕτω καὶ τοῖς ἀδικουμένοις οἱ νόμοι.

Quemadmodum ægris medici servatores, sic et iis qui injuria afficiuntur, leges.

Νόμοι ἀληθέστατοι οἱ δικαιότατοι.

Leges verissimæ sunt, quæ summa nituntur æquitate.

Νόμῳ καὶ ἄρχοντι καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον.

Legi et principi, ac ei qui sapientiæ laude præpollet, cedere, modestia et honestas suadent.

Τὰ παρὰ νόμον γινόμενα, ἀντὶ μὴ γινομένων εἰσίν.

Quæ fiunt præter legem, tanquam non facta habenda sunt.

Δημοσθ. — Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἔφη, πόλεως εἶναι τὴν ψυχὴν, τοὺς νόμους. Ὥσπερ γὰρ σῶμα στερηθὲν ψυχῆς πίπτει, οὕτω καὶ πόλις, μὴ ὄντων νόμων καταλύεται.

Demosth.— Demosthenes orator, civitatis animam leges esse dicebat. Ut enim corpus, quod anima careat, emoritur, sic et civitas nullis communita legibus dissolvitur.

Κύρου. — Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, Τίνας ἀδίκους C νομίζεις εἶναι; Τοὺς μὴ χρωμένους, εἶπε, τῷ νόμῳ.

Cyri. — Idem interrogatus, Quosnam arbitraretur injustos esse; Eos, respondit, qui non utantur lege.

Θεοφράστ. — Ὀλίγων οἱ ἀγαθοὶ νόμων δέονται· οὐ γὰρ τὰ πράγματα πρὸς τοὺς νόμους, ἀλλ' οἱ νόμοι πρὸς τὰ πράγματα τίθενται.

Theophrast. — Qui boni ac probi sunt, paucis egent legibus; non enim negotia pro legum ratione, sed prout negotia exigunt, ponendæ sunt leges.

Ἀνωνύμου. — Κρατίστην εἶναι δημοκρατίαν, ἐν ᾗ οἱ πάντες ὡς τύραννον φοβοῦνται τὸν νόμον.

Incerti. — Præstantissimum esse popularem statum, in quo omnes legem velut tyrannum metuunt.

Ἀρκεσίλαος. — Ἀρκεσίλαος ἔλεγεν· Ὥσπερ ὅπου φάρμακα πολλὰ καὶ ἰατροὶ πολλοί, ἐνταῦθα νόσοι πλεῖσται· οὕτω δὴ καὶ ὅπου νόμοι πλεῖστοι, ἐκεῖ εἶναι καὶ ἀδικίαν μεγίστην.

668 *Arcesilaus.* — Aiebat Arcesilaus: Sicut ubi medicamentorum ac medicorum copia est, ibi et morborum plurima labes; sic et ubi plurimæ leges, illic maximam vigere iniquitatem.

ΛΟΓΟΣ ΝΘ' [97].

SERMO LIX.

Περὶ Λογικοῦ καὶ Λογισμοῦ.

D *De parte rationis animique rationibus ac cogitatione.*

Λουκ. ς'. — Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.

Luc. vi, 45.—Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona; et malus homo de malo thesauro profert mala.

Β' Κορινθ. ι'. — Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαί-

II *Cor.* x, 4. — Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad demolitionem

[97] In Gesn. Stobæo 26.

NOTÆ.

(r) *Ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν.* Clara sententia; non posse legem, quam propositam habet, utilitatem præstare, cum ii, quibus lata, male habere volunt et ægrotare; eoque ejus medicinam respuunt, quæ in illis duntaxat vim habet, qui sunt morigeri, seque illi sponte curandos subdunt. Nihil apte Gesn. *Non potest cuivis beneficia esse cum et beneficium accipere voluerit.* Quod et falsum, nihilque argutum. Lex enim quæ in communem utilitatem instituta sit, omnes juvat qui velint, nihilque ipsi impediant. Cæterum ὁ πάσχων Hippocr. pro ægroto, hæcque una hic apta ejus vocis acceptio: non quod alias exponitur, beneficio affici.

Digitized by Google

munitionum : quibus consilia demolimur, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei; et in captivitatem redigimus omnem cogitatum in obsequium Christi.

Prov. xv, 24; xii, 14. — Viæ vitæ cogitationes prudentis : de cogitationibus suis replebitur vir bonus.

Prov. xii, 5. — Cogitationes justorum judicia.

Prov. xix, 21. — Multæ cogitationes in corde viri; consilium autem Dei vincet in æternum.

Eccli. xxvii, 5. — In concussione cribri remanent sordes : sic quisquiliæ hominis in cogitatione ejus.

Basilii.— Ex rationali enim et parte rationis experte, velut Centaurum quemdam (ut Græcorum fictio habet relata ad rerum explicandam naturam) rerum conditor Deus, hominem totum constituens, humanæ formæ, id est, a capite usque ad pectus, superiori parti, eam quæ est ab umbilico usque ad lumbos, quasi equi naturam (ad ventris voluptates belluino more pronam, et ad coitum temere propensam) inferius supposuit : non quod rationem a parte rationis experte abripi vellet; sed quod eam rationi subjectam, illius nutu regendam, ac naturæ necessarios usus sapientissime indiderit.

Ejusdem. — Qui divinam imperturbationem sedatisque affectibus tranquillitatem nancisci studet, nulli addictum affectui, seu libidini, animum suum servare debet.

Theologi.— Præstat animus seu ratio, quam actiones aut pecuniæ. Nam istæ intereunt, ratio permanet.

Chrys. — Idcirco aviculis datæ sunt alæ, ut fugiant laqueos : et ratio hominibus, ut evitent peccata.

Non cessat animus cogitationes parere; **669** tu vero malas evelle, bonas cole.

Clementis. — Non inde fidelis justus evadit, quod se ab actibus abstineat; sed quod castis purisque cogitationibus fulgeat.

Plutarchi.— Soli sæpe nubes offundunt tenebras; rationem affectus obscurant.

ρεσιν ὀχυρωμάτων · λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

Παροιμ. ιε'. — Ὁδοὶ ζωῆς διανοήματα συνετοῦ · ἀπὸ τῶν διανοημάτων αὐτοῦ (*s*) πλησθήσεται ἀνὴρ ἀγαθῶν.

Παροιμ. ιβ'. — Λογισμοὶ δικαίων κρίματα.

Παροιμ. ιθ'. — Πολλοὶ λογισμοὶ ἐν καρδίᾳ ἀνδρός· ἡ δὲ βουλὴ τοῦ Θεοῦ κρατήσει εἰς τὸν αἰῶνα.

Σιράχ κζ'. — Ἐν σείσματι κοσκίνου (*t*) διαμένει κοπρία · οὕτως σκύβαλα ἀνθρώπου ἐν λογισμῷ αὐτοῦ.

Βασιλ. — Ἐκ λογικοῦ γὰρ καὶ ἀλόγου, κατὰ τὸ Ἑλληνικὸν πρὸς φυσιολογίαν πλάσμα, ὥσπερ τινὰ κένταυρον, συνθεὶς ὁ Δημιουργὸς ὅλον τὸν ἄνθρωπον τῷ ἀνθρωπομόρφῳ ἀπὸ κεφαλῆς ἕως στέρνων ἄνωθεν μέρει, τὸ ἀπὸ ὀμφαλοῦ ἕως ὀσφύος καθάπερ ἵππου, φύσιν (πρός τε τὰς γαστρὸς ἡδονὰς κτηνώδες ὑπάρχον, καὶ πρὸς τὰς μίξεις ἀλόγως κινούμενον) κάτωθεν φέρον προσήρμοσεν · οὐχ ὑπὸ τοῦ ἀλόγου μέρους τὸ λογικὸν ἐξαρπάζεσθαι βουληθείς, ἀλλὰ τῷ λογικῷ ὑποβεβλημένον ἔχοντι τὸ ἄλογον μέρος, ἡνιοχεῖσθαι πρὸς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας, πανσόφως ἐνθείς.

Τοῦ αὐτοῦ [18]. — Ὁ τὴν θείαν ἀπάθειαν κατορθῶσαι σπουδάζων, ἀδούλωτον παντὶ πάθει ὀφείλει φυλάξαι τὸν ἑαυτοῦ λογισμόν.

Θεολόγου. — Κρείσσων λογισμὸς πράξεων ἢ χρημάτων · τὰ μὲν γὰρ τῆς φθορᾶς ἐστιν, ὁ δὲ ἵσταται.

Χρυσοστ. — Διὰ τοῦτο πτερὰ τοῖς στρουθίοις, ἵνα φύγῃ παγίδα · καὶ διὰ τοῦτο λογισμὸς τοῖς ἀνθρώποις ἵνα ἐκφύγωσιν ἁμαρτήματα.

Οὐ παύεται λογισμοὺς ἡ διάνοια τίκτουσα· σὺ δὲ, τοὺς μὲν φαύλους ἔκτιλλε, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς γεώργει.

Κλήμεντ. — Οὐχ ἡ τῶν πράξεων ἀποχὴ δικαιοῖ τὸν πιστὸν, ἀλλ' ἡ τῶν ἐννοιῶν ἁγνεία καὶ εἰλικρίνεια.

Πλουτάρχ. — Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις, τὰ νέφη · τῷ δὲ λογισμῷ, τὰ πάθη.

VARIÆ LECTIONES.

[18] Ἄλλ. Χρυσοστ.

NOTÆ.

(*s*) Ἀπὸ τῶν διανοημάτων αὐτοῦ. Videtur secundum aliam litteram, Prov. xii, 14, ubi Hebr. *De fructu oris ejus satiabitur bono*, οἱ LXX, ἀπὸ καρπῶν στόματος, ψυχὴ ἀνδρὸς πλησθήσεται ἀγαθῶν · perindeque Syrus. Non liquet an sic Maximus ex libro habuerit, vel memoria suggerente mutaverit. Fructus oris, cogitationes animique rationes dicantur, eo sensu, quo ratio ipsa animi os dicitur : ex quibus cum bonæ sunt, homo bonis repletur, id est virtutibus.

(*t*) Ἐν σείσματι κοσκίνου. Clara in Græcis sententia. Sic certe cribri agitatione, eoque excernente, furfures aliaque crassioris substantiæ remanent, ac sordes pani inutiles; quæ omnia Sirach. κοπρίαν, quasi *stercora* (fæces scilicet) vocavit. Vulg. tamen cum reddit, *remanebit pulvis*, legisse videtur κόνις · quod ipsum non satis aptum ad metaphoram. Pulvis enim, cum sit quid tenuissimum, per cribri foramina ante omnia excernitur; nec ipse remanet, sed triticum, cum sic integrum nec commolitum cribratur, ut a pulvere mundetur. Longe remotius quod Syr. et Arab. *Quemadmodum multus fumus incumbit igni, ita sermones hominis cogitationi.* Et : *Qualis fumus copiosus super ignem, talia hominum verba tempore cogitationis.* Habuerint hi alia Græca, ex quibus hæc expresserint. Sequentia, οὕτως, σκύβαλα ἀνθρώπου. Vulg. *sic aporia hominis*, quam forte Græcam vocem habuerit; estque egestas et penuria, σκύβαλα. Paulo Phil. III, *stercora*, sic vetus interpr. vel etiam rejicula, quisquiliæ; acus, paleæ, gluma in frumento; res nihili nulliusque frugis, quibus sit hominis ἀπορία, egestas, penuria, inopia.

Digitized by Google

Ἐκ μὲν τοῦ ποδὸς τὴν ἄκανθαν, ἐκ δὲ τῆς ἀλόγου ψυχῆς, τὴν ἄγνοιαν ὑπεξελέσθαι δεῖ. A

Φιλήμονος [29]. — Ὁ τῷ λογισμῷ πάντα παρ' ἑαυτῷ σκοπῶν, τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

Ἰσοκράτους [30]. — Ἃ ἄν σοι λογιζομένῳ βέλτιστα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει.

Δεῖ ὥσπερ ἐξ εὐνομουμένης πόλεως φυγαδεύειν στασιαστὴν ἄνθρωπον, οὕτως ἐκ τῆς ψυχῆς τὸν πρὸς τὰ φαῦλα κεκλικότα λογισμόν.

Τῷ γὰρ πάθει τοῦ σώματος, καὶ τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς συνομολογεῖν ἀνέχεται.

Ἐπικτήτου. — Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδὲ ὑπονοοῦ ποιεῖν.

Πυθαγόρου. — Αἰσχρὸν τοῖς τῶν μελιττῶν δωρήμασι γλυκάζοντα τὴν κατάποσιν, τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον πικράζειν, τὸν λόγον, τῇ κακίᾳ. B

Θεάγους. — Τὸ γὰρ ἀντέχειν μὴ δύνασθαι τοῖς πόνοις, ἐπικρατεῖν δὲ τὴν ἡδονὴν, οἰκεῖόν ἐστι τῷ ἀλόγῳ μέρει τᾶς ψυχᾶς· ἃ δὲ προαίρεσις ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῷ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς, καὶ τῷ ἀλόγῳ.

ΛΟΓΟΣ Ξ' [31].

Περὶ ἀφροσύνης, ἄφρονος καὶ ἀνοήτου, καὶ ἀπαιδεύτου καὶ μωροῦ.

Ματθ. ζ'. — Πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ.

Α' Κορ. ιδ'. — Μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε· ταῖς δὲ φρεσὶ, τέλειοι γίνεσθε. C

Καρδία ἄφρονος, ὀδύνη τῷ κτησαμένῳ αὐτήν.

Σολομ. ι'. — Χείλη ἄφρονος καταποντιοῦσιν αὐτόν. Ἀρχὴ λόγων στόματος αὐτοῦ, ἀφροσύνη, καὶ ἐσχάτη στόματος αὐτοῦ περιφέρεια πονηρά.

Παροιμ. ις'. — Ἀνὴρ ἄφρων ὀρύσσει ἑαυτῷ κακά· ἐπὶ δὲ τῶν ἑαυτοῦ χειλέων θησαυρίζει πῦρ.

Παροιμ. ιη'. — Οὐ χρείαν ἔχει σοφίας ἐνδεὴς φρενῶν· μᾶλλον γὰρ ἄγεται ἀφροσύνη.

Σιρὰχ κβ'. — Μετὰ ἄφρονος μὴ πληθύνῃς λόγους, καὶ πρὸς ἀσύνετον μὴ πορεύου.

Σιρὰχ κβ'. — Ἐπὶ νεκρῷ κλαῦσον, ἐξέλιπε γὰρ φῶς· καὶ ἐπὶ μωρῷ κλαῦσον, ἐξέλιπε γὰρ σύνεσις.

Σιρὰχ κβ'. — Ἄμμον καὶ ἅλας καὶ βῶλον σιδηροῦν, ἀκοπώτερον ὑπενεγκεῖν, ἢ ἄνθρωπον ἄφρονα.

Σιρὰχ δ'. — Μὴ ὑποστρώσῃς ἀνθρώπῳ μωρῷ σεαυτόν.

Σιρὰχ η'. — Μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου.

Σιρὰχ κβ'. — Συγκολλῶν ὄστρακον, ὁ διδάσκων μωρόν.

Αἶσχος νόμιζε τὴν φρενῶν ἀκοσμίαν.

Βασιλείου. — Ὥσπερ οἱ ἀσθενοῦντες χρῄζουσιν ἰατρικῆς, οὕτω σοφίας ἄφρονες ἐπιδέονται.

Pedi spinam, animæ a ratione aversæ ignorantiam eximere oportet.

Philemonis.—Qui omnia secum ratione considerat, malum removet, bonum autem carpit.

Isocratis. — Quæ tibi cogitanti optima videntur, hæc rebus ipsis perfice.

Quemadmodum ex civitate bonis legibus instituta, hominem seditiosum; sic ex animo rationem ad mala vergentem profligare necesse est.

Corporis namque affectui ac libidini, etiam mens consentire sustinet.

Epicteti. — Quæ facere non licet, ea ne facere cogitaveris.

Pythagor. — Turpe est apum munere potionem dulcem reddere; ac Dei donum (rationem scilicet atque sermonem) malitia atque vitio in amaritudinem vertere.

Theagis. — Laboribus non posse resistere, ac voluptatis premi tyrannide, proprium est partis animæ a ratione aversæ; eligentis autem animi propositum, utrique parti, tum quæ ratione utitur, tum quæ est illius expers, commune est.

SERMO LX.

De insipientia, insipiente et stolido et imperito et stulto.

Matth. VII, 26. — Omnis qui audit verba mea, et non facit ea, similis erit viro stulto.

I Cor. XIV, 20. — Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote; sensibus autem perfecti estote.

Cor insipientis, dolor ei qui ipsum habet.

Eccle. X, 12. — Labia insipientis præcipitabunt eum. Initium sermonum oris ejus, insipientia; et extremum oris ejus, error pessimus.

Prov. XVI, 27. — Vir imprudens fodit sibi mala, et in labiis suis ignem condit.

Prov. XVIII, 2. — Non opus habet sapientia indigens corde; magis enim ducitur imprudentia.

Eccli. XXII, 14. — Cum stulto ne multiplices sermones, et ad insensatum non eas.

670 *Eccli.* XXII, 10. — Super mortuum plora, defecit enim lux: et super stultum plora, defecit D enim prudentia.

Eccli. XXII, 18. — Arenam et salem et massam ferri facilius est sustinere, quam virum insipientem.

Eccli. IV, 31. — Ne subjicias te homini stulto.

Eccli. VIII, 20. — Cum stulto ne consilium ineas.

Eccli. XXII, 7. — Conglutinans testam, qui docet stultum.

Probrum æstima, mentis neglectum.

Basilii. — Sicut infirmi egent medicina, sic insipientes opus habent sapientia.

VARIÆ LECTIONES.

[29] Ἀλλ. Φιλιστ. [30] Ἀλλ. Χαρικλ. [31] In Gesn. Stob. 33.

Digitized by Google

munitionum : quibus consilia demolimur, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei; et in captivitatem redigimus omnem cogitatum in obsequium Christi.

Prov. xv, 24; xii, 14. — Viæ vitæ cogitationes prudentis : de cogitationibus suis replebitur vir bonus.

Prov. xii, 5. — Cogitationes justorum judicia.

Prov. xix, 21. — Multæ cogitationes in corde viri; consilium autem Dei vincet in æternum.

Eccli. xxvii, 5. — In concussione cribri remanent sordes : sic quisquiliæ hominis in cogitatione ejus.

Basilii.— Ex rationali enim et parte rationis experte, velut Centaurum quemdam (ut Græcorum fictio habet relata ad rerum explicandam naturam) rerum conditor Deus, hominem totum constituens, humanæ formæ, id est, a capite usque ad pectus, superiori parti, eam quæ est ab umbilico usque ad lumbos, quasi equi naturam (ad ventris voluptates belluino more pronam, et ad coitum temere propensam) inferius supposuit : non quod rationem a parte rationis experte abripi vellet; sed quod eam rationi subjectam, illius nutu regendam, ac naturæ necessarios usus sapientissime indiderit.

Ejusdem. — Qui divinam imperturbationem sedatisque affectibus tranquillitatem nancisci studet, nulli addictum affectui, seu libidini, animum suum servare debet.

Theologi.— Præstat animus seu ratio, quam actiones aut pecuniæ. Nam istæ intereunt, ratio permanet.

Chrys. — Idcirco aviculis datæ sunt alæ, ut fugiant laqueos : et ratio hominibus, ut evitent peccata.

Non cessat animus cogitationes parere; **669** tu vero malas evelle, bonas cole.

Clementis. — Non inde fidelis justus evadit, quod se ab actibus abstineat; sed quod castis purisque cogitationibus fulgeat.

Plutarchi.— Soli sæpe nubes offundunt tenebras; rationem affectus obscurant.

A ρεσιν ὀχυρωμάτων · λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

Παροιμ. ιε'. — Ὁδοὶ ζωῆς διανοήματα συνετοῦ · ἀπὸ τῶν διανοημάτων αὐτοῦ (*s*) πλησθήσεται ἀνὴρ ἀγαθῶν.

Παροιμ. ιβ'. — Λογισμοὶ δικαίων κρίματα.

Παροιμ. ιθ'. — Πολλοὶ λογισμοὶ ἐν καρδίᾳ ἀνδρός· ἡ δὲ βουλὴ τοῦ Θεοῦ κρατήσει εἰς τὸν αἰῶνα.

Σιρὰχ κζ'. — Ἐν σείσματι κοσκίνου (*t*) διαμένει κοπρία · οὕτως σκύβαλα ἀνθρώπου ἐν λογισμῷ αὐτοῦ.

Βασιλ. — Ἐκ λογικοῦ γὰρ καὶ ἀλόγου, κατὰ τὸ Ἑλληνικὸν πρὸς φυσιολογίαν πλάσμα, ὥσπερ τινὰ B κένταυρον, συνθεὶς ὁ Δημιουργὸς ὅλον τὸν ἄνθρωπον τῷ ἀνθρωπομόρφῳ ἀπὸ κεφαλῆς ἕως στέρνων ἄνωθεν μέρει, τὸ ἀπὸ ὀμφαλοῦ ἕως ὀσφύος καθάπερ ἵππου, φύσιν (πρός τε τὰς γαστρὸς ἡδονὰς κτηνώδες ὑπάρχον, καὶ πρὸς τὰς μίξεις ἀλόγως κινούμενον) κάτωθεν φέρον προσήρμοσεν · οὐχ ὑπὸ τοῦ ἀλόγου μέρους τὸ λογικὸν ἐξαρπάζεσθαι βουληθείς, ἀλλὰ τῷ λογικῷ ὑποβεβλημένον ἔχοντι τὸ ἄλογον μέρος, ἡνιοχεῖσθαι πρὸς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας, πανσόφως ἐνθείς.

Τοῦ αὐτοῦ [18]. — Ὁ τὴν θείαν ἀπάθειαν κατορθῶσαι σπουδάζων, ἀδούλωτον παντὶ πάθει ὀφείλει φυλάξαι τὸν ἑαυτοῦ λογισμόν.

Θεολόγου. — Κρεῖσσων λογισμὸς πράξεων ἢ C χρημάτων · τὰ μὲν γὰρ τῆς φθορᾶς ἐστιν, ὁ δὲ ἵσταται.

Χρυσοστ. — Διὰ τοῦτο πτερὰ τοῖς στρουθίοις, ἵνα φύγῃ παγίδα · καὶ διὰ τοῦτο λογισμὸς τοῖς ἀνθρώποις ἵνα ἐκφύγωσιν ἁμαρτήματα.

Οὐ παύεται λογισμοὺς ἡ διάνοια τίκτουσα· σὺ δὲ, τοὺς μὲν φαύλους ἔκτιλλε, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς γεώργει.

Κλήμεντ. — Οὐχ ἡ τῶν πράξεων ἀποχὴ δικαιοῖ τὸν πιστὸν, ἀλλ' ἡ τῶν ἐννοιῶν ἁγνεία καὶ εἰλικρίνεια.

Πλουτάρχ. — Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις, τὰ νέφη · τῷ δὲ λογισμῷ, τὰ πάθη.

VARIÆ LECTIONES.

[18] Ἀλλ. Χρυσοστ.

NOTÆ.

(*s*) Ἀπὸ τῶν διανοημάτων αὐτοῦ. Videtur secundum aliam litteram, Prov. xii, 14, ubi Hebr. *De fructu oris ejus satiabitur bono*, οἱ LXX, ἀπὸ καρπῶν στόματος, ψυχὴ ἀνδρὸς πλησθήσεται ἀγαθῶν · perindeque Syrus. Non liquet an sic Maximus ex libro habuerit, vel memoria suggerente mutaverit. Fructus oris, cogitationes animique rationes dicantur, eo sensu, quo ratio ipsa animi os dicitur : ex quibus cum bonæ sunt, homo bonis repletur, id est virtutibus.

novit quomodo Deus incarnatur, et tamen manet Deus? quomodo maneat Deus verus, et verus homo, ostendens se vere esse utrumque naturali exsistentia, et per alterutrum utrumque in neutro alteratus? Hæc fides sola capit, silentio venerans Verbum, cujus naturæ nulla in rebus creatis oratio respondet. Θεανδρικὴν, « dei-virilem, » addidit, non quod intelligat vel simplicem operationem, vel reipsa compositam, nec adhuc eam quæ solius nudæque esset deitatis, aut solius et meræ humanitatis, aut postremo naturæ cujusdam compositæ, quæ media esset inter duo extrema : sed eam quæ naturalissime competeret Deo inhumanato, hoc est qui perfecte factus est homo. Rursus unam dixit, non tamen ita ac si nova « operatio non posset intelligi nisi per, unam, » ut nonnullis placet; nam ad qualitatem, non vero ad quantitatem καινότης, « innovatio, » pertinet, quoniam naturam necessario inducit talem; nam omnis naturæ definitio petitur ab ejus essentialis operationis ratione, quam duplicem esse ne is quidem dixerit qui tragelaphorum fabulas amplectitur. Imo, hoc dato, talis qui fuerit, una tantum operatione, eaque naturali præditus, quomodo per eam et miracula et passiones ostendit, quorum ratio naturaliter multum diversa est, quin habitus corruptionem privatio consequatur. Nihil enim est quod una eademque operatione contraria potest efficere, si maneat intra suæ naturæ terminum et rationem. Quapropter non est fas affirmare de Christi deitate et carne unam simpliciter et naturalem operationem, si modo idem non sit penes qualitatem naturalem deitas et caro. Hoc enim pacto et unam naturam affirmabimus, et trinitas fiet quaternitas. Filius enim idem erat Patri et Spiritui per unitatem essentiæ, sed non fuit idem carni per unionem, etiamsi vivificam eam fecit, cum eam sibi uniret; habuit enim ea in se adhuc mortalem sortem. Et ipse Christus naturæ mutabilis fuisse reperietur; etiam carnis essentiam in id quod non erat mutavit, et unionem cum natura identidem conciliavit. Consideremus enim dei-virilem operationem, qualis apparuit; certe non sui, sed nostri gratia hic versatus est, naturamque ad supernaturalem conditionem evexit. Jam politia est vita secundum naturæ leges traducta; et Christus natura est duplex : merito igitur vitam suam ostendit legi divinæ et legi humanæ congruentem, et ad utramque sine confusione contemperatam. Nova vita fuit, non tantum incognita et mira eorum respectu qui in terris tunc erant et adhuc rerum natura incomperta, verum etiam quoniam character erat novæ cujusdam operationis, ejus qui novo ritu vivebat. Hanc forte qui primus huic mysterio appellationem convenientem excogitavit, « dei-virilem » dixit, ut ostenderet modum illum communicationis in ineffabili

VARIÆ LECTIONES.

[29] συμφυείας ed. Gal. Uti constanter. [30] ὡς κἂν ed. Gal. [31] οὐ διπλῆν ed. Gal. οὐδὲ πλάστης cod. Gud. [32] εἴπῃ ed. Gal. [33] Verba Οὔτε γὰρ — — — τῇ σαρκὶ non comparent in ed. Gal. [34] ἐκαίνησε ed. Gal. [35] ὢν om. ed. Gal. [36] κατ' αὐτὸν ed. Gal.

Digitized by Google

unione, qui facit ut vicissim proprietates naturales, quæ alteri Christi parti conveniunt, sint utriusque, absque tamen illius partis cum hac, penes naturalem rationem, permutatione aut confusione. Quemadmodum enim in gladio ignito secandi vis fit ustio, et ustio vicissim secandi vis (nam sicut gladio ignis, ita et gladii actioni, qua secat, unitur vis ignis quæ urit, perque unionem hanc et gladius nanciscitur urendi actionem, et ignis secandi), neutrum tamen ex hac unione et communicatione aliquam patitur immutationem, sed utrumque, etiam in illa unione, in qua certa quædam est compositi ratio, naturalem sibi servat proprietatem : pari ratione et in mysterio sanctæ incarnationis deitas et humanitas uniuntur hypostatice, ita ut neutra amittat per unionem naturalem operationem, et tamen distincta sit ab ea quæ una secum conjungitur et consistit. Toti siquidem divinæ et efficaci potestati suæ deitatis verbum incarnatum nexuit, per inseparabilem unionem, humanitatis suæ passibilem conditionem, homo Deus exsistens miracula patrabat, in carne natura sua passibili : rursus Deus exsistens homo naturæ passiones subibat, ita tamen ut constaret eas per potestatem divinam illum administrasse; imo potius utrumque præstitit Θεανδρικῶς, Deus utique simul et homo erat. Per passiones nosmetipsos nobis, quales eramus reddidit, per miracula nos sibi tradidit, si simus ad ejus exemplar conformes, et per utraque fidem fecit de veritate eorum ex quibus se esse, et in quibus et quæ professus est : solus certe ille verus est et fidelis, et id quod est a nobis dici haberique cupit. Hunc igitur, o sanctissime et verbo et opere, quoniam in vobismet possidetis formatum, ejus, quæso, imitamini longanimitatem : hanc scriptionem accipite, ita ut experiar vos judices eorum quæ attuli clementes, vestra æquanimitas servi vestri errata tegat, qui nullum quærit alium obedientiæ suæ fructum. Estote mihi apud Christum reconciliationis sequestri, pacemque conficite illam quæ omnem intellectum superat : servator solus est pacis princeps, solus timentes se a passionum salo per habitus practicos liberat, solus Pater venturi sæculi per charitatem et cognitionem in Spiritu generat eos qui mundum superiorem complebunt. Ei sit gloria, majestas et imperium, cum Patre et sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

A λόγον μεταβολῆς καὶ συμφύρτεως [37]. Ὥσπερ γὰρ τοῦ πυρακτωθέντος ξίφους τὸ τμητικὸν γέγονε καυστικὸν, καὶ τὸ καυστικὸν τμητικὸν (ἡνώθη γὰρ ὥσπερ σιδήρῳ [38] τὸ πῦρ), οὕτω καὶ τῷ τοῦ σιδήρου τμητικῷ τὸ τοῦ πυρὸς (**115** *b*) καυστικὸν, καὶ γέγονε μὲν καυστικὸς ὁ σίδηρος ἑνώσει τῇ πρὸς τὸ πῦρ, καὶ τμητικὸν τὸ πῦρ ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν σίδηρον· οὐδέτερον δὲ τρόπον [39] τῇ καθ' ἕνωσιν ἀντιδώσει πρὸς θάτερον [40] πέπονθεν, ἀλλ' ἑκάτερον κἂν [41] τῇ τοῦ συγκειμένου καθ' ἕνωσιν ἰδιότητι μεμένηκε τῆς κατὰ φύσιν οἰκείας ἀνέκπτωτον· οὕτω κἂν [42] τῷ μυστηρίῳ τῆς θείας σαρκώσεως θεότης καὶ ἀνθρωπότης ἡνώθη καθ' ὑπόστασιν, μηδετέρας τῆς φυσικῆς ἐκστάσης ἐνεργείας διὰ τὴν ἕνωσιν, μήτε μὴν [43]

B ἄσχετον αὐτὴν κεκτημένης μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τῆς συγκειμένης καὶ συνυφεστώσης διακεκριμμένην [44]. Ὅλῃ γὰρ τῇ δραστικῇ δυνάμει τῆς οἰκείας θεότητος ὁ σαρκωθεὶς Λόγος ὅλην ἐσχηκὼς συμφυεῖσαν καθ' ἕνωσιν ἄλυτον τὴν παθητικὴν τῆς ἰδίας ἀνθρωπότητος δύναμιν ἀνθρωπίνως Θεὸς ὢν ἐνήργει [45] τὰ θαύματα, διὰ σαρκὸς φύσει παθητῆς συμπληρούμενα, καὶ θεϊκῶς ἄνθρωπος ὢν διεξῄει τὰ πάθη τῆς φύσεως, κατ' ἐξουσίαν ἐπιτελούμενα [46] θεϊκήν· ἄμφω δὲ μᾶλλον θεανδρικῶς, ὡς Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὢν [47] τοῖς μὲν ἡμᾶς ἑαυτοῖς ἀποδιδοὺς, φανέντας ὅπερ γεγόναμεν, τοῖς δὲ διδοὺς [48] ἡμᾶς ἑαυτῷ, γενομένους ὅπερ παρέδειξε, καὶ δι' ἀμφοτέρων πιστούμενος τὴν τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ὑπῆρχεν ἀλήθειαν, ὡς μόνος ἀληθὴς καὶ

C πιστὸς, καὶ ὅπερ ἐστὶ παρ' ἡμῶν ὁμολογεῖσθαι βουλόμενος. Ὃν ἔχοντες, ἡγιασμένοι [49] λόγῳ τε καὶ βίῳ, μορφούμενον μιμήσασθε τὴν μακροθυμίαν [50], καὶ τὴν παροῦσαν δεχόμενοι γραφὴν, φάνητέ μοι τῶν ἐμφερομένων φιλάνθρωποι κριταὶ (**116** *a*) νικῶντες συμπαθείᾳ τὰ τοῦ παιδὸς ὑμῶν [51] ὁλισθήματα, μόνην ταύτην ἐκδεχομένῳ [52] τῆς εὐπειθείας ἀντίδοσιν, καὶ γένεσθέ μοι μεσῖται τῆς πρὸς αὐτὸν [53] καταλλαγῆς εἰρήνην δημιουργοῦντες τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν, ἧς αὐτὸς [54] ἄρχων ἐστὶν ὁ Σωτὴρ, ἕξει πρακτικῇ τῆς τῶν παθῶν ταραχῆς ἐλευθερῶν τοὺς

D φοβουμένους αὐτὸν, καὶ Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, Πνεύματι γεννῶν δι' ἀγάπης καὶ γνώσεως τοὺς τὸν ἄνω κόσμον πληρώσαντας. Αὐτῷ δόξα, μεγαλωσύνη [55], κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας [56]. Ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

[37] συμφύσεως ed. Gal. [38] τῷ σιδήρῳ ed. Gal. [39] τροπὴν ed. Gal. [40] τῇ πρὸς ἕτερον ed. Gal [41] κἂν cod. Gud. et ed. Gal. [42] κἂν ed. Gal. [43] Verba μήτε μὴν — — — τὴν ἕνωσιν om. ed. Gal. [44] τῆς συνεφεστώσης διακεκριμένην ed. Gal. [45] ἐνείργει ed. Gal. [46] ἐστι τελούμενα ed. Gal. [47] ὢν ed. Gal. [48] διδοὰς ed. Gal. [49] ἡγιασμένε ed. Gal. [50] μικροθυμίαν ed. Gal. [51] ἡμῶν ed. Gal. [52] ἐκδεχομένου ed. Gal. [53] γενήσεσθέ μοι τῆς πρὸς αὐτὸν μεσῖται ed. Gal. [54] αὐτὸς om. ed. Gal. [55] μεγαλοσύνη ed. Gal. [56] αἰῶνας τῶν αἰώνων ed. Gal.

Digitized by Google

DOMINO GLORIOSISSIMO PIISSIMOQUE DIVINA PROVIDENTE ATQUE ADJUVANTE GRATIA

REGI KAROLO

JOANNES EXTREMUS SERVORUM VESTRORUM PERPETUAM IN CHRISTO SALUTEM *.

Hoc opus Maximi monachi et abbatis, quod, sanctissimo atque beatissimo archiepiscopo Kyzico (a) Joanne postulante, de quorumdam in sermonibus beatissimi Gregorii theologi Ambiguorum, hoc (b) est intellectu difficilium, explanationibus composuit, de Græco in Latinum vobis jubentibus edidi; difficillimum prorsus, orthodoxissime regum, servulo vestro, imbecilli valde etiam in Latinis, multo magis in Græcis, laborem injunxistis. Insuper etiam accelerare veluti erudito utriusque linguæ citoque perficere imperastis. Sed pro viribus ingenioli mei et acceleravi, et divina ducente ac largiente gratia, ad finem usque perduxi. Fortassis autem qualicunque apologia defensus, non tam densas subierim caligines, nisi viderem præfatum beatissimum Maximum sæpissime in processu sui operis obscurissimas sanctissimi theologi Dionysii Areopagitæ sententias, cujus symbolicos theologicosque sensus nuper vobis similiter jubentibus transtuli, introduxisse, mirabilique modo dilucidasse, in tantum ut nullo modo dubitarem divinam clementiam, quæ illuminat abscondita tenebrarum, sua ineffabili providentia hoc disposuisse, ut ea quidem quæ nobis maxime obstrusa in prædictis beati Dionysii libris, aut vix pervia, sensusque nostros fugere videbantur, aperiret, sapientissimo præfato Maximo lucidissime explanante. Exempli gratia, ut pauca de pluribus dicam, quomodo causa omnium, quæ Deus est, una sit simplex ac multiplex; qualis sit processio, id est multiplicatio divinæ bonitatis per omnia quæ sunt, a summo usque deorsum, per generalem omnium essentiam primo, deinceps per genera generalissima, deinde per genera generaliora, inde per species specialiores usque ad species specialissimas per differentias proprietatesque descendens. Et iterum, ejusdem, divinæ videlicet bonitatis, qualis sit reversio, id est congregatio, per eosdem gradus ab infinita eorum quæ sunt variaque multiplicatione usque ad simplicissimam omnium unitatem, quæ in Deo est et Deus est, ita ut et Deus omnia sit et omnia Deus sint. Et quomodo prædicta quidem divina in omnia processio ἀναλυτικὴ dicitur, hoc est resolutio, reversio vero θέωσις, hoc est deificatio. Et qua ratione quæ sunt maxima multiplicatione, minima sunt virtute; quæ vero minima multiplicatione, maxima virtute. Quid καταφατικὴν et ἀποφατικὴν *dicam* θεολογίαν, *in quibus maxime prædicti beati Dionysii Areopagitæ profundissima divinissimaque admiranda est disputatio? Quam clare pulchreque aperit, quomodo, cum inter se oppositæ valdeque contrariæ videantur, ad unum tamen consensum perveniunt, ut dum una neget, altera confirmet, utrumque in utraque contineatur; ita fit ut et* καταφατικὴ *non confirmet quod* ἀποφατικὴ *abnegat, neque* ἀποφατικὴ *abneget quod* καταφατικὴ *affirmat. Et non solum has duas maximas theologiæ partes in Deo, sed etiam in omni creatura esse manifestissimis declarat exemplis; per eas namque ordines cœlestium essentiarum et discernuntur et ordinantur. Et qua ratione Deus dicitur movere et moveri, dum sit immutabilis; et quod nec sensibilia per sensum Deus sentiat, nec intelligibilia per intellectum, nec sensibilia per intellectum, nec intelligibilia per sensum, sed omnia in æternis suis rationibus contemplatur. De unitate quoque trium divinarum substantiarum, deque tribus substantiis divinæ unitatis veluti mysticissimo mirabiliter disputat senario; et multa alia, quæ studiosus præsentis operis lector inveniet. Eusebestate (c) igitur regum, opus quod ad communem catholicæ fidei illuminationem jussistis fieri, altissimæ auctoritatis vestræ judicio non respuatis roborari, et inter similia sanæ doctrinæ instrumenta recipi, cum ex præclarissimis Græcorum fontibus non dubitetis derivari; in quibus si quid incognitæ adhuc nobis doctrinæ inveniatur, auctoribus ipsis est deputandum, quia nemo aliud in hoc opere recte mihi debet tribuere, nisi solummodo simpliciter transtulisse.*

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρὸς Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Κυζίκου Μάξιμος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἐπαινοῦνται μὲν, καὶ τυχὸν δικαίως, παρὰ πάντων τῆς φιλομαθείας ἕνεκεν οἱ προθυμότεροι τῶν καλῶν ἐρασταὶ καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐπιστήμης ἐπιμεληταὶ σπουδαιότεροι τοῖς κρείττοσι καὶ τῶν κρειττόνων διδασκάλοις προσιόντες, ὅτι δι' ἐρωτήσεως τὴν γνῶσιν τῶν ἠγνοημένων καὶ τὴν ἐπιστήμην ἀνεπαισχύντως λαμβάνοντες σφᾶς αὐτοὺς ἀγνοίας καὶ

EX EODEM.

Sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo Cyzici Joanni Maximus humilis monachus salutem **.

Laudantur quidem, et fortassis juste, ab omnibus qui bona propter studium doctrinæ promptiores amant, et disciplinam, quæ in eis est, sollicitiores cogitant, ad meliores et meliorum magistros accedentes, quia per interrogationem sapientum disciplinam reverenter accipientes, se ipsos ab ignorantia et imperitia et earum opprobrio liberant. Vos

(a) Leges *Cyzici*. (Gale.)

(b) Is est hujus operis titulus. Nam *Scholia* aliud opus est hujus Maximi. Horum *Ambiguorum* ipse meminit Maximus p. 15 tomi II Opp. editorum; meminit Photius, meminit Baronius et in codicibus Vaticanis servari testatur. (Gale.)

(c) Eadem manu in marg. scriptum reperi *Piissime*. Credo Scotum Græca affectasse, ut alibi. Id.

* Exstat hæc epistola inter Opera Joannis Scoti (nostræ *Patrologiæ Latinæ* tom. CXXII, ex recensione Joannis Henr. Floss, Bonnensis). Porro ex utriusque editionis collatione multa restituimus quæ correctoris Halensis cæcutiertem oculum fugerant. Edit

** Joanne Scoto interprete.

Digitized by Google

autem quis digne laudarit sermo? aut quis hominum, etsi diligentiæ experimentum accipiens, vestræ virtutis magnitudinem idoneus inveniet? Quia probabiles ovium rationabilium pastores dum sitis, et ad supernum ovile vocibus fistulæ spiritualis eas ducere et introducere nostis, singularem, multis impossibilem, mysticæ divinorum scientiæ habitudinem præoccupastis, per quam Christi Ecclesiæ digni fidelesque gubernacula, navis in modum, disciplinate dirigitis, cum onere fidei, divinæque conversationis decore ad portum divinæ voluntatis, per mare sæculi tentationibus illæsam. De his autem, quæ vobis cognita sunt, quorum etiam magistros vos constituit Dominus, non solum sapientiores, si quis (*d*) vestrum est omnino secundum scientiam superior, sed et nullo dignos, et penitus omnis imperitos doctrinæ, fide inveniendi quid nobile etiam apud (*e*) immundos, sicut soliti estis, indignum interrogare non ducitis. Ac per hoc accipiens et ego venerabilem vestram epistolam, scribere vobis jubentem de unoquoque dubiorum (*f*) vobis capitulorum in sancti theologi Gregorii sermonibus, de quibus studium habebam, quando cum convenientibus eram, redditam tunc rationem scripturæ commendo. Vos quidem merito virtutis miratus sum, et in ipsa claram atque excelsam Christo placentem vestram hospitalitatem laudavi, magis vero per omnem modum per vos et in vobis glorificatum Dominum, qui fecit vos ad hoc dignos fieri, donatamque ab ipso virtutem, qui suis (*g*) servis per vestra opera veritatis aperte pulchritudinem manifestat, usque ad me parvum, et nullo dignum, et indoctum, et omni nudum omnino virtute et scientia. Ac per hoc humiliatos considerans, me ipsum accipere vestrum præceptum secundum virtutem compuleram, dum in nullo temerarius æstimabor multis vestri gratia faciens sermonem, sed et vos gratam et amabilem obaudientiæ mercedem accipere exspectanti vestras videlicet orationes intentas consuete donabitis, ut Christus Dominus, qui est paratum timentium se adjutorium, veniat mihi sermonis adjutor; magis autem dicendo totum pie, ut Verbum largiatur verbum. Posco autem vos postulantes, ne ornatam quæratis a me dictionem, qui ornantes auditum sermones non habeo, et curiosis (*h*) bombis ambitus facere ignoro. Talium enim doctrinarum dum sim inscius, et curæ, quæ in eis est, magnitudinem non constituens, dilectissimum reor atque optabile, si sensum magni hujus et sancti magistri, etsi confusa explanatione, et hoc aliquantulum considerarim, non tamen multiplici versu expositionem honorificando. Theologus enim

A ἀπειρίας καὶ τοῦ κατ' αὐτὰς ὀνείδους ἐλευθεροῦσιν. Ὑμᾶς δὲ τίς ἂν ἀξίως ἐπαινέσειε λόγος; ἢ τίς ἀνθρώπων κἂν διανοίᾳ περιλαβεῖν ὑμῶν[65] τὸ τῆς ἀρετῆς μέγεθος ἱκανὸς εὑρεθήσεται; Ὅτι δόκιμοι λογικῶν προβάτων ποιμένες ὑπάρχοντες, καὶ πρὸς τὴν ἄνω μάνδραν φωναῖς σύριγγος πνευματικῆς ἀνάγειν τε καὶ ἐπάγειν[66] εἰδότες, οἷα[67] δὴ τῆς ἀνεφίκτου τοῖς ἄλλοις τῶν θείων μυστικῆς γνώσεως τὴν ἕξιν προειληφότες· καθ' ἣν τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας ἀξίως πεπιστωμένοι (**116** *b*) τοὺς οἰακας νηὸς τρόπον ἐπιστημόνως ἰθύνετε, μετὰ τοῦ φόρτου τῆς πίστεως καὶ τῆς τοῦ κατὰ Θεὸν βίου εὐπρεπείας, πρὸς τὸν λιμένα τοῦ θείου θελήματος, μηδὲν τῶν κατὰ τὴν θάλασσαν τοῦ βίου πειρασμῶν παραβλαβεῖσαν. Περὶ τῶν ἐγνωσμένων ὑμῖν, ὧν καὶ ἐξηγητὰς ὑμᾶς B κατέστησεν ὁ Θεὸς, οὐ μόνον τοὺς σοφωτέρους, εἴπερ τις ὑμῶν ἐστιν ὅλως κατὰ τὴν γνῶσιν ἀνώτερος, ἀλλὰ καὶ τοὺς μηδενὸς ἀξίους καὶ παντελῶς παντὸς ἀπείρους μαθήματος, πίστει τοῦ εὑρεῖν τι, καθὼς εἰώθατε, καὶ παρὰ τοῖς ἀσήμοις ἐπίσημον ἐρωτᾶν οὐχ ἡγεῖσθε ἀνάξιον. Διὸ κἀγὼ δεξάμενος τὴν τιμίαν ὑμῶν ἐπιστολὴν τὸν περὶ ἑκάστου τῶν ἀπορηθέντων ὑμῖν[61] κεφαλαίων ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου[62] λόγοις, περὶ ὧν ἐφιλοπονοῦμεν ἡνίκα σὺν ἀλλήλοις ἦμεν, ἀποδοθέντα τὸ τηνικαῦτα λόγῳ γραφῇ καταθεμένῳ στεῖλαι ὑμῖν κελεύουσαν, ὑμᾶς μὲν εἰκότως τῆς ἀρετῆς ἐθαύμασα καὶ τῆς κατ' αὐτὴν χριστοπρεποῦς ὑμῶν πτωχείας[63] τὸ παμφαὲς καὶ ὑψηλὸν ἀνύμνησα, μᾶλλον δὲ τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ὑμῶν τε καὶ ἐν ὑμῖν δοξαζόμενον Κύριον, C τὸν καὶ ποιήσαντα ὑμᾶς καὶ τὴν πρὸς τὸ ἀξίους αὐτοῦ γενέσθαι χαρισθεῖσαν ὑμῖν δύναμιν τοῖς ἑαυτοῦ ἰδιώμασι δι' αὐτῶν τῶν[64] ἔργων καὶ τῆς ἀληθείας ἀριδήλως ὡραϊσμένην ἐκφαίνοντα, μέχρις ἐμοῦ τοῦ μικροῦ καὶ μηδενὸς ἀξίου καὶ ἀμαθοῦς καὶ πάσης γυμνοῦ παντάπασιν ἀρετῆς καὶ γνώσεως. Περὶ τούτου ταπεινωθέντας θεώμενος ἐμαυτὸν δὲ (**117** *a*) καταδέξασθαι ὑμῶν τὸ ἐπίταγμα κατὰ δύναμιν ἐδιασάμην, μηδένα τοῦ προπετὴς νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ὑμῶν χάριν ποιησάμενος λόγον· ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς τὸν προσφιλῆ καὶ ἐράσμιον τῆς εὐπειθείας μισθὸν ἀντιλαβεῖν ἐκδεχομένῳ τὰς ὑμετέρας ἐκτενεῖς εὐχὰς συνήθως χαρίσασθε, ὅπως Χριστὸς ὁ Θεὸς, ἡ ἑτοίμη τῶν φοβουμένων αὐτὸν βοήθεια, ἔλθοι[68] μοι τῷ λόγῳ σύμμαχος, μᾶλλον δὲ τὸν τοῦ λέγειν ὅλον D εὐσεβῶς ὡς Λόγος χορηγήσοι λόγον. Ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς ἐντυγχάνοντας, μὴ τὴν κεκομψευμένην ἐπιζητεῖν πρὸς ἐμοῦ λέξιν, τοὺς περικομποῦντας τὴν ἀκοὴν λόγους οὐκ ἔχοντος, καὶ ταῖς περιέργοις τομαῖς ἐμπεριηχήτους ποιεῖν ἀγνοοῦντος. Ἀτριβὴς γὰρ ὢν τῶν τοιούτων μαθημάτων, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς μελέτης ἄπειρος τυγχάνων, ἀγαπητὸν ἡγοῦμαι καὶ ἐπ-

VARIÆ LECTIONES.

[65] Hæc imperite vertit Scotus, quod cuilibet patet. (Gale). [66] ἐπανάγειν ed. Gal. [67] Scotus male legit οἷαν. (Gale.) [61] ἡμῖν ed. Gal. [62] θεολόγου Γρηγορίου ed. Gal. [63] καὶ τὸ παμφαὲς κατ' αὐτὴν χριστοπρεποῦς ὑμῶν πτωχείας ed. Gal. [64] τῶν abest ab ed. Gal. [68] ἔλθῃ ed. Gal.

NOTÆ.

(*d*) Verte *vobis*. (Gale.)
(*e*) Credo legerat ἀσέμνους. (Gale.)
(*f*) Lege *nobis*. (Gale.)
(*g*) Scotus legisse videtur ἰδίοις, quod ineptum. Id.
(*h*) Quid hic Scotus legerit incertum. Tomæi quid sint explicat Hermogenes l. II, de Formis. (Gale).

Digitized by Google

ευκτὸν, εἰ τῆς διανοίας τοῦ ἁγίου τούτου καὶ μεγάλου διδασκάλου, κἂν ἐν χυδαίᾳ φράσει, καὶ τοῦτο ποσῶς, καταστοχάσαιμι, μήτι δὲ[66] τῷ πολυστίχῳ τῶν ἐξηγήσεων ἐπισκήπτειν. Ὁ Θεολόγος γὰρ οὗτος ἀνὴρ, ὡς ἴστε, βραχυλόγος ὑπάρχων καὶ πολύνους ἀνάγκην δίδωσι τῷ ἐξαπλοῦν βουλομένῳ τὸν αὐτοῦ σκοπὸν, κἂν ὁ ῥητορικώτατος ᾖ καὶ φιλοσοφώτατος, διὰ πολλῶν ἰέναι, καὶ μάλιστα ἐμοὶ τῷ ἰδιώτῃ· εἰ δ' ὑμᾶς συνήθως ὁ θεοφιλὴς ἀνακινήσοι ζῆλος πρὸς τὸ σύντομον ἅμα καὶ εὐφραδὲς τὰ γραφόμενα μετακομίσαι, ἢ καὶ τὸν νοῦν ὅλον διορθώσασθαι πρὸς τὸ ὑψηλότερον, μισθὸν αὐτοτελῆ λήψεσθε, τὰς τοῦ θεοφόρου πρὸς τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων εὐχὰς, ἅτε μὴ συγχωρήσαντες (**117** *b*) αὐτοῦ τὰ θεῖα καὶ ὑπερφυῆ νοήματα ταῖς ἀποτεύκτοις[67] καὶ χαμαιπετέσιν ἐπιβολαῖς παρασύρεσθαι. Ἀκολούθως δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἐπιστολῇ τὴν περὶ ἑκάστου κεφαλαίου ποιησάμενος ζήτησιν κατεθέμην τῷ γράμματι, χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς τῶν λεγομένων κριτὰς γενέσθαι παρακαλῶν.

A iste vir, sicut scitis, brevis sermonibus dum sit, et multus intellectu, necessitatem dat explanare volenti ejus intentionem, etsi facundissimus et sapientissimus (*i*) in multis sit, et magis mihi indocto. Si vero vos consuete Deo amabilis moverit zelus, dum ad breve simul ac planum ea, quæ scripta sunt, deferimus, nos magis quam totum intellectum erigimus ad id quod excelsius est, mercedem per se perfectam accipietis, Deiferi illius scilicet ad Dominum omnium orationes, utpote non concedentes ejus divinos et supernaturales intellectus spretis ac vilibus tractari contemplationibus. Consequenter autem vestræ epistolæ per singula capita inquisitionem feci, et litteris commendavi, bonos atque misericordes vos eorum quæ dicta sunt judices fieri B deprecans.

Ἐκ τοῦ περὶ φιλοπτωχίας λόγου, εἰς τὸ, « Φείδομαι ὡς συνεργοῦ, καὶ οὐκ ἔχω πῶς φύγω τὴν ἐπανάστασιν, ἢ πῶς μὴ ἀπὸ Θεοῦ πέσω βαρηθεὶς ταῖς πέδαις κατασπώσαις ἢ κατεχούσαις εἰς ἔδαφος (1). »

Οὐ ταυτὸν τῷ *κατασπᾶσθαι* τὸ *κατέχεσθαι* νενόηται τῷ μακαρίῳ τούτῳ ἀνδρὶ, μὴ οὕτω νομίσῃς, δοκιμώτατε, εἴπερ τί σοι νοεῖν τῆς αὐτοῦ μεγαλονοίας ἄξιον διεσπούδασται· ἐπεὶ περιττὸς οὕτω τοῖς λόγοις καὶ τὸν νοῦν τῷ λόγῳ μὴ ἐφιστάμενον ἔχων ἀναφανήσεται, εἴπερ μὴ πάσῃ συλλαβῇ σχεδὸν τὴν πρέπουσαν ἐνθέμενος ἔννοιαν πρὸς τὰ κάλλιστά τε καὶ χρήσιμα τοὺς ὀπαδοὺς ὁδηγεῖν παντὶ τρόπῳ διεγνωκέναι ὑποληφθῇ. Οὐχ οὕτω δὲ ταῦτ' ἔχει, πόθεν; ἀλλὰ καὶ νῷ λόγον σοφῷ συνίστησι, καὶ λόγῳ ὑψηλῷ νοῦν ἐφίστησιν ὑψηλότερον, ἵν' ὑψηλὸς ὑψηλῷ διαγέλληται, καὶ τῆς ἀληθείας ποσῶς δι' ἀμφοῖν τὸ τέως τοῖς πολλοῖς ἢ καὶ πᾶσιν ἀνεπίβατον μέγεθος διαδειχθῇ[68]. Ἵνα δὲ φανερὸν ἅπαν ἡμῖν γένηται τῶν λεγομένων τὸ αἴνιγμα, αὐτὰ ὡς ἔχει τοῦ μακαρίου σκοπήσωμεν τὰ ῥητά. Φείδομαι, φησὶν, ὡς συνεργοῦ, καὶ οὐκ ἔχω πῶς φύγω τὴν ἐπανάστασιν, ἢ πῶς μὴ ἀπὸ Θεοῦ πέσω, βαρηθεὶς ταῖς πέδαις, κατασπώσαις ἢ κατεχούσαις εἰς ἔδαφος. Ταῦτ' εἰπὼν οὐχ ἑαυτῷ πάντως, ἀλλὰ (**118** *a*) δι' ἑαυτοῦ τῷ κοινῷ τῆς ἀνθρωπότητος διαλέγεται, εἰδὼς ὅτι πᾶς τις ὁ σωτηρίας ἐρῶν ἢ πράξει ἢ θεωρίᾳ πάντως προσανέχει. Ἀρετῆς γὰρ καὶ γνώσεως χωρὶς οὐδαμῶς οὐδεὶς πώποτε τυχεῖν σωτηρίας δεδύνηται. Εἴπερ οὖν τῶν διὰ θεωρίας, φησὶ, Θεῷ προσεδρευόντων καὶ τοῦ μακαρίου κάλλους κατατρυφώντων καθέστηκα εἷς, εἰρήνην ἔχων παντάπασι καὶ ἁγιασμὸν, ὡς ἐμ-

Ex sermone de hospitalitate, in hoc : « Parco ut cooperatori, et non habeo quomodo fugiam superventum, aut quomodo non a Deo cadam, gravatus (j) pueris deripientibus aut detinentibus in terram. »

Non id ipsum *deripi* quod est *detineri* visum est beato huic viro; neque sic arbitreris, probatissime, si quid tibi intelligere ipsius magnanimitate dignum sollicitudini sit. Nam superfluus verbis et intellectum sermones supereminentem non habens manifestaretur, si non omni fere syllabæ decentem C inserens notitiam, ad pulcherrima et utilia sequentes ducendo, ullo modo disceptandi relinqueretur. Non sic hæc habent se longe, sed et intellectui sermonem sapienter constituunt, et sermonem excelsum excelsus supereminet intellectus, ut excelsus excelso annuntietur, et veritatis aliquantulum ex ambobus interim multis, aut etiam omnibus invia magnitudo ostendatur. Ut vero manifesta nobis sit omnis eorum quæ dicta sunt obscuritas, ipsa ut se habent beati considerabimus verba : « Parco, inquit, ut cooperatori, et non habeo quomodo fugiam superventum, aut quomodo non a Deo cadam, gravatus pueris deri- D pientibus aut detinentibus in terram. » Hæc dicens non de seipso omnino, sed per seipsum de communi humanitate disputat, videns quia omnis qui salutem amat, aut actioni penitus aut contemplationi attendit. Absque enim virtute et scientia nullus ullo modo aliquando consequi salutem potuit. Si ergo per contemplationem, inquit, collocatorum Deo et beata pulchritudine fruentium

VARIÆ LECTIONES.

[66] Rescripsi μήτι δὲ pro μήτε δὲ, quod cod. Gud., vel μήτε, quod ed. Gal. habet. [67] Eadem antiqua manus in marg. cod. Gud. emendationem adscripsit ἀπευκτοῖς. [68] διδαχθῇ ed. Gal.

NOTÆ.

(*i*) *In multis*, verte *fusius exspatiari*. (Gale.)

(*j*) *Pueris*, inscitissime. Verte *compedibus*, *vinculis*. (Gale.) Nisi infra idem vitium occurreret, scripturam putarem corruptam, vertisseque Scotum *pedicis*.

(1) Greg. Naz. Or. *de Paup. amore* cap. 7, p. 261, tom. I, Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

unus constitutus sum, pacem habens in omnibus et sanctificationem, quippe me ipsum applicans Deo inseparabili per cognitionem similitudine, irrationabiles virtutes animæ cogitando decenter, et menti per rationem adducendo et familiares faciendo, furorem dico et concupiscentiam, eam quidem in charitatem, eum vero in gaudium mutans; siquidem gaudii proprium est exsultare divinitus et lætari, sicut præexsultavit ex matre Joannes, magnus veritatis præcursor et prædicator; aut sicut, dum quiescere fecit arcam Israel rex David. In matre enim (etsi difficilis ratio, quippe invia multis, sed tamen vera) et nos et Deus Verbum sumus, qui universitatis est factor et Dominus; qui quidem in præsentis vitæ statu occulte, velut in matre, et vix sensibilis huic mundo apparet, et hoc, his qui sunt secundum Joannem in spiritu; homines vero veluti ex matre, materiali videlicet circumstantia, etsi tantisper in his quæ sunt occultum perspiciunt Verbum. Et in hoc fortassis sint qui gaudiis Joannis lætantur; ad ineffabilem namque futuri sæculi gloriam et claritatem, et vitæ quæ in ipso est proprietatem [k], nil matris distat judicio lætantis comparata præsens vita, in qua propter nos infantes sensibus Deus, qui est Verbum perfectum et plus quam perfectum, ut misericors, infans factus est. Si ergo, ut dictum est, talis quis sum, possibili hominibus secundum præsentem vitam transitoriam in divina summitate, neglexero vero deiformem habitum, me ipsum ad corporis libens inclinans desiderium, dereptus sum gravatus pueris, id est curis, et a Deo cecidi, utpote de solo regno cœlorum cogitationem et inquisitionem, cui non licebat, terrenæ dico vitæ, attribuens, et sensibus conferendo, quam ad Deum ferendo animum dehonestans. Si vero adhuc per activam vitam bellator contra armatas passiones sum, nondum per eas accipere volentium inimicorum pure effugiens dolos, et dilexero indiscrete corpus, detentus sum ab eo, videlicet ad illud habitum a virtute separari præsumens. Deripitur itaque contemplativus, immoderatus jam per habitum adveniens corpori, divinarum negligens contemplationum: detinetur vero activus, corpori pugnans, datus ad ipsum luctationi, laborando pro virtute quæ est animæ libertas, servus esse passionum eligens.

A αὐτὸν ἁπλώσας Θεῷ, ἀδιαιρέτῳ κατὰ τὴν γνώμην ταυτότητι, τῷ τὰς ἀλόγους δυνάμεις τῆς ψυχῆς λογίσαι τε πρεπόντως καὶ νῷ διὰ λόγου προσαγαγεῖν καὶ οἰκειώσασθαι, θυμὸν λέγω καὶ ἐπιθυμίαν, τὸν μὲν εἰς ἀγάπην, τὴν δὲ εἰς χαρὰν μεταβαλὼν [69], εἴπερ χαρᾶς ἴδιον τὸ σκιρτᾷν θεοπρεπῶς καὶ ἀγάλλεσθαι κατὰ τὸν ἐκ μήτρας προσκιρτήσαντα Ἰωάννην, τὸν μέγαν τῆς ἀληθείας πρόδρομόν τε καὶ κήρυκα, ἢ τὸν ἐπὶ τῇ κατάπαύσει τῆς κιβωτοῦ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέα Δαβίδ. Ἐν μήτρᾳ γὰρ (κἂν εἰ τραχὺς ὁ λόγος ὡς ἀτριβὴς τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' οὖν ἀληθὴς) καὶ ἡμεῖς καὶ ὁ Θεὸς Λόγος ἐσμὲν ὁ τοῦ παντὸς Ποιητὴς καὶ Δεσπότης, ἐν τῇ παρούσῃ τῆς ζωῆς καταστάσει, ὁ μὲν ἀμυδρῶς ὡς ἐν μήτρᾳ, καὶ μόγις τῷ αἰσθητῷ τούτῳ κόσμῳ διαφαινόμενος, καὶ τοῦτο τοῖς B κατὰ Ἰωάννην τῷ πνεύματι, οἱ δ' ἄνθρωποι, ὡς ἐκ μήτρας τῆς ὑλικῆς περιστάσεως, κἂν ποσῶς τὸν ἐν τοῖς οὖσιν ἐγκρυπτόμενον διαβλέποντες λόγον. Καὶ τοῦτ' ἄνπερ ὥσι ταῖς Ἰωάννου αὐχοῦντες χάρισι. Πρὸς γὰρ τὴν ἄφατον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δόξαν τε καὶ λαμπρότητα καὶ τὴν τῆς κατ' αὐτὸν ζωῆς ἰδιότητα μήτρας (**118** *b*) οὐδὲν διαφέρει ζόφῳ περικεχυμένης συγκρινομένη ἡ παροῦσα ζωὴ, ἐν ᾗ δι' ἡμᾶς τοὺς νηπιάσαντας ταῖς φρεσὶ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος τέλειος ὢν καὶ ὑπερτελὴς, ὡς φιλάνθρωπος, ἐνηπίασεν. Εἴπερ οὖν, ὡς εἴρηται, τοιοῦτός τις ὑπάρχω, καὶ τῆς ἐφικτῆς ἀνθρώποις κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐπέβην θείας ἀκρότητος, ἀμελήσω δὲ τῆς θεοειδοῦς ἕξεως, ἐμαυτὸν πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἑκουσίως ἐπικλίνας στοργὴν, κατεσπάσθην βαρηθεὶς ταῖς πέC δαις, ἤτοι ταῖς φροντίσι, καὶ ἀπὸ Θεοῦ ἔπεσον, ὡς τὴν περὶ μόνης τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν μέριμνάν τε καὶ ζήτησιν ᾧ [70] μὴ θέμις ἦν, τῇ γῇ νῦν λέγω ζωῇ, προσνείμας, καὶ ταῖς αἰσθήσεσι συμφέρεσθαι μᾶλλον, ἢ πρὸς Θεὸν φέρεσθαι τὴν διάνοιαν ἀνασχόμενος. Εἰ δὲ τῶν ἔτι διὰ τῆς πρακτικῆς πολεμικῶς κατὰ τῶν παθῶν ὡπλισμένος εἰμὶ, μήπω τῶν δι' αὐτῶν ἐλεῖν βουλομένων ἐχθρῶν καθαρῶς ὑπαλύξας τοὺς δόλους, καὶ στέρξω ἀδιακρίτως τὸ σῶμα, κατεσχέθην ὑπ' αὐτοῦ δῆλον, ὡς τὴν πρὸς αὐτὸ σχέσιν τοῦ δι' ἀρετῆς χωρισμοῦ προελόμενος. Κατασπᾶται οὖν ἄρα ὁ θεωρητικὸς ἄσχετος ἕξη κατὰ τὴν ἕξιν γινόμενος τῷ σώματι, τῶν θείων ἀμελῶν θεαμάτων. Κατέχεται δὲ ὁ πρακτικὸς ὁ τῷ σώματι μαχόμενος, ἐνδιδοὺς τῇ πρὸς αὐτὸ πάλῃ, καὶ τοῦ πονεῖν ὑπὲρ ἀρετῆς, ἥτις ἐστὶ ψυχῆς ἐλευθερία, τὸ δοῦλον εἶναι παθῶν ἐπιλεγόμενος.

Ejusdem ex eodem sermone, in hoc, « *Quæ erga me sapientia, et quod magnum mysterium? An vult partem nos esse Dei, et desursum fluentes, ut non per dignitatem exaltati, et cœlestia contemplantes despiciamus Creatorem in luctatione ac pugna quæ contra corpus est, ad ipsum semper aspi-*

D Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Τίς ἡ περὶ ἐμὲ σοφία, καὶ τί τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον; ἢ βούλεται μοῖραν [71] ἡμᾶς ὄντας Θεοῦ, καὶ ἄνωθεν ῥέοντας, ἵνα μὴ διὰ τὴν (**119** *a*) ἀξίαν ἐπαιρόμενοι καὶ μετεωριζόμενοι καταφρονῶμεν τοῦ Κτίσαντος, ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα πάλῃ καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[69] μεταβάλλων ed. Gal. [70] ὃ cod. Gud. [71] μοῖραν ed. Gal., et cod. Gud. Infra fol. 122 b. μοίρας cod. Gud.

NOTÆ.

(*k*) Verte *nihil a matre tenebris obvoluta.* (Gale.)

Digitized by Google

μάχῃ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ βλέπειν, καὶ τὴν συνεξευγμένην ἀσθένειαν παιδαγωγίαν εἶναι τοῦ ἀξιώματος (2); »

ciendum, et conjunctam infirmitatem nutriturarn esse dignitatis ? »

Τούτοις τινὲς ἐντυγχάνοντες τοῖς λόγοις, μηδένα, ὡς ἔοικεν, ὑπὲρ τοῦ πονεῖν τῆς ζητήσεως ἕνεκεν τοῦ ἀληθοῦς μισθὸν ἐκδεχόμενοι, πρὸς τὸ εὔκολον καὶ πολλὰς ἔχον ἤδη ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων τὰς ἀφορμὰς καταφεύγουσι, φάσκοντες τὴν τέ ποτε οὖσαν κατὰ τὸ δόξαν αὐτοῖς τῶν λογικῶν ἑνάδα καθ' ἣν συμφυεῖς ὄντες Θεῷ τὴν ἐν αὐτῷ μόνην ἔχομεν[73] καὶ ἵδρυσιν, προσέτι γε καὶ τὴν γενομένην κίνησιν, ἐξ ἧς σκεδασθέντα διαφόρως τὰ λογικὰ πρὸς γένεσιν τοῦ σωματικοῦ τούτου κόσμου τὸν Θεὸν ἰδεῖν παρεσκεύασαν, χάριν τοῦ ἐνδῆσαι αὐτὰ σώμασιν ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν προημαρτημένων, διὰ τούτων αἰνίττεσθαι τῶν λόγων νομίζοντες τὸν διδάσκαλον. Ἀλλ' ἠγνόησαν ὡς ἀδύνατα ὑποτίθενται καὶ τῶν ἀμηχάνων καταστοχάζονται, καθὼς προϊὼν μετὰ τοῦ εἰκότος ὁ ἀληθὴς ἀποδείξει λόγος. Εἰ γὰρ τὸ θεῶν [*leg.* θεῖον] ἀκίνητον, ὡς πάντων πληρωτικὸν, πᾶν δὲ τὸ ἐκ μὴ ὄντων τὸ εἶναι λαβὸν καὶ κινητὸν, ὡς πρός τινα πάντως φερόμενον αἰτίαν, οὕπω δὲ οὐδὲν κινούμενον ἔστη, ὡς τῆς κατ' ἔφεσιν κινήσεως τὴν δύναμιν μήπω τῷ ἐσχάτῳ προσαναπαῦσαν ὀρεκτῷ (οὐδὲν γὰρ ἴστᾳ̃ν ἄλλο τὸ φερόμενον κατὰ φύσιν πέφυκεν ἢ ἐκεῖνο δεικνύμενον), οὐδὲν ἄρα κινούμενον ἔστη, ὡς τοῦ ἐσχάτου μήπω τυχὸν ὀρεκτοῦ· ἐπεὶ μηδ' ἐκεῖνό πω φανὲν τῶν περὶ αὐτὸ φερομένων τὴν κίνησιν ἔστησεν. Εἰ δὲ τοῦτό (**119***b*) ποτε γεγενῆσθαι ἐξ ἐπιτάγματος κελεύουσι, καὶ τῆς ἐν τῷ ἐσχάτῳ καὶ μόνῳ ὀρεκτῷ ἱδρύσεώς τε καὶ μονῆς παρακινηθέντα[73] τὰ λογικὰ τὸν σκεδασμὸν ἔλαβεν, ἵνα μὴ λέγων ἐρεσχελῶ, τίς ἡ ἀπόδειξις, τὰς αὐτὰς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπ' ἄπειρον ἕξειν[74] τὰ λογικὰ μετεμπτώσεις ἐξ ἀνάγκης εἰκότως ὑποθήσονται. Οὕτινος γὰρ διὰ τῆς πείρας καταφρονεῖν ἅπαξ δεδύνηνται, καὶ εἰς ἀεὶ δυνήσεσθαι οὐδεὶς ὁ κωλύσων ἔσται λόγος. Τοῦ δὲ οὕτω φέρεσθαι τὰ λογικὰ καὶ μηδεμίαν ἔχειν ἢ ἐλπίζειν βάσιν ἀμετάθετον τῆς ἐν τῷ καλῷ παγιότητος, τί ἄλλο γένοιτ' ἂν ἐλεεινότερον; Εἰ δὲ δύνασθαι μὲν φαῖεν, μὴ βούλεσθαι δὲ, διὰ τὴν γενομένην πεῖραν τοῦ ἐναντίου, καὶ οὕτως οὐ δι' ἑαυτὸ, ὡς καλὸν[75], ἀλλὰ διὰ τὸ ἐναντίον τὸ καλὸν αὐτοῖς ἔσται ἐξ ἀνάγκης στεργόμενον, ὡς οὐ φύσει ἢ κυρίως ὂν ἐραστόν. Πᾶν γὰρ ὃ μὴ δι' ἑαυτὸ ἀγαθόν ἐστι καὶ ἐραστὸν καὶ πάσης ἑλκτικὸν κινήσεως οὐ κυρίως καλόν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ καθεκτικὸν εἰκότως τῆς τῶν ἐπ' αὐτῷ ἡδομένων ἐφέσεως, ἀλλὰ καὶ χάριν λοιπὸν ὁμολογήσαιεν ἂν τῷ κακῷ

Hæc quidam consequentes verba, nullamque, ut oportet, pro labore inquirendæ veritatis mercedem accipientes, ad id quod facile est et multas habet jam ex Græcorum doctrinis occasiones, confugiunt, dicentes quamdam exstitisse, ut eis visum est, rationabilium unitatem, per quam cognati sumus Deo, mansionemque in ipso habebamus et collocationem. Adhuc vero et factum motum, ex quo dispersa sunt differenter rationalia ad generationem corporalis hujus mundi, (*l*) Deumque noscens præparatam gratiam, ligare ea corporibus in ultionem eorum quæ ante commissa sunt, et hoc per hæc insinuasse verba arbitrantur magistrum. Sed ignorant quomodo impossibilia sequuntur et inopportuna considerantur, sicut procedens posthac, (*m*) consequensque ac vera approbabit ratio. Si enim Deus immutabilis est, utputa omnium plenitudo, omne autem quod ex non exsistentibus esse accipit movetur, merito ad quamdam omnino fertur causam; nondum vero quod movetur stat, jure extremo ad quietem virtutis motæ, quæ secundum desiderium est, nondum largito : nihil enim aliud sistere, quod fertur secundum naturam, consuevit, quam illud ostensum : nullum itaque motum stat, utpote novissimo nondum fortassis viso, quoniam neque illud alicubi apparens eorum quæ circa se feruntur motum stabilitavit. Si autem hoc aliquando fuisse ex præcepto jubent, et ex, in novissimo videlicet et permanenti dato, collocatione et mansione permotata (*n*) rationabilia dispersionem acceperunt, ut non superflua dicam, qualis approbatio, eosdem in se ipsis in infinitum habitum rationabilia lapsus ex necessitate juste sustinebunt. A nullo enim per experimentum spernendi semel corroborantur, neque in æternum corroboratum iri ulla prohibens erit ratio. Ferri vero sic rationabilia, et nullam habere vel sperando basim immobilem in bono fixuræ, quid aliud fieret miserabilius ? Si vero posse quidem dixerint, nolle vero, nisi per factum contrarii experimentum, et sic non per se ipsum ut bonum, sed per contrarium, erit eis bonum ex necessitate amabile, quomodo non ex natura aut proprie, quod est amabile, est. Omne enim quod non per se ipsum bonum est et amabile, et omnem ad se non attrahens motum, non est proprie bonum. Ac per hoc neque attrahet juste delectantium se desi-

VARIÆ LECTIONES.

[73] εἴχομεν ed. Gal. [73] περικινηθέντα ed. Gal. [74] ἕξιν ed. Gal. [75] ἑαυτὸ τὸ ὡς καλὸν ed. Gal.

NOTÆ.

(*l*) Hæc non tam corrupta quam non bene intellecta a Scoto, adeoque male conversa ita refingas : *Ex quo differenter dispersa rationalia, ad procreandum hunc corporalem mundum, Deum videre conata sunt, ea de causa quod ipsa corporibus ligasset, in eorum quæ antea peccaverunt vindicationem.*

(*m*) Verte *cum verisimilitudine*. Legerat Scotus ἐποντος. (Gale.)

(*n*) *Permotata*, forte προκινηθέντα. Hic nihil vidit Erigena. Et pene omnia in hoc capite pervertit; quibus tamen notandis, quoniam plura sunt, supersedeo. (Gale.)

(2) Idem ibid. cap. 7, p. 261, tom. I, Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

derium, sed et gratias restat confiteri eos malo qui talem sequuntur sapientiam, merito per ipsum, quod necesse est, discentes, in bono scilicet fixuram quoquomodo habere pœnitentes, et generationem ab eo necessario dixerint, siquidem sibimet generationem astruere noverunt, natura ipsa utiliorem, jure dum sit proficua secundum eorum doctrinam et omnium pretiosior possessio. Ex charitate dico generationem, per quam naturaliter inest, omnia ex Deo facta in Deum congregari perpetuo atque inconversibiliter.

Et iterum, eorum quæ ex Deo facta sunt, et intelligibilium et sensibilium, generatio ante motum intelligitur. Non enim potest ante generationem motus esse; eorum enim quæ facta sunt est motus, sive intelligibilium intelligibilis, sive sensibilium sensibilis : nullum enim eorum quæ facta sunt est omnino eadem ratione immobile, neque eorum anima carentium et sensibilium, sicut studiosioribus eorum quæ sunt contemplatoribus visum est; moveri enim omnia dixerunt aut per rectam lineam, aut per circulum, aut oblique. Omnis enim motus simplici et composito continetur modo. Si ergo intelligitur generatio ante motum eorum quorum est, inspicitur profecto eorum quorum est motus per generationem, utpote dum sit post eam secundum notitiam. Talem autem motum virtutem vocant naturalem ad suum finem festinantem, (*o*) qui sacram divinorum nobis mysteriorum scientiam sacre introduxerunt; aut passionem, id est motum ex altero venientem ad alterum cujus finis est impassibilitas, aut operationem activam, cujus finis est per seipsum perfectio. Nullum vero eorum quæ facta sunt suimet finis est, quoniam neque sui causa est; alioquin et ingenitum et carens principio et incommotabile esset, merito ad nullum quoquomodo habens moveri; transcenderet enim eorum quæ sunt naturam, utpote pro nullo esset; siquidem vera de ipso definitio, quamvis aliena, quæ dicit : Finis est pro quo omnia, ipse vero pro nullo. Neque per se perfectio, alioquin non efficeretur jure plenum; et similiter et a nullo esse haberet; per se enim perfectum, quemadmodum et incausale. Neque impassibilitas, alioqui et (*p*) manens et infinitum et incircumscriptum esset. Non enim pati naturaliter inest, quod universaliter impassibile est, quod neque amatur ab alio aut movetur ad aliud quid per amorem. Nullum igitur eorum quæ generata sunt motum stat, utpote primam et manentem causam, ex qua esse his quæ sunt inest, nondum comprehendens, aut intra novissimum factum est datum, aut ex primogenita unitate ra-

A οἱ τοῦτο περιέποντες τὸ φρόνημα, ὡς δι' αὐτοῦ τὸ δέον διδαχθέντες καὶ τὴν ἐν τῷ καλῷ πῆξιν πῶς ἔχειν μεταμαθόντες καὶ γένεσιν αὐτὸ ἀναγκαίως εἴποιεν ἄν, εἴπερ ἑαυτοῖς στοιχεῖν διέγνωσαν, καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς χρησιμωτέραν, ὡς τοῦ συμφέροντος κατ' αὐτοὺς οὖσαν διδακτικὴν, καὶ τοῦ πάντων τιμιωτέρου κτήματος, τῆς ἀγάπης λέγω, γεννητικὴν, καθ' ἣν πέφυκε πάντα τὰ ἐκ Θεοῦ γινόμενα εἰς Θεὸν συνάγεσθαι μονίμως τε καὶ ἀπαραπτώτως.

Καὶ πάλιν, τῶν ἐκ Θεοῦ γενομένων νοητῶν τε (**120** *a*) καὶ αἰσθητῶν ἡ γένεσις τῆς κινήσεως προεπινοεῖται. Οὐ γὰρ οἷόν τε πρὸ γενέσεως εἶναι κίνησιν. Τῶν γὰρ γενομένων ἡ κίνησις, ἥ τε νοητῶν, νοητὴ, ἥ τε αἰσθητῶν, αἰσθητή. Οὐδὲν γὰρ τῶν γε- B νομένων ἐστὶ[76] τὸ παράπαν τῷ καθ' αὐτὸ[77] λόγῳ ἀκίνητον, οὐδ' αὐτῶν τῶν ἀψύχων καὶ αἰσθητῶν, ὡς τοῖς ἐπιμελεστέροις τῶν ὄντων θεάμοσιν ἔδοξε. Κινεῖσθαι γὰρ πάντα ἔφασαν, ἢ κατ' εὐθεῖαν, ἢ κατὰ κύκλον, ἢ ἑλικοειδῶς. Πᾶσα γὰρ κίνησις τῷ ἁπλῷ καὶ τῷ συνθέτῳ περιέχεται τρόπῳ. Εἰ τοίνυν προεπινοεῖται τῆς ὧν ἐστι κινήσεως ἡ γένεσις, ἐπιθεωρεῖται δὴ[78.79] τῆς ὧν ἐστι γενέσεως ἡ κίνησις, ὡς μετ' αὐτὴν κατεπίνοιαν οὖσα. Ταύτην δὲ τὴν κίνησιν δύναμιν καλοῦσιν φυσικὴν, πρὸς τὸ κατ' αὐτὴν τέλος ἐπειγομένην, ἢ πάθος, ἤτοι κίνησιν, ἐξ ἑτέρου πρὸς ἕτερον γινομένην, τέλος ἔχουσαν τὸ ἀπαθὲς, ἢ ἐνέργειαν δραστικὴν, τέλος ἔχουσαν τὸ αὐτοτελές. Οὐδὲν δὲ τῶν γενητῶν[80] ἑαυτοῦ τέλος ἐστὶν, ἐπειδὴ οὔτε C αὐταίτιον, ἐπεὶ καὶ ἀγένητον καὶ ἄναρχον καὶ ἀκίνητον, ὡς πρὸς μηδὲν πῶς ἔχον κινηθῆναι. Ἐκβαίνει γὰρ τῶν ὄντων τὴν φύσιν, ὡς οὐδενὸς ἕνεκεν ὄν, εἴπερ ἀληθὴς ὁ περὶ αὐτοῦ ὁρισμὸς, κἂν ἀλλότριος ᾖ ὁ λέγων. Τέλος ἐστὶν οὗ ἕνεκεν τὰ πάντα, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκεν. Οὐδὲ αὐτοτελὲς, ἐπεὶ καὶ ἀνενέργητον, ὡς πλῆρες, καὶ ὡσαύτως καὶ μηδαμόθεν τὸ εἶναι ἔχον. Τὸ αὐτοτελὲς γάρ πως καὶ ἀναίτιον. Οὐδ' ἀπαθὲς, ἐπεὶ καὶ μόνον καὶ ἄπειρον καὶ ἀπερίγραφον. Οὐ γὰρ πάσχειν πέφυκε καθόλου τὸ ἀπαθὲς, τῷ μήτ' ἐρᾶν ἄλλου, ἢ κινεῖσθαι πρὸς (**120** *b*) ἄρλό τι κατ' ἔφεσιν. Οὐδὲν ἄρα τῶν γενητῶν[80a] κινούμενον ἔστη, ὡς τῆς πρώτης καὶ μόνης αἰτίας, ἐξ ἧς τὸ εἶναι τοῖς οὖσι περίεστι, μήπω τυχὸν, ἢ τοῦ ἐσχάτου ἐντὸς γενόμενον ὁρεκτοῦ, ἵν' ἐκ προγεγενημένης D ἑνάδος ὁ τῶν λογικῶν σκεδασμὸς ἑαυτῷ τὴν τῶν σωμάτων γένεσιν ἀκολούθως συνεισκομίσας νομισθῇ. Καὶ μαρτυροῦσι Μωϋσῆς καὶ Δαβὶδ καὶ Παῦλος οἱ ἅγιοι, καὶ ὁ τούτων Δεσπότης Χριστὸς, ὁ μὲν, *Μὴ ψεύσασθαι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς* τὸν προπάτορα ἱστορήσας, καὶ ἄλλοθι εἰπὼν, *Οὐ γὰρ ἦκατε ἕως τοῦ νῦν εἰς τὴν κατάπαυσιν καὶ εἰς τὴν κληρονομίαν, ἣν Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν δίδωσιν ὑμῖν.* Ὁ δὲ,

VARIÆ LECTIONES.

[76] ἐστὶ ed. Gal. [77] αὐτῷ ed. Gal. [78.79] Scripsi δὴ pro δὲ, quod est in cod. Gud. et in ed. Gal. [80] γενητῶν ed. Gal.

NOTÆ.

(*o*) *Qui sacram — — introduxerunt* desiderantur in Græcis tam ed. Gal. quam cod. Gud.

(*p*) Imo *unum solum*. Et mox *primam et solam*. Quæ sequuntur sunt obscuriora in Latinis quam in Græcis. (Gale.)

Digitized by Google

Χορτασθήσομαι βοῶν ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου· καὶ, *Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα, πότε ἥξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ.* Ὁ δὲ Φιλιππησίοις μὲν γράφων, *Εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν, οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ εἰ γε καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἑβραίοις δὲ, *Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων, ὁ Θεός.* Καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ μηδένα κομίσασθαι τὰς ἐπαγγελίας διαβεβαιούμενος. Ὁ δὲ, *Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.* Οὕπω οὖν οὐδαμῶς οὐδὲν τῶν γενητῶν[81-82] τὴν φυσικὴν δύναμιν πρὸς τὸ κατ' αὐτὴν τέλος κινουμένην ἔστησεν, οὐδὲ τῆς ἐνεργείας ἐπαύσατο τῷ κατ' αὐτὴν τέλει προσερεῖσαν αὐτὴν, οὐδὲ τοῦ (**121** *a*) κατὰ κίνησιν πάθους τὸν καρπὸν ἐδρέψατο, τὸ ἀπαθὲς, φημὶ, καὶ ἀκίνητον. Μόνου γὰρ Θεοῦ τὸ τέλος εἶναι καὶ τὸ τέλειον καὶ τὸ ἀπαθὲς, ὡς ἀκινήτου καὶ πλήρους καὶ ἀπαθοῦς[83], τῶν γενητῶν[84] δὲ τὸ πρὸς τέλος ἄναρχον κινηθῆναι, καὶ ἀπόσῳ τελείῳ τέλει[85] παῦσαι τὴν ἐνέργειαν, καὶ παθεῖν, ἀλλ' οὐκ εἶναι ἢ γενέσθαι κατ' οὐσίαν τὸ ἄποιον· πᾶν γὰρ γενητὸν καὶ κτιστὸν οὐκ ἄσχετον δηλονότι. Εὐγνωμόνως δὲ τοῦ πάθους ἀκουστέον· οὐ γὰρ τὸ κατὰ τροπὴν ἢ φθορὰν δυνάμεως ἐνταῦθα δηλοῦται πάθος, ἀλλὰ τὸ φύσει συνυπάρχον τοῖς οὖσι. Πάντα γὰρ ὅσα γέγονε πάσχει τὸ κινεῖσθαι, ὡς μὴ ὄντα αὐτοκίνησις ἢ αὐτοδύναμις. Εἰ τοίνυν γενητὰ ὑπάρχει τὰ λογικὰ καὶ κινεῖται πάντως, ὡς ἐξ ἀρχῆς κατὰ φύσιν διὰ τὸ εἶναι, πρὸς τέλος κατὰ γνώμην διὰ τὸ εὖ εἶναι κινούμενα. Τέλος γὰρ τῆς τῶν κινουμένων κινήσεως αὐτὸ τὸ ἐν τῷ ἀεὶ εὖ εἶναι ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἀρχὴ αὐτὸ τὸ εἶναι ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὁ καὶ τοῦ εἶναι δοτὴρ καὶ τοῦ εὖ εἶναι χαριστικὸς, ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος· ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ τὸ ἁπλῶς κινεῖσθαι ἡμᾶς, ὡς ἀρχῆς, καὶ τὸ πῶς κινεῖσθαι πρὸς αὐτὸν ὡς τέλος ἐστίν. Εἰ δὲ κινεῖται ἀναλόγως ἑαυτῷ νοερῶς τὸ νοερὸν, καὶ νοεῖ πάντως· εἰ δὲ νοεῖ, καὶ ἐρᾷ πάντως τοῦ νοηθέντος· εἰ δ' ἐρᾷ, καὶ πάσχει πάντως τὴν πρὸς αὐτὸ ὡς ἐραστὸν[86] ἔκστασιν· εἰ δὲ πάσχει, δηλονότι καὶ ἐπείγεται· εἰ δὲ ἐπείγεται, καὶ ἐπιτείνει πάντως τὸ σφοδρὸν τῆς κινήσεως· εἰ δὲ ἐπιτείνει σφοδρῶς τὴν κίνησιν, οὐχ ἵσταται μέχρις ἂν γένηται ὅλον ἐν τῷ ἐραστῷ ὅλῳ καὶ[87] ὑφ' ὅλου (**121** *b*) περιληφθῇ, ἐκουσίως ὅλον κατὰ προαίρεσιν τὴν σωτήριον περιγραφὴν δεχόμενον, ἵν' ὅλον ὅλῳ ποιωθῇ τῷ περιγράφοντι, ὡς μηδ' ὅλως λοιπὸν βούλεσθαι ἐξ ἑαυ-

tionabilium sparsor sibimet corporum generationem consequenter coaptans arbitratus est. Et testimonium perhibent Moyses et David et Paulus sancti, et eorum Dominus Christus. Moyses quidem : *Ne gustet ex ligno vitæ* [b], primum parentem describens, et alibi dicens : *Non enim venistis usque nunc in quietem et in hæreditatem, quam Dominus Deus vester dabit vobis* [c]. David vero : *Satiabor clamans, dum apparuerit mihi gloria tua* [d]; et : *Sitivit anima mea ad Deum fortem viventem : quando veniam et apparebo vultui Dei* [e] ? Paulus quoque Philippensibus quidem scribens : *Si quomodo occurram in resurrectionem, quæ est ex mortuis ; non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim ; exspecto vero si forte comprehendam in quo et comprehensus sum ab Jesu Christo* [f]. Hebræis item : *Ipse enim intrans in requiem suam, et ipse quievit ab operibus suis, velut a propriis Deus* [g]. Et iterum in eadem Epistola neminem pervenisse ad promissiones affirmat. Christus vero : *Venite ad me, omnes laborantes et onerati, et ego quiescere vos faciam* [h]. Nondum ergo ullo modo ullum eorum quæ facta sunt naturalem virtutem ad finem motam stabilitavit, neque operationem quiescere fecit (*q*) contendentem se suo fine, neque passionis quæ secundum motum est fructum messuit, impassibilitatem dico et immutabilitatem. Solius enim Dei est finis esse, et perfectio et impassibilitas : eorum vero quæ facta sunt, ad finem principio carentem moveri et a tanto perfecto fine quietam facere operationem, et pati, sed non esse, aut non fieri secundum essentiam non est (*r*) delectabile. Omne enim factum et creatum non immensum profecto ; fideliter autem passioni auscultandum. Non enim ea quæ secundum conversionem et corruptionem virtutis est hic declaratur passio, sed ea quæ per naturam subsistit in his quæ sunt ; omnia enim quæcunque facta sunt patiuntur moveri, sicut ea quæ non sunt per se ipsum-motus, aut per se ipsam-virtus sunt. Si ergo quæ genita sunt rationabilia subsistunt, omnino etiam moventur, utpote ex principio secundum naturam per esse, ad finem, secundum cognitionem per bene esse mota ; finis enim eorum quæ moventur motus ipsum in eo quod semper est bene esse est ; sicut et principium est ipsum esse, quod quidem est Deus, qui et esse dat et bene esse donat, jure principium et finis ; ex ipso enim et absolute moveri nos ut a principio, et quoquomodo moveri ad se, ut ad finem, est. Si autem movetur corrationabiliter sibimet

[b] Gen. II, 17. [c] Deut. XII, 9. [d] Psal. XVI, 15. [e] Psal. XLI, 2. [f] Philipp. III, 11. [g] Hebr. IV, 10. [h] Matth. XI, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[81-82] γεννητῶν ed. Gal. [83] Verba ὡς — — — ἀπαθοῦς non transtulit Scotus. Unde exemplum quo usus est caruisse eis verbis suspicor. [84] γενητῶν alia manus correxit in cod. Gud., qui a pr. m. habet κινητῶν. Ed. Gal. habet γεννητῶν. [85] Corrupte ed. Gal., ut in multis, ἀπὸ τῷ τελείῳ. [86] ἐρατὸν ed. Gal. [87] ἐν ὅλῳ τῷ ἐραστῷ καὶ ed. Gal.

NOTÆ.

(*q*) Voluit dixisse *ipsam in suo fine defigens.* (Gale.)
(*r*) Ἄποιον — *sine affectione ad aliud, immune.* (Gale.)

Digitized by Google

intellectualiter intellectuale, omnino etiam intelligit : si autem intelligit, omnino amat quod intelligit ; si amat, patitur omnino ad ipsum ut amabile excessum ; si autem patitur, profecto etiam festinat : si festinat, omnino etiam intendit validum motum ; si autem intendit validum motum, non stat quousque fiat totum in toto amato, et a toto comprehendatur ; libenter totum secundum voluntatem salutarem accipiens circumscriptionem, ut totum afficiatur circumscribente, ut nihil omnino restet velle ex se ipso, se ipsum totum cognoscere valendo circumscriptum, sed ex circumscribente ; sicut aer per totum illuminatus lumine, et igne ferrum totum toto liquefactum, aut si quid aliud talium est. Ex quibus speculative futuram, sed non jam factam et (*s*) incorruptam dignis bonitatis participationem per similitudinem solummodo accipimus ; quoniam et super omnia hæc sunt quæ speranda sunt, merito dum sint summa visionis, sicut scriptum est, et auditus et intellectus ; et hoc utique est ipsa subjectio, (*t*) quam divinus Apostolus ait Patri Filium subjecturum fore, voluntarie accepturi subjectos esse, post quam et per quam *novissima inimica destruetur mors* [g], utpote corruptionis potentia, per quam ad nos fecit introitum (ipso in nobis, qui per se potens est, adjuvante secundum nos), voluntarie universaliter Deo (*u*) implente et bene regnante quod (*v*) regit, otium agendo, ne quid velit præter quod vult Deus ; sicut alibi ait ipse in se ipso formans quod nostrum est Salvator ad Patrem : *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu* [i] : et post eum divinus ac mirabilis Paulus veluti se ipsum negans et propriam habere jam vitam nesciens : *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* [k]. Non conturbet vos quod dictum est : non enim ablationem propriæ potentiæ fieri dico, sed positionem magis secundum naturam fixam et immutabilem, id est excessum intellectualem, ut unde nobis subsistit esse, et moveri accipere desideremus, velut imagine redeunte ad principale exemplum et signi instar per figuram bene compacti principali formæ, et aliorsum ferri neque habente de cætero neque valente : an apertius dicendum et verius, neque posse volente, merito divina accepta operatione, magis autem Deus per deificationem facta, et plus dilectata excessu ab his quæ naturaliter in ea sunt et ab his quæ sunt et intelliguntur per superantem se gratiam Spiritus et solummodo habentem operatorem Jesum et accipientem, ita ut sit una et sola per omnia operatio Dei et dignorum Deo ; magis autem solius Dei, utpote toto totos dignos bene ac pulchre ambiente. Omni enim necessitate per omnia circa

B ipsum privabimus. Quod si infinitum aliquid esse non potest cum quo ex æterno alterum quid simul exstet essentia diversum, binitatem esse infinitam haudquaquam capit. Cujus monades invicem sibi appositæ cum simul exstent, invicem sese determinant, et altera alteram interminate videri prohibet, appositam quidem sibi, sed non superantem habens, adeoque videlicet infinitatis sese invicem ratione spoliant. Jam si, ut demonstravi, infinitam esse binitatem haud capit, nec initio carere capit, cum initium omnis binitatis sit monas; si vero initio non caret, nec motione caret, cum numero moveatur ex monadibus per adunationem, et in eas secundum disjunctionem exsistentiam transducat; si vero non motione caret, nec alte-

C rius alicujus initium esse potest. Quod enim movetur initium non est, sed ex initio, videlicet ejus quod movet. Monas autem sola immobilis est proprie, quia neque numerus est, neque numerabilis, neque numerata (neque enim pars aut totum aut relatio est monas), et proprie initio carens, quia alterum se antiquius non habet, unde monas esse accipiat, et infinita proprie, nihil habens quod secum simul exstet vel simul censeatur, et initium proprie, quia omnis tam numeri quam numerabilis et numerati causa est, ut quæ omni relatione et omni parte et toto privata est, et proprie ac vere, primarie atque solum et simpliciter, sed nullo modo affecta, prima et sola exstat et monas. Quod dicen-

D tes non eam ut est significamus beatam deitatem, infinite secundum omnem et rationem et modum tam menti quam rationi omni et vocabulo plane difficilem atque inaccessibilem, sed nobismet ipsis limitem fidei in eam stabilem, nobisque aptum atque idoneum præstamus. Neque enim ut repræsentativum hoc, monadis, inquam, nomen, divinæ et beatæ essentiæ divinus commemorat sermo, sed ad monstrandam perfectam ejus simplicitatem, quæ omnem quantitatem et qualitatem et relationem

VARIÆ LECTIONES.

[5] ἄναρχον cod. Gud. m. pr. [6] Inde ab hoc folio usque ad fol. 228, in cod. Gud. exstant scholia, ab eadem, uti videtur, manu in margine ascripta. Doleo me eo quo libri copiam habebam tempore oculorum valetudine prohibitum fuisse quominus ea quoque, minutissimo charactere exarata, mihi transcriberem. [7] πάντως habet apographum.

Digitized by Google

excedit, ut neque totum aliquid velut ex partibus aliquibus neque partem aliquam ex toto aliquo esse eam animadvertamus. Est enim deitas superior omni disjunctione et conjunctione et parte et toto, utpote quæ extra quantitatem omnem est, et procul ab omni positiva exstantia et intellectu eam aliquo modo esse definiente, utpote quæ sine qualitate est, et omni ad quodvis alterum annexu libera atque soluta, est enim sine relatione, quæ ante se quidquam, aut cum se aut post se non habeat, ut omnium superior, neque cum ullo eorum quæ sunt ulla ratione aut modo composita. Quod animadvertens fortasse magnus et divinus Dionysius, « Quocirca, inquit, monas quoque celebrata et trias, divinitas omnia superans, non monas est, neque trias, sive a nobis sive ab alio quoplam agnita, sed ut quod in ipsa est supra quam in unum copulatum et Dei fecundum vere prædicemus, trinum et unum Deum nominamus illum qui supra omne nomen est, et rebus vel vocabulis utimur in designando eo qui omni essentia est superior. » Nemo igitur, qui religiose per veritatem vivendi studiosus dyadem aut numerum principio carentem aut principium omnino cujuspiam esse dicere conabitur. Unus enim per universam tam rationalem quam intellectualem contemplativam potestatem et scientiam illi Deus apparebit, omnis infinitatis ulterior, nec cuiquam omnino eorum quæ sunt ex ulla parte, præter solam per fidem cognitionem, et hoc ex operibus ejus, quod est, non quod aliquando est, perceptus atque agnitus, et omnis ævi ac temporis et omnium quæ in ævo sunt ac tempore factor atque artifex, nihil prorsus quocunque est modo ei alterum de æterno affigens cogitatione, memor quod neutrum eorum quæ exsistentialiter de æterno simul sunt neutrum efficere possit. Neque enim cogitari omnino id potest, neque fieri, eisque qui mente utuntur ridiculum est, rerum duarum quæ simul exsistunt alteram alterius facere creatricem. Sed ex Deo æterno universitatem ex nihilo factam esse in totum ac plene, at non particulatim et imperfecte, ut ex causa infinitæ et cognitionis et potestatis sapienter deductam, approbationem habet, inque eo universa constare ut in omnipotente radice custodita atque conservata, et in eumdem universa redire velut in proprium suum quodque terminum, uti alicubi dicit magnus Dionysius Areopagita.

A κατ' οὐδένα λόγον ἢ τρόπον συντεταγμένη. Καὶ τοῦτο τυχὸν ἐννοήσας ὁ μέγας καὶ θεῖος Διονύσιος φησι (1) « Διὸ καὶ μονὰς ὑμνουμένη καὶ τριὰς, ἡ ὑπὲρ πάντα θεότης, οὐκ ἔστιν οὔτε μονὰς, οὔτε τριὰς, ἢ πρὸς ἡμῶν ἢ ἄλλου τινὸς διεγνωσμένη, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ ὑπερηνωμένον [a] αὐτῆς καὶ τὸ θεογόνον ἀληθῶς ὑμνήσωμεν, (**172** *b*) τῇ τριαδικῇ καὶ ἑνιαίᾳ θεωνυμίᾳ τὴν ὑπερώνυμον ὠνομάσαμεν, καὶ τοῖς οὖσι τὴν ὑπερούσιον. » Οὐδαμῶς οὖν τις δυάδα ἢ πλῆθος ἄναρχον, ἢ ἀρχὴν τὸ σύνολόν τινος εἶναι λέγειν δυνήσεται, ζῆν εὐσεβῶς δι' ἀληθείας βεβουλημένος. Εἷς γὰρ διὰ πάσης τῆς κατὰ λόγον καὶ νοῦν θεωρητικῆς δυνάμεως καὶ ἐπιστήμης αὐτῷ Θεὸς ἀναφανήσεται, πάσης ἀπειρίας ὑπάρχων ἐπέκεινα, καὶ μηδενὶ καθόλου τῶν ὄντων καθ' ὁτιοῦν, πλὴν τοῦ διὰ
B πίστεως μόνον γινώσκεσθαι, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων ὅτι ἐστὶν, οὐχ ὅτι ποτέ ἐστι διεγνωσμένος, καὶ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου καὶ πάντων τῶν ἐν αἰῶνι καὶ χρόνῳ ποιητής τε καὶ δημιουργὸς, οὐδὲν τὸ παράπαν ἐξ ἀϊδίου καθ' ὁντιναοῦν τρόπον αὐτῷ συνεπινοῶν, εἰδὼς ὅτι μηδέτερον τῶν ἅμα κατὰ τὴν ὕπαρξιν ἀλλήλοις ἐξ ἀϊδίου συνόντων εἶναι δύναται τοῦ ἑτέρου ποιητικόν. Ἀσυλλόγιστον γὰρ τοῦτο παντάπασι καὶ ἀνένδεκτον, καὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι καταγέλαστον ἐπὶ τῶν ἐχόντων ἅμα τὸ εἶναι ποιεῖσθαι ἄλλο ἄλλου ποιητικόν. Ἀλλ' ἐκ Θεοῦ τοῦ ἀεὶ ὄντος τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γενέσθαι παντελῶς τε καὶ ὁλικῶς, ἀλλ' οὐ μερικῶς τε καὶ ἀτελῶς, ὡς ἐξ αἰτίας ἀπειρογνώστου καὶ ἀπειροδυνάμου σοφῶς παρηγμένα, δέξηται, καὶ ἐν αὐτῷ συνεστηκέναι [b] τὰ πάντα,
C ὡς ἐν παντοκρατορικῷ πυθμένι φρουρούμενά τε καὶ διακρατούμενα, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα ἐπιστρέφεσθαι, καθάπερ εἰς οἰκεῖον ἕκαστα πέρας, ὥς πού φησιν ὁ μέγας Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος (2).

Contemplatio qua demonstratur Dei providentiam secundum naturam suam omnia prosequi.

Etiam provisorem rerum naturæ esse persuadebitur ei, per quas et Deum esse didicit, justum'ac
D rationi consentaneum esse rerum custodem atque curatorem quam ipsum rerum conditorem. Ipsa enim rerum perennitas et ordo et positio et motio et mutua per medias partes connexio extremitatum, nihil sese invicem quanquam contrariæ sunt infestantium, et partium in totum conspiratio, et totorum æquabilis ac plena per partes coagmentatio, et ipsarum partium inter se constans discre-

(**173** *a*) *Θεωρία ἀποδεικτικὴ τοῦ εἶναι κατὰ φύσιν ἐπὶ πάντων τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν.*

Καὶ προνοητὴν αὐτὸν εἶναι πεισθήσεται τῶν ὄντων, δι' ὧν ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ἐδιδάχθη, δίκαιον εἶναι κρίνων καὶ εὔλογον, μὴ ἄλλον εἶναι φύλακα καὶ ἐπιμελητὴν τῶν ὄντων ἢ μόνον τὸν τῶν ὄντων δημιουργόν. Αὐτὴ γὰρ ἡ τῶν ὄντων διαμονὴ καὶ ἡ τάξις καὶ ἡ θέσις καὶ ἡ κίνησις, καὶ ἡ ἐν ἀλλήλοις τῶν ἄκρων διὰ τῶν μέσων συνοχὴ, μηδὲν κατὰ τὴν ἐναντιότητα λυμαινομένων ἀλλήλοις, ἥ τε τῶν μερῶν πρὸς τὰ ὅλα σύννευσις, καὶ τῶν ὅλων πρὸς τὰ μέρη δι' ὅλου ἕνωσις, καὶ αὐτῶν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν

VARIÆ LECTIONES.

[a] ὑπερηνομένον cod. Gud. [b] συνεστακέναι cod. Gud.

NOTÆ.

(1) Dionys. Areopag. *De divinis nom.* cap. 13, tom. I, p. 533. Opp. ed. Ven.

(2) Cf. Dionys. Areopag. *De divin. nom.* cap. 4, p. 397, tom. I, ed. Venet.

Digitized by Google

ἡ ἄμικτος διάκρισις κατὰ τὴν ἰδιάζουσαν ἑκάστου διαφοράν, καὶ ἀσύγχυτος ἕνωσις κατὰ τὴν ἀπαράλλακτον ἐν ὅλοις ταυτότητα, καὶ ἡ πάντων πρὸς πάντα, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω, σύγκρισίς τε καὶ διάκρισις, καὶ ἡ πάντων καὶ ἑκάστου κατ' εἶδος διαδοχὴ ἀεὶ φυλαττομένη, μηδενὸς τὸ παράπαν τοῦ οἰκείου τῆς φύσεως λόγου παραφθειρομένου καὶ πρὸς ἄλλο συγχεομένου τε καὶ συγχέοντος, δείκνυσι σαφῶς τὰ πάντα τῇ προνοίᾳ συνέχεσθαι τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ. Οὐ γὰρ οἷόν τέ ἐστιν ἀγαθὸν ὄντα τὸν Θεὸν μὴ καὶ εὐεργετικὸν πάντως εἶναι, μηδὲ εὐεργετικὸν ὄντα μὴ καὶ προνοητικὸν πάντως εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ὄντων θεοπρεπῶς ἐπιμελούμενον σοφῶς [10] αὐτοῖς ὥσπερ τὸ εἶναι καὶ τὴν εὐδαιμονίαν χαρίζεσθαι. Πρόνοια γάρ ἐστι κατὰ τοὺς θεοφόρους Πατέρας ἡ ἐκ Θεοῦ εἰς τὰ ὄντα γινομένη ἐπιμέλεια. Ὁρίζονται δὲ αὐτὴν καὶ οὕτως, Πρόνοιά ἐστι βούλησις Θεοῦ δι' ἣν πάντα τὰ ὄντα τὴν (**173** *b*) πρόσφορον διεξαγωγὴν λαμβάνει. Εἰ δὲ Θεοῦ βούλησίς ἐστιν, ἵνα αὐτοῖς τῶν διδασκάλων χρήσωμαι τοῖς λόγοις, πᾶσα ἀνάγκη κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον γίνεσθαι τὰ γινόμενα, τὴν κρείττω μὴ ἐπιδεχόμενα τάξιν, αὐτὸν οὖν εἶναι προνοητὴν ἐκ παντὸς τρόπου εἰπεῖν ἐναχθήσεται ὁ τὴν ἀλήθειαν ὁδηγὸν ἔχειν ἑλόμενος, ὃν καὶ ποιητὴν ἔγνω τῶν ὄντων ἀληθῶς, ἢ τοῦ πεποιηκότος τὰ ὄντα, εἴπερ κἀν τοῖς ζώοις, ὅταν ταῖς κατὰ λόγον ἐφόδοις τοῖς οὖσιν ἐμβαλόντες ἡμῶν τὸ νοερὸν εὑρίσκωμεν ἔμφασιν, οὐκ ἀγενῶς τὰ ὑπὲρ λόγον εἰκάζουσαν. Ἐκεῖνά τε γὰρ ὁρῶντες κατὰ γένος τῶν ἐξ αὐτῶν φυσικῶς ἐπιμελούμενα, θαῤῥοῦντες καὶ ἡμεῖς τὸν περὶ τοῦ προνοητὴν μονώτατον εἶναι τὸν Θεὸν πάντων τῶν ὄντων μετ' εὐσεβοῦς παῤῥησίας εὐσεβῶς ἑαυτοῖς λόγον διοριζόμεθα, καὶ οὐ τῶν μὲν, τῶν δὲ οὔ, καθάπερ τινὲς τῶν τὰ ἔξω φιλοσοφησάντων, ἀλλὰ πάντων ὁμοῦ, κατὰ μίαν τῆς ἀγαθότητος καὶ ἀπαράλλακτον βούλησιν, τῶν τε καθόλου καὶ τῶν καθ' ἕκαστον, εἰδότες ὡς τῶν κατὰ μέρος πάντων τῷ μὴ προνοίας τυγχάνειν καὶ φυλακῆς τῆς πρεπούσης διαφθειρομένων καὶ τὰ καθόλου συνδιαφθαρήσεται (ἐκ γὰρ τῶν κατὰ μέρος τὰ καθόλου συνίστασθαι πέφυκε), τὴν περὶ τούτου λογικὴν ἀπόδειξιν, διὰ τῆς εὐλόγου ἀντιστροφῆς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὀρθῶς ποδηγοῦσαν, ἑαυτοῖς προβαλλόμενοι. Εἰ γὰρ τὰ καθόλου ἐν τοῖς κατὰ μέρος ὑφέστηκεν, οὐδαμῶς τὸ παράπαν τὸν τοῦ καθ' αὑτὰ εἶναί τε καὶ ὑφεστάναι λόγον (**174** *a*) ἐπιδεχόμενα τῶν κατὰ μέρος διαφθειρομένων, παντί που δῆλόν ἐστιν ὡς οὐδὲ τὰ καθόλου στήσεται. Τὰ μέρη γὰρ ἐν ταῖς ὁλότησι, καὶ αἱ ὁλότητες ἐν τοῖς μέρεσι καὶ εἰσὶ καὶ ὑφεστήκασι. Καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος· πλὴν ὅτι ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὥσπερ δεσμούμενοι ἄκοντες καὶ αὐτοὶ τῆς προνοίας τὴν δύναμιν ἐξαγγέλλουσι καὶ διὰ πάντων διήκειν κατασκευάζουσι δι' ὧν αὐτοῖς κατεσπούδασαν. Λέγοντες γὰρ ὑπὸ τῆς προνοίας ἄγεσθαι μόνα τὰ καθόλου, λελήθασιν ἑαυτοὺς καὶ τῶν κατὰ μέρος εἶναι πρόνοιαν λέγοντες, ἐξ ἀνάγκης πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἣν φεύγειν σπουδάζουσιν, ὑπαγόμενοι. Εἰ γὰρ χάριν

tio, secundum suam uniuscujusque differentiam, et mistione expers coadunatio, secundum immutatam in totis identitatem, et universorum ad universa, ne singula recenseam, concretio atque discretio, universorumque et singuli cujusque secundum speciem inviolata successio, qua nihil omnino de propria ac peculiari naturæ ratione perit, aut cum altero confunditur sive ipsum confundit, hæc luculenter manifestant omnia providentia contineri conditoris Dei. Fieri enim non potest, quin Deus, qui bonus est, non etiam beneficus sit, aut qui beneficus est, non item providens sit omnino, et quin propterea rerum, ut par ejus naturæ est, tutor sapienter eis quemadmodum exsistentiam, ita etiam curam tribuat. Providentia enim secundum Patres divino Spiritu afflatos divina rerum procuratio est. Definiunt vero eam etiam ita : *Providentia Dei voluntas est qua omnes res convenienter peraguntur*. Quod si Dei est voluntas, ut ipsis doctorum verbis utar, necesse est omnino ut ea quæ fiunt recta ratione fiant, adeo ut meliorem ordinem non exspectent, ut ipsum igitur provisorem dicere omni modo invitetur qui veritate viæ duce uti volet, quem et conditorem rerum, aut cujus esse conditoris Dei res recte cognovit; quandoquidem vel in animalibus, cum rationalium instrumentorum mentis ope in res inquirentes inveniamus imaginem haud indigne ea quæ supra rationem sunt æmulantem. Illa enim dum pro genere suæ prolis naturaliter curam habere videmus, securi et nos quod unus Deus rebus omnibus præstet providentiam cum pia libertate pie nobis ipsis rationem definimus, idque non parti solum, cæteris non item, quomodo quidam de ethnicis philosophis statuunt, sed secundum unicam bonitatis et immutabilem voluntatem, cunctis æqualiter in universum et singulatim, bene gnari quod, si non parem singula quæque providentiam atque idoneam custodiam habuerint, necessario una etiam cuncta peritura sint (nam ex singulis universitas constat), et rationalem hujus rei demonstrationem, quæ per idoneam inversionem ad veritatem rite deducit, sibi proponentes. Nam si universa in singulis constant, neque ullo modo per se ipsa esse atque constare, postquam singula interierint, cogitari admittunt, nemo, puto, non videbit nec ipsa posse universa stare. Partes enim in totitate, et totitates in partibus tam sunt quam subsistunt. Neque ulla ratio obloquetur; nisi quod a veritate tanquam constricti inviti vel ipsi providentiæ vim prædicant per omnia currere atque astruunt per ea quibus sibi satagunt. Dicentes enim a providentia solummodo universa duci, providentiæ in commemoratione se ipsos esse particulas obliviscuntur, necessitate ad veritatem, quam devitare student, deducti. Nam si perennitatis gratia universa censent providentiam mereri, eam multo citius mereri singula statuunt,

VARIÆ LECTIONES.

[10] σοφοῖς cod. Gud.

Digitized by Google

in quibus stat universorum perennitas et substantia. Etenim simul afficiuntur perennitate, propter naturalem et indissolubilem inter sese relationem, ita ut altero in perennitatem conservato, nec alterum ab hac custodia aliena esse, et rursus cum alterum hac perennitatis custodia exciderit, nec alterum ea affici dicere par sit. Tribus vero potissimum modis Deum omnibus providere negant. Aut enim ignorare eum providentiæ viam ac rationem dicunt, aut nolle, aut non posse. Sed profecto, secundum communes omnium notiones bonus et plus quam bonus Deus bona et semper et omnibus omnino voluntate sua destinat, et sapiens et plusquam sapiens, vel potius omnis sapientiæ fons, novit omnino quæ conducunt, et potens, vel potius infinitæ potentiæ, condigne Deo et convenienter in omnibus placita et consilia sua conducibilia pulchre exsequitur, ut bonus et sapiens et potens, transiens per cuncta et visibilia et invisibilia, et universa et singula, et parva et magna, et cuncta quæ secundum quampiam cujuslibet generis exsistentiam habent, nihil de bonitatis, sapientiæ potentiæ suæ infinitate remittens, et omnia secundum singulorum exsistentiæ rationem sibi ipsis et invicem in indissolubili cunctorum eodem et nexu et compagine et perennitate conservans. Quid autem, nonne ipsam per se naturam de divina, quæ omnia curet, providentiæ exsistentia, luculenter instruere videmus? Quod enim naturaliter nobis providentiæ cognitio insita sit, ipsa natura haud exiguum præbet documentum, quando nos nulla prævia institutione veluti propulsans ad Deum per preces in subitis casibus illinc salutem quærere instruit. Quotiescunque enim subito necessitate aliqua comprehendimur, involuntarie, sine ulla prævia consideratione, Deum invocare solemus, tanquam si ipsa providentia nos ad se, nullis consiliis intercedentibus, attrahat, et mentalis vis nostræ velocitatem antevertat, divinumque omnibus cæteris præsentius auxilium ostendat. Neque vero involuntarie natura nos ad illud quod naturæ expers est deduceret. Nimirum quodcunque alterum quodpiam naturaliter sequitur, ut omnibus obscurum, validam habet invictamque demonstrandæ veritatis vim. Si vero quia imperceptibilis nobis ea quæ singula curet providentiæ est ratio, ut etiam est secundum illud : *Quam recondita ejus judicia, et quam investigabiles ejus viæ* [b], ideo providentiam negarint esse meo quidem judicio haud recte ita statuunt. Nam si magna est et imperceptibilis inter singulos homines discrepantia, et cujusque ipsius commutatio et vicissitudo, dum in vitæ genere et moribus et voluntatibus et consiliis et cupiditatibus, in litteris, negotiis, studiis, et in ipsis mentis cogitationibus pene infinitis, omnibusque eis quæ quotidie et singulis pene horis alia

διαμονῆς τὰ καθόλου προνοίας ἀξιοῦσθαί φασι, ταύτης πολλῷ πρότερον ἀξιοῦσθαι τὰ κατὰ μέρος εἰσάγουσιν, ἐν οἷς ἡ τῶν καθόλου διαμονὴ καὶ ὑπόστασις. Συνεισάγεται γὰρ ἀλλήλοις ταῦτα διὰ τὴν κατὰ φύσιν ἀδιάλυτον πρὸς ἄλληλα σχέσιν, καὶ θατέρου πρὸς διαμονὴν συντηρουμένου, μηδὲ τὸ ἕτερον ταύτης εἶναι τῆς φυλακῆς ἀλλότριον, καὶ ἑνὸς πάλιν τῆς πρὸς διαμονὴν φυλακῆς διαπίπτοντος μηδὲ τὸ ἄλλῳ ταύτης τυγχάνειν λέγει ἀκόλουθον. Ἄλλως τε δὲ κατὰ τρεῖς τρόπους τὸ μὴ πάντων τῶν ὄντων προνοεῖν τὸν Θεὸν λέγεται. Ἢ γὰρ ἀγνοεῖν αὐτὸν λέγουσι τῆς προνοίας τὴν μέθοδον, ἢ μὴ βούλεσθαι, ἢ μὴ δύνασθαι. Ἀλλὰ μὴν κατὰ τὰς κοινὰς πάντων ἐννοίας ἀγαθὸς ὢν καὶ ὑπεράγαθος ὁ Θεὸς ἀεὶ πάντως τὰ καλὰ βούλεται καὶ πᾶσι, καὶ σοφὸς ὑπάρχων καὶ ὑπέρσοφος, μᾶλλον δὲ πάσης σοφίας πηγή, γινώσκει πάντως τὰ συμφέροντα, (**174** *b*) καὶ δυνατὸς ὢν, μᾶλλον δὲ ἀπειροδύναμος, ἐνεργεῖ πάντως θεοπρεπῶς ἐν πᾶσι τὰ ἐγνωσμένα αὐτῷ καὶ βεβουλημένα καλῶς [11] καὶ συμφέροντα, ὡς ἀγαθὸς καὶ σοφὸς καὶ δυνατὸς, δεικνούμενος διὰ πάντων τῶν τε ὁρατῶν καὶ τῶν ἀοράτων, καὶ τῶν καθόλου καὶ τῶν μερικῶν, καὶ τῶν μικρῶν καὶ τῶν μεγάλων, καὶ πάντων τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἱανοῦν οὐσίαν τὸ εἶναι ἐχόντων, μηδὲν ὑφιεὶς τῆς κατὰ τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν σοφίαν καὶ τὴν δύναμιν ἀπειρίας, καὶ πάντα κατὰ τὸν ἑκάστων τοῦ εἶναι λόγον πρός τε ἑαυτὰ καὶ ἄλληλα κατὰ τὴν ἀδιάλυτον πάντων σχετικὴν ἁρμονίαν τε καὶ διαμονὴν συντηρῶν. Τί δὲ, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὐ κατανοοῦμεν τὴν φύσιν περὶ τοῦ εἶναι τὴν ἐπὶ πάντα τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν σαφῶς οὖσαν διδάσκαλον; Τεκμήριον γὰρ οὐ μικρὸν τοῦ φυσικῶς ἡμῖν ἐνεσπάρθαι τὴν τῆς προνοίας γνῶσιν ἡ φύσις αὐτὴ δίδωσιν, ὁπηνίκα ἂν ἡμᾶς ἀδιδάκτως ὥσπερ ὠθοῦσα πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τῶν εὐχῶν ἐν ταῖς ἐξαίφνης περιστάσεσιν ἐκεῖθεν ζητεῖν τὴν σωτηρίαν παρασκευάζει [12]. Ὑπ' ἀνάγκης γὰρ ἄφνω συλληφθέντες ἀπροαιρέτως, πρίν τινα καὶ σκέψασθαι, τὸν Θεὸν ἐπιβοώμεθα, ὡς ἂν τῆς προνοίας αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν καὶ λογισμῶν χωρὶς ἐλκούσης ἡμᾶς, καὶ τὸ τάχος τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς νικώσης δυνάμεως, καὶ πάντων ἰσχυροτέραν τὴν θείαν προδεικνυούσης βοήθειαν. Οὐκ ἂν δὲ ἡμᾶς ἦγεν ἀπροαιρέτως ἡ φύσις ἐπὶ τὸ μὴ φύσιν ἔχον γίνεσθαι. Πᾶν δὲ τὸ ὁτιοῦν φυσικῶς ἐπόμενον, ὡς πᾶσιν ἄδηλον, ἰσχυρὰν ἔχει καὶ ἀκαταμάχητον κατὰ τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας (**175** *a*) τὴν δύναμιν. Εἰ δὲ ὅτι ἀκατάληπτος ἡμῖν τῆς τῶν κατὰ μέρος προνοίας ὁ λόγος, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι κατὰ τὸ, *Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ*, διὰ τοῦτο φαῖεν μηδὲ πρόνοιαν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς ἐροῦσι κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον. Εἰ γὰρ πολλή τίς ἐστιν ἡ διαφορὰ καὶ ἀκατάληπτος τῶν ἀνθρώπων ἑκάστου πρὸς ἕκαστον καὶ ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἑκάστου ἐναλλαγὴ, ἔν τε βίοις καὶ ἤθεσι καὶ γνώμαις καὶ προαιρέσεσι καὶ ἐπιθυμίαις, ἐπιστήμαις τε καὶ

[a] Rom. xi, 33.

VARIÆ LECTIONES.

[11] καλὰ cod. Gud. m. pr. [12] παρασκευάζουσα habet apographum.

Digitized by Google

χρείαις καὶ ἐπιτηδεύμασι καὶ αὐτοῖς τοῖς κατὰ ψυχὴν λογισμοῖς ἀπείροις οὖσι σχεδὸν, καὶ πᾶσι τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν ἐπισυμβαίνουσι συμμεταβαλλομένου (ἀγχίστροφον γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον ὁ ἄνθρωπος, ὀξέως τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς χρείαις συμμεταβαλλόμενον), ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν πρόνοιαν, προγνωστικῶς πάντα συνειληφυῖαν κατὰ περιγραφὴν τὰ καθ' ἕκαστα, διάφορόν τε καὶ ποικίλην φαίνεσθαι καὶ πολυσχιδῆ, καὶ τῇ τῶν πεπληθυσμένων ἀκαταληψίᾳ συνεκτεινομένην ἑκάστῳ προσφόρως καθ' ἕκαστον καὶ πρᾶγμα καὶ νόημα, μέχρι καὶ τῶν ψιλῶν κινημάτων τῶν κατὰ ψυχὴν καὶ σῶμα συνισταμένων, ἁρμόζεσθαι. Εἰ οὖν τῶν κατὰ μέρος ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ διαφορὰ, καὶ τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς εἰκότως προνοίας ἄπειρος ὁ λόγος, ἀλλ' οὐκ, ἐπειδὴ ἄπειρός τε καὶ ἄγνωστος ἡμῖν τῆς τῶν κατὰ μέρος προνοίας ὁ λόγος τυγχάνει, τὴν ἰδίαν ἄγνοιαν ἀναίρεσιν ποιεῖσθαι τῆς πανσόφου τῶν ὄντων **κηδεμονίας** ὀφείλομεν, πάντα δὲ ἁπλῶς καὶ ἀνεξετάστως, θεοπρεπῶς τε καὶ συμφερόντως, τὰ τῆς προνοίας (**175** *b*) ἐφυμνεῖν ἔργα καὶ ἀποδέχεσθαι, καὶ καλῶς γίνεσθαι τὰ γινόμενα πιστεύειν, κἂν ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶν ἀνέφικτος. Πάντα δὲ λέγων τὰ τῆς προνοίας φημὶ, οὐ γὰρ τὰ κακῶς ὑφ' ἡμῶν κατὰ τὸν τοῦ [13] ἐφ' ἡμῖν λόγον γινόμενα· ταῦτα γὰρ τοῦ κατὰ τὴν πρόνοιαν λόγου παντελῶς ἀλλότρια. Τὸν μὲν οὖν σημαινόμενον τρόπον περὶ τῆς τῶν ἁγίων κατὰ τὸν λόγον καὶ τὴν θεωρίαν δυνάμεώς τε καὶ χάριτος ὑπὸ τοῦ μεγάλου τούτου διδασκάλου κατὰ τὸ δυνατὸν στοχαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀποφαντικῶς (πολλῷ γὰρ ἀπολείπεται τῷ μέτρῳ τῆς κατ' αὐτὸν ἀληθείας ὁ ἡμέτερος νοῦς), διὰ τῶν εἰρημένων ὑποδραμὼν τῷ λόγῳ, καὶ ὥσπερ ἰχνηλατήσας, τοιόνδε καθ' ὑπόνοιαν μόνον φημί.

et alia accidunt una commutatur (versatile enim hoc, cui homo nomen est, animal, cito temporibus atque necessitatibus commutatum), necesse est omnino providentiam quoque, præscie cuncta per singula ambitu suo complectentem, diversam et variam et multiplicem videri, atque, cum una cum rebus adeo multiplicatis ut numero comprehendi nequeant extendatur, secundum factum quodque et cogitatum, vel usque in tenues quæ menti aut corpori oboriantur motus unicuique convenienter accommodari. Quod si singulorum differentia notionem excedit, et infinita est ratio providentiæ illis se convenienter accommodantis, minime tamen, cum infinita et imperceptibilis nobis sit providentiæ singulas partes procurantis ratio, inde propria ignorantia sapientissimam rerum naturæ procurationem tollere debemus, sed omnia simpliciter et sine examine, Deo convenienter et utiliter, providentiæ laudare opera et accepta referre, et quæ fiunt bene fieri confidere, etiamsi rationem eorum non possumus assequi. Cuncta vero si dico, providentiæ res dico, videlicet non ea quæ a nobis secundum nostræ voluntatis et indolis rationem prave fiunt; hæc enim a providentiæ ratione plane absona. Modum igitur rationalis et contemplativæ sanctorum potestatis et gratiæ ab magno hoc magistro significatum postquam conjectura, non certa interpretatione (multum enim abest ut mens nostra illius veritatem æquiparet), per hanc disputationem verbo assequi ejusque quasi vestigia indagare conatus sum, talem esse duntaxat suspicor.

Θεωρία διάφορος τῆς διαβαθείσης ὑπὸ τῶν ἁγίων ὑλικῆς δυάδος, καὶ τίς ἡ ἐν τῇ Τριάδι νοουμένη ἑνότης (*o*).

Contemplatio diversa superatæ a sanctis materialis dyadis, et quænam in Trinitate intelligatur unitas.

Διὰ δὲ τοῦ ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν δυάδα γενέσθαι, διὰ τὴν ἐν τῇ Τριάδι νοουμένην ἑνότητα, τὸ ὑπὲρ τὴν ὕλην γενέσθαι καὶ τὸ εἶδος, ἐξ ὧν τὰ σώματα, τοὺς ἁγίους λέγειν ὑπονοῶ αὐτὸν, ἢ τὴν σάρκα καὶ τὴν ὕλην, ἅσπερ διασχόντας ἔφη Θεῷ συγγενέσθαι καὶ τῷ ἀκραιφνεστάτῳ κραθῆναι φωτὶ καταξιωθῆναι, τουτέστι τὴν πρὸς τὴν σάρκα τῆς ψυχῆς σχέσιν, καὶ διὰ τῆς σαρκὸς πρὸς τὴν ὕλην, ἢ καθόλου εἰπεῖν, πάσης τῆς αἰσθητικῆς οὐσίας πρὸς τὴν αἰσθητὴν ἀποθεμένους φυσικὴν οἰκειότητα, τῆς δὲ θείας μόνης γνησίως ἐπιλαβομένους ἐφέσεως, διὰ τὴν, ὡς ἔφην, νοουμένην ἐν τῇ Τριάδι ἑνότητα. Μέσην γὰρ κειμένην Θεοῦ καὶ ὕλης τὴν ψυχὴν ἐγνωκότες, καὶ τὰς πρὸς ἄμφω ἑνοποιοὺς δυνάμεις ἔχουσαν, τὸν νοῦν λέγω πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πρὸς τὴν ὕλην τὴν αἴσθησιν, τὴν μὲν αἴσθησιν μετὰ τῶν αἰσθητῶν παντελῶς (**176** *a*) ἀπετινάξαντο, κατὰ τὴν ἐν διαθέσει σχετικὴν ἐνέργειαν, κατὰ δὲ τὸν νοῦν μονώτατον ἀῤῥήτως

Quod autem materialem dyadem superent sancti, propter unitatem in Trinitate intellectam, significari ab eo suspicor materiam atque formam, unde sunt corpora, superatas aut carnem et materiam, quibus disruptis cum Deo congressi purissima luce temperari atque perfundi mereri, hoc est animæ ad carnem, et per carnem ad materiæ relationem, vel, ut in universum loquar, omni sensuali essentia cum sensibili exuti naturalem necessitatem, divinum duntaxat recte appetitum secuti, propter unitatem quæ, ut dixi, in Trinitate intelligitur. Cum enim mediam inter Deum et materiam collocatam animam esse intellexerint, et habere in utrumque uniendi sese conflandique potestates, intellectum, inquam, in Deum et in materiam sensum, sensum quidem una cum sensibilibus plane abjecerunt, per relativam in affectione operationem, et per solum intellectum ineffabili modo eam ad Deum accom-

VARIÆ LECTIONES.

[13] Hic vocabulum, quod cum τοῦ jungatur, excidisse suspicor.

(0) Cf. Greg. Naz. Orat. III, *De pace*, cap. 8, p. 430, tom. I, Opp. ed. Ben.

Digitized by Google

modaverunt, quocum totam, tanquam formæ primigeniæ imaginem tam mente quam ratione ac spiritu, incomprehensibili modo unitam, ut quæ similitudinem humano captui parem haberet, videntes, unitatem in Trinitate intellectam mystice didicerunt. Fortasse vero etiam animum et concupiscentiam materialem dyadem appellavit magister, propterea quod materiæ adhæreant sintque passivæ animæ partis potestates, quæ cum ratione seditiose contendant mentemque in multa distrahere possint, nisi ab initio sibi coercuerit eas atque subjugaverit. Quas si quis devicerit et currere quo debent eis persuaserit, adeo ut rationis imperio subjectæ appareant, aut etiam omnino reliquerit eas, et solus teneatur rationali et contemplativa quæ in neutram partem vergat secundum charitatem gnostice illecebra, ad unam et solam ex multis eamque puram et simplicem et indivisam vis de appetitu fortissimæ motionem contractus, qua circa Deum perpetuo in identitate perennis appetitus motionis sibi stabilitatem philosophice firmavit, is revera beatus est, et attigit non veram solum et beatam unitionem cum sancta Trinitate, sed unitatem quoque in sancta Trinitate intellectæ, simplex videlicet et indivisus et uniformis secundum potestatem cum simplici secundum essentiam et indivisa illa congressus, et secundum habitum virtutum bonitatem sibi semper constantem pro viribus suis æmulatus, proprietate potestatum naturaliter divisibilium per gratiam uniti Dei deposita.

A αὐτὴν τῷ Θεῷ προσαρκείωσεν, πρὸς ὃν ὅλον ἀγνώστως ἐνωθεῖσαν ὅλην ὡς ἀρχετύπου εἰκόνα κατὰ νοῦν καὶ λόγον καὶ πνεῦμα, ὡς ἐφικτὸν καθ' ὁμοίωσιν ἔχουσαν τὸ ἐμφερὲς θεασάμενοι, τὴν ἐν τῇ Τριάδι νοουμένην ἑνότητα μυστικῶς ἐδιδάχθησαν. Τυχὸν δὲ καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὑλικὴν δυάδα προσηγόρευσεν ὁ διδάσκαλος, διὰ τὸ προσύλους καὶ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς μέρους αὐτὰς εἶναι δυνάμεις, καὶ πρὸς τὸν λόγον στασιαζούσας, καὶ εἰς πολλὰ σχεδάσαι τὸν νοῦν δυναμένας, εἰ μὴ ἐξ ἀρχῆς ἐπιστημόνως ἄγχων ἑαυτῷ ὑποζεύξειεν. Ὧν εἴ τις κρατήσειε καὶ ἐφ' ἃ δεῖ πρεπόντως φέρεσθαι πείσειε, δουλικῶς ὑπεζευγμένας τῇ δυναστείᾳ τοῦ λόγου, ἢ καὶ παντελῶς αὐτὰς ἀπολιπὼν ἀπολίποι, καὶ μόνος τῆς ἀρρεποῦς κατ' ἀγάπην γνωστικῆς διὰ λόγου καὶ θεωρίας ἔχεται θέλξεως, καὶ πρὸς μίαν καὶ μόνην ἐκ τῶν πολλῶν καθαράν τε καὶ ἁπλῆν καὶ ἀδιαίρετον τῆς κατ' ἔφεσιν ἀῤῥενωτάτης δυνάμεως κίνησιν συνεστάλη, καθ' ἣν περὶ Θεὸν ἀκαταλήκτως ἐν ταυτότητι τῆς κατ' ἔφεσιν ἀεικινησίας ἑαυτῷ φιλοσόφως ἐπήξατο τὴν μονιμότητα, μακάριος ὄντως ἐστὶ τῆς ἀληθοῦς τε καὶ μακαρίας τυχὼν οὐ μόνον ἑνώσεως τῆς πρὸς τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἀλλὰ καὶ ἑνότητος τῆς ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι νοουμένης, ὡς ἁπλοῦς καὶ ἀδιαίρετος καὶ μονοειδὴς κατὰ τὴν δύναμιν πρὸς τὴν ἁπλῆν καὶ ἀδιαίρετον κατὰ τὴν οὐσίαν γεγενημένος, καὶ κατὰ τὴν ἕξιν τῶν ἀρετῶν τὴν ὡσαύτως ἔχουσαν ἀγαθότητα κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἐκμιμούμενος, καὶ τὴν ἰδιότητα τῶν κατὰ φύσιν μεριστῶν δυνάμεων διὰ τὴν τοῦ ἑνωθέντος Θεοῦ [14] χάριν ἀποθέμενος.

B

C

Enarratio de passibili animæ, deque universalibus ejus divisionibus et subdivisionibus.

Dividitur enim, ut dicunt, animæ passibile in eam partem quæ rationi obedit et in eam quæ non obedit rationi. Atque eam qui non obedit rationi dividunt in eam qui alit et nutrit, quam physicam appellant, et in physicam, quam appellant vitalem, quarum neutra rationi obediens agitur, non obediens vero rationi ideo appellatur, quia non ratione agitur. Crescere enim, vel bona valetudine uti, vel vivere, non penes nos est. Illa autem quæ rationi obedit in duo dividitur, in concupiscentivum et indignativum. Obediens vero rationi vocant quia rationi in bonis agatur et subjiciatur. Rursus concupiscentivum dividunt in voluptatem et dolorem. Concupiscentia enim voti sui compos voluptatem efficit, non compos, dolorem. Et rursus secundum alium modum concupiscentiam tradunt divisam quatuor una cum se ipsa formas efficere universas, concupiscentiam, voluptatem, metum, dolorem. Cumque rerum pars bona sit, pars mala, hæc vero aut præsentia sint aut futura, bonum quod exspectatur concupiscentiam vocavit, quod præsens, voluptatem; et rursus malum quod exspectatur, metum,

Ἐξήγησις περὶ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τῶν αὐτοῦ καθολικῶν διαιρέσεών τε καὶ ὑποδιαιρέσεων.

176 *b*) Διαιρεῖται γάρ, ὥς φασι, τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς εἴς τε τὸ ἐπιπειθὲς λόγῳ, καὶ τὸ μὴ πειθόμενον λόγῳ. Καὶ τὸ μὲν λόγῳ μὴ πειθόμενον διαιροῦσιν εἰς τὸ θρεπτικὸν, ὃ καλοῦσι φυσικὸν, καὶ εἰς τὸ φυσικὸν, ὃ καλοῦσι ζωτικὸν, ὧν οὐδέτερον [15] λόγῳ πειθόμενον ἄγεται· οὐκ ἐπιπειθὲς δὲ λόγῳ καλεῖται, ἐπειδὴ μὴ πέφυκεν ἄγεσθαι λόγῳ. Τὸ γὰρ αὐξάνειν, ἢ ὑγιαίνειν, ἢ ζῆν, οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. Τὸ δὲ ἐπιπειθὲς λόγῳ διαιρεῖται εἰς δύο, τό τε ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμικόν. Ἐπιπειθὲς δὲ λόγῳ καλοῦσιν αὐτὸ, διότι λόγῳ πέφυκεν ἐν τοῖς σπουδαίοις ἄγεσθαί τε καὶ ὑποτάσσεσθαι. Πάλιν δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν διαιροῦσιν εἰς ἡδονὴν καὶ λύπην. Ἐπιτυγχάνουσα γὰρ ἐπιθυμία ἡδονὴν ἐργάζεται, ἀποτυγχάνουσα δὲ λύπην. Καὶ πάλιν καθ' ἕτερον τρόπον φασὶ τὴν ἐπιθυμίαν διαιρουμένην τέσσαρα σὺν ἑαυτῇ τὰ πάντα εἴδη ποιεῖν, ἐπιθυμίαν, ἡδονὴν, φόβον, καὶ λύπην. Καὶ ἐπειδὴ τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθὰ, τὰ δὲ φαῦλα, ταῦτα δὲ ἢ παρόντα ἢ μέλλοντά ἐστι, προσδοκώμενον μὲν ἀγαθὸν ἐπιθυμίαν ἐκάλεσε, παρὸν δὲ ἡδονὴν, καὶ πάλιν προσδοκώμενον κακὸν φόβον, παρὸν δὲ λύπην· ὡς εἶναί τε καὶ θεωρεῖσθαι

D

VARIÆ LECTIONES

[14] Χριστοῦ cod. Gud m. pr. [15] οὐ δεύτερον cod. Gud.

Digitized by Google

περὶ μὲν τὰ καλὰ, εἴτε τὰ ὄντως ὄντα, εἴτε τὰ νομιζόμενα, τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, περὶ δὲ τὰ φαῦλα τὴν λύπην καὶ τὸν φόβον. Πάλιν δὲ τὴν λύπην διαιροῦσιν εἰς τέσσαρα, εἰς ἄχος, εἰς ἄχθος, εἰς φθόνον, εἰς ἔλεον. Καὶ τὸ μὲν ἄχος εἶναί φασι λύπην ἀφωνίαν ἐμποιοῦσαν οἷς ἂν ἐγγένηται, διὰ τὴν εἰς βάθος πάροδον τοῦ λογιστικοῦ· τὸ δὲ ἄχθος λύπην βαροῦσάν τε καὶ διοχλοῦσαν ἐπ' ἀβουλήτοις συμβάσεσι· τὸν δὲ φθόνον λύπην ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· τὸ δὲ ἔλεος λύπην ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. Κακὸν δὲ πᾶσαν λύπην ἔφασαν τῇ ἑαυτῆς φύσει. Κἂν γὰρ ὁ σπουδαῖος ἐπ' ἀλλοτρίοις (**177** *a*) λυπῆται κακοῖς, ὡς ἐλεήμων, ἀλλ' οὐ προηγουμένως κατὰ πρόθεσιν, ἀλλ' ἐφεπομένως κατὰ περίστασιν. Ὁ δὲ θεωρητικὸς κἂν τούτοις ἀπαθὴς διαμένει, συνάψας ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, καὶ τῶν τῇδε παρόντων ἀλλοτριώσας. Τὸν δὲ φόβον πάλιν διαιροῦσιν εἰς ἕξ, εἰς ὄκνον, εἰς αἰδὼ, εἰς αἰσχύνην, εἰς κατάπληξιν, εἰς ἔκπληξιν, εἰς ἀγωνίαν. Καὶ τὸν μὲν ὄκνον εἶναί φασι, φόβον μελλούσης ἐνεργείας, τὴν αἰδὼ δὲ φόβον ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου, τὴν δὲ αἰσχύνην φόβον ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ, τὴν δὲ κατάπληξιν φόβον ἐκ μεγάλης φαντασίας, τὴν δὲ ἔκπληξιν φόβον ἐκ μεγάλων ἀκουσμάτων τὴν αἴσθησιν ἀφαιρούμενον, τὴν ἀγωνίαν δὲ φόβον διαπτώσεως, τουτέστιν ἀποτυχίας. Φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν ἀγωνιῶμεν. Καλοῦσι δέ τινες αὐτὴν καὶ δειλίαν. Τὸν δὲ θυμὸν πάλιν εἶναι λέγουσι ζέσιν τοῦ περικαρδίου αἵματος δι' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. Διαιροῦσι δὲ καὶ τοῦτον εἰς τρία, εἰς ὀργὴν, ἣν τινες ἐκάλεσαν χολὴν καὶ χόλον, καὶ εἰς μῆνιν, καὶ εἰς κότον. Καὶ τὴν μὲν ὀργὴν εἶναί φασι θυμὸν πρὸς ἐνέργειαν ἀρχὴν καὶ κίνησιν ἔχοντα, ἢ θυμὸν ἐνεργούμενον· τὴν δὲ χολὴν τὴν δι' ἄλλου ἄμυναν τοῦ λυπήσαντος· τὸν δὲ χόλον τὴν δι' ἑαυτοῦ τοῦ λυπηθέντος ἐπεξέλευσιν εἰς τὸν λυπήσαντα· τὴν δὲ μῆνιν θυμὸν εἰς παλαίωσιν (εἴρηται δὲ παρὰ τὸ μένειν καὶ τῇ μνήμῃ παρακατέχεσθαι), τὸν δὲ κότον θυμὸν ἐπιτηροῦντα καιρὸν εἰς τιμωρίαν· εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κεῖσθαι καὶ οὗτος. Διαιροῦσι δὲ καὶ τούτων ἕκαστον εἰς ἄλλα πολλά. Ἅπερ εἰ βουληθείη τις δι' ἀκριβοῦς ἐξετάσεως παραδοῦναι γραφῇ, πολὺν ἀθροίσει λόγον καὶ χρόνον δαπανήσει, ὡς (**177** *b*) μηδὲ ἀνεκτὸν εἶναι τοῖς ἐντυγχάνουσι διὰ τὸ πλῆθος. Μέγα οὖν καὶ θαυμαστὸν ὄντως ἐστὶ καὶ πολλῆς δεόμενον προσοχῆς τε καὶ σπουδῆς, καὶ πρὸ τούτων τῆς θείας ἐπικουρίας, τὸ δυνηθῆναι πρῶτον μὲν τῆς ὑλικῆς δυάδος τῶν ἐμφύτων κρατῆσαι δυνάμεων, θυμοῦ λέγω καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὰς μερισμοῦ, καὶ μακάριος ὃς ἄγειν ἑτοίμως ταύτας ὅποι τῷ λόγῳ δοκεῖ δεδύνηται, μέχρις ἂν τοῖς πρακτικοῖς διὰ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας τῶν προτέρων καθαίρηται λογισμῶν.

A præsens vero, dolorem : adeo ut voluptas et concupiscentia ad bona pertineant et circa ea appareant, sive revera sunt, sive putantur, circa mala vero dolor et metus. Rursus dolorem dividunt in quatuor, in mœrorem, in molestiam, in invidiam, in misericordiam. Atque mœrorem dicunt esse dolorem obmutescere facientem eos qui sint ipso affecti, propterea quod ea animæ pars quæ rationis ac consilii sedes est, hoc est λογιστικὸν, in profundum transgrediatur; molestiam autem dolorem gravantem et turbantem in casibus injucundis; invidiam vero dolorem in lætis rebus alienis; misericordiam denique dolorem in rebus alienis adversis atque miseris. Malum vero omnem dolorem statuerunt sua ipsius natura. Etiamsi enim vir bonus in aliorum rebus adversis dolet, ut misericors, tamen non ex professo et secundum propositum, sed secundario per occasionem. Contemplativus contra vel in his vacat affectu, Deo congregatus, et his terrenis rebus alienatus. Metum vero rursus dividunt in sex partes, in tergiversationem, verecundiam, pudorem, stuporem, consternationem, torporem. Et tergiversationem quidem definiunt metum actionis futuræ, verecundiam vero metum de exspectatione vituperii; pudorem dein metum de re turpi perpetrata; stuporem metum de grandi et vehementi imaginatione conceptum; consternationem metum ex immanibus rumoribus qui sensum auferunt; agoniam denique, vel torporem, metum lapsus, id est successus infelicis atque spei frustratæ. Nam dum metuimus ne voti compotes fiamus, torpemus. Quam sunt etiam qui timiditatem vocant : Θυμὸν, sive indignationem, vero rursus interpretantur fervorem sanguinis circum præcordia propter desiderium doloris vicissim infligendi. Etiam hanc dividunt modo triplici, in ὀργὴν, quam sunt qui χολὴν et χόλον appellarunt, et in μῆνιν, et in κότον. Atque ὀργὴν quidem definiunt indignationem quæ principium et motum habet ad agendum, sive indignationem agitatam; χολὴν autem vindictam per alterum sumptam de eo qui injuriam intulit; χόλον contra si quis per seipsum, cui illata est injuria, eum qui intulit persequitur : μῆνιν porro indignationem inveterascentem (vocata est enim μῆνις de eo quod memoria retinetur); denique κότον indignationem tempus vindictæ observans, qui dictus est item inde quod quasi reconditus jacet intus et manet. Dividunt vero horum unumquodque in alia multa; quæ si quid accurate perquirere et litteris tradere voluerit, sermonem nimium cumulabit et tempus insumet, quæ abundantia a lectoribus ferri non possit. Magnum itaque atque admirandum revera est, et quod multa attentione et studio, ac divina præsertim ope indigeat, primum quidem posse materialem innatarum potestatum dyadem superare, indignationem, inquam, et concupiscentiam, earumque in quas patent divisæ species, atque beatus est qui expedite has ducere quocunque rationi placebit potuerit, usque dum practicis, id est activis, ab eis quas ante habuit purgetur per philosophiam moralem.

Digitized by Google

Contemplatio ex Scriptura de eo quod qui cognoscendi facultate præditus est cum lege naturæ non debeat conjungere legem sapientiæ, et quid sibi velit littera alpha Abrahami nomini addita.

Deinde vero etiam superare eas potestates ac prorsus excutere, tanquam Agarem et Ismaelem, Abrahamus ille magnus, cum ejus mens jam ut in Isaaci illius sacrificio circa divina spectacula exerceri norit, a voce divina per cogitationem descendentem eruditus divinam liberæ spiritualis cognitionis in mente progeniem, quæ cum servili carnis semine conjuncta est, beatam annuntiationem impetrare non posse, quæ est deificationis gratia eorum quæ Dominum diligunt spei exposita, quam typice jam anticipaverat, monadis rationi per fidem mystice adjunctus, qua uniformis factus, vel potius de multis unus, solus ad solum plane Deum magnifice congregatus est, nulla omnino circa aliud quid eorum quæ dissipata sunt qualiscunque cognitionis imagine simul illata, id quod alpha litteræ, quæ nomini ejus addita est, vi significari puto. Quare etiam eorum qui, omnibus quæ post Deum sunt abdicatis, per fidem ad Deum adducti sunt, pater appellatus est [p], utpote qui eisdem per fidem in spiritu imaginibus patri similes esse liberi possent.

A *Θεωρία ἐκ τῆς Γραφῆς περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὸν γνωστικὸν τῷ τῆς φύσεως νόμῳ τὸν τῆς σοφίας λόγον συνάπτειν, καὶ τίς ἡ προσθήκη τοῦ ἄλφα στοιχείου εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβραάμ.*

Ἔπειτα δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτὰς γενέσθαι καὶ παντελῶς ἀπώσασθαι, ὡς τὴν Ἄγαρ καὶ τὸν Ἰσμαὴλ, ὁ Ἀβραὰμ ἐκεῖνος ὁ μέγας, τοῦ λογιστικοῦ ἤδη περὶ τὰ θεῖα κατὰ τὸν Ἰσαὰκ ἐκεῖνον γυμνασθῆναι δυναμένου θεάματα, ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν γνῶσιν φερομένης θείας φωνῆς διδασκόμενος, μὴ δύνασθαι τὸ κατὰ νοῦν θεῖον τῆς ἐλευθέρας κατὰ πνεῦμα γνώσεως γέννημα, τῷ δουλικῷ τῆς σαρκὸς ἐπισυνημμένον σπέρματι, τῆς μακαρίας τυχεῖν ἐπαγγελίας, ἥτις ἐστὶν ἡ κατ' ἐλπίδας προκειμένη τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον τῆς θεώσεως χάρις, ἣν ἤδη τυπικῶς ὑπῆρχε προειληφὼς, τῷ περὶ μονάδος λόγῳ διὰ πίστεως μυστικῶς συναφθεὶς, καθ' ὃν ἐνοειδὴς γενόμενος, μᾶλλον δὲ ἐκ πολλῶν εἷς, μόνος πρὸς μόνον δι' ὅλου τὸν Θεὸν μεγαλοπρεπῶς συνήχθη, μηδένα τὸ παράπαν τῆς οἰασοῦν περί τι ἄλλο τῶν σκεδαστῶν γνώσεως τύπον ἑαυτῷ συνεπιφερόμενος, ὅπερ οἶμαι δηλοῦν τὴν τοῦ δοθέντος εἰς προσθήκην τοῦ ὀνόματος ἄλφα γράμματος δύναμιν. Διὸ καὶ πατὴρ τῶν διὰ πίστεως προσαγομένων (**178** *a*) Θεῷ κατὰ στέρησιν πάντων τῶν μετὰ Θεὸν ἐχρημάτισεν, ὡς τοὺς αὐτοὺς κατὰ πίστιν ἐν πνεύματι τύπους τῷ πατρὶ τῶν τέκνων ἐμφερῶς ἔχειν δυναμένων.

B

Contemplatio in Moysen de detractis calceis.

Quod in principio gnosticæ vitæ fortasse etiam Moyses ille, cum accederet ad conspectum lucis in rubo mystice apparentis, a divina voce: *Solve calceos de pedibus tuis, nam ubi stas terra sancta est* [q], didicit animam ab omnibus corporalibus secundum affectionem perfecte solutam esse, eam quæ contemplationis via ad res cœlestes intelligendas gnosticam perfectionem sit instituta, ac perfectam pristinæ in carnis habitu vitæ alienationem tenere per calceos depositos.

C *Θεωρία εἰς τὸν Μωϋσῆν περὶ τῶν ἀφαιρουμένων ὑποδημάτων.*

Τοῦτο τυχὸν ἐν ἀρχῇ τῆς γνωστικῆς ἀγωγῆς καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς ἐκεῖνος διδασκόμενος ὑπὸ τῆς θείας φωνῆς ἐπαιδεύετο, ἡνίκα προσῆγεν ἰδεῖν τὸ ἐν τῇ βάτῳ μυστικῶς φανταζόμενον φῶς φασκούσης, *Λῦσον τὰ ὑποδήματα ἀπὸ τῶν ποδῶν σου, ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας γῆ ἁγία ἐστὶ*, τὸ δεινῶς, οἶμαι, τῶν σωματικῶν ἁπάντων ἀπολελύσθαι κατὰ διάθεσιν τὴν ψυχὴν, μέλλουσαν τὴν διὰ θεωρίας πρὸς τὴν τῶν ὑπερκοσμίων νόησιν γνωστικὴν ποιεῖσθαι πορείαν, καὶ τελείαν τοῦ ἐν σχέσει σαρκὸς προτέρου βίου ἀλλοτρίωσιν διὰ τῆς τῶν ὑποδημάτων ἔχειν ἀποθέσεως.

Contemplatio in partes sacrificiorum.

Hoc rursus fortasse idem perdivinus Moyses in sacrificiorum regulis significabat, adipem et renes et pectus et jecinoris fibram de hostiis jubens præcidi [r], ipsas nimirum generales nostrarum passionum potestates, indignationem dico et concupiscentiam, quæ vera est materialis dyas, earumque vires activas esse præcidendas et comburendas divino igni potestatis mysticæ per cognitionem, concupiscentia quidem per renes, activa vero ejus vi, hoc est voluptate, per pinguedinis partes, sive adipem, indignatione per pectum, et activa ejus vi

D *Θεωρία εἰς μέρη τῶν θυσιῶν.*

Τοῦτο πάλιν ἴσως ὁ αὐτὸς θειότατος Μωϋσῆς ἐν ταῖς τῶν θυσιῶν διατάξεσι παρεδήλου τῶν ἱερείων ἀφαιρεῖν τὸ στέαρ, καὶ τοὺς νεφροὺς, καὶ τὸ στηθύνιον, καὶ τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος, ἐπιτάσσων, τὸ δεῖν αὐτάς τε τὰς γενικὰς τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν δυνάμεις, τὸν θυμὸν λέγω καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν ὄντως ὑλικὴν δυάδα, καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν ἀφαιρεῖν, καὶ τῷ θείῳ πυρὶ τῆς κατὰ γνῶσιν μυστικῆς ἐκτῆξαι δυνάμεως, τῆς μὲν ἐπιθυμίας διὰ τῶν νεφρῶν, τῆς δὲ ἐνεργείας αὐτῆς, τουτέστι τῆς ἡδονῆς, διὰ τοῦ λίπους, ἤτοι τοῦ στέατος δηλουμένης, καὶ τοῦ θυμοῦ

[p] Gen. xvii, 5. [q] Exod. iii, 5. [r] Levit. vii, 30.

Digitized by Google

διὰ τοῦ στηθυνίου, τῆς δὲ κατ' αὐτὸν ἐνεργείας, διὰ τοῦ λοβοῦ τοῦ ἥπατος, ἐν ᾧ ἡ πικρὰ καὶ δριμυτάτη πέπηγε χολή, σημαινομένων.

per fibram jecinoris, cum qua amara et acris bilis cohæret, significatis.

Θεωρία σύντομος εἰς τὴν κατὰ νόμον διάφορον λέπραν.

Τοῦτο πάλιν κἀν τῷ περὶ λέπρας τόπῳ σοφῶς οἶμαι παρεμφαίνειν δι' αἰνιγμάτων συμβολικῶν, τὴν ἀφὴν τῆς λέπρας εἰς τέσσαρα (**178** *b*) γένη μερίσαντα, εἰς λευκὸν καὶ χλωρὸν καὶ ξανθὸν καὶ ἀμαυρὸν, δι' ὧν τό τε θυμικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν εἰς τὰ ὑπ' αὐτὰ εἴδη διαιρούμενα δείκνυται, τῆς μὲν ἐπιθυμίας διὰ τοῦ λευκοῦ καὶ χλωροῦ, εἰς ἡδονὴν καὶ λύπην μερίζεσθαι δηλουμένης, τοῦ δὲ θυμοῦ διὰ τοῦ ξανθοῦ καὶ τοῦ ἀμαυροῦ εἰς ὀργὴν καὶ μῆνιν καὶ τὴν κεκρυμμένην κακουργίαν τῆς ὑποκρίσεως τεμνομένου. Ταῦτα γὰρ πρῶτα γένη τῶν ὑπ' αὐτὰ παθῶν, ὥς φασι, καὶ πάντων ἀρχηγικώτερα τῶν τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας γεννήματα, οἷς τὴν νοσηλευομένην ψυχὴν οὐχ οἷόν τε, ἕως ὑπὸ τούτων κατέστικται, τοῖς τῆς θείας ἠξιωμένοις παρεμβολῆς ἐναρίθμιον εἶναι.

Contemplatio brevis in diversam secundum legem lepram [s].

Hoc rursus etiam in loco de lepra sapienter per symbolicas imagines significare arbitror, lepræ affectionem in quatuor genera discernit, in album, et viride, et rubrum, et cæcum, per quæ concupiscentivum et indignativum in species suas divisa ostenduntur, concupiscentia quidem per album et viride in voluptatem et dolorem indignatione vero per rubrum et cæcum in iram et succensionem, occultamque simulationis malitiam discreta. Hæc enim primaria sunt genera earum, ut dicunt, affectionum et omnium principaliores indignationis et concupiscentiæ progenies, quibus quæ anima comprehensa atque infecta, quandiu ab eis compungitur in divinæ phalangis numero censeri non potest.

Θεωρία εἰς τὸν Φινεὲς καὶ τοὺς ἀναιρεθέντας ὑπ' αὐτοῦ.

Τοῦτο καὶ τὸν θαυμαστὸν οἶμαι Φινεὲς ἐκεῖνον τῷ καθ' ἑαυτὸν ζήλῳ παραινίττεσθαι. Τὴν γὰρ Μαδιανῖτιν τῷ Ἰσραηλίτῃ συγκαταιχμάσας, μυστικῶς διὰ τοῦ δόρατος τὴν ὕλην τῷ εἴδει, καὶ τῷ θυμῷ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ἀλλόφυλον ἡδονὴν τῷ ἐμπαθεῖ λογισμῷ διὰ τῆς τοῦ ἀρχιερέως λόγου δυνάμεως συναπωθεῖσθαι χρῆν παντάπασι τῆς ψυχῆς ἐνέφαινεν. Εἶδος [16] γὰρ πρὸς ὕλην τρόπον ἐπέχει, ὅ τε θυμὸς πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, τῷ προσεγγισμῷ διδοὺς αὐτῇ κίνησιν, καθ' ἑαυτὴν οὖσαν ἀκίνητον, ὅ τε λογισμὸς πρὸς τὴν ἡδονὴν, εἰδοποιεῖν αὐτὴν πεφυκώς, ἀνείδεον καὶ ἄμορφον κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ὑπάρχουσαν. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ αὐτὴ τῶν ὀνομάτων ἡ δύναμις. Χασβὴ γὰρ ἡ Μαδιανῖτις ὀνομάζεται, ὅπερ ἐστὶ *Γαργαλισμός μου*, καὶ Ζαμβρὶ ὁ Ἰσραηλίτης, ὅπερ ἐστὶν Ἄσμά [17] *μου*, τουτέστι μετεωρισμός μου. Ἐπειδὰν οὖν τῆς θείας ἀπονεῦσαν μελέτης τε καὶ ἐνατενίσεως τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς καὶ μετεωρισθὲν τῷ ὑλικῷ τῆς σαρκὸς γαργαλισμῷ (**179** *a*) συμπλακῇ κατὰ τὴν κάμινον τῆς ἁμαρτίας, τοῦ ζηλωτοῦ πάντως δεῖται ἀρχιερέως λόγου, πρὸς ἀναίρεσιν μὲν τῶν οὕτω κακῶς ἀλλήλοις συμπεπλεγμένων, ἀποστροφὴν δὲ τῆς φερομένης θείας ἀγαναχτήσεως.

Contemplatio in Phinees, et qui ab eo interfecti sunt [t].

Hoc etiam admirabilem illum Phinees zelo suo significare arbitror. Madianitidem enim una cum Israelita mystice jaculo transfigens, materiam una cum forma, et concupiscentiam una cum indignatione, et alienigenam voluptatem una cum cogitatione affectu irretita per pontificis rationis vim simul excutiendas omnino ex anima esse indicavit. Forma enim ad materiam applicat modum, et indignatio ad concupiscentiam, appropinquando commovens quæ per se immobilis est, et cogitatio ad voluptatem, cui formam præbet, cum alias forma ac specie secundum propriam rationem careat. Indicat hoc vel ipsa nominum vis et significatio. Chasbi enim Madianitis illa appellatur, quod est, *Titillatio mei*, et Zambri Israelita, quod est *Canticum mei*, id est elevatio mei in sublime. Cum igitur divinam meditationem et intuitionem aversata animæ pars rationalis, sive λογιστικὸν, atque in sublime evecta cum materiali titillatione coit in peccati ardore, acri omnino pontifice ratione opus est, tam ad tollendum quæ tam improbe coiverunt, quam ad avertendam divinæ iræ invasionem.

Θεωρία εἰς τὸ, « Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, καὶ [18] *εἰς τὸ, Μήτε ῥάβδον μήτε πήραν μήτε ὑποδήματα χρῆναι τοὺς ἀποστόλους βαστάζειν. »*

Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος αὐτὸς, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, τυχὸν παρεδήλου, τοῦτο μὲν ἐν οἷς φησι, *Μὴ δῶτε τὸ*

Contemplatio in illud : « Ne date sacra canibus [u], *» Item in illud : « Quod neque baculum, neque peram, neque calceos apostoli debeant ferre* [v]. *»*

Hoc etiam ipse Dominus, ut mihi videtur, fortasse significavit, partim ubi dicit : *Ne date sacrum*

[s] Levit. XIII, passim. [t] Num. XXV, 7 seqq. [u] Matth. VII, 6. [v] Luc. IX, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[16] εἴδους cod. Gud. [17] ἄσμα cod. Gud. [18] καὶ desideratur in cod. Gud.

Digitized by Google

canibus, neve projicite margaritas porcis, sacrum, ni fallor, vocans intellectuale in nobis, ut divinæ gloriæ imaginem, quod ne improbe ab indignationis motibus allatrari ac perturbari sineremus vetuit, margaritas vero divinas ejus et splendidas cogitationes, quibus omne dignum ornatur et nobile, quas cogitationes intaminatas et ab impuris materialis concupiscentiæ passionibus liberas servandas præcepit : partim ubi ad sanctos suos discipulos ad prædicandum emissos, dum ut succincti omnique supervacaneo liberi essent informat inter alia hoc quoque dicit : *Ne autem peram tollite in viam, aut baculum, aut calceos in pedes vestros*, cum nimirum sit necesse ut qui sese ad sublimem cognitionis iter accinxerit omni materiali pondere vacet, et omni patibili de concupiscentia et indignatione affectione liberetur, quemadmodum demonstrat pera et baculus, quorum altera concupiscentiam, alter indignationem significat, in primis vero ut nudus sit hypocriseos improbitate, quæ calceamenti instar vitæ vestigium obtegit et animæ patibile æquitatis figmento obscurat; quam hypocrisin Pharisæi induti, speciem pietatis, non ipsam pietatem habentes, etiamsi latere sibi videbantur, tamen a ratione confutati esse didicerunt.

A *ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ βάλλετε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων*, ἅγιον ἴσως καλῶν τὸ ἐν ἡμῖν νοερὸν, ὡς θείας ἀπεικόνισμα δόξης, ὅπερ μὴ κακῶς ἐᾷν ὑπὸ τῶν θυμικῶν κινημάτων καθυλακτούμενον ἐκταράσσεσθαι παρηγγύησε, μαργαρίτας δὲ τὰ θεῖα καὶ λαμπρὰ τούτου νοήματα, οἷς τίμιον ἅπαν κοσμεῖσθαι πέφυκεν, ἅπερ διαφυλάττειν ἀμόλυντα καὶ τῶν ἀκαθάρτων τῆς ὑλικῆς ἐπιθυμίας παθῶν ἐλεύθερα δεῖν παρεκελεύσατο· τοῦτο δὲ ἐν οἷς πρὸς τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μαθητὰς ἀποστελλομένους ἐπὶ τὸ κήρυγμα περὶ τοῦ πῶς εὐσταλεῖς αὐτοὺς εἶναι καὶ ἀπεριττους διατυπῶν καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις φησὶ, *Μὴ δὲ πήραν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥάβδον, μήτε ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας ὑμῶν*, ὡς δέον τὸν τῆς ὑψηλῆς κατὰ τὴν γνῶσιν πορείας ἐπειλημμένον παντὸς μὲν ὑλικοῦ βάρους; ἐλεύθερον εἶναι, πάσης δὲ τῆς κατ' ἐπιθυμίαν καὶ θυμὸν ἐμπαθοῦς διαθέσεως καθαρὸν, ὡς δηλοῖ ἥ τε πήρα καὶ ἡ ῥάβδος, ἡ μὲν τὴν ἐπιθυμίαν, ἡ δὲ τὸν θυμὸν ἐπισημαίνουσα, μάλιστα δὲ τῆς καθ' ὑπόκρισιν γυμνὸν κακουργίας, τῆς οἷον ὑποδήματος δίκην τοῦ βίου τὸ ἴχνος ἐπικαλυπτούσης, καὶ τὸ ἐμπαθὲς τῆς ψυχῆς ἐπικρυπτούσης (**179** *b*) ἐπιεικείας πλάσματι· ἣν ὑποδησάμενοι ἀφρόνως οἱ Φαρισαῖοι, μόρφωσιν εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ εὐσέβειαν ἔχοντες, καὶ εἰ λαθεῖν ἐνόμιζον, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐλεγχθέντες ἐδιδάχθησαν [19].

B

Contemplatio de lunatico.

Qua materiali dyade, indignationis, inquam, et concupiscentiæ, rursus Dominus, ni fallor, lunaticum liberavit [x], vel potius, cum malus dæmon igni indignatione et aqua concupiscentia eum perdere vellet, coercuit, atque sustulit rabiem furiosam (lunæ enim increscendo decrescendoque habitus nihil differt ab hominibus materia superatis); qua abusus dæmon concitator passionum tanquam in aquam et ignem in concupiscentiam et indignationem injicere mentem et suffocare non desinit, usquedum Dei Verbum et ratio advenerit et materialem atque malum dæmonem expulerit (per quem vetus et terrenus homo exprimitur), vexatum vero illum a mala dominatione asseruerit, dum naturalem ei moderationem gratia sua reddit, per quam novus et ad Dei imaginem creatus homo designatur. Sic igitur omnes sancti hanc divinam et non fallacem rationem rite aggressi hoc sæculum transiverunt, in nulla earum quas habet voluptatum vestigium animæ imprimentes. In summas enim earum quas homini assequi licet de Deo rationes, bonitatis, inquam, et charitatis, oculos rectissime figentes, quibus Deum commotum eis quæ sunt exsistentiam eamque bonam gratia sua largiri didicerunt (siquidem moveri Deum qui solus immobilis est dicere fas est, et non potius

Θεωρία περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.

C Ταύτης τῆς ὑλικῆς δυάδος, τῆς κατὰ θυμὸν λέγω καὶ ἐπιθυμίαν, πάλιν ὁ Κύριος ἠλευθέρωσεν, ὡς οἶμαι, τὸν σεληνιαζόμενον, μᾶλλον δὲ τοῦ πυρὶ τῷ θυμῷ καὶ ὕδατι τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτὸν βουληθέντος ἀπολέσαι πονηροῦ δαίμονος, ἐπέσχε τε καὶ κατήργησε τὴν μανιώδη λύσσαν (σελήνης γὰρ οὐδὲν διενήνοχεν ἡ πρὸς τὰ γινόμενα καὶ ἀπογινόμενα σχέσις τῶν ἠττημένων τοῖς ὑλικοῖς ἀνθρώπων)· ἧς ἐπιλαβόμενος ὁ τὰ πάθη διεγείρων δαίμων ὥσπερ ὕδατι καὶ πυρὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῷ θυμῷ ἐμβάλλων τὸν νοῦν καὶ ἐναποπνίγων οὐ παύεται, ἕως τοῦ Θεοῦ Λόγος παραγενόμενος τὸ μὲν ὑλικὸν καὶ πονηρὸν ἀπελάσει πνεῦμα (δι' οὗ ὁ παλαιός τε καὶ χοϊκὸς χαρακτηρίζεται ἄνθρωπος), τὸν δὲ ἐνεργούμενον τῆς D πονηρᾶς ἐλευθερώσει τυραννίδος, τὴν φυσικὴν αὐτῷ σωφροσύνην ἀποδοὺς καὶ χαρισάμενος, δι' ἧς ὁ νέος καὶ κατὰ Θεὸν κτιζόμενος ἄνθρωπος διαδείκνυται. Οὕτω μὲν οὖν πάντες οἱ ἅγιοι τοῦ θείου καὶ ἁπλανοῦς λόγου γνησίως ἐπειλημμένοι τὸν αἰῶνα τοῦτον διέβησαν, οὐδενὶ τῶν ἐν αὐτῷ τερπνῶν τὸ τῆς ψυχῆς ἴχνος ἐναπερείσαντες. Πρὸς γὰρ τοὺς ἄκρους τῶν ἀνθρώποις ἐφικτῶν περὶ Θεοῦ λόγους, τῆς ἀγαθότητός τέ φημι καὶ τῆς ἀγάπης, μάλα γε εἰκότως ἐνατενίσαντες, οἷς κινηθέντα τὸν Θεὸν τὸ εἶναί τε δοῦναι τοῖς οὖσι καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσασθαι ἐπαιδεύθησαν (εἴπερ κίνησιν ἐπὶ Θεοῦ τοῦ μόνου ἀκινήτου

[x] Matth. xvii, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[19] An διεδείχθησαν?

Digitized by Google

A Deum excipit secundum cognitionem negatio, quæ a nullo omnino eorum quæ sunt affirmatur, neque ullus de cætero omnino finis exstat aut terminus qui hanc negationem comprehendat. Quemadmodum enim sensibilium secundum naturam negatio sunt intelligibilia, ita etiam in eis qui superiorem mundum complent essentiis ac potestatibus primariorum secundum Dei cognitionem quæ excellunt propter submissionem eis quæ post se sunt negantur. Ut enim quæ nos intelligere non possumus, sanctis, qui nos superant, angelis intellecta sunt, ita quæ angelis nos superantibus, non sunt intellecta eis sunt angelis sanctis intellecta quæ hos superant, atque ita deinceps a potestate in potestatem ascendens ratio, et exaltata, et omnes ordines atque potestates transgressa, in ineffabile desinit ac plane incognitum. Itaque si secundum Dionysium Areopagitam negationes in rebus divinis veritatem habent, contra affirmationes rerum ineffabilium obscuritati non conveniunt, divinus Apostolus omnium suarum cognitionum intellectu negato, omnique rerum quæ sunt affectione superata, neque in corpore, ut dixit, fuisse probabiliter videatur, cum activum non haberet sensum, neque rursus extra corpus, cum intellectum habere cessantem eo quo raptus est tempore, quo in raptu inenarrabili quodam et incognito modo secundum cœlestem initiationem quædam verba accepit, quæ tacite coleret et nunquam divulganda custodiret, utpote, quæ neque mens intelligere, neque lingua effari, neque aures percipere possent [h]. Efficit autem, ut ii qui experti sunt tradunt, virtutis in « progressione, » quam dixi, perfectam actionem fides recta et metus in Deum incorruptus, naturalem vero in « ascensione » inoffensam contemplationem spes firma et immaculata conscientia, deificationem denique in « assumptione » perfecta charitas ac mens rebus quæ sunt penitus et plane ultro abdicata. Atque activæ quidem philosophiæ rursus esse dicunt mentem passioni obnoxiam omni imaginatione ac sæculari pompa liberare, naturalis autem contemplationis omni eam rerum qua causa exsistant vera cognitione imbuere, theologicæ denique initiationis et instructionis eam Deo æqualem et parem, quatenus licet, gratia secundum habitum reddere, ut jam quæcunque post Deum sunt propter eminentiam plane ignoret.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Οὐδ' ἂν αὐτὸν δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν κάτω κόσμον, Ἰωάννης ὁ τοῦ Λόγου πρόδρομος, ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας φωνὴ, διωρίζετο [7]. »

Ex eodem sermone, in illud : « Nec ab mundo inferiori posse capi Joannes Verbi præcursor et magna veritatis vox pronuntiavit. »

Εὔκαιρον ἦν κἀμὲ πρὸς τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν τῆς ἀληθείας διδάσκαλον, τὸ μέγεθος ὁρῶντα τῆς αὐτῷ παρὰ Θεοῦ δοθείσης σοφίας, εἰπεῖν ὅπερ Δαβὶδ, ὁ τῶν προφητῶν καὶ βασιλέων ἐπισημότατος, πρὸς τὸν Θεὸν, τὸ ἄπειρον τῆς ἐν πᾶσιν αὐτοῦ μεγαλειότητος καταπλαγεὶς, ἐνθεαστικῶς ἀπεφθέγξατο, λέγων· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ,*

Opportunum erat ut et ego sanctum hunc atque magnum veritatis magistrum, cum magnitudinem sapientiæ viderem a Deo ei datæ, ita alloquerer ut David prophetarum regumque insignissimus, Deum, infinitam ejus in omnibus rebus majestatem admiratus, divino numine plenus dicens : *Mirabilior facta est tui cognitio, et invaluit, quam ut*

[h] I Cor. II, 9.

(6) Dionys. Areopag. *De mystica theol.* cap. 1, p. 544, tom. I. Opp. ed. Ven.

(7) Greg. Naz. *or. theol.* II, cap. 20, p. 511, tom. I. Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

ei sufficiam [1], ut justum erat, maxime cum admirando solum incircumscriptam circumscribere conaretur potestatem, nec usquam alias circa res, quas assequi non possumus, vagum et mobilem animæ gradum sistere haberet, et ut ego quoque, ut dixi, satis haberem ex admiratione sapientis magistri intelligentiæ sanctificationem abstulisse, nec multum quærerem quomodo et qua ratione, quæ nomina divina vox sanctis mystice indidit contra historiam, inter sese converterit, filium tonitru Joannem præcursorem ibi appellans [1]. Cum vero præclarum habeat præmium obedientia, qua maxime præsulibus morigerari jubemur, cumque Scripturis sacris otium impendere et nosse eas et pervestigare, divinæque legi die ac nocte incumbere, bonis ac frugi maxime convenire viderem, simul tergiversationis et inobedientiæ periculum reformidans, meam de his conjecturam pro viribus enarrabo, vestris, qui hoc me negotii injunxistis, precationibus fretus. Arbitror igitur, quod iste divinus contra historiam dixit doctor, Christi præcursorem pro tonitru filio ponens, id non aliter posse nisi per contemplationem complanari, quæ sola est eorum quæ de historia sibi contradicere videntur complanatio, quia veritatem in omnibus simplicem secundum naturam incorporaliter demonstrat, non vocibus aut corporibus concretam. Quemadmodum igitur magnus Joannes Baptista præcursor vocatus est, respectu ejus qui revera expectabatur, et Vox respectu Sermonis, cujus denuntiator antecessit, et lucerna respectu solis, ut artificialis et positiva et temporalis lux respectu naturalis et essentialis et non artificiosæ et æternæ atque inexstinguibilis lucis, arbitror vero etiam ut resipiscentia, naturalem quæ se antecesserit justitiam post se secundum œconomiam factum iri prædicans, ita hic quoque divinum istum doctorem eo quod contra historiam magnum apostolum Joannem præcursorem dixerit figurate velle significare, etiam evangelistam magnum Joannem in Evangelio suo præcursorem esse Sermonis magis mystici et majoris, quem prædicaverit, quique nec verbis exprimi nec linguæ carnalis voce edici possit. Sanctorum enim Evangeliorum scriptura institutio est ad cognitionem, eis semper obtingentem qui per illa exaltentur et corporalis prudentiæ crassitie spiritualiter se purgent, vel quæ in futuro obtinget, post rerum quæ motantur consummationem. Nam sicut lex institutio erat, per temporalem quæ in ea apparebat cognitionem, eorum qui per ipsam in Christum, Sermonem in carne factum, erudiebantur et ad primum ejus adventum Evangelio cogebantur, ita sanctum quoque Evangelium institutio est eorum qui per ipsum in Christum, Sermonem spiritualem, erudiuntur, et ad secundum ejus adventum futuro in mundo coguntur; si quidem caro et spiritus

A ἐκπαταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτὴν, ὡς ἦν δίκαιον, μάλιστα θαύματι μόνῳ περιγράψας τὴν ἀπερίγραφον δύναμιν, οὐκ ἔχων ἄλλοθί ποι περὶ τῶν ἀνεφίκτων τῆς ψυχῆς ἐρεῖσαι τὴν πολυκίνητον βάσιν· κἀμὲ, ὡς εἶπον, ἀρκεῖσθαι τὸν ἐκ τοῦ θαυμάζειν σοφοῦ διδασκάλου σύνεσιν ἁγιασμὸν κομίσασθαι, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, πῶς καὶ τίνι λόγῳ παρ' ἱστορίαν, ἅπερ θεία φωνὴ τοῖς ἁγίοις μυστικῶς ὀνόματα τέθεικεν, ἀλλήλοις ὁ διδάσκαλος περιτρέπει, τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς (**196** *b*) Ἰωάννην πρόδρομον ἐνταῦθα προσαγορεύων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς εὐπειθείας πολύς ἐστι ὁ μισθὸς, ἐντολῆς μάλιστα τοῖς ἡγουμένοις πείθεσθαι κελευούσης, καὶ σχολάσαι καὶ γνῶναι καὶ ἐρευνᾷν τὰς Γραφὰς, καὶ μελετᾷν τὸν θεῖον νόμον ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐν τοῖς εὖ

B ἔχουσι μάλιστα κείμενον ἔγνων, τοῦ τε ὄκνου καὶ τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον ὑφορώμενος, στοχαστικῶς περὶ τούτων κατὰ δύναμιν ἐρῶ, ταῖς ὑμῶν θαῤῥῶν τῶν ἐπιταξάντων εὐχαῖς. Οἶμαι τοίνυν τὸ παρ' ἱστορίαν εἰρημένον τῷ Θεοφόρῳ τούτῳ διδασκάλῳ, παρατιθεμένῳ τὸν τοῦ Χριστοῦ πρόδρομον ἀντὶ τοῦ τῆς βροντῆς υἱοῦ, μὴ δύνασθαι ἄλλως ἢ κατὰ θεωρίαν ὁμαλίζεσθαι. Μόνη γὰρ αὕτη τῶν κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι δοκούντων ἐστὶν ὁμαλισμὸς, ὡς τὴν ἐν ὅλοις ἀλήθειαν ἁπλῆν οὖσαν κατὰ τὴν φύσιν ἀσωμάτως ἐμφαίνουσα, μὴ συμπαχυνομένην ταῖς φωναῖς ἢ τοῖς σώμασιν. Ὥσπερ οὖν ὁ μέγας Βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐῤῥέθη πρόδρομος, ὡς πρὸς τὸν ἀληθῶς προσδοκώμενον, καὶ φωνὴ πρὸς λόγον,

C ὡς τούτου μηνυτικῶς προηγουμένη, καὶ λύχνος πρὸς ἥλιον, ὡς τεχνικόν τε καὶ θετικὸν καὶ πρόσκαιρον φῶς πρὸς φυσικόν τε καὶ οὐσιῶδες καὶ ἀτέχναστον καὶ αἰώνιον φῶς καὶ ἄσβεστον, οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ὡς μετάνοια, τὴν πρὸ αὐτῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν δικαιοσύνην μετ' αὐτὴν κατ' οἰκονομίαν γενομένην κηρύττουσα, — οὕτως οἶμαι κἀνταῦθα τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον διὰ τοῦ παρ' ἱστορίαν εἰπεῖν πρόδρομον τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην παραινίξασθαι, θέλειν, ὅτιπερ καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας εὐαγγελιστὴς ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ πρόδρομός ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ μηνυομένου (**197** *a*) μυστικωτέρου καὶ μείζονος Λόγου, καὶ γράμμασι τυπωθῆναι καὶ φωνῇ γλώσσης σαρκίνης ῥηθῆναι μὴ δυναμένου. Στοιχείωσις γὰρ ὡς πρὸς τὴν ἐπιγινομένην ἑκάστοτε

D τοῖς δι' αὐτῶν ὑψουμένοις, καὶ τὸ πάχος τοῦ σωματικοῦ φρονήματος πνευματικῶς ἑαυτῶν ἀποξέουσιν, ἢ καὶ ἐπιγενησομένην ἐς ὕστερον γνῶσιν, μετὰ τὴν τῶν κινουμένων συντέλειαν, ἡ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ἐστὶ συγγραφή. Ὥσπερ γὰρ ὁ νόμος στοιχείωσις ἦν, κατὰ τὴν τέως ἐμφαινομένην αὐτῷ γνῶσιν, τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν σαρκὶ Λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρώτην παρουσίαν συναγομένων· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον στοιχείωσίς ἐστι τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν πνεύματι Λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ μέλλοντι κόσμῳ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν συναγομένων· ἐπειδὴ γὰρ σὰρξ καὶ πνεῦμά

[1] Psal. cxxxvm, 6. [1] Marc. m, 17.

Digitized by Google

ἐστιν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἑκάστῳ τῆς γνώσεως ἀναλογίαν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο γινόμενος, πᾶς γὰρ λόγος φωναῖς ὑποπίπτων καὶ γράμμασι.

Θαῤῥῶ δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ πᾶν νόημα, νῷ τυπωθῆναι δυνάμενον, στοιχειώσεως οὐδὲν διενήνοχε τὰ ὑπὲρ αὐτὴν μηνυούσης. Διὸ καὶ τέσσαρα τὸν ἀριθμὸν ὑπάρχει τὰ Εὐαγγέλια, ὡς τοῖς ὑπὸ αἴσθησιν ἔτι καὶ φθορὰν οὖσι τέως χωρητά. Τοσαῦτα γὰρ καὶ τὰ στοιχεῖα τυγχάνει τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τέσσαρες πάλιν ἀρεταί, ἐξ ὧν ὁ κατὰ διάνοιαν πνευματικὸς συνέστηκε κόσμος, ἵνα τὸν τέως ἐν ἡμῖν νοητὸν κόσμον, καὶ τὸν ἐν ᾧ ἐσμεν, περιγράφῃ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, καὶ ἀλλήλοις αὐτοὺς ἀσυγχύτως καθ' ἕνωσιν συμβάλλῃ, καὶ ἀλλήλων πάλιν ἀδιαιρέτως διακρίνῃ, ταῖς τῶν συνιστώντων αὐτοὺς στοιχείων ὁμοιότησιν. Ὅπερ γάρ ἐστιν, (**197** *b*) ὡς φασιν, ὁ αἰθὴρ, ἤγουν τὸ πύρινον στοιχεῖον ἐν τῷ κατ' αἴσθησιν κόσμῳ, τοῦτο ἐν τῷ κόσμῳ τῆς διανοίας ἐστὶν ἡ φρόνησις, ὡς ἕξις φωτιστικὴ καὶ τῶν ἐφ' ἑκάστου τῶν ὄντων ἰδίως πνευματικῶν λόγων ἀποδεικτική, τὴν ἐν ὅλοις ἁπλανῶς δι' αὐτῶν αἰτίαν ἐκφαίνουσα, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ Θεῖον ἐφέσεως ἑλκτική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ὁ ἀὴρ, τοῦτο ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν κόσμῳ ἐστὶ ἡ ἀνδρεία, ὡς ἕξις κινητικὴ, καὶ τῆς ἐμφύτου κατὰ πνεῦμα ζωῆς συνεκτική τε ἅμα καὶ δραστική, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ Θεῖον ἀεικινησίας τομωτική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ἐστὶ τὸ ὕδωρ, τοῦτο ἐν τῷ τῆς διανοίας κόσμῳ ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα τῆς ἐν Πνεύματι ζωτικῆς γονιμότητος ποιητική, καὶ τῆς ἀειβλύστου κατὰ τὴν ἔφεσιν περὶ τὸ Θεῖον ἐρωτικῆς θέλξεως γεννητική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα κατ' εἶδος γεννητικὴ πάντων τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, καὶ τῆς ἐν Πνεύματι κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστῳ ζωτικῆς διαδόσεως ἀπονεμητική, καὶ τῆς οἰκείας ἐν τῷ καλῷ κατὰ τὴν θέσιν βάσεως ἀμετάθετος ἵδρυσις. Γῆς οὖν καὶ δικαιοσύνης μυστικῶς λόγον ἐπέχει, τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ὡς φυσικώτερον τὸν λόγον ποιούμενον, ὕδατος δὲ καὶ σωφροσύνης τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς ἐκ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου καὶ τῆς κηρυττομένης ὑπ' αὐτοῦ μετανοίας, καθ' ἣν ἡ σωφροσύνη συνέστηκεν, ἀρχόμενον, ἀέρος δὲ καὶ ἀνδρείας τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικώτερον καὶ πλείοσιν ἱστορίαις πυκνούμενον, αἰθέρος δὲ καὶ φρονήσεως τὸ κατὰ Ἰωάννην, ὡς πάντων (**198** *a*) ἀνώτατον, καὶ ἁπλῆν μυστικῶς τὴν περὶ Θεοῦ πίστιν εἰσάγον, καὶ ἔννοιαν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλως σύμβολον εἶναι τὴν τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων τετράδα, πίστεως, καὶ πρακτικῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας· καὶ τῆς μὲν πίστεως σύμβολον εἶναι τὸ κατὰ Ματθαῖον, ὡς ἀπίστους μετὰ δώρων προσκυνοῦντας εἰσάγον τοὺς Μάγους, τῆς δὲ πρακτικῆς τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς ἐκ τῆς μετανοίας, καθ' ἣν πᾶσα πρᾶξίς ἐστιν ἐνάρετος, τῆς διδασκαλίας ἀρχόμενον, τῆς δὲ φυσικῆς τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικωτέραν τοῦ λόγου τὴν ἐξήγησιν ἔχον, καὶ τὴν τῆς διδασκαλίας ἱστο-

A idem est ac secundum cognitionis unicuique convenientiam et hic fit vel illa, quia omnis sermo vocibus et litteris subjacet.

Audeo vero dicere quodcunque etiam cogitatum, quod menti imprimi queat, ab institutione, ea quæ se superiora sint instruente, non differre. Quare etiam quatuor numero sunt Evangelia, ut eis qui sensui adhuc et interitui subjecti sunt interim perceptibilia. Pari enim numero sunt elementa quoque hujus mundi, et quatuor rursus virtutes, ex quibus spiritualis secundum intellectum constat mundus, eo ut mundum temporaliter in nobis intellectualem, et eum in quo versemur, veritatis sermo circumscribat, ac sibi invicem unitos, sed non commistos, conferat, et haud disjungendo rursus B inter se disparet, elementorum ipsos constituentium similitudinibus. Quod enim, ut tradunt, æther est, sive igneum in sensibili mundo elementum, id in intellectus hoc mundo prudentia est, utpote habitus illuminans et rationum proprie spiritualium, quæ singulis quibusque eorum quæ sunt inhæreant index, qui causam rerum universarum certo per ipsas demonstrat, ac mentis circa divinum desiderium attrahit et ducit : et quod in sensibili mundo aer, id in intellectuali mundo fortitudo est, utpote habitus movens, ac vitam spiritualiter ingenitam conservans, et incitans, et animæ circa Deum immobilitatem discindens : et quod in sensibili mundo aqua, id in intellectuali mundo est temperantia, qui habitus est vitalis in Spiritu fe- C cunditatis factitator, atque amatorii de desiderio circa Deum perennis gaudii procreator : et quod in sensibili mundo terra, id in intellectuali mundo justitia est, qui habitus est omnium in rerum natura quæ sunt rationum per formam ac speciem procreator, ac vitalis secundum æquum singulis quibusque in Spiritu distribuendorum assignator [k], nostrique per consilium ac voluntatem in honesto gradus immutabilis stabilitor. Itaque terræ ac justitiæ rationem mystice tenet Matthæi Evangelium, ut quod naturalius instituat sermonem ; aquæ vero et temperantiæ Evangelium Marci, ut quod ex baptismo Joannis et pœnitentia ab eo prædicata, qua temperantia constat, inchoet; aeris vero et for- D titudinis Evangelium Lucæ, ut quod amplius sit pluribusque narrationibus confertum ; ætheris denique et prudentiæ Evangelium Joannis, ut quod cæteris superius sit, simplicemque mystice Dei fidem introducat atque intelligentiam. Tradunt vero aliter quoque sanctorum Evangeliorum quadrigam symbolum esse, fidei, et practicæ, sive activæ, et naturalis, et theologicæ philosophiæ; atque fidei symbolum esse Evangelium Matthæi, ut quæ infideles cum donis adorantes inducat magos; practicæ vero sive activæ, philosophiæ, Evangelium Marci, ut quod ex pœnitentia, quam omnis actio virtutis sequitur, disciplinam instituat; naturalis

[k] I Cor. xii, 11.

Digitized by Google

vero Evangelium Lucæ, ut quod ampliorem sermonis enarrationem contineat, et institutionis historiam modis congruam et consentaneam; theologiæ denique symbolum esse Joannis Evangelium, ex quo et in quod Deo convenienter inchoaverit et fliniverit.

ρίαν ταῖς τρόποις κατάλληλον, τῆς δὲ θεολογίας τὸ κατὰ Ἰωάννην, ἐξ ἧς καὶ εἰς ἣν θεοπρεπῶς ἤρξατό τε καὶ ἔληξε.

Atque rursus ut sensibilis mundus quinque sensuum naturaliter est institutor, dum subjacet eis atque ad se comprehendendum eos deducit, ita etiam intellectualis mundus virtutum est, dum animæ facultatibus obnoxia ad spiritum eas instituit, et uniformes reddit circaque eum duntaxat commoveri ejusque perceptionibus inniti jubet. Et ipsis vero corporis sensibus secundum diviniorem rationem eis convenientem, institui aiunt animæ facultates, ut quibus ad agendum paulatim instruantur, rationibus nimirum quæ in rebus exsistentibus insint apprehendendis ac percipiendis, per quas veluti per litteras quasdam eis qui oculorum in veritatem aciem intendunt Deus Sermo legitur. Unde et exemplares animæ facultatum imagines sensus vocaverunt, cum unusquisque sensus cum instrumento suo, unicuique animæ facultati convenienter ratione magis mystica de principio a natura attributus sit. Ac facultatis intelligendi, sive mentis, visum, rationalis vero, sive sermonis auditum, animi olfactum, concupiscentiæ gustum, vitalis tactum esse sensum dicunt, atque simpliciter ut clarius me exprimam, mentis quidem imago est visus, hoc est oculus, sermonis est auditus, hoc est auris, animi est olfactus, hoc est nasus, concupiscentiæ est gustus, atque vitæ est tactus; quibus anima secundum Dei, qui cuncta sapienter instituit, legem naturaliter innitens per suas facultates, et ad sensibilia varie transducta, si bene per facultates suas usa fuerit in multiplicibus rerum rationibus colligendis, et ad se ipsam sapienter transferre potuerit universa quæ oculis objacent in quibus Deus tacitus præco delitescit, pulcherrimum etiam ipsa de voluntate in intellectu et spiritualem mundum condit, generalibus quatuor virtutibus elementorum in modum inter se junctis ad mundi intelligibiliter inde in spiritu consummandi compaginationem, nimirum dum pro nexu et applicatione facultatum ipsius in sensus actionis singulas virtutes sistit: ut prudentiam ex gnostica et perita intellectualis et rationalis cum sermone facultatum ad videndi audiendique sensum applicatarum circa sensibilia sua actione; fortitudinem vero ex summa animi ad olfactum, hoc est nasum, in quo animi spiritum sedem habere dicunt, applicati circa suum sensibile secundum actionem æquabilitate; temperantiam ex concupiscentivæ facultatis ad gustum applicatæ circa suum sensibile moderato usu; justitiam ex æqua et ordinata et in cunctis æquabili per tactum et circa universa fere sensibilia vitalis facultatis secundum actionem distributione. Ex his generalibus rursus

Καὶ πάλιν ὥσπερ ὁ αἰσθητὸς κόσμος στοιχειωτικός ἐστι κατὰ φύσιν τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὑποπίπτων αὐταῖς καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ κατάληψιν ὁδηγῶν, οὕτω καὶ ὁ κατὰ διάνοιαν κόσμος τῶν ἀρετῶν, ταῖς τῆς ψυχῆς ὑποπίπτων δυνάμεσι στοιχειοῖ αὐτὰς πρὸς τὸ πνεῦμα, ἐνοειδεῖς ἐργαζόμενος τῷ περὶ αὐτὸ μόνον αὐτὰς κινεῖσθαι, καὶ ταῖς αὐτοῦ ἀντιλήψεσιν ἐπερείδεσθαι. Καὶ αὐτὰς δὲ τὰς αἰσθήσεις τοῦ σώματος, κατὰ τὸν αὐταῖς ἐμπρέποντα θειότερον λόγον, στοιχειωτικὰς εἶναί φασι τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, στοιχειούσας αὐτὰς ἡρέμα πρὸς ἐνέργειαν, ταῖς δὴ [19] ἑαυτῶν ἀντιλήψεσι τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, δι' ὧν ὡς διὰ γραμμάτων τινῶν τοῖς ὀξυωποῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁ Θεὸς Λόγος ἀναγινώσκεται. Ὅθεν καὶ παραδειγματικὰς τῶν ψυχικῶν δυνάμεων εἰκόνας τὰς αἰσθήσεις ἐκάλεσαν, ὡς ἑκάστης αἰσθήσεως μετὰ τοῦ αὐτῆς ὀργάνου, ἤγουν αἰσθητηρίου, προηγουμένως (198) *b*) ἑκάστῃ δυνάμει τῆς ψυχῆς ἀναλόγως μυστικωτέρῳ τινὶ λόγῳ κατὰ φύσιν νενεμημένης. Καί φασιν εἶναι τῆς μὲν νοερᾶς δυνάμεως ἤτοι τοῦ νοῦ τὴν ὀπτικὴν αἴσθησιν, τῆς δὲ λογικῆς ἤτοι τοῦ λόγου τὴν ἀκουστικήν, τῆς δὲ θυμικῆς τὴν ὀσφραντικήν, τῆς ἐπιθυμητικῆς δὲ τὴν γευστικήν, τῆς δὲ ζωτικῆς τὴν ἁπτικήν, καὶ ἁπλῶς ἵνα σαφέστερον εἴπω, τοῦ μὲν νοῦ ἐστιν εἰκὼν ἡ ὄψις, ἤγουν ὁ ὀφθαλμός, τοῦ δὲ λόγου ἐστὶν ἡ ἀκοή, ἤγουν τὸ οὖς, τοῦ δὲ θυμοῦ ἐστιν ἡ ὄσφρησις, ἤγουν ἡ ῥίς, τῆς δὲ ἐπιθυμίας ἐστὶν ἡ γεῦσις, καὶ τῆς ζωῆς ἡ ἁφή· αἷς ἡ ψυχὴ κατὰ τὸν νόμον τοῦ τὰ πάντα σοφῶς δημιουργήσαντος Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐποχουμένη διὰ τῶν αὐτῆς δυνάμεων, καὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ποικίλως διαβιβαζομένη, εἰ μὲν καλῶς χρήσαιτο ταῖς αἰσθήσεσι διὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων τοὺς παντοδαποὺς τῶν ὄντων λόγους ἀναλεγομένη, καὶ δυνηθῇ μεταβιβάσαι πρὸς ἑαυτὴν σοφῶς πᾶν τὸ ὁρώμενον, ἐν ᾧ κέκρυπται Θεὸς σιωπῇ κηρυττόμενος, κάλλιστον καὶ αὐτὴ κατὰ προαίρεσιν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ πνευματικὸν κόσμον ἐδημιούργησε, τὰς γενικὰς τέσσαρας ἀρετὰς στοιχείων δίκην ἀλλήλαις συνθεῖσα πρὸς σύμπηξιν τοῦ ἐξ αὐτῶν νοητῶς κατὰ πνεῦμα συμπληρουμένου κόσμου, κατὰ συμπλοκὴν μέντοι τῆς πρὸς τὰς αἰσθήσεις τῶν αὐτῆς δυνάμεων ἐνεργείας ἑκάστην ἀρετὴν ὑποστήσασα· οἷον τὴν μὲν φρόνησιν ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς τε νοερᾶς καὶ λογικῆς δυνάμεως πρὸς τὴν ὀπτικήν τε καὶ ἀκουστικὴν αἴσθησιν, περὶ τὰ αὐτῶν αἰσθητά, γνωστικῆς τε καὶ ἐπιστημονικῆς ἐνεργείας, τὴν δὲ ἀνδρείαν ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τοῦ θυμικοῦ πρὸς τὴν ὄσφρησιν, ἤγουν τὸν μυκτῆρα, ἐν ᾧ τὸ θυμικόν, ὡς φασιν, αὐλίζεται πνεῦμα, (199) *a*) περὶ τὸ συμφυὲς αἰσθητὸν ἄκρας κατὰ τὴν ἐνέργειαν ὁμαλότητος, τὴν δὲ σωφροσύνην ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς

VARIÆ LECTIONES.

[19] ταῖς δὲ cod. Gud.

Digitized by Google

κατ' ἐπιθυμίαν δυνάμεως πρὸς τὴν γευστικὴν αἴσθησιν περὶ τὸ οἰκεῖον αἰσθητὸν μεμετρημένης χρήσεως, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἐκ τῆς ἐν ὅλοις διὰ τῆς ἁπτικῆς καὶ περὶ ὅλα σχεδὸν τὰ αἰσθητὰ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἴσης καὶ εὐτάκτου καὶ ἁρμονικῆς διανεμήσεως. Ἐκ δὲ τούτων αὖθις τῶν γενικῶν τεσσάρων ἀρετῶν δύο γενικωτέρας κατὰ σύνθεσιν ἀρετὰς ποιεῖν ἐκδιδάσκεται, τὴν σοφίαν φημὶ καὶ τὴν πραότητα, τὴν μὲν σοφίαν, ὡς πέρας οὖσαν τῶν γνωστῶν, τῶν δὲ πρακτῶν, τὴν πραότητα· οἷον ἐκ μὲν τῆς φρονήσεως καὶ τῆς δικαιοσύνης ποιεῖ τὴν σοφίαν, ὡς γνώσεως τῆς κατὰ τὴν φρόνησιν καὶ τῆς κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐπιστήμης ὑπάρχουσαν συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τοῦτο πέρας τῶν γνωστῶν, ὡς εἶπον, τυγχάνουσαν· ἐκ δὲ τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς σωφροσύνης τὴν πραότητα, μηδὲν ἄλλο τυγχάνουσαν ἢ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας παντελῆ πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀκινησίαν, ἣν τινες ἐκάλεσαν ἀπάθειαν, καὶ διὰ τοῦτο τῶν πρακτῶν τέλος ὑπάρχουσαν. Ταύτας δὲ πάλιν εἰς τὴν τῶν πασῶν γενικωτάτην ἀρετὴν, φημὶ δὲ τὴν ἀγάπην, συνάγει, ἐκστατικὴν οὖσαν τῶν ἐξ αὐτῆς καὶ προσαγωγικὴν τῶν δι' αὐτῆς καὶ ἑνοποιητικὴν τῶν εἰς αὐτὴν ἀρξαμένων τε καὶ κινηθέντων καὶ ληξάντων, καὶ διαφερόντως· ἐπὶ πᾶσι θεοποιητικήν. Οὕτω μὲν οὖν ἡ ψυχὴ κινουμένη τε σοφῶς καὶ ἐνεργοῦσα καθ' ὃν καὶ ἔστι καὶ γεγένηται θεατελῆ λόγον τῶν μὲν αἰσθητῶν χρησίμως διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀντιλαμβάνεται, τοὺς ἐν αὐτοῖς πνευματικὴ λόγους οἰκειουμένη, τὰς δὲ αἰσθήσεις αὐτὰς, λογισθείσας ἤδη (199 *b*) τῇ τοῦ λόγου περιουσίᾳ, ὥσπερ ὀχήματα λογικὰ προσίεται τῶν αὐτῆς δυνάμεων, αὐτὰς δὲ τὰς δυνάμεις ταῖς ἀρεταῖς συνάπτει, καὶ ἑαυτὴν διὰ τῶν ἀρετῶν τοῖς ἐν αὐταῖς θειοτέροις λόγοις, οἱ δὲ θειότεροι τῶν ἀρετῶν λόγοι τῷ ἐν αὐτοῖς ἀφανῶς κεκρυμμένῳ πνευματικῷ νῷ, ὁ δὲ πνευματικὸς νοῦς τῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς θειοτέρων λόγων, πᾶσαν τῆς ψυχῆς ἣν ἔχει πρὸς τὰ παρόντα φυσικήν τε καὶ προαιρετικὴν σχέσιν διωθούμενος, ἁπλῆν ὅλην ὅλῳ δίδωσι τῷ Θεῷ, ὁ δὲ Θεὸς ταύτην δι' ὅλου περιλαβὼν μετὰ τοῦ συμπεφυκότος αὐτῇ σώματος ἀναλόγως αὐτὰ ἑξομοιοῖ ἑαυτῷ, ὥστε δι' αὐτῆς ὅλης ἀπερι-γράφως ὅλον φαίνεσθαι δύνασθαι, τὸν[30] μηδαμῶς τινι τῶν ὄντων καθ' ὁτιοῦν ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεσθαι φύσιν ἔχοντα. Καὶ τοῦτο τυχόν ἐστιν ὅπερ νοήσας ὁ μακάριος οὗτος καὶ μέγας διδάσκαλος ἐν τῷ εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφὸν Ἐπιταφίῳ ἀναστάσεως ἔφη, « Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα (περὶ τῆς ψυχῆς δηλονότι φάσκων) ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας καὶ διαλύσας Θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης, καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλύσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν, καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς, καὶ Θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ

A quatuor virtutibus duas generaliores de compositione virtutes efficere discit, sapientiam, inquam, et mansuetudinem, sapientiam quidem, quæ rerum perceptibilium, mansuetudinem, quæ rerum agendarum finis est; nam ex prudentia et justitia efficit sapientiam, quæ cognitionis a prudentia et artis ab justitia moderatæ causa est conservatrix, ideoque, ut dixi, perceptibilium finis est: ex fortitudine vero et temperantia mansuetudinem, quæ nihil aliud est quam animi et concupiscentiæ perfecta ad ea quæ naturæ contraria sunt immobilitas, quam quidam indolentiam vocarunt, ideoque eorum quæ sub actionem cadunt finis est. Has vero rursus in virtutem omnium generalissimam, charitatem dico, contrahit, quæ dimovet ea quæ ex ipsa, et conciliat B ea quæ per ipsam, et in unum conflat ea quæ in ipsam occeperunt et mota sunt et finem habuerunt, quæque in omnibus denique maxime deificat. Sic igitur anima motata sapienter et agens secundum divinæ perfectionis rationem qua et exsistit et facta est, sensibilia quidem utiliter per sensus percipit, earumque rationes spiritualis sibi adjungit, ipsos vero sensus, rationis facultate jam æstimatos, tanquam vehicula rationalia suarum ipsius facultatum admittit, ipsasque facultates virtutibus seque ipsam per virtutes divinioribus earum rationibus adjungit, et diviniores virtutum rationes spirituali qui in eis occulto latet intellectui; spiritualis autem intellectus diviniorum in virtutibus rationum omnem animæ, quam habet ad præsentia naturalem C voluntatisque affectum et relationem removens, simplicem totam toti tradit Deo, atque Deus eam ex toto una cum corpore quocum cognata est amplexus, convenienter utrumque sibi ipsi assimilat, adeo ut per ipsam totam plane incircumscriptus apparere et totus possit, qui ea natura est ut eorum qui sunt ulli ullo modo de se ipso non appareat. Atque hoc est fortasse quod beatus hic et magnus doctor in animo habens in Epitaphio in Cæsarium fratrem dicebat: « Post etiam aliquanto, » id est post resurrectionem, « cum cognatam carnem (de anima videlicet loquens), quam cum hic philosopharetur, sociam habuit, a terra, quæ et dederat et in fidem acceperat, recepit (quod quomodo D fiet Deus novit, qui ea inter se conjunxit atque dissolvit), tum demum eam quoque ad gloriæ cœlestis hæreditatem secum admissuram, et quemadmodum ob naturæ conjunctionem ærumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam jucunditates suas cum ipsa communicaturam, totum videlicet corpus in se ipsam absumentem, et cum eo unum effectam, et spiritum, et mentem, et Deum, absorpto nimirum a vita eo quod mortale et caducum erat. » Quomodo enim per peccatum caro ab interitu absorpta erat, a carne vero anima de actionibus agnita, ab anima vero per plenam ignorantiam agnitio Dei, adeo ut vel an Deus esset ignoraret, ita jam

VARIÆ LECTIONES.

[30] τῶν habet apographum

Digitized by Google

tempore resurrectionis secundum pulchram inversionem in sancto Spiritu eventuram de Dei qui caro factus est gratia caro ab anima plane in Spiritu absorbetur, anima autem a Deo, qui vera vita est, et quem illa solum omnium et unicum tota totum in conspectu apparentem habet, et, ut simpliciter dicam, cuncta nostra aliter atque in his præsentibus rebus, circa quas nunc sumus et degimus, se habent, in futuro divine manifestabit gratia resurrectionis, ut quomodo per peccatum hic mors corroborata absorbuit, sic jure infirmata illic per gratiam absorbeatur. Quare si anima bene, uti dixi, suis facultatibus utetur, et secundum Dei propositum, sensibili hoc mundo per spirituales in eo rationes sapienter peragrato ad Deum perveniet cum intelligentia; at si male utetur, præter convenientem rationem præsenti mundo perlustrato, non occulto forte in infamiæ affectus illapsa, divina quoque in futuro gloria merito excidet, horrendaque judicii in infinitas æternitates sententia damnabitur ut omne cum Deo vinculum et nexum amittat, in quam sententiam si se induet, se injuriam pati dicere non habebit, cum affectum Nonexistens repræsentantem habeat accusatorem, quem ignorare non possit. Sed ad propositum sermo revocandus est.

Etenim evangelista dicens : *Sunt vero etiam alia quam multa quæ Jesus fecit, quæ si in unum conscriberentur, ne ipsum quidem mundum capturum esse arbitror libros scriptos* [1], per hæc nobis revelavit, ea quæ ab se scripta essent complanationem quamdam præviam esse perfectioris et adhuc imperceptibilis rationis. Hac igitur sententia Joannem sanctum evangelistam si quis præcursorem appellarit, in suo nimirum Evangelio quod ad præparandam viam intellectui ad perfectiorem rationem recipiendam composuit, is a veritate non aberrabit. Sic igitur magnam veritatis vocem doctor vocat eum qui spiritualia tonuerat. Tonitru autem est vox nihil nisi terrorem audientibus creans, nihil utique clari reddens, qualis est elementarius sermo. Omnis enim sermo divinitus in hoc sæculo hominibus perscriptus præcursor est perfectioris sermonis qui nullarum litterarum ope per se in spiritu menti reveletur, quique in futuro apparebit, veritatem quidem in se ipso revelatam habens, sed involucro suo nudatam non ostendens. Sic igitur, uti videtur, totius sacræ Scripturæ intellectus pie complanatus nihil difficile aut inæquale in eis quæ secundum historiam sibi contraria esse videntur habere monstrabitur. Antiquiorum enim unusquisque sancto-

A ρέοντος (8). » Ὡς γὰρ καταπόθη διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ὑπὸ δὲ τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ γνωσθεῖσα ταῖς ἐνεργείαις, ὑπὸ δὲ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς παντελοῦς ἀγνωσίας ἡ ἐπίγνωσις τοῦ Θεοῦ, ὡς μηδὲ (200 *a*) εἰ ἔστι Θεὸς γινώσκεσθαι, οὕτω δὴ πάντως τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως κατὰ τὴν καλῶς γενησομένην ἀντιστροφὴν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ διὰ τὴν χάριν τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ καταποθήσεται ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐν πνεύματι, ἡ δὲ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τῆς ὄντως οὔσης ζωῆς, ὡς αὐτὸν μονώτατον διὰ πάντων ὅλον ὅλη προφαινόμενον ἔχουσα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀντιστρόφως τοῖς παροῦσι, περὶ ἃ νῦν ἐσμέν τε καὶ διεξαγόμεθα, πάντα κατὰ τὸ μέλλον δείξει τὰ ἡμέτερα ἡ θεοπρεπὴς τῆς ἀναστάσεως χάρις, ἵνα ὥσπερ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐνταῦθα κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, οὕτω καταποθήσεται δικαίως ἀσθενήσας ἐκεῖ διὰ τὴν χάριν. Ταῦτα μὲν εἰ καλῶς, ὡς εἴρηται, χρήσαιτο ταῖς αὐτῆς δυνάμεσι, καὶ κατὰ τὸν σκοπὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἰσθητὸν κόσμον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ πνευματικῶν λόγων ἡ ψυχὴ σοφῶς διοδεύσασα πρὸς Θεὸν ἔλθῃ μετὰ συνέσεως· εἰ δὲ κακῶς χρήσαιτο, παρὰ τὸν δέοντα λόγον τὸν παρόντα διαθρήσασα κόσμον, οὐκ ἄδηλόν πως εἰς πάθη ἀτιμίας ἐκπίπτουσα, καὶ τῆς θείας δόξης εἰκότως κατὰ τὸ μέλλον ἀπορριφήσεται, φοβερὰν ἐπ' αἰῶσιν ἀπείρους λαβοῦσα κατάκρισιν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν σχετικὴν

B

ἀλλοτρίωσιν, ἐφ' ᾗ τρεχομένη οὐκ ἔχει λέγειν ὡς οὐ δικαίως, τὴν ὑποστήσασαν τὸ μὴ ὂν διάθεσιν κατήγορον ἔχουσα, ἣν ἀγνοῆσαι οὐδέποτε δύναται. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἡμῖν ἐπανακτέον τὸν λόγον.

Εἰπὼν γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· *Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα* C *πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία*, ἐνέφηνεν ἡμῖν διὰ τούτων, ὅτι τὰ γραφέντα πρὸς αὐτοῦ προομαλισμός τίς ἐστι τοῦ τελειοτέρου καὶ τέως (200 *b*) ἀχωρήτου λόγου. Κατὰ ταύτην οὖν τὴν ἔννοιαν εἰπών τις τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην πρόδρομον, ἐν ᾧ συνέταξεν Εὐαγγελίῳ προοδοποιοῦντι τὴν διάνοιαν πρὸς παραδοχὴν τοῦ τελειοτέρου λόγου, τῆς ἀληθείας οὐχ ἁμαρτήσεται. Ταύτῃτοι καὶ μεγάλην τῆς ἀληθείας ἀποκαλεῖ φωνὴν ὁ διδάσκαλος τὰ πνευματικὰ βροντήσαντα. Βροντὴ δέ ἐστι φωνὴ μόνον κατάπληξιν τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιοῦσα, μηδὲν μέντοι τρανοῦσα, οἷόσπερ ἐστὶν ὁ στοιχειώδης λόγος. Πᾶς γὰρ λόγος θεόθεν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον γραφεὶς πρόδρομός ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ ἀγράφως ἐν πνεύματι κατὰ νοῦν μηνυομένου καὶ ἐς ὕστερον φανησομένου τελειοτέρου λόγου, ὡς ἀλήθειαν μὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ μηνυομένην, οὐ μὴν δὲ αὐτὴν εὐπερικαλύπτως [31] γυμνὴν δεικνὺς τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, τῆς θείας ὅλης Γραφῆς ὁ νοῦς εὐσεβῶς ὁμαλιζόμενος οὐδὲν δυσχερὲς ἢ ἀνώμαλον διὰ τῶν καθ' ἱστορίαν δοκουσῶν ἐναντιώσεων ἔχων δειχθήσεται. Πᾶς γὰρ τῶν ἀνέκαθεν ἁγίων κατὰ

D

[1] Joan. xxi, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[31] Rescribe ἀπερικαλύπτως.

(8) Greg. Naz. *Or. funebr. in laudem Cæs. fratris* hab. cap. 21, p. 215, tom. I. Opp ed. Bened.

Digitized by Google

τὸν ἀληθῆ λόγον τοῦ δι' αὐτοῦ μηνυομένου τε καὶ προτυπουμένου μυστηρίου πρόδρομος ἦν, δι' ὧν ἔπασχέ τε καὶ ἔδρα καὶ ἔλεγε τὰ τούτων προκηρύττων ἀρχέτυπα. Διὸ καὶ ἀντ' ἀλλήλων ἀμέμπτως παραλαμβάνονται, καὶ πάντων ἅπαντες, καὶ ἕκαστος ἑκάστου, καὶ ἀντὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν συγγραφεισῶν βίβλων, καὶ ἀντ' αὐτῶν αἱ βίβλοι παρὰ τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς προσαγορεύονται. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην Ἠλίαν καὶ ποιῶν καὶ λέγων ὁ Κύριος, εἴτε διὰ τὴν ἴσην τῆς ἀρετῆς ἕξιν, ὡς φασιν οἱ διδάσκαλοι, καὶ τὴν κατὰ νοῦν διὰ πάντων καθαρότητα, καὶ τὸ τῆς πολιτείας σύντονον, εἴτε διὰ τὴν ἐν ἀμφοτέροις ταυτότητα τῆς ἐν τῇ χάριτι δυνάμεως, (**201** *a*) εἴτε καθ' ἕτερον λόγον ἀπόκρυφον, αὐτὸς ἂν εἰδείη ὁ λέγων ὡς Θεὸς, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα μυστήρια σοφιζόμενοι. Καὶ πάλιν Μωϋσέα τὸν νόμον, καὶ προφήτας τὰς αὐτῶν προφητικὰς βίβλους, καλέσας, ἐν οἷς πρὸς τὸν ἐν τῇ γεέννῃ βασανιζόμενον πλούσιον φήσαντα τὸν πατριάρχην εἰσήγαγεν Ἀβραάμ· *Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν*, ἀντὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν συγγραφεισῶν θείων βίβλων αὐτοὺς ἐκείνους παραθέμενος, Μωϋσέα φημὶ καὶ τοὺς προφήτας. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Εἰ γὰρ εἷς ἐστιν ὁ δι' αὐτῶν καταγγελλόμενος, οἱ πάντες ὡς εἷς ὃν καταγγέλλουσι νοεῖσθαι δύνανται, καὶ ἀντὶ πάντων ἕκαστος καὶ πάντες πάντων εὐσεβῶς ἀντιπαραλαμβάνεσθαι, τῶν τε διακονησαμένων τῷ κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην μυστηρίῳ καὶ τῶν πιστευθέντων τὸ κήρυγμα τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον χάριτος. Οὐκοῦν ὥσπερ εἰς ὅλην οὖσαν τῆς Καινῆς Διαθήκης καὶ τῆς κατ' αὐτὴν λατρείας ὁ μέγας Βαπτιστὴς Ἰωάννης εὐσεβῶς παραλαμβάνεσθαι δύναται, οὕτω δικαίως εἰς ὅλην τὴν Καινὴν Διαθήκην καὶ τὴν κατ' αὐτὴν λατρείαν, πρόδρομον οὖσαν τῆς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μυστικῆς τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν κρυφιότητος, καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας ἀληθῶς εὐαγγελιστὴς ληφθῆναι δύναται, ὡς πρόδρομος φωνὴ τοῦ μέλλοντος τρανῶς λαλεῖσθαι θειοτέρου λόγου, καὶ εἰκὼν τῆς δειχθησομένης ἀληθείας. Σκιᾷ γὰρ καὶ εἰκόνι καὶ ἀληθείᾳ τὸ καθ' ἡμᾶς ὅλον τῆς σωτηρίας σοφῶς ᾠκονομήθη μυστήριον. *Σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος*, ὥς φησιν ὁ Θεῖος Ἀπόστολος, *τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν* (**201** *b*) *τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων*. δι' ἧς τοὺς κατὰ νόμον οἰκείως ἑαυτοῖς κατ' ἀμυδράν τινα τῶν ἀληθῶν ἔμφασιν πρὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου παραδοχὴν ὁ λόγος ἐπαιδαγώγει. Τὸ δὲ Εὐαγγέλιον εἰκόνα κέκτηται τῶν ἀληθῶν, ὅλους ἔχον τρανῶς ἀπεντεῦθεν ἤδη τοὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὁμοιότητα κτησαμένους. Ἑτοίμους ὁ λόγος δι' ἐλπίδος καθίστησι τῇ παραδοχῇ τῆς τῶν ἀληθῶν ἀρχετυπίας ψυχωθῆναι καὶ γενέσθαι ζώσας εἰκόνας Χριστοῦ, καὶ ταυτὸν αὐτῷ μᾶλλον κατὰ τὴν χάριν ἢ ἀφομοίωμα, τυχὸν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, εἰ μὴ φορτικὸς ὁ λόγος τισὶν εἶναι δοκεῖ. Ὡς πρόδρομος ἑαυτοῦ πρὸς τοῦ θεοφόρου διδασκάλου προσηγόρευται νῦν, ὡς ἑαυτὸν ἀναλόγως τοῖς ὑποδεχομένοις κατὰ

rum revera ejus quod ipse revelaret et præformaret mysterii præcursor erat, imagines per ea quæ patiebatur et agebat et dicebat horum exemplaria primigenia prænuntians. Quare etiam bene et præter reprehensionem pro se invicem accipiuntur, et pro omnibus omnes et quisque pro quoque, etiam pro libris ab ipsis conscriptis, et pro ipsis libri in Scripturæ usu appellantur. Quod aperte manifestat Dominus Joannem baptistam Eliam et faciens et dicens [m], sive propter parem virtutis habitum, ut discipuli dicunt, ac mentis per omnia puritatem, propterque conversationis et vitæ æqualitatem, sive ob identitatem utriusque in gratia potestatis, sive de alia occulta ratione, ipse qui ut Deus locutus est sciverit, et qui talia ab eo mysteria edocti sunt. Atque iterum Moysen legem, et prophetas libros eorum propheticos appellans, ubi Abrahamum patriarcham ad divitem in gehenna afflictatum et vexatum introducit dicentem : *Habent Moysen et prophetas, audiant eos* [n], pro libris ab eis conscriptis ipsos illos ponens, Moysen, inquam, et prophetas. Neque mirum hoc. Nam si unus est per eos prædicatus, universi tanquam unus quem prædicant intelligere, et pro universis singuli quique, et omnes pro omnibus, pie accipi possunt, qui Veteris Testamenti mysterio inservierunt et quibus Evangelii gratiæ prædicatio credita erat. Itaque ut magnus Joannes Baptista in totam Novi Testamenti ejusque cultus gratiam pie intelligi potest, ita jure in totum Novum Testamentum ejusque cultum, qui futuri ævi mysticæ ineffabilium bonorum occultationis præcursor est, etiam Joannes magnus revera evangelista potest accipi, ut vox præcursor divinioris Sermonis aperte olim pronuntiandi, et simulacrum veritatis demonstrandæ. Umbra enim et simulacro et veritate totum salutis apud nos mysterium sapienter dispensatum est. *Umbram enim habebat lex*, ut dicit divinus Apostolus, *futurorum bonorum, non ipsum rerum simulacrum* [o] qua suo sibi sermo modo per obscuram quamdam veritatum significationem ad Evangelium accipiendum legis cultores instrueret. Evangelium autem simulacrum possidet veritatum, et totos aperte tenet hinc jam qui sibi futurorum bonorum similitudinem quæsiverunt. Præparat sermo per spem veritatum forma primigenia recepta animatum iri nos et vivas Christi fore imagines, imo idem quod ille potius per gratiam fore quam simulacrum, quin fortasse vel ipsum Dominum fore, nisi durius hoc dictum aliquibus videatur. Quemadmodum nunc præcursor sui ipsius a divino doctore appellatus est qui sese eis quæ et de Vetere et de Novo Testamento acceperat convenienter ostendisset, per ænigmata et voces et imagines sui ipsius præcursor, perque hæc ad veritatem his nudatam deducens; id quod ipsius Domini verbis testatur, quibus dixit : *Adhuc multa vobis dicere habeo, sed non potestis nunc*

[m] Matth. xi, 14. [n] Luc. xvi, 29. [o] Hebr. x, 1.

Digitized by Google

bajulare [p], sublimiorem quidem ea quæ prægressa erat, sed ea quæ post se per divinum Spiritum circa ipsum futura esset humiliorem et ipsam disciplinam discipulis significans. Unde, ni fallor, adjecit illud : *Cum autem venerit ille veritatis Spiritus, deducet vos in omni veritate* [q]; vel eis quæ alibi ait : *Ecce ego una cum vobis ero omnes dies usque ad ævi consummationem* [r]. Non quod postea plane non futurus sit una cum eis, sed quod sublimior videlicet sit futurus quam quem eo usque humiliorem novissent, ut quem ad suam facultatem augendam essent agnituri. Idem enim per se semper exsistens, nullamque ex immutatione conversionem, nec in magis aut minus augmentum aut imminutionem admittens, omnibus omnia per bonitatis fit exsuperantiam, humilis humilibus, sublimis sublimibus, et eis qui se per se ipsum deificentur proprie Deus, adeo ut præsentis ævi omnia providentiæ circa hominem formæ atque mysteria, quantacunque sunt, viæ præparatio et futurorum prævia descriptio sit. Comparatus igitur et ipse Domini perceptibilis interim sermo cum eo qui magis mysticus discipulis olim dabitur, et pristinus ejus rursus cum secundo adventus, sui ipsius præcursor est, obscure quidem in se ostendens ad audientium facultatem, non patefaciens, nunc quæ in occulto penes se tacite habet mysteria, propterea quod interim conditioni plane sint imperceptibilia. Quidquid enim, ut dixi, litteris subjacet et vocibus, id fieri non potest quin et suum ex semet intellectum, vel si spirituale quid sit, quatenus haudquaquam in litteras atque elocutionem cadit, tanquam ad manifestum et perspicuum dirigat verbum; ideoque quæcunque a Christo Deo discipulis in inenarrabilem intellectum et interpretationem dicta sunt Joannem fortasse divinus hic doctor appellavit, præcursorem gratiam ex eo quo ad recipiendum aptus erat pulchre atque sapienter nominans.

τε τὴν Παλαιὰν κατά τε τὴν Νέαν Διαθήκην ἐφαλνων, δι' αἰνιγμάτων τε καὶ φωνῶν καὶ τύπων προτρέχων αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τούτων πρὸς τὴν χωρὶς τούτων ἄγων ἀλήθειαν, τοῖς αὐτοῦ Κυρίου λόγοις τοῦτο τεκμαιρομένου, δι' ὧν ἔλεγεν, *Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι* · σημαίνων τὴν ὑψηλοτέραν μὲν τῆς προλαβούσης, χθαμαλωτέραν δὲ καὶ αὐτὴν τῆς μετ' αὐτὴν διὰ τοῦ θείου Πνεύματος περὶ αὐτοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι, πρὸς αὐτοὺς διδασκαλίαν. Ὅθεν εἰκότως ἐπήγαγεν · *Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ* · ἢ καὶ δι' ὧν ἑτέρωθί φησιν· *Ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος* · οὐχ ὡς μετὰ τοῦτο παντελῶς (**202** *a*) οὐκ ἐσομένου μετ' αὐτῶν, ἀλλ' ὡς ὑψηλοτέρου δηλονότι παρ' ὃν τέως ἡπίστατο χθαμαλώτερον, ὡς πρὸς τὴν ἑαυτῶν δύναμιν γινώσκεσθαι μέλλοντος. Ὡσαύτως γὰρ ὑπάρχων ἀεὶ δ' ἑαυτὸν, καὶ μηδεμίαν παραδεχόμενος ἐξ ἀλλοιώσεως μεταβολὴν, οὔτε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, πᾶσι πάντα γίνεται δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, ταπεινὸς τοῖς ταπεινοῖς, ὑψηλὸς τοῖς ὑψηλοῖς, καὶ τοῖς δι' αὐτὸν θεουμένοις ὁ φύσει Θεὸς, ὡς εἶναι τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος πάντα τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον προνοίας εἴδη τε καὶ μυστήρια, κἂν μεγάλα ᾖ, προοδοποιήσίν τινα καὶ προδιατύπωσιν τῶν μελλόντων. Συγκρινόμενος οὖν καὶ αὐτὸς ὁ τέως τοῦ Κυρίου χωρὴτὸς λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα τοῖς μαθηταῖς μυστικώτερον ἐπιχορηγεῖσθαι, ἥ τε προτέρα πάλιν αὐτοῦ παρουσία τῇ δευτέρᾳ, πρόδρομός ἐστιν ἑαυτοῦ, παραδείξας μὲν ἀμυδρῶς ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὴν τῶν ὑποδεχομένων δύναμιν, οὐ φανερώσας δὲ νῦν ἅπερ ἔχει σεσιγημένως παρ' ἑαυτῷ ἐν ἀποκρύφῳ μυστήρια, διὰ τὸ τῇ κτίσει τέως εἶναι παντελῶς ἀχώρητα. Πᾶν γὰρ ὃ γράμμασιν ὑποπίπτει, καθὼς εἴρηται, καὶ φωναῖς πάντως ὅτι καὶ τὸν νοούμενον ἐξ αὐτοῦ, κἂν πνευματικὸν ᾖ, ὅσον πρὸς τὸ μηδόλως γράμμασι καὶ ἐκφωνήσει προσπίπτον, φωνῆς λόγον ὡς πρὸς τρανὸν λόγον ἐπέχει, καὶ διὰ τοῦτο πάντα τὰ διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τοῖς μαθηταῖς λαληθέντα πρὸς τὸν ἀλάλητον νοῦν ἤτοι νόησιν Ἰωάννην ἴσως ὁ θεσπέσιος οὗτος διδάσκαλος προσηγόρευσε, τὴν πρόδρομον χάριν ἐκ τοῦ δεκτικοῦ καλῶς τε καὶ σοφῶς ὀνομάσας.

Ex eodem sermone, in illud: « Disputatio vero ea quæ de Deo suscipitur, quo perfectior, eo quoque difficilior est, pluribusque objectationibus patet, in iisque diluendis ac dissolvendis plus negotii facessit. »

Si quæ facta sunt multa sunt, differunt quoque omnino quæ facta sunt, siquidem multa sunt. Fieri enim non potest quin quæ multa, eadem non et diversa sint. Atque si diversa sunt multa, diversæ sunt etiam intelligendæ rationes quibus secundum essentiam exsistunt, quibus et propter quas magis differunt quæ differunt; non enim inter sese different quæ differunt, nisi rationes

(**202** *b*) *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό, « Ὁ δὲ περὶ Θεοῦ λόγος, ὅσῳ τελεώτερος, τοσούτῳ δυσεφικτότερος, καὶ πλείους τὰς ἀντιλήψεις ἔχων, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας. »*

Εἰ πολλὰ τὰ γεγονότα ἐστὶ, καὶ διάφορα πάντως τὰ γεγονότα ἐστὶν, εἴπερ πολλά. Οὐ γὰρ δυνατὸν τὰ πολλὰ μὴ καὶ διάφορα εἶναι. Καὶ εἰ διάφορά ἐστι τὰ πολλὰ, διαφόρους καὶ τοὺς οἷς κατ' οὐσίαν ὑπάρχουσι λόγους νοητέον, οἷς μᾶλλον καὶ δι' οὓς διαφέρουσι τὰ διαφέροντα · οὐ γὰρ ἂν διέφερον ἀλλήλων τὰ διαφέροντα, μὴ τῶν λόγων οἷς γεγόνασιν ἐχόντων διαφοράν. Εἰ τοίνυν ὥσπερ αἱ αἰσθήσεις φυσικῶς

[p] Joan. xvi, 12. [q] Ibid. 13. [r] Matth. xxviii, 20.

(9) Idem *ibid.* cap. 21, p. 511, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

ἀντιλαμβανόμεναι τῶν αἰσθητῶν ἐξ ἀνάγκης κατὰ παραδοχὴν πολλὰς ποιοῦνται καὶ διαφόρους τῶν ὑποκειμένων καὶ ὑποπιπτόντων αὐταῖς τὰς ἀντιλήψεις, οὕτω καὶ ὁ νοῦς πάντων φυσικῶς ἀντιλαμβανόμενος τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, οἷς ἀπείροις ἐνθεωρῶν ἐνεργείας Θεοῦ πολλὰς ποιεῖται καὶ ἀπείρους, εἰπεῖν ἀληθὲς, τῶν ὧν ἀντιλαμβάνεται θείων ἐνεργειῶν διαφορὰς, ἄτονον εἰκότως ἕξει τὴν δύναμιν καὶ τὴν μέθοδον ἄπορον τῆς ἐπιστημονικῆς ἐρεύνης τοῦ ὄντως ὄντος ἀληθοῦς, οὐκ ἔχων νοῆσαι πῶς ἐν ἑκάστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸ ἑκάστων [33] λόγῳ καὶ ἐν πᾶσιν ὁμοῦ καθ' οὓς ὑπάρχουσι τὰ πάντα λόγοις ὁ μηδὲν ὢν τῶν ὄντων ἀληθῶς καὶ πάντα κυρίως ὢν καὶ ὑπὲρ πάντα Θεός. Εἰ γοῦν πᾶσα θεία κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐνέργεια τὸν Θεὸν ἀμερῶς ὅλον δι' ἑαυτῆς ἐν ἑκάστῳ καθ' ὅνπερ τινὰ λόγον ἐστὶν ἰδικῶς ὑποσημαίνει, τίς ἀκριβῶς ἐστιν ὁ νοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν δυνάμενος, πῶς ἐν πᾶσί τε κοινῶς ὅλος καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἰδιαζόντως, ἀμερῶς τε καὶ ἀμερίστως ἐστὶν ὁ Θεὸς, μήτε ποικίλως συνδιαστελλόμενος ταῖς τῶν ὄντων οἷς ἔνεστιν ὡς ὢν (**203** *a*) ἀπείροις διαφοραῖς, μήτε οὖν συστελλόμενος κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδιάζουσαν ὕπαρξιν, μήτε συστέλλων κατὰ τὴν μίαν πάντων ἑνικὴν ὁλότητα τὰς τῶν ὄντων διαφορὰς, ἀλλὰ πάντα ἐν πᾶσίν ἐστιν ἀληθῶς, ὁ μηδέποτε τῆς οἰκείας ἀμεροῦς ἁπλότητος ἐξιστάμενος; Καλῶς οὖν ὁ διδάσκαλος ἔφη τὰς ἀντιλήψεις τοῦ περὶ θεότητος λόγου πολλὰς εἶναι, ἐξ ὧν ὅτι ἐστὶ μόνον Θεὸς διδασκόμεθα, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας, ἐξ ὧν πάλιν τί οὐκ ἔστι μανθάνομεν· πρὸς τὸ παῦσαι περιεργίας ἀνωφελοῦς καὶ βλαβερᾶς τοὺς λῆπτὸν οἰομένους τὸ Θεῖον τοῖς διανοίας ἀνακλασμοῖς τῆς αὐτῶν διανοίας, ἧ οὐδὲ τὸ ἔσχατον τῶν ἐν τοῖς οὖσι καθ' ὃν ἐστι καὶ ὑπάρχει λόγον ἀληθῶς ἐστι ληπτόν.

quibus facta sunt differentiam haberent. Si igitur, ut sensus naturaliter sensibilia percipientes necessario multas pro receptione faciunt et diversas eorum quæ subjacent sensibus et succidunt perceptiones, sic etiam mens, cum omnes naturaliter in rebus rationes percipiat, in quibus infinitis Dei actiones intuendo multas efficit et infinitas, ut verum dicam, divinarum a se perceptarum actionum virtutumque differentias, infirma utetur nimirum facultate irritamque habebit veræ veritatis indagandæ artis suæ viam atque rationem, cum intelligere haud queat quomodo in unaquaque singulorum quorumque ratione, et in cunctis simul quibus cuncta exsistunt rationibus, is qui revera inter ea quæ sunt non censetur, et omnia proprie sit, et supra omnia Deus. Certe si omnis divina, ut verum est, actio et virtus Deum individue totum per semetipsam in unaquaque re, quaqua ratione inest proprie significat, quis accurate et intelligere et enarrare poterit, quomodo in cunctis communiter totus et in unoquoque eorum quæ sunt privatim partium expers et individuus exsistat Deus, neque varie ac multipliciter diductus una cum rerum quibus, ut exsistens, inest infinitis differentiis, neque contractus secundum singuli cujusque peculiarem exsistentiam, neque contrahens secundum unam cunctorum et singularem totitatem eorum quæ sunt differentias, sed omnia in omnibus revera exsistat is qui nunquam peculiari sua et individua simplicitate excidat? Bene igitur magister deitatis rationis multas esse perceptiones dixit, de quibus solum quod Deus sit doceamur, solutionesque operosiores et difficiliores, de quibus rursus quid non sit discamus; quo ab inutili atque nociva curiositate revocaret eos qui divinum vanis ingeniorum suorum figmentis comprehendere posse sibi videntur, quibus ne ultimum quidem eorum quæ sunt qua sit ratione et exsistat vere comprehendi potest.

Ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ πρώτου Λόγου, εἰς τὸ, « *Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη* (10). »

Πᾶν κατὰ φύσιν κινούμενον δι' αἰτίαν πάντως κινεῖται, καὶ πᾶν τὸ δι' αἰτίαν κινουμένον δι' αἰτίαν πάντως καὶ ἔστι, πᾶν δὲ τὸ δι' αἰτίαν ὂν καὶ δι' αἰτίαν κινούμενον ἀρχὴν μὲν εἶχε πάντως τοῦ εἶναι τὴν δι' ἣν ἔστι καὶ ἐξ ἧς πρὸς τὸ εἶναι ἦχθη αἰτίαν, τέλος δὲ τοῦ κινεῖσθαι τὴν αὐτὴν δι' ἣν κινεῖται καὶ πρὸς ἣν ἐπείγεται αἰτίαν. Πᾶν δὲ τὸ δι' αἰτίαν καὶ ὂν καὶ κινούμενον καὶ γενητὸν πάντως. Εἰ δὲ τοῦ κινουμένου τέλος ἐστὶν ἡ δι' ἣν κινεῖται αἰτία, ἡ αὐτὴ πάντως ἐστὶ τῇ δι' ἣν γεγένηται καὶ ἔστιν αἰτίᾳ. Μία οὖν ἄρα πάντως τοῦ ὁπωσοῦν ὄντος καὶ κινουμένου κατὰ φύσιν ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος αἰτία δι' ἣν καὶ ἔστι καὶ κινεῖται πᾶν τὸ ὂν καὶ κινούμενον. Δραστήριος γὰρ ὑπάρχουσα δύναμις καὶ ποιεῖ τὰ

Ex primo de Filio sermone, in illud : « *Quocirca unitas principio in binarium mota in Trinitate constitit.* »

Quodcunque secundum naturam movetur, necesse est ut de causa moveatur, et quodcunque de causa movetur, necesse est ut de causa etiam exsistat; quodcunque vero de causa exsistit atque de causa movetur, initium quoque exsistentiæ ut habeat necesse est eam per quam exsistit et ex qua ad exsistentiam ducta est causam, finem vero motionis eamdem qua movetur et ad quam properat causam. Quodcunque autem per causam et est et movetur factum ut sit item necesse est. Quod si ejus quod movetur finis est causa per quam movetur, necesse est eadem sit causa per quam factum est et exsistit. Ergo una omnino est ejus quod uteunque exsistit et movetur

VARIÆ LECTIONES.

[33] ἑκάστου cod. Gud.

(10) Greg. Naz. *Or. Theol.* III, *de Filio*, cap. 2, p. 524, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

secundum naturam ut initium et finis causa per quam et est et movetur quodcunque est et movetur. Strenua enim et efficax cum vis sit, Deo convenienter tam efficit ea quæ fiunt, ut initium, et producit, quam trahit providenter ea quæ moventur, ut finis, atque terminat. Jam si quodcunque movetur et factum est per causam exsistit et movetur et factum est, sequitur ut nec effectum sit quodcunque exsistentiæ causam habet nullam, nec mobile sit. Non enim movetur omnino quod exsistentiæ causa caret. Si autem quod causa caret idem caret motione, sequitur ut divinum sit immobile, quod exsistentiæ suæ causam non habet rerumque quæ sunt omnium causa est. Quomodo igitur, fortasse aliquis interrogabit, admirabilis hic doctor tanquam mobile introducit Deum in præpositis? Cui respondebimus quod noverat procul dubio: Ratio cujusque artis conservans, immobilis omnino ad se manens, ut exemplo utar, cum per singulas formas eorum quæ ad eamdem artem pertinent formatur, moveri dicitur potius, quod secundum se movet id quod arte efficitur, quam quod movendo appareat, vel, ut lux quæ ad videndum movet visum dicitur moveri, cum movens omnis visus proprie causa sit magis quam quod movetur, ita et divinum plane immobile exsistens pro essentia sua atque natura, utpote infinitum et non affectum et interminatum, tanquam aliquis conscia ratio rerum quæ sunt essentias inhabitans moveri dicitur, providenter eorum quæ sunt secundum suam unumquodque qua moveatur rationem movendo, et, ut causa, quæcunque de iis quorum est causa prædicantur, sine affectu recipiendo. Quod commendandum suscipiet qui in his quærendis studium posuit divinus et magnus vates sanctus Dionysius Areopagita, ubi ait: « Quid tandem theologi significare volunt, cum divinum Numen, nunc amorem, nunc charitatem, nunc amabile et charum vocant? » Quæstionem absolvit his verbis: « Quod hic movetur, illic movet; » atque ut luculentius dicam: Nunc amor divinum est atque charitas et movetur, nunc amabile est et charum, et movet ad se quæcunque amorem atque charitatem capiunt; et ut rursus apertius dicam: Movetur dum affectum amoris et charitatis inserit eis quæ horum capacia sunt, movet contra dum natura attrahit eorum quæ ad se moveantur appetitum; et rursus: Movet et movetur quasi sitiens sitiri, et amans amari, et diligens diligi. Qua sententia etiam divinus Gregorius dixit: « Unitas principio in binarium mota in Trinitate constitit. » Movetur enim in mente ipsius capace, sive angelica, sive humana, per ipsam et in ipsa de ipsa inquirente, et, ut manifestius dicam, instruit eam indivise in primo impetu de unitatis ratione, ne separatio primæ causæ inferatur: impellit vero eam ad recipiendam etiam divinam atque inenarrabilem fecunditatem, my-

A γινόμενα θεοπρεπῶς ὡς ἀρχὴ καὶ προβάλλεται, καὶ ἕλκει τὰ κινούμενα προνοητικῶς ὡς τέλος καὶ ὁρίζει (**203** *b*). Εἰ δὲ πᾶν κινούμενον καὶ γενητὸν δι' αἰτίαν ἔστι τε καὶ κινεῖται καὶ γεγένηται, πᾶν δ μὴ δι' αἰτίαν ἐστὶν οὐδὲ ποιητόν ἐστιν, οὐδὲ κινητὸν δηλονότι. Οὐ γὰρ κινεῖται τὸ παντάπασι μὴ ἔχον τοῦ εἶναι αἰτίαν. Εἰ δὲ τὸ ἀναίτιον πάντως καὶ ἀκίνητον, ἀκίνητον ἄρα τὸ Θεῖον, ὡς τοῦ εἶναι μηδεμίαν ἔχον αἰτίαν, καὶ πάντων τῶν ὄντων ὑπάρχον αἰτία. Πῶς οὖν, ἴσως ἐρεῖ τις, ὁ θαυμαστὸς οὗτος διδάσκαλος κινούμενον εἰσάγει τὸ Θεῖον ἐν τοῖς προτεθεῖσι; Πρὸς ὃν ἐροῦμεν ὅτι παντὸς μᾶλλον ᾖδει, τό· Ἑκάστης τέχνης συνεκτικὸς λόγος, ἀκίνητος μένων παντάπασιν ἐφ' ἑαυτὸν, ἵνα παραδείγματι χρήσωμαι, καθ' ἕκαστον εἶδος τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν B τέχνην μορφούμενος, κινεῖσθαι λέγεται τῷ κινεῖν μᾶλλον καθ' ἑαυτὸν τὸ τεχνούμενον ἢ τῷ κινεῖσθαι προφαινόμενος· ἤ, ὡς φῶς πρὸς τὸ ὁρᾷν τὴν ὄψιν κινῶν λέγεται κινεῖσθαι, κινητικὸν ὑπάρχον πάσης ὄψεως κυρίως ἢπερ κινητὸν, οὕτω καὶ τὸ Θεῖον ἀκίνητον πάντη κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν ὑπάρχον, ὡς ἄπειρον καὶ ἄσχετον καὶ ἀόριστον, οἱονεί τις ἐπιστημονικὸς λόγος ἐνυπάρχων ταῖς τῶν ὄντων οὐσίαις λέγεται κινεῖσθαι, τῷ κινεῖν προνοητικῶς ἕκαστον τῶν ὄντων καθ' ὃν κινεῖσθαι πέφυκε λόγον, καὶ ὡς αἴτιον πάντα τὰ κατηγορούμενα κατὰ τῶν ὧν ἐστιν αἴτιον ἀπαθῶς ἀναδεχόμενον. Ἀνελεῖται τοῦτο ζητήσας ὁ θεοφάντωρ καὶ μέγας Ἀρεοπαγίτης ἅγιος Διονύσιος ἐν οἷς φησι· « Τί δήποτε τὸ Θεῖον οἱ θεο- C λόγοι ποτὲ μὲν ἔρωτα, ποτὲ δὲ ἀγάπην, ποτὲ δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητὸν ἀποκαλοῦσι; » Συμπεραίνει τὸν λόγον οὑτωσὶ φάσκων· « Ὅτιπερ τῷ μὲν κινεῖται, τῷ δὲ κινεῖ· » καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, Ὡς μὲν ἔρως ὑπάρχον (**204** *a*) τὸ Θεῖον καὶ ἀγάπη κινεῖται, ὡς δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητὸν κινεῖ πρὸς ἑαυτὸ πάντα τὰ ἔρωτος καὶ ἀγάπης δεκτικά· καὶ τρανότερον αὖθις φάναι· Κινεῖται μὲν ὡς σχέσιν ἐμποιοῦν ἐνδιάθετον ἔρωτος καὶ ἀγάπης τοῖς τούτων δεκτικοῖς, κινεῖ δὲ ὡς ἑλκτικὸν φύσει τῆς τῶν ἐπ' αὐτῷ κινουμένων ἐφέσεως· καὶ πάλιν· Κινεῖ καὶ κινεῖται, ὡς διψῶν τὸ διψᾶσθαι, καὶ ἐρῶν τὸ ἐρᾶσθαι, καὶ ἀγαπῶν τὸ ἀγαπᾶσθαι. Κατὰ τοῦτον τρόπον καὶ ὁ θεόφρων Γρηγόριός φησι· « Μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη. » Κινεῖται γὰρ ἐν τῷ ταύτης D δεκτικῷ νῷ, εἴτε ἀγγελικῷ, εἴτε ἀνθρωπίνῳ, δι' αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ τὰς περὶ αὐτῆς ἐξετάσεις ποιουμένῳ, καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, διδάσκει αὐτὸν ἀμερίστως ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τὸν περὶ μονάδος λόγον, ἵνα μὴ διαίρεσις τῷ πρώτῳ αἰτίῳ ἐπεισαχθῇ, προβιβάζει δὲ αὐτὸν καὶ τὴν θείαν καὶ ἀπόῤῥητον τούτου γονιμότητα δέξασθαι, λέγουσα μυστικῶς τε καὶ κρυφίως αὐτῷ μὴ δεῖν ἄγονον εἶναι πώποτε φρονεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν λόγου καὶ σοφίας, ἢ ἁγιαστικῆς δυνάμεως, ὁμοουσίων τε καὶ ἐνυποστάτων, ἵνα μὴ σύνθετον ἐκ τούτων ὑπολειφθῇ τὸ Θεῖον ὡς συμβεβηκότων, καὶ οὐχὶ ταῦτα ὑπάρχον ἀεὶ πιστευθῇ. Κινεῖσθαι οὖν ἡ Θεότης λέγεται ὡς αἰτία τῆς καθ' ὃν ὑπάρχει τρόπον ἐξετάσεως. Ἄνευ γὰρ ἐλλάμψεως

(11) Dionys. Areopag. *De divinis nominibus*, cap. 4, p. 365, tom. I Opp. ed. Ven.

Digitized by Google

ἐπιβάλλειν θεότητι τῶν ἀμηχάνων ἐστί. Λέγεται δὲ κινεῖσθαι πάλιν καὶ διὰ τὴν κατὰ μέρος φανέρωσιν τοῦ περὶ αὐτῆς τελεωτέρου λόγου κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφήν, ἀπὸ τοῦ Πατέρα ὁμολογεῖν ἀρχομένου, καὶ εἰς τὸ Υἱὸν συνομολογεῖν Πατρὶ προβαίνοντος, καὶ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπαραδέχεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ συμπροσκυνεῖν (**204** *b*) τοὺς διδασκομένους ἑνάγοντος Τριάδα τελείαν μονάδι τελείᾳ, ἧγουν μίαν οὐσίαν καὶ θεότητα καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν.

A stice et occulte ei persuadens infecundum censendum nunquam esse hoc bonum sermonis et sapientiæ, sive potestatis sanctificatoriæ, coessentialium et subsistentiam habentium, ne ex his tanquam congressis compositum esse divinum Numen putetur, et non semper hæc esse credatur. Moveri igitur Deus dicitur ut causa quæstionis de modo quo ipse exsistat. Etenim sine illuminatione aggredi deitatem nunquam poteris. Rursus autem moveri dicitur etiam propter vicissitudinem manifestationis perfectioris circa ipsum rationis per sacram Scripturam, quæ initium facit Patrem profitendo, et procedit in profitendum una cum Patre Filium, et ad recipiendum una cum Patre Filio Spiritum sanctum, et ad Trinitatem perfectam perfecta unitate, hoc est unam essentiam et deitatem et potestatem et actionem in tribus substantiis conjunctim et una venerandas instruit atque deducit.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἀλλ' ἕτερον, εἶμαι, θέλων καὶ θέλησις, γεννῶν καὶ γέννησις, λέγων καὶ λόγος, εἰ μὴ μεθύομεν· τὰ μὲν ὁ κινούμενος, τὰ δὲ οἷον ἡ κίνησις. Οὔκουν θελήσεως τὸ θεληθὲν, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν γεννήσεως (οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως), οὐ δὲ τὸ ἀκουσθὲν ἐκφωνήσεως, ἀλλὰ τοῦ θέλοντος καὶ τοῦ γεννῶντος καὶ τοῦ λέγοντος. Τὰ τοῦ Θεοῦ δὲ καὶ ὑπὲρ πάντα ταῦτα, ᾧ γέννησίς ἐστιν ἴσως ἡ τοῦ γεννᾶν θέλησις (12). »

B *Ex eodem sermone, in illud:* « *Verum aliud, ni fallor, est volens, aliud voluntas, aliud gignens, aliud generatio, aliud qui loquitur, aliud sermo, nisi forte temulenti simus: horum enim alterum est is qui movet, alterum velut motus ipse. Non ergo voluntatis est volitum, nec generationis quod genitum est (neque enim hoc prorsus sequitur), nec locutionis quod auditum est, sed volentis et gignentis et loquentis. At quæ in Deo considerantur, supra hæc quoque omnia sunt, utpote cui generatio fortasse sit ipsa gignendi voluntas.* »

Πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς πάντα κινοῦντας τρόπον, πρὸς τὸ εὐεπίβατον αὐτοῖς εἶναι τὴν κατὰ τοῦ Μονογενοῦς βλασφημίαν, καὶ λέγοντας θελήσεως, ἀλλ' οὐ Πατρὸς Υἱὸν εἶναι τὸν μονογενῆ Υἱὸν, ταῦτά φησιν C ὁ σοφὸς διδάσκαλος, εὐδιάλυτον οὖσαν δεικνὺς πᾶσαν αὐτῶν ἐντεῦθεν τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανήν. Εἰ γὰρ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἃς ἴσως φαίη τις εἶναι συμπληρωτικὰς τῆς οὐσίας αὐτῆς, δύνασθαι μὲν ταύτας ἐνεργεῖν λέγομεν ἐν ᾗ σύνεισιν οὐσίᾳ, μὴ μέντοι καὶ κινεῖσθαι πάντως κατ' ἐνέργειαν ἀποτελεσματικὴν χωρὶς τῆς τοῦ θέλοντος ἐπινεύσεως δύνασθαι. Εἰ δὲ καὶ δοθείη καθ' ὑπόθεσιν τὸ ἴδιον ἐθέλειν αὐτὰς ἐνεργεῖν ἐκ τῆς φυσικῆς κινήσεως, χωρὶς τῆς τοῦ ταύτας, ἵν' οὕτως εἴπω, κεκτημένου ῥοπῆς μηδὲν ἰσχύειν αὐτὰς καθάπαξ ἀποτελεσματικῶς ἐνεργεῖν τῆς ἰδίας ὁρμῆς. Οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ πάντως τῇ δυνάμει τὸ ἔργον, μὴ ἐχούσῃ τὴν τοῦ οὗ ἐστι δύναμις ῥοπὴν, συνεισφέρουσαν αὐτῇ τὸ κατ' ἐνέργειαν ἐν πράγματι τέλος, καθ' ἑαυτὴν οὖσῃ ἀνυποστάτῳ (**205** *a*). Μάτην τὴν θέλησιν προεβάλοντο, μὴ οὖσάν τινος ἀποτελεστικὴν, χωρὶς τοῦ αὐτὴν ἔχοντός τε καὶ θέλοντος. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ φησιν ὁ διδάσκαλος. Οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως δηλονότι τῇ θελήσει τὸ θεληθὲν, καὶ ταῖς λοιπαῖς ὡσαύτως τὰ λοιπὰ, χωρὶς τῆς τοῦ ταύταις ὑποκειμένου ἐν ᾧ καὶ εἰσὶ συνεισφορᾶς. Εἰ τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς παραδειγμάτων τεκμαίρεσθε τὰ θεῖα, ὦ οὗτοι, δέξασθε ταῖς ὑμῶν γοῦν αὐτῶν στοιχοῦντες ὑποθέσεσι τῶν ἅμα πάντως εἶναι τὰ κατὰ τὴν μέσην σχέσιν ἀλλήλοις συνόντα, λέγω δὴ τὸν θέλοντα καὶ τὸ θεληθὲν, τὸν γεννῶντα καὶ τὸ γεννηθὲν, κατὰ τὴν σχέσιν,

Ad Arianos omnia perturbantes, quo Unigenitum blasphemandi opportunitatem sibi facerent, atque Filium voluntatis, non autem Patris esse unigenitum Filium statuentes, hæc sapiens doctor dicit, facile esse demonstrans inde ad dissolvendum omne artificium contra veritatem structum. Nam si animæ facultates, quas aliquis dixerit essentiæ hujus completorias esse, has quidem in qua simul insunt essentia agere statuamus, haud tamen item moveri per actionem effectum præstantem nisi per volentis nutum posse. Si autem etiam daretur sub conditione privatum et proprium velle eas agere ex naturali motu, tamen præter ejus qui eas possidet, ut ita dicam, libramento nihil eas ita ut perfectam administrent efficaciam proprii impetus posse. Neque enim omnino facultatem sequitur opus, quæ ejus cujus est facultas libramento caret, quod activam in facto consummationem ei afferat, dum ipsa per se est sine substantia. Frustra voluntatem proposuerunt, quæ nihil perficit præter eum qui ipsam habet et vult. Atque hoc est quod dicit magister. Nequaquam enim, ut apparet, voluntatem sequitur volitum, nec magis reliquas reliqua, sine ejus quod his subjacet, in quo et insunt, collatione. Quod si de humanis nostris, o isti, exemplis divina æstimatis, vestris saltem ipsis conditionibus innisi necesse esse concedite ut quæ secundum medium affectum sive relationem sese comitantur simul sint, volentem, inquam, et volitum, generantem et generatum, quæ secundum affectum sive relationem

(12) Idem *ibid.* cap. 6, p. 527, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

id est voluntatem et generationem, se invicem comitantur. Quemadmodum enim extra videntem et visum non est visus, neque cogitatio extra cogitantem et cogitatum, ita nec extra generantem et generatum generatio, nec extra volentem et volitum voluntas, quia, ut demonstratum est, nec volitum sequitur voluntatem sine ejus qui vult collatione. Quod si simul sunt hæc secundum affectum, immobilis enim amborum affectus, — contemporabat ergo generanti Patri, Patri qui semper erat, per generationem etiam secundum vos generatus Filius, cum inter semetipsum et Patrem generantem nullo modo admittat intervallum temporis, neque est amplius voluntatis Filius Filius, sed Patris generantis. Atque hæc, inquit, ex humanis nostris dicta sint exemplis; at quæ in Deo considerantur, supra hæc quoque omnia sunt, cui generatio fortasse est gignendi voluntas. Indubium vero id adduxit per « fortasse » adverbium, propterea quod Filii ex Patre generatio etiam voluntatem superat. Neque enim separatur voluntate a Patre Filius, neque ullo modo Patris voluntas cogitantibus nobis anticipat Filium, quia nec Pater antecedebat Filium, non magis quam intellectus ante sermonem ex ipso, aut lux ante splendorem. Nam simul habentes exsistentiam unam Pater et qui ex eo sine initio generatus est Filius, et voluntatem habent simplicem atque individuam, ut etiam essentiam unam et naturam.

A φημὶ δὲ τὴν θέλησιν καὶ τὴν γέννησιν, ἀλλήλοις συνόντα. Ὡς γὰρ τοῦ ὁρῶντος καὶ τοῦ ὁρωμένου χωρὶς οὐκ ἔστιν ὅρασις, οὔτε τοῦ νοοῦντος καὶ τοῦ νοουμένου νόησις, οὕτως οὐδὲ τοῦ γεννῶντος καὶ τοῦ γεννωμένου γέννησις, οὐδὲ τοῦ θέλοντος καὶ τοῦ θελομένου θέλησις, ὅτι μηδὲ ἕπεται θελήσει τὸ θεληθὲν, ὡς ἐδείχθη, χωρὶς τῆς τοῦ θέλοντος συνεισφορᾶς. Εἰ δὲ τῶν ἅμα ταῦτά ἐστι κατὰ τὴν σχέσιν, ἀκίνητος γὰρ ἡ ἐπ' ἀμφοῖν σχέσις, ἅμα ἦν ἄρα τῷ γεννῶντι Πατρὶ, ἀεὶ ὄντι Πατρὶ, διὰ γεννήσεως, καὶ καθ' ὑμᾶς ὁ γεννώμενος Υἱὸς, μὴ παραδεχόμενος καθ' οἱονδήποτε τρόπον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τοῦ γεννῶντος Πατρὸς παρενθήκην χρόνου, καὶ οὐκ ἔτι θελήσεώς ἐστιν Υἱὸς ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ τοῦ γεννῶντος Πατρός. Καὶ ταῦτα, φησὶν, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς παρα-B δειγμάτων εἰρήσθω, τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπὲρ πάντα ταῦτα, ᾧ γέννησις ἴσως ἐστὶν ἡ τοῦ γεννᾷν θέλησις. Ἀμφέβαλε δὲ τοῦτο διὰ τοῦ « Ἴσως » ἐπιῤῥήματος διὰ τὸ καὶ ὑπὲρ θέλησιν εἶναι τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γέννησιν. Οὐ γὰρ μεσάζεται θελήσει ἐκ τοῦ (**205** *b*) Πατρὸς ὁ Υἱὸς, οὐδὲ προεπινοεῖται τοῦ Υἱοῦ καθ' ὁτιοῦν ἡ τοῦ Πατρὸς θέλησις, ὅτι μηδὲ προϋπῆν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ οὐδὲ νοῦς λόγου τοῦ ἐξ αὐτοῦ, οὔτε φῶς τοῦ ἀπαυγάσματος. Ἅμα γὰρ τὸ εἶναι ἔχοντες καὶ θέλησιν μίαν ἔχουσιν ὅ τε Πατὴρ καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως γεννηθεὶς Υἱὸς, ἁπλῆν τε καὶ ἀδιαίρετον, ὥσπερ οὖν καὶ οὐσίαν μίαν καὶ φύσιν.

Ex eodem sermone, in illud : « Alioqui quid prohibet quominus ipse quoque allata hac propositione : Pater major natura est, ac deinde assumpta altera, Natura autem non omnino major, nec Pater, ita postremo concludam : Majus igitur omnino non majus, vel, Pater omnino non Pater ? »

Cum de causa majorem Filio Patrem, quia ex Patre sit Filius, at non ex Filio Pater exsistat, doctor sapienter definiret, Ariani quod de natura causa sit propositione assumpta ei maligne quod de natura majus sit collegerunt. Atque primum strenue quod isti privata ratiocinatione collegerunt diluit dicens : « Haud scio se ipsosne potius an eos ad quos dirigunt sermonem captiosa hac argumentatione circumveniant. » Neque enim simpliciter quæcunque de aliquo dicuntur, etiam de isto dicentur quod ipsi subjacet : sed patet de quo, et quænam dicantur. Nimirum quæcunque de causa tanquam causa, inquit, dicuntur, ea etiam de eo quod de natura est dicentur. Neque enim rationis est ea quæ ut exemplo hoc utar, de sapiente vel rege ut sapiente vel ut rege dicuntur etiam de eo quod his subjacet dicere, ut homine, et præter legem essentiæ definitione eorum quæ subjacent una comprehendere quæ de sapientia ut sapientia, quæque de regno ut regno dicuntur, id est quæ nihil omnino communicant cum ratione essentiæ.

C Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἐπεὶ τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον τὴν ὅτι, Ὁ Πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προσλαβόντα τὸ, Φύσει δὲ οὐ πάντως μεῖζον, οὐδὲ Πατὴρ, συναγαγεῖν, Τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον, ἢ, Ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ; »

Ἐπειδήπερ μείζονα τῷ αἰτίῳ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα σοφῶς ὁ διδάσκαλος, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὄντος τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' οὐχ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πατρὸς ὑπάρχοντος, διωρίζετο, προσλαβόντες οἱ Ἀρειανοὶ τὴν τὸ αἴτιον φύσει πρότασιν συνῆγον αὐτῷ κακούργως τὸ φύσει μεῖζον. Πρῶτον μὲν ἐπιλύεται γενναίως τὸ παραλελογισμένως ὑπ' αὐτῶν συναχθὲν εἰπών· « Οὐκ οἶδα πότερον ἑαυτοὺς παραλογίζονται, ἢ τοὺς πρὸς οὓς ὁ D λόγος. » Οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅσα κατά τινος λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου τούτῳ ῥηθήσεται· ἀλλὰ δῆλον κατὰ τίνος καὶ τίνα ταῦτ' ἐστίν. Οὐ γὰρ ὅσα κατὰ τοῦ αἰτίου ὡς αἰτίου, φησὶ, λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ φύσει ῥηθήσεται. Οὐκ ἔστι γὰρ λόγου τὰ κατά τινος φέρε εἰπεῖν σοφοῦ ἢ βασιλέως ὡς σοφοῦ ἢ ὡς βασιλέως λεγόμενα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου τούτοις ῥηθῆναι, ὡς ἀνθρώπου, καὶ συμπαραλαμβάνειν ἀλόγως τῷ τῆς οὐσίας ὅρῳ τοῦ ὑποκειμένου τὰ κατὰ τῆς σοφίας ὡς σοφίας, καὶ τὰ κατὰ τῆς βασιλείας ὡς βασιλείας λεγόμενα, τὰ μηδὲ καθόλου τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας (**206**) ἐπικοινωνοῦντα ὡς παντάπασιν [illegible] αὐτῆς καὶ [illegible]

(15) Idem ibid. cap. 15, p. 574, tom. I Oper. ed. Bened.

Digitized by Google

τοῦ κατ' αὐτὴν ὅρου παραλαμβάνειν. Ἔπειτα σοφώτερον συμπλέξας αὐτοῖς ἐκ τῆς αὐτῶν προτάσεως συλλογισμὸν περιτρέπει αὐτοὺς ἑαυτοῖς. Ἔχει δὲ οὕτως· Ἐπεί τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον τὴν ὅτι, Ὁ Πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προσλαβόντα τὸ, Φύσει δὲ οὐ πάντως μεῖζον οὐδὲ Παχὴρ, ἐντεῦθεν συναγαγεῖν, Τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον, ἤ, Ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ; Πρὸς δὲ τὸ σαφέστερον ἡμῖν γενέσθαι καὶ συνεκτικώτερον διαγράψωμεν, εἰ δοκεῖ, σχήματι τὸ λεγόμενον, ἐκ μὲν τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιχειρήσεως ἀρχόμενοι, εἰς δὲ τὴν τοῦ Πατρὸς καταπαύοντες διδασκαλίαν.

A ut differentias ipsam constituentes et complentes ejus definitionem admittere. Deinde sapientius adjuncto eis ex propositione ipsorum syllogismo suo ipsorum eos gladio jugulat. Quæ ita se habent: « Alioqui quid prohibet quominus ipse quoque allata hac propositione: Pater major natura est, ac deinde assumpta altera, Natura autem omnino non major, nec Pater; ita postremo concludam: Majus igitur omnino non majus, vel, Pater omnino non Pater. » Verum quo magis nobis fiat perspicuum et consummatum, age, in formulam, si placet, redigamus quod dicitur, ab adversariorum conamine incipientes, et in Patris doctrinam desinentes.

Πρότασις Ἀρειανῶν, ἤγουν Εὐνομιανῶν· « Εἰ φύσει αἴτιος ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, μείζων δὲ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, μείζων ἄρα τῇ φύσει ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ. »

B Propositio Arianorum, sive Eunomianorum: « Si Pater natura Filii causa est, et major Pater Filio est, sequitur ut Pater natura Filio major sit. »

Ἐπίλυσις τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς περιτρέποντος τοὺς ἐναντίους· « Εἰ φύσει μείζων καθ' ὑμᾶς ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, τὸ δὲ φύσει οὐ πάντως μείζων ἢ Πατὴρ, τὸ μεῖζον ἄρα οὐ πάντως μεῖζον, ἢ ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ. »

Solutio sancti nostri patris Gregorii ad absurdum deducentis et confutantis adversarios ita: « Si natura secundum vos Pater major est Filio, id vero quod natura est nequaquam majus est Patre, sequitur ut majus omnino non sit majus, aut ut Pater omnino non Pater sit. »

Οὕτω περιτρέπονται τοῖς οἰκείοις ἐαλωκότες μηχανήμασιν οἱ τὴν ἀλήθειαν ἀπαναινόμενοι, κενοὶ κενῶς τῆς εὐσεβείας ἐκτιναχθέντες. Ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων λόγων τὰ συμπεράσματα τῶν προτάσεών εἰσι συστατικά, τῶν δὲ συμπερασμάτων αἱ προτάσεις ὑπάρχουσιν ὁριστικαί, οἷς περιπεπτώκασιν ἐκ πολλῆς ἀμαθίας οἱ ἑαυτοὺς οἰόμενοι σοφούς.

Ita confutantur suis ipsorum artificiis capti veritatis renegatores, et leves pietate leviter excutiuntur. De talibus enim dictis conclusiones constituunt propositiones, conclusiones autem definiunt propositiones, quibus se induerunt pro magna sua ignorantia illi qui sibi sapientes ipsis videntur esse.

—

« *Ἔστω δὲ καὶ ἐνεργείας, εἰ δοκεῖ, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς αἱρήσετε. Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον, εἰ καὶ ἄτοπος ἄλλως ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις* (14). »

C « *Sit etiam actionis, si ita videtur, nec sic quidem causam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem, ut consubstantialis ipsi Filius esset; etsi alioquin absurditate non caret hujusmodi actionis opinio.* »

Ἐπειδὴ οἱ τὴν γλῶσσαν ὡσεὶ ξυρὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἠκονημένην ἔχοντες ἔλεγον δῆθεν ἐρωτῶντες· Ὁ Πατὴρ οὐσία ἐστίν, ἢ ἐνεργείας ὄνομα (**206** *b*); ἵνα εἰ μὲν εἴπωμεν οὐσίας ὄνομα εἶναι τὸ, Πατήρ, ἐντεῦθεν συναγάγωσι τὸ ἑτεροούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν, ὡς τῆς αὐτῆς οὐσίας δύο μὴ ἐπιδεχομένης καὶ διάφορα κυρίως ὀνόματα (εἰ γὰρ τὸ Πατὴρ οὐσίας ἐστὶν ὄνομα, οὐκ ἄν ποτε τῆς αὐτῆς ὄνομα εἴη τὸ Υἱός)· εἰ δὲ ἐνεργείας, σαφῶς τοῦ Πατρὸς ποίημα τὸν Υἱὸν ὁμολογοῦντας δείξωσιν, ὡς ἐνέργημα, μετὰ τὸ τὴν κυριολεξίαν ἀντιθετικῶς διεξελθεῖν εὐθέως πρὸς αὐτοὺς τὸν διδάσκαλον εἰρηκότα οὔτε οὐσίας εἶναι τὸ *πατὴρ* ὄνομα, οὔτε ἐνεργείας, ἀλλὰ σχέσεως, καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, συμπεριφορικῶς ἐνήγαγεν εἰπών· « Ἔστω καὶ ἐνεργείας, εἰ τοῦτο δοκεῖ, » καὶ ἐπιφέρει· « Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον. » Πῶς οὖν ἐνεργεῖ τὸ ὁμοούσιον; ζητήσαι τις ἂν τυχὸν τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν καὶ μηδὲν τῶν συμφερόντων ἀγνοεῖν ἀνεχομένων. Τοῦτο δὲ κατὰ τοιόνδε τρόπον ὁμαλισθήσεται. Δύο καθόλου τὰς ἐνεργείας εἶναί φασιν ἐν τοῖς οὖσι,

D Qui linguam tanquam novaculam contra veritatem acutam habent cum dicerent, interrogantes nimirum: Pater essentiæne est, an actionis nomen? ut, si essentiæ quidem nomen esse « Pater » statuerimus, inde alienæ a Patre substantiæ Filium esse colligant, quod eadem substantia duo et diversa proprie haud capiat nomina (nam si Pater essentiæ est nomen, nequaquam ejusdem sit « Filius » nomen), sin actionis, ut clare atque aperte Filium Patris conditionem statuere nos, velut actione conflatum, ostendere habeant, postquam de propriis nominibus contra disputavit magister statimque dixit neque essentiæ Patris nomen esse, neque actionis, sed relationis, et quomodo ad Filium se Pater, aut Filius ad Patrem se habeat, comiter infert dicens: « Sit etiam actionis, si ita videtur, et addit, « Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem ut consubstantialis ipsi Filius esset. » Quomodo igitur, quæret fortasse aliquis curiosior et nihil quod utile sit ignorare sustinens, quomodo agit ut consubstantialis Filius sit? Quod hoc fere modo explanabitur.

(14) Idem *ibid.* cap. 16, p. 535, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

Duas in universum actiones in rebus statuunt, quarum una est quæ ex iis quæ sunt naturaliter procreat quæ sint ejusdem et generis et essentiæ, sibique ipsis eadem ubique et constantia. De qua veluti morigerans argutulis illis recte magister, quo paulisper saltem a blasphemando eos prohibeat, dicit : « Esto vero secundum vos, » secundum disputationis suppositum, « esto etiam actionis nomen Pater; » et his subjungit : « Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem; » id est ut consubstantialis ipsi Filius esset, tanquam efficeret actionem essentialiter substantem et viventem, quemadmodum et Sermonem profecto vivum et potestatem et sapientiam per se ipsam substantem unigenitum Dei Sermonem et Filium Patris divini veritatis doctores dixerunt. Alteram autem actionem ad externa efficienda pertinere statuunt, qua quis circa externum aliquid et alienæ essentiæ agens alienum quid a propria essentia atque diversum ex materia jam prius exsistente instituit. Hanc autem actionem cum artibus secundum scientiam communicari et compositam esse aiunt. De qua divinus doctor : « Etsi, inquit, alioquin absurditate non caret, » juxta quam videlicet rationem accepta est, « hujusmodi actionis opinio, » præsertim si de Patre et Filio accipitur, de quibus ne priorem quidem proprie actionem statuere nos pius sensus patitur, propterea quod etiam hanc superat ineffabilis et incomprehensibilis Unigeniti substantia, qua ex Patre et cum Patre et in Patre est.

A μίαν μὲν τὴν προάγουσαν ἐκ τῶν ὄντων φυσικῶς τὰ ὁμογενῆ καὶ ὁμοούσια καὶ ἑαυτοῖς πάντη ταὐτά. Καθ' ἣν συμπεριενεχθεὶς τοῖς λογολέσχαις ἐπιεικῶς πρὸς τὸ μικρὸν γοῦν ἐπισχεῖν αὐτοὺς τοῦ βλασφημεῖν φησιν ὁ διδάσκαλος, « Ἔστω δὲ καθ' ὑμᾶς, » κατὰ τὸν ἀποδοθέντα σκοπὸν τοῦ λόγου, « καὶ ἐνεργείας ὄνομα ὁ Πατήρ. » Οἷς ἐπάγει· « Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη ὁ Πατήρ, » δηλονότι τὸ ὁμοούσιον, ὡς ἐνέργειαν οὐσιωδῶς ὑφεστῶσαν καὶ ζῶσαν, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ λόγον ζῶντα καὶ δύναμιν καὶ σοφίαν αὐθυπόστατον τὸν μονογενῆ Θεοῦ Λόγον καὶ Υἱὸν τοῦ Πατρὸς εἰρήκασιν οἱ θεόφρονες τῆς ἀληθείας διδάσκαλοι. Τὴν δὲ ἑτέραν ἐνέργειάν φασιν εἶναι τῶν ἐκτὸς ἀπεργαστικὴν, καθ' ἣν περί τι τῶν ἔξωθεν (**207** *a*) καὶ ἑτεροουσίων ἐνεργῶν τις ἕτερόν B τι τῆς ἰδίας οὐσίας ἀλλότριον ἐκ προϋποκειμένης ὕλης τινὸς κατασκευάζει. Ταύτην δὲ τὴν ἐνέργειαν ταῖς τέχναις ἐπιστημονικῶς συγκεῖσθαί φασι. Περὶ ἧς ὁ θεόφρων διδάσκαλός φησι, « Εἰ καὶ ἄτοπος ἄλλως, » παρ' ὃν ἐλήφθη δηλονότι τρόπον, « Ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις, » καὶ μάλιστα ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λαμβανομένης, ἐφ' ὧν οὐδὲ τὴν πρώτην κυρίως δέξασθαι ὁ εὐσεβὴς ἀνέχεται νοῦς, διὰ τὸ καὶ ὑπὲρ ταύτην εἶναι τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ ἐν τῷ Πατρὶ ἄφραστον καὶ ἀπερινόητον ὕπαρξιν τοῦ Μονογενοῦς.

Ex secundo de Filio sermone, in illud : « Deus vero dicatur non ratione Verbi, sed partis quæ in oculorum sensum cadit. Quo enim modo illius, qui proprie Deus est Deus dici queat? Quemadmodum Pater non humanitatis, sed Verbi respectu. Duplici quippe natura constabat; quo fit ut alterum de utroque proprie dicatur, alterum improprie, contra quam in nobis se res habet. Deus enim proprie noster Deus est, non autem proprie Pater. »

C Ἐκ τοῦ β' περὶ Υἱοῦ Λόγου, εἰς τό· « Θεὸς δὲ λέγοιτο ἂν οὐ τοῦ Λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ. Πῶς γὰρ εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ Πατὴρ οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ Λόγου δέ. Καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς, ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως· ἐναντίως δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως Θεὸς ὁ Θεὸς, οὐ κυρίως δὲ Πατήρ (15). »

« Alterum proprie de utroque » est ponendum, et de Patre et de Deo, ut quorum utrumque proprie potest de Christo dici propter substantiæ unitatem. Christi enim Pater proprie est Deus, quia Filius et Deus Sermo et unus sanctæ Trinitatis exsistit vel post carnificationem, ut etiam Dei ejusdem Christi rursus est proprie, quia homo revera est propter carnem, et unus hominum appellabatur; quæ enim partium sunt, ea de toto, quod inde consistit, proprie prædicantur, quia proprie recipit quæcunque naturaliter inhærent partibus, unde etiam constant. « Alterum improprie de utroque » æque capiendum est et de Deo et de Patre, quia utrumque vocabulum de Christo proprie dici nequit, propter naturalem earum ex quibus et in quibus consistit naturarum differentiam. Quæ enim ei quod de compositione totum est adhærent de una alterave partium suarum, ea nunquam proprie prædicabuntur. « Contra » autem

Τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν θετέον, τοῦ, Πατὴρ, καὶ τοῦ, Θεὸς, ὡς ἀμφοῖν ἐπὶ Χριστοῦ κυρίως λέγεσθαι δυναμένων διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν. Χριστοῦ γὰρ Πατὴρ κυρίως ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς Υἱοῦ καὶ Θεοῦ Λόγου καὶ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος ὑπάρχοντος καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ Θεοῦ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ πάλιν D κυρίως ἐστὶν, ὡς ἀνθρώπου κατὰ ἀλήθειαν ὄντος διὰ τὴν σάρκα, καὶ ἑνὸς τῶν ἀνθρώπων χρηματίζοντος· τὰ γὰρ τῶν μερῶν τοῦ ἐξ αὐτῶν ὅλου κυρίως κατηγορεῖται, ὡς ἐπιδεχομένου πάντα κυρίως τὰ φυσικῶς προσόντα τοῖς μέρεσιν, ἐξ ὧν καὶ ὑφέστηκε. « Τὸ δὲ οὐ κυρίως, ὡσαύτως ἐπ' ἀμφοῖν » ληπτέον, τοῦ, Θεὸς, καὶ τοῦ, Πατὴρ, ὡς ἀμφοῖν ἐπὶ Χριστοῦ κυρίως λεχθῆναι μὴ δυναμένων, διὰ τὴν φυσικὴν διαφορὰν τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε φύσεων. Τὰ γὰρ τῷ κατὰ σύνθεσιν ὅλῳ προσόντα θατέρου τῶν ἑαυτοῦ μερῶν οὐδέποτε κυρίως κατηγορηθήσεται. « Ἐναντίως » δὲ « ἢ ἐφ' ἡμῶν (**207** *b*) ἔχει, » τουτέστιν ἔμπαλιν καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἠνίκα γὰρ τὴν

(15) Greg. Nazianz. Orat. Theol. IV, de Filio, cap. 8, p. 515, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

διαφορὰν θεωρῶ τῶν φύσεων, καὶ τὴν αὐτῶν κατ' ἐπίνοιαν ποιοῦμαι διάκρισιν, οὐ δύναμαι τὸ ἐπ' ἀμφοῖν κυρίως τιθέναι, τοῦ, Πατήρ, φημὶ, καὶ τοῦ, Θεός. Οὐ γὰρ κυρίως τοῦ Λόγου Θεός ἐστιν ὁ Πατήρ, οὐδὲ κυρίως Πατὴρ τῆς σαρκός ἐστιν ὁ Θεός. « Ἐναντίως δὲ, » τουτέστιν ἔμπαλιν δὲ, ἢ ἀντιστρόφως δὲ, τοῦ τε « κυρίως » δηλονότι καὶ « οὐ κυρίως, » ἐπί τε τῆς ἑνώσεως καὶ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, ἐπί τε τῆς διαφορᾶς τῶν φύσεων καὶ τῆς κατ' ἐπίνοιαν αὐτῶν διακρίσεως λαμβανομένων, ὡς τῆς μὲν μίαν ὑποστάσεως κυρίως Θεὸν καὶ Πατέρα λεγόμενον, ὡς ἑνὸς Χριστοῦ, τὸν Θεὸν ἐπιδεχομένης κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, τῆς δὲ κατ' οὐσίαν διαφορᾶς τῶν φύσεων ἔμπαλιν τὸ μὴ κυρίως ἐπιδεχομένης, καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς ὁ Θεὸς, ὥσπερ καὶ τῆς τοῦ Λόγου σαρκὸς, οὐ κυρίως δὲ Πατὴρ, ὥσπερ οὐδὲ τῆς τοῦ Λόγου σαρκός. Ἐνηλλαγμένως οὖν τὰ τοῦ ὅλου τοῖς μέρεσι, καὶ τῷ ὅλῳ τὰ τῶν οἰκείων μερῶν ἐκφωνητέον, καὶ ἔσται ῥᾳδία καὶ σαφὴς ἡ τοῦ προκειμένου κατάληψις. Καὶ ἵνα σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ἡνίκα μὲν ὡς ὑπόστασις ὁ Χριστὸς θεωρεῖται, τὸ « κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, » τοῦ, Θεὸς, λέγω καὶ τοῦ, Πατὴρ, θετέον, ἡνίκα δὲ διὰ τὴν ἀσύγχυτον ὕπαρξιν τῶν ἐν οἷς καὶ ἐξ ὧν ἐστιν αἱ τοῦ Χριστοῦ φύσεις θεωροῦνται, τὸ « ἔμπαλιν » θετέον, ὅπερ ἐστὶ τὸ μὴ κυρίως, καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς λέγων ὁ διδάσκαλος διὰ τοῦ ἐπαγαγεῖν, « Καὶ τοῦτο ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐπαλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγκρασιν. » Σημεῖον δὲ, ἡνίκα αἱ (**208** *a*) φύσεις διίστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιῄρηνται καὶ τὰ ὀνόματα. Τουτέστιν, ἕως ὑπόστασιν μίαν σκοπεῖς τὸν Χριστὸν, ἡ κατ' ἐπαλλαγὴν τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξίς ἐστιν ἀδιαίρετος, ἐπειδὰν δὲ ταῖς ἐπινοίαις διαστήσῃς τὰς συμπληρούσας τὴν μίαν ὑπόστασιν τοῦ Χριστοῦ φύσεις, συνδιεῖλες ταῖς φύσεσι καὶ τὰ ὀνόματα· ἢ πάλιν, ἐπείπερ τὴν φύσιν διπλοῦς ὁ Χριστὸς, ἄμφω κατηγορεῖται αὐτοῦ, τὸ Θεὸς καὶ Πατὴρ, κυρίως μὲν ἡνίκα συνεκφωνεῖται καταλλήλως ταῖς φύσεσι τὰ ὀνόματα, οὐ κυρίως δὲ ὅταν ἡ κατὰ φύσιν ἑκατέρου τῶν ἐξ ὧν ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶ θατέρῳ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν ἐπηλλαγμένως ἀντιδίδωται κτῆσις. Ὅπερ ποιεῖν μὴ γινώσκοντες, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν μὴ ἀνεχόμενοι, οἱ τότε καὶ οἱ νῦν αἱρετικοὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον βλασφημεῖν οὐ παραιτοῦνται, οἱ μὲν εἰς κτίσμα κατάγοντες διὰ τὰ ἀνθρώπινα, οἱ δὲ τὴν οἰκονομίαν συγχέοντες διὰ τὴν ἄρνησιν τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων. Ἄλλος δὲ πάνυ τὰ θεῖα σοφὸς τοῦτον ἐρωτηθεὶς παρ' ἐμοῦ τὸν τόπον ἔφη· Τὸ μὲν « κυρίως, » τὸ δὲ « οὐ κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, » τῆς αὐτῆς ἐστι κατηγορίας τῆς σχετικῆς, εἴτε τῆς Πατὴρ, εἴτε τῆς Θεὸς, ἢ καὶ ἑκατέρας, ὡς ἐφ' ἑνὸς Χριστοῦ τιθεμένης, τοῦ συνεστῶτος ἐκ δυοῖν τῶν ἐναντίων, « κυρίως » καὶ « οὐ κυρίως. » Εἰ μὲν Θεὸς ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ λεχθείη κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν δύο φύσεων, « κυρίως » μὲν τοῦ κτίσματος ἂν λέγοιτο, « οὐ κυρίως » δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων Πατὴρ « κυρίως » τοῦ Λόγου, τοῦ δὲ

A « quam in nobis se res habet, » hoc est rursus ut de nobis se habet res. Quando enim naturarum spectо differentiam, easque cogitatione discerno, de utroque proprie ponere non possum, de Patre, inquam, et de Deo. Haud enim proprie Sermonis Deus est Pater, neque proprie Pater carnis est Deus. « Contra quam, » hoc est rursus vero, vel contrario modo, quod nimirum pertinet ad illud « proprie » et « improprie, » ad unitionem et substantiæ unitatem, ad differentiam naturarum et ad discrimen quo mente percipimus, cum substantiæ unitas proprie dici Deum et Patrem, ut unius Christi, de causa prædicta Deum admittat, cumque rursus essentialis naturarum differentia improprie dici recipiat, quemadmodum in nobis se B res habet. Noster enim proprie Deus est Deus, ut etiam Sermonis carnis, sed non proprie, Pater, ut nec Sermonis carnis. Invicem enim atque mutuo quæ totius sunt debemus partibus, quæque propriarum est partium toti debemus tribuere, atque facilis erit et perspicua eorum quæ tractantur comprehensio. Et quo magis perspicuum fiat quod dico, quando ut substantiam contemplamur Christum illud « proprie de utroque, » de Deo, inquam, et Patre, ponendum; quando autem per exsistentiam inconfusam eorum in quibus et ex quibus constant Christi naturæ, illud « rursus » ponendum, quod est non proprie, quemadmodum in nobis se res habet. Et hoc significat manifesta magistri oratio, cum subjiciat, « Atque hoc est quod hæreticos in errorem inducit, nempe nominum horum C conjunctio, permutatis videlicet inter se nominibus propter naturæ utriusque connexionem. » Argumento est quod cum naturæ animo et cogitatione distinguuntur, simul quoque nomina dividuntur. Hoc est, quandiu Christum unam contemplaris substantiam, nominum secundum permutationem conjunctio individua est, ubi autem intellectu discriminaveris naturas quæ Christi substantiæ unitatem consummant, una cum naturis nomina quoque discriminabis; aut rursus, cum Christus duplex natura sit, utrumque de eo prædicatur, et Deus et Pater, proprie quidem quando naturis convenienter nomina simul pronuntiantur, improprie autem D quando naturalis utriusque possessio eorum unde et in quibus exsistit quod exsistit alterutri propter substantiæ unitatem invicem attribuitur. Quod cum facere nesciant, aut, ut magis proprie dicam, non sustineant et refragentur, veteres et hodie qui exstant hæretici unigenitum Deum Sermonem blasphemare non detrectant, nunc ad creaturam eum deprimendo propter humana, nunc dispensationem confundendo per earum unde constat naturarum renegationem. Alius vero divinarum rerum peritissimus a me consultus in hunc fere modum interpretatus est: Hoc « proprie, » et illud, « improprie » de utroque, » ejusdem est prædicationis relativæ, sive Patris, sive Dei, sive etiam utriusque nominis, ut de uno Christo usurpatæ, qui ex duobus

Digitized by Google

contrariis constat, id est ex eo quod « proprie » et ex eo quod, « non proprie. » Itaque si Deus Christi Pater duarum naturarum respectu dicetur, « proprie » sane ad creaturam pertinebit; « improprie » autem ad Deum Sermonem. Item ex adverso Pater pertinebit « proprie » ad Sermonem; ad creaturam contra « improprie, » prout etiam apud nos hæc uti dicuntur se habent. Noster enim, « proprie » quidem Deus est, « improprie » autem Pater. Quam observationem a sapiente illo acceptam, cum elegans sit, libro inserendam esse putavi.

A κτίσματος « οὐ κυρίως, » καθὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔχει ταῦτα λεγόμενα. Ἡμῶν γὰρ « κυρίως » μὲν θεὸς, « οὐ κυρίως » δὲ Πατήρ. Ταύτην ἀποδεξάμενος ἐγὼ τοῦ σοφοῦ τὴν ἐπιβολὴν ὡς καλῶς ἔχουσαν συνεῖδον ἐνταγῆναι τῷ γράμματι.

Ex eodem sermone, in illud : « Accipere eum, id est Christum, vitam aut judicium aut gentium hæreditatem aut omnis carnis potestatem aut gloriam aut discipulos, aut cætera ejus generis quæ dicuntur, » quodque magister hisce subjungat : « Hoc quoque ad humanitatem spectat, » et deinceps : « Quanquam ut hæc etiam Deo tribuamus, nulla inde absurditas consequetur. Non enim velut ascitilia ei tribues, sed quæ velut a principio una cum ipso exstiterint, et ratione naturæ, non gratiæ. »

De hoc mecum sæpenumero cum hæsitassem, quomodo et qua ratione, ut ait magister, Deus quod natura habet accipere dicatur, cumque mihi satisfacere non potuissem, denique senem sapientem adire satius visum est, qui eam quæstionem quam perite expedivit ita locutus : Si quem rerum naturæ aliquibus interpretem se præstare velle fingamus, ille suis auditoribus dicet : Demus Deo omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, justitiam, æque conditioni servitium, obedientiam, circumscriptionem, de nihilo exsistentiam, et quæ ex his consequuntur, prout natura utriusque in communibus notionibus sua propria sibi quæque vindicat. His igitur ille verbis, « Demus Deo, » ei quod non adhærebat non tribuit, sed quod naturæ peculiare est. Hoc enim « demus » significat veluti definire naturam per ea quæ ipsi adhærent ab eis quæ non sunt ejusmodi. Pari modo hic quoque doctorem nostrum pie accipe dicentem : « Quanquam ut hæc etiam Deo tribuamus, » hoc est dum natura quæ sibi adhærent ab rerum gnaris examinatoribus attributa accipit.

(**208** *b*) *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Λαμβάνειν αὐτὸν, δηλαδὴ τὸν Χριστὸν, ζωὴν, ἢ κρίσιν, ἢ κληρονομίαν ἐθνῶν, ἢ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἢ δόξαν, ἢ μαθητὰς, ἢ ὅσα λέγεται, » καὶ τούτοις ἐπαγαγεῖν τὸν διδάσκαλον ὅτι, « Καὶ τοῦτο τῆς ἀνθρωπότητος, εἶτα πρὸσεπαγαγεῖν, » « Εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ δοίης, οὐκ ἄτοπον. Οὐ γὰρ ὡς ἐπίκτητα δώσεις, ἀλλ' ὡς ἐξαρχῆς συνυπάρχοντα, καὶ λόγῳ φύσεως, ἀλλ' οὐ χάριτος* (16). »

B

Πρὸς ἐμαυτὸν περὶ τούτου πολλάκις διαπορήσας, πῶς καὶ τίνι λόγῳ, καθώς φησιν ὁ διδάσκαλος, ὃ κατὰ φύσιν ἔχει λαμβάνειν ὁ Θεὸς λέγεται, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἐμαυτὸν πληροφορῆσαι, τέλος καλῶς ἔχειν ἔρεσθαι γέροντα σοφὸν διέγνων, ὅστις τὸν περὶ τούτου λόγον ἐπιστημόνως μάλα διίθυνεν οὕτωσὶ λέγων, ὅτιπερ καθ' ὑπόθεσιν εἰδῶμέν τινα σαφηνίζοντά τισι τὰς τῶν ὄντων φύσεις, ἐρεῖν πρὸς αὐτούς· Δῶμεν τῷ Θεῷ τὸ παντοδύναμον, τὸ σοφὸν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ δίκαιον· ὡσαύτως τῇ κτίσει τὸ δοῦλον, τὸ ὑπήκοον, τὸ περιγραπτὸν, τὸ ἐκ μὴ ὄντων ὑποστῆναι, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ὡς τῆς φύσεως ἑκάστου ἐν ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀπαιτούσης τὰ ἴδια. Φάσκων οὖν ὁ τυχὼν τό· « Δῶμεν τῷ Θεῷ, » οὐχὶ τὸ μὴ προσὸν αὐτῷ παρεῖχεν, ἀλλ' ὅπερ ἡ φύσις ἔχει. Τοῦτο γὰρ τὸ « Δῶμεν » σημαίνει οἷον τὸ διορίζειν τὴν φύσιν διὰ τῶν αὐτῇ προσόντων ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων. Τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα λέγοντα τὸν διδάσκαλον εὐσεβῶς ἐκδέχου, « Εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ δῶμεν, » τουτέστι τῆς φύσεως τὸ προσὸν αὐτῇ πρὸς τῶν διευκρινούντων τὰ πράγματα λαμβανούσης.

C

Ex eodem sermone, in illud : « Ut enim impossibile esse dicimus Deum malum esse, aut omnino non esse. »

Etiam hoc quæsivi a sapiente sene supra memorato qui respondit non pertinere illud « non esse » ad ea quæ præcesserunt, ne scilicet illud « esse » suspicemur significare esse Deum malum : « Ut enim impossibile esse dicimus Deum malum esse, aut non esse » malum, sed esse malum, illo « malum » ex communi posito. Duæ enim negationes unam efficiunt affirmationem. Quo fit ut illud negativum « impossibile » cum illo « non esse malum » conjunctum efficiat ut malus sit. Quod ita non est.

D *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ εἶναι* (17). »

Καὶ τοῦτο τὸν προλεχθέντα σοφὸν ἐρωτήσας γέροντα ἔφη μὴ ἠρτῆσθαι τὸ « μὴ εἶναι » τῷ προλεχθέντι, ἵνα μὴ συναχθῇ τὸ εἶναι τὸν Θεὸν πονηρόν· « Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ (**209** *a*) εἶναι » πονηρὸν, ἀλλ' εἶναι πονηρὸν, κατὰ κοινοῦ τοῦ « πονηρὸν » κειμένου. Δύο γὰρ ἀρνήσεις μίαν συγκατάθεσιν ἐπάγουσιν. Ἔστιν οὖν ἀρνητικὸν τὸ « ἀδύνατον, » συμπλεκόμενον δὲ τῷ « μὴ εἶναι πονηρὸν, » συνάγει τὸ πονηρὸν εἶναι. Ὅπερ οὐχ οὕτως ἔχει. Μὴ γένοιτο! Ἀλλ' ἕκαστον

(16) Idem *ibid.* cap. 9, p. 545 tom. I Opp. ed. Bened.

(17) Idem *ibid.* cap. 11, p. 546, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

ἀπὸ ἰδίας ἀρχῆς ἔχει τὸν εἰρμόν, ἵνα ἢ τὸ κῶλον οὕτως ὁμαλιζόμενον, « Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεόν, » καὶ στίξαι καὶ πάλιν ἄρξασθαι νοήματος ἑτέρου καὶ προσεπαγαγεῖν, « Ἢ μὴ εἶναι, » ἀντὶ τοῦ ἀνύπαρκτον εἶναι.

A Absit. Sed suum unumquodque a suo proprio principio nexum habet, ut membrum orationis illud ita complanetur : « Quemadmodum enim impossibile esse dicimus malum esse Deum, » post quæ incidendum est, ut rursus alterum enuntiatum inde additum incipiat : « Aut non esse, » id est exsistentia carere.

—

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό, « Ἔχεις τὰς τοῦ υἱοῦ προσηγορίας, βάδιζε δι' αὐτῶν, ὅσαι ὑψηλαί, θεϊκῶς, καὶ ὅσαι σωματικαί, συμπαθῶς, μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, ἵνα γένῃ Θεὸς κάτωθεν ἀνελθὼν διὰ τὸν κατελθόντα δι' ἡμᾶς ἄνωθεν (18). »

Ex eodem sermone, in illud : « Habes filii appellationes, per eas incede, per eas, inquam, omnes quæ sublimes sunt, divine, per corporeas autem humane, imo vero prorsus divine, ut ex imis hisce ascendens fias Deus propter eum qui propter nos de supernis descendit. »

Ὁ τὸν νοῦν διὰ τῆς ὑψηλῆς θεωρίας κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν θείων ὀνομάτων ἐπίνοιαν καταφωτίσας καὶ πρὸς τὸν ἀρχικὸν ἑκάστου καὶ πνευματικὸν λόγον ἀναγαγών τε καὶ μεταποιήσας, καὶ τοῖς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνοις τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς καθυποτάξας τῷ πνεύματι, ὑπήκοός τε μέχρι θανάτου γενόμενος, οὗτος ἀληθῶς βάδιζε « διὰ τῶν θείων προσηγοριῶν » ἀμέμπτως κατά τε πνεῦμα καὶ σάρκα, τὴν θείαν καὶ πρὸς Θεὸν ἄγουσαν πορείαν ποιούμενος, « ὑψηλῶς » μὲν κατὰ τὴν μυστικὴν θεωρίαν διὰ τῶν ὑψηλῶν ὀνομάτων, « συμπαθῶς » δὲ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, διὰ τῶν σωματικῶν πρὸς τὴν ἄνω λῆξιν ἐπειγόμενος, « μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον θεϊκῶς, » ὡς θεωρητικῆς οὔσης καὶ τῆς πράξεως καὶ λογικῆς χάριτος μὴ ἀμοιρούσης· ἀλλ' ὅτου χάριν τὴν πρὸς τὴν σάρκα γνωμικὴν ἀλλοτρίωσιν διὰ τῆς τελείας περιτομῆς τῶν αὐτῆς φυσικῶν κινημάτων εἵλετο σαφῶς ὑπαγορεύων ὅτιπερ, ἵνα γένηται καὶ αὐτὸς χάριτι Θεός, ὑπὲρ τὴν ὕλην κατὰ σάρκα διὰ τῆς πράξεως[33], καὶ κατὰ νοῦν διὰ θεωρίας ὑπὲρ τὸ εἶδος, (**209** *b*) ἐξ ὧν ἡ τῶν ὄντων ὕπαρξις ὑφέστηκεν, ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἄϋλος καὶ ἀνείδεος πάντη γενόμενος, διὰ τὸν δι' ἡμᾶς ἐν ὕλῃ καὶ εἴδει καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς ἐξ ἡμῶν γενόμενον Θεὸν Λόγον, τὸν κατὰ φύσιν κυρίως ἄϋλον καὶ ἀνείδεον. Ἢ καὶ πάλιν τό· « Μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, » διὰ τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ κατορθώσαντι τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις ἀρετὴν καὶ γνῶσιν, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον συμπαθείας, ἀπάθειαν, ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ὀφειλῆς πάσχειν καὶ τὴν ψυχὴν ἑτοίμως προΐεσθαι, ὡς κηλίδων παντάπασιν ὑπάρχων ἐλεύθερος.

B Qui mentem sublimi contemplatione per uniuscujusque divinarum appellationum interpretationem illustravit et ad principalem cujusque et spiritualem rationem subduxit atque transformavit, ac laboribus pro virtute susceptis prudentiam carnis spiritui subjecit, ad mortem usque obediens factus[a], is vere incede « per divinas appellationes » et spiritu irreprehensibiliter et carne, divinum iter et quod ad Deum ducit ingrediens, « sublimis » quidem secundum mysticam contemplationem per sublimes appellationes, « eademque patiens » secundum practicam philosophiam, dum per corporalia ad supernam properas quietem, « imo vero prorsus divine, » cum contemplativa tua etiam sit C actio et rationali gratia non indigeat; sed cujus gratia voluntatis a carne alienationem perfecta ejus naturalium motionum circumcisione ceperit aperte indicat, nimirum ut etiam ipse gratia Deus fieret, super materiam in carne per actionem, inque mente per contemplationem super formam, ex quibus rerum natura constat, sese constituens, et ut totum edicam, secundum habitum virtutis et cognitionis immaterialis et formæ expers plane factus per Deum Sermonem qui propter nos in materia et forma revera ad nos de nobis pervenit, qui natura sua proprie est immaterialis formæque expers. Vel etiam rursus, illud : « Imo vero prorsus divine, » dixit propter ejus, qui virtutem ac cognitionem quantas hominibus liceret exercuit, ex Dei et D proximi amore, liberum ab affectu statum, quo de aliorum debito patiatur animamque libenter projiciat, utpote ab omnibus omnino nævis et maculis liber.

—

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὰ Γενέθλια λόγου, εἰς τό, Νόμοι φύσεως καταλύονται· πληρωθῆναι δεῖ τὸν ἄνω κόσμον. Χριστὸς κελεύει· μὴ ἀντιτείνωμεν. »

Ejusdem ex sermone in Nativitatem, in illud : « Leges naturæ solvuntur; impleri oportet et consummari mundum supernum. Christus jubet : ne obsistamus. »

Κατὰ ἀλήθειαν οἱ νόμοι τῆς φύσεως καταλυθέντες τὴν τοῦ ἄνω κόσμου πλήρωσιν εἰργάσαντο. Δηλον-

Leges naturæ revera solutæ superni mundi consummationem effecerunt. Nimirum non solutis eis

[a] Philipp. II, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[33] In apographo exstat ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν κατὰ σάρκα τῆς πράξεως, quæ supplevi et emendavi.

(18) *Idem* cap. 21, pag. 556, tom. I Opp. ed. Bened.

(19) Greg. Naz. *Or. in Theophan.* cap. 2, p. 664, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

supernus mundus imperfectus mansisset atque inconsummatus. Quænam sunt autem istæ quæ solvuntur leges naturæ? Est conceptio per sationem, et per interitum, ut puto, generatio, quarum neutra veram Dei incarnationem perfectamque humani corporis assumptionem plene designavit. Sationis enim vere fuit conceptio, et interitus omnino generatio, pura atque immaculata, proptereaque vel post generati partum virgo mater, cum per id quod peperit potius sine passione permaneret, id quod etiam mirum et præter omnem naturæ legem atque rationem factum est, uti Deus qui ex illa in carne nasci dignatus est, qui virginitatis vincula illi, ut matri, potius astrinxit per generationem. Id quod factu non minus quam auditu vere admirandum est, generari nimirum infantem et partu edi, genitalibus claustris matris non apertis. Necesse erat enim revera, necesse erat ut naturæ conditor per semetipsum naturam emendans primas naturæ leges dissolveret, quibus peccatum propter inobedientiam parem cum irrationalibus animalibus homines damnaverat habere ex semetipsis successionem continuandæ stirpis, et primæ adeo ac revera divinæ creationis leges innovaret, ut quod homo ex negligentia, ut infirmus, perdidisset, hoc Deus de clementia sua, ut potens, restauraret. Si igitur leges naturæ de peccato impositæ in Christo solutæ sunt, et omnis affectuum servilis insurrectio de Sermonis adventu penitus remota est, necesse est omnino ut supernus mundus consummetur, ut ait magister. Et contra hoc ne obstrepamus. Nam si vetus, qui peccato subjacebat, Adam simplex et exilis homo, primas in spiritu leges naturæ inobedientia dissolvit, inferioremque mundum prole replevit de suo semine et in carne sata in interitum, transgressionis suæ similitudine princeps factus, et nemo obloquetur, multo magis qui sine peccato est novus Adam Christus Deus leges irrationalitatis naturæ de peccato illatas dissolverit, ut ratio, superioremque mundum recte iis repleverit quos ex se in spiritu generat interitus expertes, obedientiæ suæ similitudine princeps factus. Et nemo fidem deneget eorum qui vel paululum senserunt Dei imperium ejusque magnitudinem agnoverunt. Sic igitur superior mundus repletur iis qui de Christo in spiritu generantur, et sic finem sortitur convenientem carnalis et inferioris hujus generationis lex, et ad superiorem mundum æquabili omnia ordine dispunguntur.

A ὅτι μὴ καταλυθέντων [34] ἐλλιπὴς ἂν ὁ ἄνω κόσμος διέμεινε καὶ ἀπλήρωτος. Τίνες δὲ οἱ καταλυόμενοι νόμοι τῆς φύσεώς εἰσιν; Ἡ διὰ σπορᾶς σύλληψις καὶ ἡ διὰ φθορᾶς ἔστιν, ὡς οἶμαι, γέννησις, ὧν οὐδέτερον τὴν ἀληθινὴν τοῦ Θεοῦ σάρκωσιν καὶ τελείαν ἐνανθρώπησιν παντελῶς ἐχαρακτήρισε. Σπορᾶς γὰρ ἀληθῶς ἡ σύλληψις, καὶ φθορᾶς γέγονε πάμπαν ἡ γέννησις, καθαρὰ καὶ ἀνέπαφος, καὶ διὰ τοῦτο Παρθένος καὶ μετὰ τὸν τόκον τοῦ γεννηθέντος ἡ Μήτηρ, διὰ τοῦ τοκετοῦ μᾶλλον ἀπαθὴς διαμείνασα, ὃ καὶ παράδοξον καὶ πάντα φύσεως νόμον τε καὶ λόγον ἐκβεβηκὸς, καὶ Θεὸς ὁ ἐξ αὐτῆς σαρκὶ γεννηθῆναι καταξιώσας, διασφίγξας αὐτῇ μᾶλλον ὡς μητρὶ τὰ τῆς παρθενίας (**210** *a*) δεσμὰ διὰ τῆς γεννήσεως. Τὸ θαυμαστὸν ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ἄκουσμα, γέννησιν γενέσθαι βρέφους καὶ πρόοδον, τῶν γεννητικῶν κλείθρων τῆς τεκούσης μὴ ἀνοιγέντων. Ἔδει γὰρ ὄντως, ἔδει τὸν ποιητὴν τῆς φύσεως δι' ἑαυτοῦ τὴν φύσιν ἐπανορθούμενον πρώτους καταλῦσαι τοὺς νόμους τῆς φύσεως, οἷς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς παρακοῆς τὴν αὐτὴν τοῖς ἀλόγοις ζώοις τοὺς ἀνθρώπους ἔχειν τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς ἰδιότητα κατεδίκασε, καὶ οὕτω τῆς πρώτης καὶ ὄντως θείας δημιουργίας τοὺς νόμους ἀνανεώσασθαι, ἵνα ὅπερ ὁ ἄνθρωπος ἐξ ἀπροσεξίας ὡς ἀσθενὴς ἠφάνισε, τοῦτο διὰ φιλανθρωπίαν ὁ Θεὸς ὡς δυνατὸς ἐπανορθώσηται. Εἰ τοίνυν οἱ διὰ τὴν ἁμαρτίαν νόμοι τῆς φύσεως ἐν Χριστῷ κατελύθησαν, καὶ πᾶσα δουλοπρεπὴς τῶν παθῶν ἐπανάστασις διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Λόγου παντελῶς ἀπεγένετο, πληρωθῆναι δεῖ πάντως τὸν ἄνω κόσμον, ὡς φησιν ὁ διδάσκαλος. Καὶ πρὸς τοῦτο μὴ ἀντιτείνωμεν. Εἰ γὰρ ὁ παλαιὸς ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν [35] Ἀδὰμ ψιλὸς ἄνθρωπος ὢν τοὺς πρώτους ἐν πνεύματι νόμους τῆς φύσεως διὰ τῆς παρακοῆς καταλύσας τὸν κάτω κόσμον ἐπλήρωσε τῶν κατ' αὐτὸν σαρκὶ γεννηθέντων εἰς φθορὰν, τῷ ὁμοιώματι τῆς αὐτοῦ παραβάσεως γενόμενος ἀρχηγὸς, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀναμάρτητος νέος, ὁ Ἀδὰμ Χριστὸς ὁ Θεὸς τοὺς διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπεισαχθέντας τῇ φύσει νόμους τῆς ἀλογίας καταλύσας, ὡς λόγος, τὸν ἄνω κόσμον πληρώσειεν ἂν δικαίως τῶν κατ' αὐτὸν εἰς ἀφθαρσίαν πνεύματι γεννωμένων, τῷ ὁμοιώματι τῆς αὐτοῦ ὑπακοῆς γενόμενος ἀρχηγός. Καὶ ἀπιστείτω μηδεὶς τῶν κἂν μικρὸς ἐπῃσθημένων τῆς τοῦ Θεοῦ δυναστείας καὶ τὸ μέγεθος αὐτῆς μὴ ἀγνοούντων. Οὕτω μὲν οὖν ὁ ἄνω κόσμος πληροῦται (**210** *b*) τῶν κατὰ Χριστὸν ἐν πνεύματι γεννωμένων, καὶ οὕτω πέρας δέχεται πρόσφορον ὁ κατὰ σάρκα νόμος καὶ τῆς κάτω γεννήσεως, καὶ πρὸς τὸν ἄνω κόσμον πάντα ἀναρρυθμίζεται.

B

C

D

Alia in idem observatio.

Cum vero aliam quoque magistri sermo interpretationem admittere mihi videatur, hæc quoque pro viribus meis erit proponenda, Deo in Evangeliis ipso sermonem dirigente. Sola et unica rerum uni-

Ἄλλη ἐπιβολὴ εἰς τὸ αὐτό.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἄλλον νοῦν πρὸς τούτοις ὁ τοῦ διδασκάλου λόγος ἔχων μοι φαίνεται, λεκτέον καὶ τοῦτον ὡς καθ' ἡμᾶς ἐστι δυνατὸν, Θεοῦ τὸν λόγον ἰθύνοντος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις. Ἡ μόνη τῶν ὅλων αἰτία

VARIÆ LECTIONES.

[34] Apographum καταλυθέντες. [35] A prima manu scriptum est τῆς ἁμαρτίας in cod. Gud.

Digitized by Google

res Sermonis partes participabit sapienter is qui rationaliter contra materiam stat, et impollutam omnino cum anima carnem conservat, et totum ac sine defectu ea Sermonem, qui caro est factus virtutibus effingit. Femora autem participabit qui Sermonem, in passibili animæ parte habet impositum, ac motionem ejus in materiam pronam prorsus exstirpat; genua contra, quid ad jacentes et fide labantes misericorditer de Providentia inclinat, atque Sermonis ad nos condescensionem imitatur. Tibias denique et pedes participato ad hæc, qui intrepidos et inconcussos in fide et virtute et cognitione habet animæ gressus, et juxta propositum approperat ad præmium vocationis in cœlum, quique ignorantiæ montes nequitiæque colles transilit cum ratione. Sed quis omnia Salvatoris nostri Dei propter nos cogitata enumerare poterit quibus esculentum sese atque fruendum convenienter unicuique effecerit? Habet enim Dominus ad omnia hæc cincinnos et nares et labra, cervicem humerosque ac digitos, et quæcunque nostræ constitutionis de eo figurate prædicari solent Ea convenienter atque utiliter participant qui in quamque et per quodque membrum significatam rationem instaurantur. Ita Agnus Dei comedetur, secundum hunc sanctum et magnum doctorem, et in concoctionem spiritualem digeretur, dum participantes se Spiritu in seipsum immutat atque regenerat, unumquemque eorum in membri ab eo vorati locum pro corporalis ordinis et coagmentationis positione attrahens atque transponens, ita ut humaniter ea quæ universis inest ratio in rebus essentia fiat, quæ ratio sola superat naturam itemque sermonem.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Νεκρώσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν ζώνην Ἰωάννου μιμούμενος, τοῦ ἐρημικοῦ καὶ προδρόμου καὶ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος (45). »

Ex eodem sermone, in illud: « Mortificatus membra quæ sunt super terram [d]*, et solitarii illius Joannis et præcursoris magnique veritatis præconis, præcinctionem imitans. »*

Ὁ τὴν Ἰωάννου ζώνην μιμούμενός ἐστιν ὁ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου τὸ γόνιμον τῆς ψυχῆς διὰ γνώσεως πρακτικῶς ἐπισφίγγων, καὶ ἀδιάχυτον αὐτὸ πρὸς τὴν ὕλην διαφυλάττων. Ἐρημικὸς δέ ἐστιν (**246** *b*) ὁ παθῶν καθαρεύουσαν τὴν ἕξιν κτησάμενος. Πρόδρομος δὲ ὁ διὰ τῆς γνήσιας μετανοίας τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτῇ δικαιοσύνην, καὶ διὰ τῆς φαινομένης ἀρετῆς τὴν ἐπιδημεῖν αὐτῶν μέλλουσαν γνῶσιν προμηνύων. Μέγας δὲ τῆς ἀληθείας κῆρύξ ἐστιν ὁ τῷ οἰκείῳ βίῳ τὸν ὑπ' αὐτοῦ [41] λαλούμενον τῆς διδασκαλίας λόγον πιστούμενος.

Joannis zonam imitatur qui rationis virtute genitale animæ per cognitionem active constringit, et inconfusum contra materiam servat. Solitarius autem est qui purum affectibus habitum sibi quæsivit. Præcursor vero est qui sinceræ pœnitentiæ ope justitiam, quæ illam subsequitur, conspicuaque virtute futuram ad quam sit accessurus cognitionem prænuntiat. Magnus denique veritatis præco est qui doctrinæ sermonem a semetipso prædicatum sua propria vita confirmat.

[d] Coloss. III, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[38] *τί* habet cod. Gud. [39] Ita rescripsi. Apographum habet λόγος τῶν καὶ τῶν τοῦ λόγου. [40] Apographum habet μετὰ τῆς κατὰ τῆς ψυχῆς. [41] Cod. Gud. habet quidem τὸν ὑπ' αὐτοῦ, sed vocum ὑπ' αὐτοῦ pars prior punctis subterpositis sunt notata. Aliena manus aliquid rescriptura fuisse videtur.

(45) Idem *ibid.* cap. 18, p. 859, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

Ex eodem sermone, in illud : « Et si quis discipulus ad prædicandum Evangelium mittitur, frugalitati ac simplicitati studeat : quem præter quod nec æs, nec baculum, nec duplicem tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere oporteat [e], ut pulchri pedes evangelizantium paeem appareant [f]. »

Evangelium est sublimior de Dei regno sermo; regnum autem Dei est omnis materiæ omniumque vanitatum de ea conceptarum pura conditio. Discipulus igitur ad Evangelium prædicandum missus, uti videtur, is est qui moribus suis prorsus sese ab hoc mundo abalienatum demonstrat, eo quod æris sit expers et baculi, quodque unam tantum tunicam habeat, pecuniæ cupidinem et iracundiam vel imperii alicujus confidentiam suam circumcidens, moralem, philosophiam neque dolosam neque effictam, simplicem eam omnique versutia liberam, veluti unam tuniculam, profitens, nullum omnino mortalitatis signum animæ vestigio veluti calceum indutus, utpote qui magnæ pacis exsistat nuntius, atque status præco qui non timeat amplius bellum passionum aut corporis mortem reformidet, adeo ut qui prudenter in eum oculos figunt ex immutabili vitæ per virtutem identitate angelorum in Dei comitatu conversationem dignissimam atque stabilitatem exprimant.

A Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Καὶ εἴ τις μαθητὴς ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον πέμπεται, φιλοσόφως καὶ ἀπεριττῶς· ὃν δεῖ πρὸς τῷ ἀχάλκῳ καὶ ἀράβδῳ καὶ μονοχίτωνι, ἔτι καὶ γυμνοποδεῖν, ἵνα φανῶσιν οἱ πόδες ὡραῖοι τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην (46). »

Εὐαγγέλιόν ἐστιν ὁ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ὑψηλότερος λόγος· βασιλεία δέ ἐστι Θεοῦ ἡ πάσης ὕλης καὶ πασῶν τῶν κατ' αὐτὴν φαντασιῶν καθαρεύουσα λῆξις. Μαθητὴς οὖν ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον πεμπόμενος εἰκότως ἐστὶν ὁ τοῖς τρόποις παντελῶς τὴν πρὸς τὸν κόσμον τοῦτον ἐπιδεικνύμενος ἀλλοτριώσιν τῷ τε ἀχάλκῳ καὶ ἀράβδῳ καὶ μονοχίτωνι τήν τε φιλαργυρίαν καὶ τὸν θυμὸν ἢ τὴν ἐπὶ δυναστείᾳ τινὶ πεποίθησιν ἐαυτοῦ περικόψας, ἀτέχναστόν B τε καὶ ἄπλαστον καὶ μονότροπον καὶ πάσης ἐλευθέραν διπλόης τὴν ἠθικήν, ὥσπερ ἓν χιτώνιον, μετιὼν φιλοσοφίαν, μηδὲν τὸ σύνολον νεκρότητος τῷ ἴχνει τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ὑπόδημα, σύμβολον ἐναφείς, οἷα τῆς μεγάλης εἰρήνης ὑπάρχων ἄγγελος, καὶ τῆς μηκέτι φοβουμένης τὸν ἐκ τῶν παθῶν πόλεμον, μηδὲ θάνατον σώματος ὑποστελλομένης καταστάσεως κῆρυξ, ὥστε δύνασθαι τοὺς εἰς αὐτὸν συνετῶς ὁρῶντας ἐκ τῆς κατ' ἀρετὴν περὶ τὸν βίον ἀναλλοιώτου ταὐτότητος τὴν ἐν ἀγγέλοις περὶ Θεὸν [48] εὐπρεπεστάτην εἰκονίζεσθαι πολιτείαν τε καὶ εὐστάθειαν.

Alia in idem contemplatio.

Aut fortasse per simplicitatem orationis et zonam Joannis imitando, et rursus ad facultatem faciendam evangelice pascha edendi, et participantium differentias et ipsius paschatis modos Pater per ænigma præcipiendo significavit. Tria enim pascha antiquior tradit sacra Scriptura, unum quidem esse perfectum in Ægypto [g], et alterum in deserto [h], et tertium in terra annuntiationis [i]. Ægyptus igitur secundum unam cogitationem figurata hunc mundum significat, desertum vero pariter secundum alteram illarum contemplationum animarum post mortem statum allegorice denotat, terra autem annuntiationis futurum ævum designat. Tres enim loci et status sunt in quibus versamur homines, id est hic mundus, in quo exsistentia impertiti generamur, et ille locus quo post mortem pergimus abeuntes, et futurum ævum, in quo cum animabus atque corporibus coercemur. Quandiu igitur in hoc mundo versamur, in Ægypto agimus pascha, de peccati maculis dum purgamur, verum quando morte hanc vitam finivimus, tanquam in deserto rursus agimus alterum pascha, dum clarius eorum quæ sunt rationes, symbolis et ænigmatis et sensuali varietate exutas intellectualiter et cor-

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Ἢ μήποτε διὰ τὸ ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ κατὰ μίμησιν C τῆς Ἰωάννου ζώνης, καὶ πάλιν εὐαγγελικῶς δύνασθαι τὸ πάσχα ἑσθίεσθαι, τάς τε διαφορὰς τῶν μεταλαμβανόντων καὶ τοὺς (**247** *a*) τρόπους αὐτοῦ τοῦ Πάσχα διδασκαλικῶς ὁ Πατὴρ παρηνίξατο. Τρία γὰρ Πάσχα παραδίδωσιν ὁ Παλαιᾶς Γραφῆς λόγος [49], ἓν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτελούμενον, καὶ ἕτερον κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ τὸ ἄλλο κατὰ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ἡ μὲν οὖν Αἴγυπτος κατὰ μίαν τῶν περὶ αὐτὴν ἐπινοιῶν ἀλληγορουμένη τοῦτον δηλοῖ τὸν κόσμον, ἡ δὲ ἔρημος ὡσαύτως κατὰ μίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς θεωριῶν τὴν μετὰ θάνατον κατάστασιν τῶν ψυχῶν ἀλληγορικῶς ὑποφαίνει, ἡ δὲ γῆ τῆς ἐπαγγελίας τὸν μέλλοντα προτυποῖ. Τρεῖς γὰρ τόποι καὶ καταστάσεις εἰσὶν ἐν οἷς οἱ ἄνθρωποι γινόμεθα· οὗτος ὁ ἐν ᾧ τὸ εἶναι λαμβάνοντες γεννώμεθα κόσμος, D καὶ ὁ μετὰ θάνατον ἐν ᾧ ἐντεῦθεν ἀπιόντες γινόμεθα τόπος, καὶ ὁ μέλλων αἰών, ἐν ᾧ μετὰ ψυχῶν συγκλειόμεθα καὶ σωμάτων. Ἐφ' ὅσον οὖν χρόνον ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἐν Αἰγύπτῳ ἄγομεν τὸ πάσχα, τῶν καθ' ἁμαρτίαν κηλίδων ἐκκαθαιρόμενοι· ἐπὰν δὲ ταύτην διὰ θανάτου περάσωμεν τὴν ζωήν, ὡς ἐν ἐρήμῳ πάλιν ἄγομεν ἕτερον πάσχα, τρανοτέρους τοὺς τῶν ὄντων λόγους, χωρὶς συμβό-

[e] Matth. x, 9, 10. [f] Rom. x, 15. [g] Exod. xii, passim. [h] Exod. xiv, passim. [i] Exod. xxiv, passim.

VARIÆ LECTIONES.

[48] Cod. Gud. ἀγγέλοις περὶ Θεόν. Punctis ab aliena et recentiore manu positis subscripta est emendatio quam extricasse mihi non contigit. [49] Apographum habet ὁ πατὴρ γραφῆς λόγος. Correxi ὁ Παλαιᾶς Γραφῆς λόγος.

(46) Idem *ibid.* cap. 19, p. 860, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

λων καὶ αἰνιγμάτων καὶ τῆς δι' αἰσθήσεως ποικιλίας, νοητῶς τε καὶ ἀσωμάτως μανθάνοντες· καὶ αὖθις κατὰ τὸν μέλλοντα τῶν θείων ἀπαγγελιῶν αἰῶνα ἑορτάζομεν τὸ πάσχα, τὸν ἀκρότατον ἀμέσως ἐσθίοντες τῆς σοφίας λόγον, πρὸς ὃν μεταποιηθέντες κατὰ χάριν θεούμεθα, τὴν πρὸς ἄλλο πάσχα διάβασιν καθ' ὁτιοῦν ἄλλην οὐκ ἔχοντες, πλὴν ὅτι καὶ ἐνταῦθα παροῦσιν ἡμῖν δυνατόν ἐστι πρὸς τὴν ἑκάστου κατάστασιν εἰκονισθῆναι τῶν εἰρημένων τόπων τὴν ἰδιότητα. Ὁ γὰρ ἑκάστου ἡμῶν βίος χαρακτηριστικός ἐστι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι τόπου. Οἷον, εἰ μὲν τὴν πρακτικὴν ἀνδρικῶς μετερχόμεθα φιλοσοφίαν, ἐν Αἰγύπτῳ τὸ πάσχα καλῶς ἐπιτελοῦμεν, μετὰ τῶν Αἰγυπτίων μὲν ὑπάρχοντες, οὐκ Αἰγύπτιοι δὲ τυγχάνοντες, ὡς ἐν σαρκὶ μὲν ὄντες, οὐ κατὰ σάρκα δὲ στρατευόμενοι. (**247** *b*) Εἰ δὲ τὴν φυσικὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν εὐσεβῶς ἐξασκούμεθα, ὅπλα τῷ Θεῷ δυνατὰ τὰς τῆς ψυχῆς ποιούμενοι δυνάμεις, πρὸς καθαίρεσιν μὲν ὀχυρωμάτων καὶ παντὸς ὑψώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, θεωρίαν δὲ τῶν ἐν τοῖς οὖσι πνευματικῶν λόγων, ὥσπερ γυμνοὶ σώματος καὶ τῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀπατηλῆς φαντασίας ἐλεύθεροι, τὴν πρὸς τὰς θείας ἐπαγγελίας γνωστικῶς ποιούμενοι πορείαν, ἐσμὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῇ παθῶν λέγω, καὶ πάσης ὑλικῆς φαντασίας καθαρευούσῃ καταστάσει. Εἰ δὲ τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν ἀῤῥήτοις νοὸς κινήμασι μορφαζόμεθα, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ τὸ ὑπερβάλλον εἰς ἡμᾶς μέγεθος τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις οὐκ ἀγνοοῦντες, ἐσμὲν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας. Τὴν πρακτικὴν οὖν, καὶ τὴν φυσικὴν, καὶ τὴν θεολογικὴν φιλοσοφίαν οἶμαι διὰ τῆς διαιρέσεως τῶν τριῶν προσώπων τὸν διδάσκαλον παραινίττεσθαι, δι' ὧν ἀναλόγως ἕκαστος κατὰ τὴν ὑποῦσαν αὐτῷ δύναμιν τὸ νοητὸν ἐσθίει πάσχα.

poris expertes ediscimus; et rursus in futuro divinarum annuntiationum ævo pascha celebramus, dum extremam edimus immediate sapientiæ sermonem, ad quem regenerati per gratiam deificamur; nec ullum ad alterum pascha transitum alium habentes, præter quod nobis etiam in hac vita ad uniuscujusque statum locorum, quæ dixi, proprietas per imaginem repræsentari potest. Nam uniuscujusque nostrum vita ejus in quo versatur loci quasi imaginem præbet. Velut, si practicam, quæ dicitur, philosophiam fortiter tractamus, in Ægypto pascha probe obimus, inter Ægyptios quidem versantes, nec tamen Ægyptii ipsi, ut in carne quidem versantes, nec tamen carnaliter militantes. Si vero naturalem in spiritu contemplationem pie exercemus, arma Deo fortia reddentes animæ facultates, ad expugnanda præsidia omnemque summitatem contra Dei cognitionem erectam, et ad contemplandas spirituales in eis quæ exsistunt rationes, veluti corpore nudi ac sensuali imaginationis fraude liberi, ad divinas annuntiationes gnostice iter facientes, tum in deserto sumus, in statu, inquam, ab affectibus et omni materiali vanitate puro. Si denique theologicam initiationem ineffabilibus mentis motionibus imitamur, quænam sit latitudo et longitudo et altitudo et redundans in nos magnitudo sapientiæ Dei, quoad possint homines, haud ignorantes, in terra sumus annuntiationis. Practicam igitur et naturalem et theologicam philosophiam per trium personarum differentiam a magistro significari mihi videtur, quibus convenienter pro sua quisque facultate intellectuale comedat pascha.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Εἰ μέν τις εἶ Ῥαχὴλ ἢ Λεία, ψυχὴ πατριαρχικὴ καὶ μεγάλη, καὶ τὰ εἴδωλα κλέψον ἅπερ ἂν εὕρῃς τοῦ σοῦ πατρὸς, οὐχ ἵνα φυλάξῃς, ἀλλ' ἵνα ἀφανίσῃς· εἰ δὲ Ἰσραηλίτης σοφὸς, πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας μετένεγκαι (47).»

Ex eodem sermone, in illud : « Si Rachel quædam es, aut Lia, hoc est patriarchica et magna anima, patris quoque tui idola, quæcunque inveneris, subripe [1]*, non ut serves, sed ut deleas ; si autem sapiens Israelita, ad terram promissionis transfer. »*

Ῥαχὴλ μὲν, ὥς φασιν, ἀμνὰς ἢ *ποιμαίνουσα* ἑρμηνεύεται, ἡ δὲ Λεία, *κοπουμένη* ἢ *κόπωσις* ἑρμηνεύεται. Ποιμαίνεται οὖν καὶ ποιμαίνει καὶ ἄγεται καὶ ἄγει ἡ Ῥαχὴλ, κατὰ τὴν τῆς προσηγορίας δύναμιν. Ῥαχὴλ οὖν ἐστι πᾶσα ψυχὴ θεωρητικὴ, ἡ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ ὡς ἀμνὰς ποιμαινομένη τε καὶ ἀγομένη, καὶ κατὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ τοῖς κατὰ πρᾶξιν θεσμοῖς ποιμαίνουσά τε καὶ ἄγουσα αὐτῆς τὰ κινήματα καὶ τὰ διανοήματα, καὶ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς τῷ (**248** *a*) γονίμῳ τῆς ἀρετῆς ὑποτάσσουσα τέως, καὶ οὕτως μετὰ τὴν εἰς γνῶσιν εἴσοδον παντελῶς ἀφανίζουσα. Λεία δέ ἐστι πᾶσα ψυχὴ πρακτικὴ, τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς ἔχουσα κόπωσιν, ἣν μάλιστα πρώτην πᾶς τις τὴν θείαν μετιὼν φιλοσο-

Rachel quidem, ut tradunt, *agna* vel *pascens oves* explicatur, Liam vero *fatigatam* vel *fatigationem* interpretantur. Pascitur igitur et pascit, et agitur et agit, Rachel, secundum vocis significationem. Rachel igitur est omnis anima contemplativa, quæ lege Dei tanquam agna pasta et acta, et juxta legem Dei præceptis eis quæ ad actionem pertinent et pascit et agit motiones suas cogitationesque, atque carnis affectus fecunditati virtutis interim subjicit, adeoque postquam ingressa in cognitionem est, prorsus exstinguit. Lia autem est omnis anima strenua pro virtute laborans, quam omnis maxime divinæ philosophiæ sectator in matrimonium apud se excipit. Israelita

[1] Gen. xxxi, 19.

(47) Idem. *ibid.* cap. 21, p. 861, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

autem sapiens est mens contemplativa ævi hujus cogitationes in terram cognitionis transferens ad exemplum magni illius Jacobi, qui totam Labani substantiam ad terram patrum transportavit [i]. Quemadmodum enim admirandus ille Jacobus, ut traditum est, virgas decorticatas aquarum canalibus injecit et concipere ad eas fecit oves bibentes [k], sic omnis mens in spiritu sapientissima quoque rationes rerum quæ sunt diviniores a materia circumvestiente denudatas modis cognitionis contemplativis subjicit, et incorporalium statum formare quemque discentem et animæ suæ ipsius motiones edocet. Patriarcha itaque eorum quidem qui per activum laborem virtuti operam navant, Lia est, contra eorum qui per naturalem contemplationem rationaliter virtutem colunt, Rachel est, utpote Dei lege obedienter gubernata, ac leniter secundum eam gubernans. Eorum vero qui juxta contemplationem spiritualem petunt sublimitatem cognitionis Jacobus est ille eximia laude prædicandus, hoc est eorum qui ea quæ videntur non ita ut videntur, sed ut intellectui repræsentantur inspiciunt atque cognoscunt, et cum cogitationibus inde repetitis divites ad immaterialem et incorporalem cognitionem transeunt.

A φίαν γαμικῶς εἰσοικίζεται. Ἰσραηλίτης δὲ σοφός ἐστι νοῦς θεωρητικὸς τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου νοήματα πρὸς τὴν χώραν τῆς γνώσεως μεταβιβάζων κατὰ τὸν μέγαν ἐκεῖνον Ἰακώβ, τὸν πάντα τὰ τοῦ Λάβαν πρὸς τὴν γῆν τῶν Πατέρων μετακομίσαντα. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς Ἰακὼβ ἱστορικῶς τὰς ῥάβδους λεπίσας καὶ ὑποθεὶς ταῖς ληνοῖς τῶν ὑδάτων πρὸς αὐτὰς ἐγκισσᾷν ἐποίει τὰ πίνοντα πρόβατα, οὕτω καὶ πᾶς ἐν πνεύματι σοφώτατος νοῦς τῆς περικειμένης ὕλης τοὺς τῶν ὄντων θειοτέρους λόγους ἀπογυμνώσας, καὶ τοῖς κατὰ τὴν θεωρίαν τρόποις τῆς γνώσεως ὑποθέμενος, τὴν τῶν ἀσωμάτων κατάστασιν μορφοῦσθαι, τούς τε μανθάνοντας πάντας καὶ τὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐκδιδάσκει κινήματα. Πατριάρχης οὖν τῶν μὲν διὰ πρακτικῆς κοπώσεως B τὴν ἀρετὴν κατορθούντων ἐστὶν ἡ Λεία, τῶν δὲ διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας τὴν ἀρετὴν λογικῶς μετιόντων ἐστὶν ἡ Ῥαχήλ, ὡς εὐπειθῶς ἀγομένη τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πράως κατ' αὐτὸν ἄγουσα. Τῶν δὲ κατὰ θεωρίαν πνευματικὴν τὸ ὕψος μεταδιωκόντων τῆς γνώσεως, Ἰακὼβ ὁ πανεύφημος, τῶν μὴ τὰ φαινόμενα καθὼς φαίνονται παντελῶς, ἀλλὰ καθὼς νοοῦνται, θεωμένων τε καὶ γινωσκόντων, καὶ μετὰ τῶν ἐν τούτοις νοημάτων πλουσίως πρὸς τὴν ἄϋλον καὶ ἀσώματον μεταβιβαζομένων γνῶσιν.

Ex eodem sermone, in illud : « Si Simon Cyrenæus sis, crucem tolle, ac sequere [l]. »

Simon quidem est *obedientia*, Cyrenæus autem, ut tradunt, explicatur *paratus animus*. Quicunque C igitur ad obediendum Evangelio paratus, terrenis mortificatis membris per practicam philosophiam pro virtute lubenter subit vexationem, Simon factus est Cyrenæus, voluntariam sectans virtutem, in humeris dum fert crucem et Christum sequitur, conversationem vitæ Deo convenientis terrena prorsus aversatam ostendens.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἂν Σίμων ᾖς Κυρηναῖος, τὸν σταυρὸν ἆρον καὶ ἀκολούθησον (48). »

Σίμων μὲν *ὑπακοή*, Κυρηναῖος δὲ *ἑτοιμότης*, ὥς φασιν, ἑρμηνεύεται. (**248** *b*) Πᾶς οὖν ἕτοιμος πρὸς ὑπακοὴν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ προθύμως διὰ νεκρώσεως τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ὑπερχόμενος κάκωσιν, Σίμων γέγονε Κυρηναῖος, ἑκούσιον μετερχόμενος ἀρετήν, ἐπ' ὤμων τε τὸν σταυρὸν ἔχων καὶ ἀκολουθῶν τῷ Χριστῷ ἀνεσταλμένην παντελῶς τῆς γῆς τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τὴν ἀγωγὴν ἐπιδεικνύμενος.

Ex eodem sermone, in illud : « Si ut latro cruci simul affixus fueris, ut vir probus, Deum agnosce. »

Latro probus cum Christo simul cruci affixus omnis est homo qui pro peccatis male patitur ut D obnoxius, simul male patiens cum Sermone ipsius gratia innoxie male patiente, et cum grata beneficii recordatione ferens, justique judicii secundum providentiam recum esse Sermonem agnoscens, et culpam quam male patiendo luit confitens, ac precans ut Sermo quemadmodum quamvis innoxius passionem suam communicarit, ita sibi quamvis indigno per semetipsum velit gaudium suum et oblectationem communicare, et mortificationem ex circumstantia in voluntariam ipsius virtutem benigne annumerare, quando Sermonis velaminibus, quæ

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἐὰν συσταυρωθῇς ὡς λῃστὴς, ὡς εὐγνώμων τὸν Θεὸν γνώρισον (49). »

Λῃστής ἐστιν εὐγνώμων συσταυρούμενος τῷ Χριστῷ πᾶς ἄνθρωπος ὑπὲρ ἁμαρτιῶν πάσχων κακῶς ὡς ὑπεύθυνος, τῷ ἀνευθύνως δι' αὐτὸν κακοπαθοῦντι λόγῳ συγκακοπαθῶν καὶ φέρων μετ' εὐχαριστίας, καὶ τὸν κατὰ πρόνοιαν τῆς δικαίας κρίσεως Λόγον συνόντα γνωρίζων, καὶ ὁμολογῶν τὴν ὑπὲρ ὧν πάσχει κακῶς αἰτίαν, καὶ αἰτῶν ὥσπερ αὐτῷ τοῦ πάθους ἐκοινώνησεν ἀνεύθυνος ὢν ὁ λόγος, οὕτω δι' ἑαυτὸν τὸν λόγον τῆς οἰκείας εὐπαθείας ἀναξίῳ τυγχάνοντι μεταδοῦναι, καὶ τὴν ἐκ περιστάσεως νέκρωσιν εἰς ἑκούσιον αὐτοῦ ἀρετὴν διὰ τὴν εὐγνωμοσύνην λογίσασθαι, ἡνίκα τῆς προνοίας τὰ σοφὰ τοῦ Λόγου προκαλύμματα πέρας λαβόντα τῆς αὐτοῦ

[i] Gen. xxx, passim. [k] Ibid. [l] Matth. xxvii, 32.

(48) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I Opp. ed. Bened.

(49) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

βασιλείας τὸ φῶς φανῇ τὸ ἀπρόσιτον. Οὕτω περι- A ἱσταται αὐτῷ πάσχοντι δι' ἁμαρτίας ἡ ἐκ περιστάσεως τῶν μελῶν τοῦ σώματος νέκρωσις, δι' εὐγνώμονος εὐχαριστίας εἰς αὐθαίρετον ἀρετὴν μεταπίπτουσα, καθ' ἣν τῶν καθ' ἁμαρτίαν πολλῶν ἀπολυόμενος ὀφλημάτων μετὰ τοῦ λόγου δικαίως εἴσεισιν εἰς τὴν χώραν τῆς γνώσεως, φημὶ δὲ τὸν παράδεισον, ἐν ᾗ γενόμενος γνώσεται τὴν αἰτίαν τῆς ἐν ᾗ καθείργμεθα νῦν καταδίκης καὶ κακοπαθείας. Λῃστὴς δὲ ἀγνώμων ἐστὶν ὁ δι' ἁμαρτίας πάσχων κακῶς ὡς ὑπεύθυνος, καὶ μὴ γνωρίζων διὰ (**249** *a*) φιλαπεχθήμονα γνώμην τὸν ἀνευθύνως ὑπὲρ φιλανθρωπίας αὐτῷ συμπάσχοντα τῆς δικαιοσύνης λόγον, ἀλλὰ βλασφήμως ἀποπεμπόμενος τὸν ἐπ' αὐτῷ κατὰ πρόνοιαν δικαίως ὁρισθέντα τῆς κρίσεως λόγον, ὃς ἐπειδὴ μὴ ἐγνώρισε τὸν ἀτίμως αὐτῷ κατὰ βούλησιν B συγκαταδικασθέντα λόγον καὶ ᾐτήσατο χάριν ὧν ἐπλημμέλησεν, ἀφίεται τῆς βασιλείας ἀλλότριος, οὐδεμίαν τοῦ ποτε ταύτης τεύξεσθαι παρὰ τοῦ λόγου λαβὼν ἐπάγγελον.

sapienter induerat providentia, demptis regni ejus lux inaccessa apparuerit. Sic circumstat eum peccati causa patientem corporis membrorum de circumstantia mortificatio, quæ per fidelem gratamque beneficii recordationem in voluntariam mutatur virtutem, quæ debitis peccati multis solutus in regionem cognitionis cum Sermone jure intrat, hoc est in paradisum, ubi certior fiet de causa nostræ damnationis atque miseriæ, quibus nunc tanquam in carcere cohibemur. Latro improbus contra est qui peccati causa obnoxius patitur, quique propter voluntatis malignitatem justitiæ sermonem non agnoscit una cum se, sed sine culpa, patientem pro benignitate sua, imo cum convicio repudiat judicii sermonem merito ei de providentia definitum : qui cum Sermonem contumeliose secum, et sua ipsius sponte, condemnatum non cognosset nec delictorum suorum veniam rogavisset, e regno ejicitur, ut alienus, nullam unquam se civitatem ejus receptūrum esse lætum accepturus nuntium.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ πάλιν λῃστής ἐστιν εὐγνώμων ὁ κἂν ἐπ' αὐτὸ τὸ πέρας τῆς παρούσης αὐτῷ γενόμενος ζωῆς ἐλθὼν εἰς συναίσθησιν τῶν πλημμεληθέντων αὐτῷ, καὶ γνωρίζων μετὰ συνέσεως τὸν ἐπ' αὐτῷ δικαίως ὡρισμένον ἐνταῦθα τῆς θείας κρίσεως συντελούμενον αὐτῷ λόγον, καὶ αἰτῶν συγγνώμην εἰλικρινῶς ἐκ βάθους ψυχῆς ὧν ἥμαρτεν. Ἀγνώμων δὲ λῃστής ἐστιν ὁ κατ' αὐτὸ τὸ πέρας τῆς παρούσης αὐτῷ ζωῆς γενόμενος καὶ τὸν κατὰ ψῆφον δικαίαν τοῦ Θεοῦ τεθέντα σοφῶς τοῦ μερισμοῦ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος νόμον τε καὶ ὅρον ὡς μὴ καλῶς δοθέντα διὰ φιλοζωΐαν μεμφόμενος.

Alia in idem contemplatio.

Atque iterum latro probus est qui, etiam si in ipso demum fine præsentis vitæ, venit in peccatorum suorum reputationem, prudenterque agnovit verbum divini judicii in se hic consummatum, quod ei merito erat definitum, quique sincere ex intimo corde eorum quæ deliquerit veniam petit. Improbus contra latro est qui vel in ipso vitæ præsentis fine Dei legem ac definitionem animæ C a corpore separandæ, quamvis justo judicio ac sapienter sancitam, vitæ amore tanquam male institutam vituperat.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ πάλιν ἐπειδήπερ ἕκαστος ἡμῶν διπλοῦς ἐστι τὴν φύσιν, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὼς, λῃστής ἐστιν ὁ καθ' ἑκάτερον τῶν ἐξ ὧν συνέστηκε κατὰ τὴν θατέρου φύσιν νόμον ὑπὲρ ἀρετῆς τῷ Λόγῳ μυστικῶς συσταυρούμενος, καὶ τὸν μὲν τῆς σαρκὸς νόμον, ὥσπερ ἀγνώμονα λῃστὴν τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς ἀντιπίπτοντα, τὸν δὲ τοῦ πνεύματος νόμον ὥσπερ λῃστὴν ἔχων εὐγνώμονα, καὶ τὸν Σωτῆρα Λόγον διὰ τῶν κατὰ τὴν πρακτικὴν τρόπων, κἂν ἐπίπονοι ὦσιν, ἀποδεχόμενον, ᾧ συνεισέρχεται γεγηθὼς εἰς τὸν τῆς D εὐωχίας τόπον τὸν πάσης κατάκορον γνώσεως, τοῦ κατὰ σάρκα φρονήματος παντελῶς ἀπηλλαγμένος.

Alia in idem contemplatio.

Atque rursus cum nostrum unusquisque duplicem habeat naturam, ex anima atque corpore consistens, latro est qui secundum utramque eorum ex quibus constat pro alterius natura legem pro virtute cum Sermone mystice cruci affigitur, et carnis quidem legem veluti improbum latronem virtutis sermoni obnitentem, spiritus vero legem veluti probum latronem habet, quique Salvatorem Sermonem per practicæ philosophiæ modos, etsi magno cum labore sint conjuncti, recipit, quocum simul ingreditur lætus in oblectationis locum, omni cognitione refertum, carnali sensu ac cogitatione plane liberatus.

(**249** *b*) *Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.*

Καὶ αὖθις λῃστής ἐστιν εὐγνώμων ὁ καταξιωθεὶς συσταυρωθῆναι Χριστῷ διὰ παντελοῦς καὶ ὁλοκλήρου τῶν παθῶν νεκρώσεως, καὶ δεξιῶς αὐτῷ συσταυρούμενος, τουτέστι μετὰ λόγου καὶ γνώσεως πᾶσαν διεξιὼν ἀρετὴν, καὶ ἀπρόσκοπον πᾶσιν ἀν-

Alia in idem contemplatio.

Atque rursus latro probus est is qui cum Christo simul cruci affigi meruit per plenam atque perfectam passionum mortificationem, quique ad dextram ejus est cruci affixus [m], hoc est qui cum ratione et cognitione omnem persequitur virtutem,

[m] ibid. 38.

Digitized by Google

cunctisque hominibus inoffensam servat vitam, quique nullam prorsus quæ austeritate a sermonis lenitate discrepet habet motionem. Improbus contra latro est qui gloriæ lautiorumve emolumentorum gratia speciosis modis subdole simulat vitam secundum virtutem institutam, unicoque ac soli pro omni virtute et cognitione in conversatione cum alienis sermoni adulatori dat operam, erga necessarios contra pravum se gerit voluntate ac moribus et illiberalem prorsus, cui præsertim viæ Dei calumniatori prudenter est os obturandum. Fortasse enim desinet quod in sua revertatur calumniari Sermonem ab increpante admonitus, quemadmodum in cruce contigit illi qui sine verecundia blasphemiam protulerat latro [n]. Quod enim non oblocutus est increpanti, id sermonem qui prolatus erat tacite probatum significat. Quacunque utique contemplationis ratione cum Christo simul cruci affigimur, dum ibi sumus, Sermonem una cum nobis cruci affixum placare studeamus, ac veracem conscientia a cogitationibus eam increpantibus purgata accipere quietis annuntiationem, siquidem hodierna dies præsentem hujus ævi diem denotat (nam, *Hodie*, inquit, *mecum eris in paradiso* [o]), crastina vero futuram, qua non peccatorum remissio exspectanda est ulla, sed sola vitæ ex merito conveniens retributio.

A θρώποις τὸν βίον διατηρῶν, καὶ μηδεμίαν ἔχων τὸ παράπαν τῆς τοῦ λόγου πραότητος ἀπᾴδουσαν δι' αὐστηρότητα κίνησιν. Ἀγνώμων δὲ λῃστής ἐστιν ὁ δόξης ἕνεκεν ἢ λημμάτων ἀδροτέρων τοῖς φαινομένοις τρόποις ὑπούλως τὸν κατ' ἀρετὴν βίον ὑποκρινόμενος, καὶ ἕνα καὶ μόνον πρὸς τοὺς ἔξω τὸν κόλακα λόγον ἀντὶ πάσης ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως μετερχόμενος, πρὸς δὲ τοὺς συνήθεις σκολιός τις τὴν γνώμην παντάπασιν ὢν καὶ δυσάντητος, ὃν δεῖ μάλα γε τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦντα μετὰ συνέσεως ἐπιστομίζειν. Ἴσως γὰρ παύσεται τοῦ διαβάλλειν διὰ τῆς οἰκείας ἀναστροφῆς τὸν λόγον τῇ παραινέσει τοῦ ἐπιπλήσσοντος, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πέπονθεν ὁ τὴν βλασφημίαν ἀδεῶς προσενέγκας λῃστής. Τὸ γὰρ μὴ ἀντιφθέγξασθαι τῷ ἐπιπλήξαντι σημεῖον B ἔχει τῆς τοῦ ῥηθέντος ἀποδοχῆς λόγου τὴν σιωπήν. Καθ' ἥντινα γοῦν τῶν εἰρημένων θεωρίαν τῷ Χριστῷ συσταυρούμεθα, σπουδάσωμεν, ὡς ἐσμεν ἐνταῦθα, τὸν συσταυρούμενον ἡμῖν ἱλεώσασθαι Λόγον, καὶ τὴν ἀψευδῆ δέξασθαι κατὰ συνείδησιν καθαρθεῖσαν τῶν πλησσόντων αὐτὴν νοημάτων τῆς ἀναπαύσεως ἐπαγγελίαν, εἴπερ ἡ σήμερον τὴν ἐνεστῶσαν τούτου τοῦ αἰῶνος ἡμέραν ἐνδείκνυται (*σήμερον* γάρ, φησίν, *ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ*), ἡ δὲ αὔριον τὴν τοῦ μέλλοντος, καθ' ἣν οὐδεμίαν μὲν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἐκδέχεσθαι χρή, μόνην δὲ τῆς ἑκάστῳ πρεπούσης κατ' ἀξίαν ἀμοιβῆς τῶν βεβιωμένων ἀντίδοσιν.

Ex eodem sermone, in illud : « Si Josephus Arimathæus sis, ab eo qui cruci affixit corpus pete [p]. »

Corpus Christi est anima, vel facultates ejus, vel sensus, vel singulorum corpus, vel corporis membra, vel mandata, vel virtutes, vel rationes eorum quæ facta sunt, vel, ut verius simpliciter dicam, privatim et in commune, hæc omnia et horum singula quæque sunt corpus Christi. Quod cruci affigit, nempe hæc omnia, diabolus, in eo qui talem horum crucifixionem admittit, secundum naturam ea operari prohibens. Josephus autem explicatur secundum Hebraicam linguam *Additio* : Arimathia vero, *Tolle illud*. Quid igitur? Homo fidei additamenta habens et cognitionis, et virtutis modis auctus, omnemque materialium fraudem in se profligans, Josephus hic est spiritualis, qui Christi corpus desumptum laute pollingere potest inque corde condere ex fidei tanquam lapide structo, ipsius corpus ad instar Christi corpus per gratiam, et corporis membra justitiæ arma Deo in sanctificationem efficiens, sensus vero corporis secundum innatam rationem ad naturalem in spiritu contemplationem animæ ministerio sistens, ipsique animæ ad virtutes perficiendas parem atque facultatibus attri-

C (**250** *a*) *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Κἂν Ἰωσὴφ ᾖς ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, αἴτησαι τὸ σῶμα παρὰ τοῦ σταυροῦντος* (50). »

Τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ἡ ψυχή, ἢ αἱ ταύτης δυνάμεις, ἢ αἱ αἰσθήσεις, ἢ τὸ σῶμα τοῦ καθ' ἕκαστον, ἢ τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἢ αἱ ἐντολαί, ἢ αἱ ἀρεταί, ἢ οἱ λόγοι τῶν γεγονότων, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀληθέστερον, ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ, ταῦτα πάντα καὶ τούτων ἕκαστόν ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Σταυροῖ δὲ τοῦτο, ἡγοῦν ταῦτα πάντα ὁ διάβολος, ἐν τῷ παραδεξαμένῳ τούτων τὴν σταύρωσιν, οὐκ ἐῶν αὐτά, κατὰ φύσιν ἐνεργεῖσθαι. Ἰωσὴφ δὲ ἑρμηνεύεται κατὰ Ἑβραίων φωνήν, *Πρόσθεσις* · Ἀριμαθία δέ, *Αρον ἐκεῖνο*. Πῶς οὖν; Ἄνθρωπος προσθήκας πίστεως ἔχων καὶ τοῖς κατ' ἀρετὴν ηὐξημένος[qq] τρόποις, καὶ πᾶσαν D ἀπάτην τῶν ὑλικῶν ἑαυτοῦ περιελόμενος, οὗτος Ἰωσὴφ ἐστι πνευματικὸς, δυνάμενος τὸ σῶμα λαβεῖν τοῦ Χριστοῦ καὶ καλῶς ἐνταφιάσαι καὶ ἐνθεῖναι τῇ ἐκ πίστεως λελατομημένῃ καρδίᾳ, τό τε σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ὡς Χριστοῦ σῶμα διὰ τὴν χάριν, καὶ τὰ σώματος μέλη ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ εἰς ἁγιασμὸν ποιούμενος, τὰς δὲ αἰσθήσεις τοῦ σώματος ὑπουργοὺς εἶναι τῇ ψυχῇ κατὰ τὸν ἔμφυτον λόγον πρὸς τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν παρασκευάζων, αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν ἰσονομεῖν ταῖς δυνάμεσι

[n] Luc. XXIII, 39. [o] ibid. 43. [p] ibid. 52.

VARIÆ LECTIONES.

[qq] Apographum habet εὐξημένος.

(50) Idem *ibid.* cap. 24, p. 864, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

ποιῶν πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν ἐκπλήρωσιν, καὶ ἔτι τὴν ψυχήν τε καὶ τὰς αὐτῆς δυνάμεις δουλώσας ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ, αὐτὰς δὲ τὰς ἐντολὰς φυσικὰς τῆς ψυχῆς ἀποδεικνὺς ἐνεργείας, καὶ διὰ τῆς κατ' ἀρετὴν ἀμεταθέτου καὶ παγίας ἕξεως εἰς κατανόησιν αὖ καὶ ὑποδοχὴν τῶν ἐγκεκρυμμένων ταῖς ἐντολαῖς θειοτέρων λόγων διεγειρόμενος, καὶ ὥσπερ σινδόνι τινὶ τοῖς περὶ τὸν αἰῶνα τοῦτον πνευματικοῖς λόγοις περιβάλλειν τὸν πρῶτον, ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα, Λόγον. Ὁ ταύτην οὕτω σπηρήσας τὴν εὔκοσμον εὐταξίαν, Ἰωσὴφ ἐστι, τὸ μυστικὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ μυστικῶς ἐνταφιάζων.

A buens conditionem, ac præterea animam atque facultates ejus Dei mandatis subjiciens, ipsa vero mandata naturales animæ virtutes probans, ac per immutabilem secundum virtutem et stabilem habitum ad percipiendas rursus et recipiendas diviniores quæ in Dei mandatis latent rationes exstimulatus, ut tanquam sindone quodam spiritualibus circa hoc ævum sermonibus circumvestiat primum, ex quo et per quem et in quem universa decurrunt, Sermonem. Qui tam decoram servat disciplinam, is Josephus est, mysticum Christi corpus sepeliens.

—

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ ἔτι συντόμως εἰπεῖν, ὁ πράξει καὶ θεωρίᾳ τοὺς περὶ τοῦ σταυροῦ τοῖς ἀκούουσι θαυμαστῶς λόγους (**250** *b*) ἀποδιδοὺς, οὗτος Ἰωσὴφ μὲν γέγονεν ἄλλος διὰ τῆς προσθήκης τῶν κατὰ τὴν θεωρίαν ἀγαθῶν εἰς γνῶσιν ἐπαυξήσας πνευματικὴν, Ἀριμαθαῖος δὲ διὰ τῆς γνησίας τῶν ἀρετῶν οἰκειότητος κατὰ τὴν πρᾶξιν πᾶσαν τῶν ὑλικῶν ἑαυτοῦ περιτέμνων τὴν προσπάθειαν.

Alia in idem contemplatio.

Præterea, ut breviter dicam, qui actione et contemplatione de cruce sermones egregie tradit audientibus, is Josephus alter factus est contemplationis bonis sibi additis auctus in spiritualem cognitionem; Arimathæus vero qui sincera cum virtutibus junctus necessitudine secundum actionem in se omnem qua materialibus est addictus et obnoxius tollit affectionem.

B

—

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Σταυροῦσι δὲ πάλιν τὸν Χριστὸν οἱ βλασφήμως τοὺς περὶ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ Θεοῦ διδάσκοντες λόγους, ἐνταφιάζει δὲ πάλιν ὁ τοὺς περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ λόγους μετὰ παῤῥησίας πᾶσιν εὐσεβῶς ἀνακηρύττων.

Alia in idem contemplatio.

Cruci rursus affigunt Christum qui contumeliose de Dei incorporatione tradunt, sepulcro autem rursus præparat qui doctrinam de Deo incorporato aperte et palam omnibus pie prædicat.

—

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Κἂν Νικόδημος ᾖς ὁ νυκτερινὸς θεοσεβὴς, μύροις αὐτὸν ἐνταφίασον (51). »

Νικόδημός ἐστιν, νυκτερινὸς θεοσεβὴς καὶ μύροις τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐνταφιάζων, ὁ κατὰ διάνοιαν μὲν ἐῤῥωμένος εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, τὴν δὲ τῆς πράξεως τῶν ἐντολῶν φιλοτιμίαν ὡς δειλὸς διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων (λέγω δὲ τῶν παθῶν ἢ τῶν δαιμόνων τὰς προσβολὰς) φειδοῖ τῆς σαρκὸς παραιτούμενος, ᾧ μέγα πρὸς ἀποδοχὴν κἂν τὸ καλὰ φρονεῖν περὶ Χριστοῦ καὶ μὴ βλασφήμους προΐεσθαι λόγους.

C *Ex eodem sermone, in illud : « Si Nicodemus sis, nocturnus ille Dei cultor, funebribus unguentis ipsum unge* [q]. »

Nicodemus, nocturnus Dei cultor, et unguentis Christi corpus præparans ad sepulturam, est qui mente quidem ad cognoscendum Christum fortis et impiger est, at mandatorum exsequendorum studium ut ignavus de Judæorum (passionum, inquam, vel dæmonum incursationes) metu, carnis cura recusat, cui magnum est ad commendationem vel bene de Christo sentire nec contumeliose de eo loqui.

—

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Κἂν Μαρία τις ᾖς, κἂν ἡ ἄλλη Μαρία, κἂν Σαλώμη, κἂν Ἰωάννα, δάκρυσον ὀρθρία. Ἴδε πρώτη τὸν λίθον ἠρμένον, τυχὸν δὲ καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ Ἰησοῦν αὐτόν (52). »

Μαρία ἡ πρώτη, ἐξ ἧς ἐκβέβληκεν ὁ Λόγος ἑπτὰ δαιμόνια, ἐστὶ πᾶσα πρακτικὴ ψυχὴ, διὰ τοῦ λόγου τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν τῆς περὶ τὸν αἰῶνα τοῦτον καθαρθεῖσα πτοήσεως. Ἑβδομαδικὸς γὰρ οὗτος ὁ αἰὼν, τῇ [48] εἰς ἑαυτὸν τοῦ χρόνου περιελίξει πλη-

D *Ex eodem sermone, in illud : « Si Maria quædam sis, si alia Maria, si Salome, si Joanna, diluculo lacrymas profunde. Fac ut prima sublatum lapidem, angelos etiam fortasse, atque adeo Jesum ipsum videas* [r]. »

Prima Maria, ex qua Sermo septem ejecit dæmonia, est omnis activa anima, per sermonem evangelicorum mandatorum a consternatione circa hoc ævum purgata. Hebdomaticum enim hoc est ævum, quod temporis in seipsum circumvolutione con-

[q] Joann. XIX, 39. [r] Marc. XVI, 1, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[48] Apographum τῶν.

(51) Idem. *ibid.* cap. 24, p. 864, tom. I Opp. edit. Bened.

(52) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 861, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

summatur, a quo Sermo suimetipsius cultores liberat, supra omnia temporalia eos omnino collocans. Altera vero Maria est omnis anima contemplativa quæ veræ cognitionis ope cognitionem cum Sermone per gratiam sibi quæsivit. Salome autem, quam interpretantur *Pacem*, vel *Plenissimam*, est omnis anima passionibus abjectis pacata, et practicarum virtutum copia carnis cogitata spiritus legi subjiciens, per expletionem vero contemplativarum spiritualium cogitationum rerum quæ exsistunt cognitionem pro virili sapienter comprehendens parte. Joanna autem, quæ explicatur *Columba*, animal mite, bilis expers et fecundum, omnis anima est quæ per mansuetudinem exuit affectus, atque spiritus in cognitione fecunditatem ferventem habet. Hæ autem mane flent, hoc est lacrymas gnosticas profundunt, dum Sermonem quærunt omnis virtutis et cognitionis summum principem. Et primæ vident lapidem de janua sepulcri sublatum, hoc est obscuritatis Sermonis quæ cordi incubat indurationem; deinde angelos, hoc est naturales rerum quæ exsistunt in spiritu rationes, Sermonem rerum universarum causam tacite prædicantes.

A ρούμενος, οὕτινος ἐλευθεροῖ τοὺς ἑαυτοῦ θιασώτας ὁ Λόγος, πάντως αὐτοὺς ὑπεράνω τιθεὶς τῶν ὑπὸ χρόνον. Ἡ δὲ ἄλλη Μαρία ἐστὶ πᾶσα ψυχὴ θεωρητικὴ, διὰ γνώσεως ἀληθοῦς τὴν πρὸς τὸν Λόγον κατὰ χάριν κτησαμένη συγγένειαν. Σαλώμη δέ ἐστιν, ἥτις ἑρμηνεύεται *Εἰρήνη ἢ Πληρεστάτη*, πᾶσα ψυχὴ διὰ μὲν (**251** *a*) τῆς ἀποβολῆς τῶν παθῶν εἰρηνεύουσα, καὶ τῇ περιουσίᾳ τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς καθυποτάξασα τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος, διὰ δὲ τῆς πληρώσεως τῶν κατὰ θεωρίαν πνευματικῶν νοημάτων τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν κατὰ τὸ δυνατὸν σοφῶς περιλαβοῦσα. Ἰωάννα δέ ἐστιν, ἥτις ἑρμηνεύεται *περιστερὰ*, τὸ πρᾶον ζῶον καὶ ἄχολον καὶ πολύγονον, πᾶσα ψυχὴ διὰ πραότητος τὸ ἐμπαθὲς ἀποθεμένη, καὶ τὴν ἐν γνώσει πολυγονίαν τοῦ πνεύματος διάπυρον ἔχουσα. Αὗται δὲ B δακρύουσιν ὄρθριαι, τουτέστι δάκρυα προχέουσι γνωστικὰ, ζητοῦσαι τὸν πάσης ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως ἀρχικώτατον Λόγον. Καὶ πρῶτον ὁρῶσι τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας ἠρμένον τοῦ μνημείου, τουτέστι τὴν ἐπικειμένην τῇ καρδίᾳ τῆς ἀσαφείας τοῦ Λόγου πώρωσιν· εἶτα τοὺς ἀγγέλους, τουτέστι τοὺς ἐν πνεύματι τῶν ὄντων φυσικοὺς λόγους, σιωπῇ κηρύττοντας τὸν παναίτιον Λόγον.

Alia in angelos contemplatio.

Vel sacræ Scripturæ sermones qui apertiorem eis de Christo ut Deo et homine, id est de theologia atque divino incarnationis consilio præbet interpretationem. Unum enim narrat Scriptura eas C vidisse capiti astantem, et alterum ad pedes. Et enim qui capiti astare theologiæ sermonem propter Christi deitatem, pedibus astare dispensationis propter incarnationem, et qui Christi quidem caput divinitatem ejus, pedes humanitatem ejus dixerit, is a vero non aberrabit.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τοὺς ἀγγέλους.

Ἢ τοὺς λόγους τῆς ἁγίας Γραφῆς, τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου, ἤγουν τὴν περὶ θεολογίας καὶ οἰκονομίας, τρανοτέραν αὐταῖς παρεχομένους ἔννοιαν. Ἕνα γάρ φησιν ὁ λόγος αὐτὰς ἑωρακέναι πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσί. Πρὸς τῇ κεφαλῇ γὰρ εἶναι τὸν τῆς θεολογίας λόγον διὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, πρὸς δὲ τοῖς ποσὶ τὸν τῆς οἰκονομίας διὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ Χριστοῦ μὲν κεφαλὴν τὴν θεότητα αὐτοῦ, πόδας δὲ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ λέγων τις τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτήσεται.

Alia in eosdem contemplatio.

Vel fortasse, circa pietatis sermonem motiones in conscientia angelos esse, propter perfectam nequitiæ et ignorantiæ depositionem, intellectualiter eis prædicantes Sermonis ob nequitiam olim in ipsis mortificati resurrectionem. Atque postremo ipsum vident Sermonem clare eis manifestatum, sine symbolis et imaginibus, atque intelligibili gaudio replentem intellectuales earum sensus.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τοὺς αὐτούς.

Ἢ τυχὸν τὰς κατὰ συνείδησιν περὶ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κινήσεις εἶναι τοὺς ἀγγέλους, διὰ τὴν παντελῆ τῆς κακίας τε καὶ ἀγνωσίας ἀποβολήν· κηρυττούσας αὐταῖς νοητῶς τοῦ ποτὲ διὰ κακίαν ἐν αὐταῖς νεκρωθέντος Λόγου τὴν ἀνάστασιν. Καὶ τέλος αὐτὸν ὁρῶσι τὸν Λόγον διαῤῥήδην αὐταῖς ἐμφανιζόμενον, συμβόλων δίχα καὶ τύπων, καὶ πληροῦντα χαρᾶς (**251** *b*) νοητῆς τὰς νοερὰς αὐτῶν χωρήσεις.

Ex eodem sermone, in illud : « Petrum vel Joannem imitare [a], ad sepulcrum propera, simul ac certatim currens, atque honesta æmulatione contendens. »

Petrus quidem est omnis homo qui fidei in Christum firmamentum per vitæ rationem sibi acquirit; Joannes vero qui propter multam mansuetudinem

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Γενοῦ Πέτρος ἢ Ἰωάννης· ἐπὶ τὸν τάφον ἐπείχθητι, ἀντιτρέχων, συντρέχων, τὴν καλὴν ἅμιλλαν ἁμιλλώμενος (53). »

Πέτρος μὲν ἔστι πᾶς ἄνθρωπος τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κατὰ τὴν ἀναστροφὴν τοῦ βίου κτησάμενος· Ἰωάννης δὲ ὁ διὰ πραότητα πολλὴν

[a] Joan. xx, 3.

(53) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀκραιφνῆ καθαρότητα τῆς καρδίας ἀγαπώμενος τῷ Λόγῳ, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως θησαυροὺς πιστευόμενος, καὶ τῇ ἐπὶ τὸ στῆθος ἀναπτώσει ἐξ αὐτῆς τοῦ Λόγου τῆς κρυφίας θεότητος τὴν τῆς θεολογίας κομισάμενος δύναμιν. Ἀντιτρέχουσι δὲ ἀλλήλοις οὗτοι, ὁ μὲν κατὰ τὴν ἐνάρετον πρᾶξιν τὴν τοῦ ἑτέρου θεωρίαν νικῆσαι φιλονεικῶν, ὁ δὲ κατὰ τὴν γνωστικὴν θεωρίαν τὴν πρᾶξιν τοῦ ἄλλου παραδραμεῖν ἐπειγόμενος. Συντρέχουσι δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀλλήλοις, ἑκάτερος κατὰ τὸ ἴσον περὶ τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν εὐοδούμενος.

A atque puram cordis inde sinceritatem a Domino diligitur, cuique propterea thesauri sapientiæ et cognitionis sunt crediti, et qui ad pectus reclinando ex ipsa Sermonis occulta divinitate theologiæ virtutem refert. Occurrunt autem hi sibi invicem, dum hic secundum actionem virtute institutam alterius contemplationem vincere studet, ille secundum gnosticam contemplationem alterius actionem antevertere properat. Concurrunt vero sibi invicem secundum propositionem, dum uterque ex æquo circa proprium bonum felici rerum successu utitur.

—

Ἄλλο θεώρημα εἰς τοὺς αὐτούς.

Πέτρος δέ ἐστι πάλιν, καὶ Ἰωάννης, ἕκαστος ἄνθρωπος Θεῷ πλησιάζειν ἠξιωμένος, καὶ τὸ μὲν πρακτικὸν τῆς ψυχῆς οἷόν τινα Πέτρον, τὸ δὲ θεωρητικὸν οἷόν τινα Ἰωάννην, ἀλλήλοις κατὰ τὸν λόγον ἔχων συντρέχοντα, δίχα τῆς θατέρου πρὸς τὸ ἕτερον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· καὶ πάλιν ἀλλήλοις κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀντιτρέχοντα τῷ περὶ ἑκάτερον ἄκρῳ παραδραμεῖσθαι θάτερον ὑπὸ θατέρου νομίζεται.

Altera in eosdem contemplatio.

Petrus vero rursus est, et Joannes, omnis homo B qui Deo appropinquare meruit, quique practicum animæ studium ad Petri instar, contemplativum vero ad Joannis instar, invicem sibi secundum sermonem concurrentia habet, nullo alterius præ altero excessu aut defectu. Atque rursus eadem sibi invicem secundum propositionem occurrentia creduntur, cum uterque utrumque sua antevertat excellentia.

—

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ, εἰς τό· « Κἂν ὡς Θωμᾶς ἀπολειφθῇς τῶν μαθητῶν οἷς Χριστὸς ἐμφανίζεται, ὅταν ἴδῃς, μὴ ἀπιστήσῃς. Κἂν ἀπιστήσῃς, τοῖς λέγουσι πίστευσον. Εἰ δὲ μὴ τούτοις, τοῖς τύποις τῶν ἥλων πίστωθητι (54). »

Ex eodem, in illud : « Quod si Thomæ instar a cœtu discipulorum, quibus apparuit Christus, abfueris, posteaquam videris, ne rei fidem abroges. Quod si id tibi fidem non facit, narrantibus saltem crede. Si ne his quidem, at certe clavorum impressionibus fidem habe [1]. »

Θωμᾶς ἑρμηνεύεται *δίδυμος*, ὅ ἐστι δισταγμὸς C ἢ διστάζων τοῖς λογισμοῖς, καὶ διὰ τοῦτο χωρὶς τῆς τῶν τύπων τῶν ἥλων ψηλαφήσεως μηδὲ πιστεύων γεγονέναι τοῦ Λόγου τὴν ἀνάστασιν. Θωμᾶς οὖν ἐστι πᾶς διστακτικὸς ἄνθρωπος τὴν τοῦ ἐν αὐτῷ Λόγου τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως (**252** *a*) γίνεσθαι δυσκόλως πιστεύων ἀνάστασιν, ὄντινα μόνον αἱ μνῆμαι τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἀπαθῶς τυπούμεναι κατὰ διάνοιαν, πείθουσι τοῦ ἐν αὐτῷ θείου Λόγου δέξασθαι τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὁμολογῆσαι αὐτὸν Κύριον καὶ Θεόν· Κύριον μὲν ὡς τῆς κατὰ πρᾶξιν τελειότητος νομοθέτην, Θεὸν δὲ ὡς τῆς κατὰ τὴν θεωρίαν παντελοῦς μυσταγωγίας ὑφηγητήν. Ἀπαθὴς δὲ μνήμη ἐστὶ τῶν προγεγενημένων τύπωσις ἡ χωρὶς ἡδονῆς καὶ λύπης περὶ πρᾶξιν καὶ D Λόγον ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ περὶ τῶν ἰδίων ἔργων ἢ νοημάτων διάγνωσις, τύπους, ἀλλ' οὐ τρήσεις ἔχουσα τῶν τραυμάτων διὰ τὴν ἐγγενομένην ἀπάθειαν συνουλωθέντων.

Thomas explicatur *geminus*, quod est dubitatio vel dubitans mente, et propterea clavorum impressionibus non contrectatis nec resurrexisse Sermonem credens. Thomas igitur est omnis homo in dubitationem proclivis qui Sermonis virtutis atque cognitionis quem in semetipso habet haud facile credit futuram esse resurrectionem, cui peccatorum solum antea factorum monumenta, sine affectu in mente impressa, divini in semetipso Sermonis resuscitationem futuram esse persuadent ut credat, atque ut eum Dominum ac Deum esse accipiat; Dominum quidem ut practicæ, quam dicimus, perfectionis legislatorem, Deum vero ut contemplativæ ac plenæ initiationis deductorem. Monumentum vero affectu carens est ante factorum impressio quod menti sine voluptate ac dolore circa actionem et Sermonem insidet propriorum factorum aut cogitatorum judicium, impressiones, at non perforationes vulnerum habens, quæ propter affectuum absentiam in cicatrices coiverunt.

—

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Ἢ πάλιν ἦλοι τυγχάνουσιν οἱ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν τρόποι τῶν ἀρετῶν, προσηλωμένην μετὰ πόνου τῷ θείῳ φόβῳ κρατοῦντες τῆς ψυχῆς

Alia in idem contemplatio.

Vel rursus clavi sunt virtutum secundum practicam philosophiam modi, animæ affectum timoris Dei clavis affixum cum labore tenentes,

[1] Joan. xx, 25 sq.

(54) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

quos cognitionis rationes nulli passioni obnoxiæ et simplices et ineffabiles excipiunt atque divini Sermonis secundum animæ deificationem quæ huic contigit resurrectionem propalant, et fide testificatum denuntiant divini quasi habitus statum illum passionis expertem : quam qui non passus est, nec alii unquam de ea narranti crediderit, uti nec Thomas apostolis hanc resurrectionem passis cum narrarent serius credidit quam patiendo eam ipse esset expertus.

A τὴν διάθεσιν, οὓς οἱ ἀπαθεῖς καὶ ἁπλοῖ καὶ ἄρρητοι τῆς γνώσεως διαδεξάμενοι λόγοι διαπρύσιον βοῶσι τὴν κατὰ τὴν θέωσιν τῆς ψυχῆς γενομένην αὐτῇ τοῦ θείου Λόγου ἀνάστασιν, πιστῶς μαρτυροῦσαν προδεικνύντες τῆς θεοειδοῦς ἕξεως τὴν ἀπάθειαν· ἣν ὁ μὴ παθὼν οὐδ' ἄλλῳ ποτὲ ἀφηγουμένῳ περὶ αὐτῆς πιστεύσειεν, ὥσπερ οὐδὲ Θωμᾶς ταύτην παθοῦσι τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις πρὸ τῆς διὰ τοῦ παθεῖν πείρας ἐπίστευσε λέγουσιν.

Ex eodem sermone, in illud: « Si in infernum descendat, simul descende. Ea quoque mysteria cognoscere quæ Deus illic designavit, quæ duplicis descensus sit ratio. »

Spiritualis homo ubique inviolatum exsistere Dei Sermonem videns per contemplationem eum sequitur, providentiæ universalis cum intelligentia percipiens artem. Sic etiam in infernum descendenti Sermoni comes est, non mali causa videlicet, sed ad investigandum et discendum Dei ad inferos descensus mysterium, et ad cognoscendam eorum quæ illic fiant atque perficiantur admirandam rationem.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἂν εἰς ᾅδου κατίῃ, συγκάτελθε. Γνῶθι καὶ τὰ ἐκεῖ τοῦ Θεοῦ μυστήρια τίς ὁ λόγος τῆς διπλῆς καταβάσεως (55). »

B Ὁ πνευματικὸς ἄνθρωπος πανταχοῦ γινώσκων ἀχράντως ὑπάρχειν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἕπεται διὰ θεωρίας αὐτῷ, τῆς ἐπὶ πάντα προνοίας μετὰ συνέσεως τὴν ἐπιστήμην δρεπόμενος. Οὕτω καὶ εἰς ᾅδου κατερχομένῳ τῷ Λόγῳ συγκάτεισιν, οὐκ ἐπὶ κακῷ δῆλον, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι καὶ μαθεῖν τὸ μυστήριον τῆς εἰς τὸν ᾅδην τοῦ Θεοῦ καταβάσεως, καὶ τῶν ἐκεῖσε γινομένων τε καὶ ἐπιτελουμένων τὸν ὑπερφυᾶ διδαχθῆναι λόγον.

Alia in idem contemplatio.

Vel rursus, cum infernum omne peccatum sit, quod tenebrosam et deformem et perditam reddat animam ab ipso obsessam, is qui de affectibus disputat Sermonem doctrinæ in infernum descendentem comitatur, dum virtutem ab singulis nequitiis mortificatam Sermone vivificat et in resurrectionem deducit, et vincula status materiæ obnoxii animarum fortiter Sermone rumpit. Ratio autem duplicis descensus secundum promptam interpretationem est, ad primum quidem propositum, ut cum corporibus animas fide et casta conversatione in terra salvas facere, et postquam Sermo in infernum descenderit, sine corporibus animas eorum qui ante sint mortui per solam fidem conservare possit : ad secundum vero propositum, quod nequitiæ habitus et actio ab Sermone accipiat ad virtutem et cognitionem redeundi facultatem.

(252 *b* **)** *Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.*

Ἢ πάλιν, ἐπειδὴ ᾅδης ἐστὶ πᾶσα ἁμαρτία, ζοφερὰν καὶ ἀειδῆ καὶ διεφθαρμένην τὴν ὑπ' αὐτῆς C κρατουμένην ἀπεργαζομένη ψυχήν, ὁ περὶ παθῶν διαλεγόμενος εἰς ᾅδην κατιόντι τῷ Λόγῳ τῆς διδασκαλίας συγκάτεισι, τὴν ὑφ' ἑκάστης κακίας νεκρωθεῖσαν ἀρετὴν διὰ τοῦ Λόγου ζωοποιῶν καὶ εἰς ἀνάστασιν ἄγων, καὶ τὰ δεσμὰ τῆς ὑλικῆς προσπαθείας τῶν ψυχῶν, ἀνδρικῶς τῷ Λόγῳ συνδιαῤῥήσων. Λόγος δὲ τῆς διπλῆς καταβάσεως κατὰ τὸν πρόχειρον νοῦν ἐστι, πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἐπιβολήν, τὸ καὶ μετὰ σωμάτων ψυχὰς σώζειν διὰ πίστεως καὶ ἀγωγῆς βίου καθαρᾶς, ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ χωρὶς σωμάτων εἰς τὸν ᾅδην κατελθόντα τὸν Λόγον τὰς ἐκεῖσε τῶν προτετελευτηκότων ψυχὰς διὰ μόνης περιποιεῖσθαι τῆς πίστεως δύνασθαι· πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ἐπιβολήν, τὸ καὶ τὴν ἕξιν τῆς κακίας καὶ τὴν ἐνέργειαν ὑπὸ τοῦ Λόγου δέχεσθαι τὴν πρὸς D ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἐπάνοδον.

Ex eodem sermone, in illud : « Si in cœlos ascendat, simul ascende. Comitantibus vel excipientibus angelis te adjunge : portis ut leventur impera. »

Qui propter abundantiam cognitionis ac Spiritus sancti uberiorem participationem satis, quoad ejus fieri potuit, penetravit rationem providentiæ, et artem ejus comprehendit, is cum Sermone in cœlos ascendenti de terra una ascendit, omnium eorum quibus providetur, tam visibilium quam invisibilium, natura cum rationibus suis gnostice pene-

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Κἂν εἰς οὐρανοὺς ἀνίῃ, συνάτελθε. Γενοῦ μετὰ τῶν παραπεμπόντων ἀγγέλων ἢ τῶν δεχομένων· ἀρθῆναι ταῖς πύλαις διακέλευσαι. »

Ὁ διὰ πολλὴν περιουσίαν γνώσεως καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου πλουσίαν μετοχὴν τὸν περὶ προνοίας ἀρκούντως κατὰ τὸ δυνατὸν περαιώσας λόγον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ἐπιστήμην περιλαβὼν εἰς οὐρανοὺς ἀπὸ γῆς ἀνιόντι τῷ Λόγῳ συνάνεισι, τὴν πάντων τῶν προνοουμένων φύσιν, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, μετὰ τῶν κατ' αὐτὴν λόγων γνωστικῶς

(55) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I. Opp. ed. Bened.

(56) Idem *ibid.*, cap. 25, p. 865, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

διαπεράσας, καὶ εἰς τὴν οὐδ' ὅλως τὴν οἱανοῦν φορὰν ἢ κίνησιν ἔχουσαν, πρὸς ἣν ἠπείγετο μάλιστα, διὰ παντὸς λόγου τε καὶ τρόπου λῆξιν ἀναληφθεὶς, ἀπὸ τῶν παραπεμπόντων ὥσπερ ἀγγέλων τινῶν τῶν ἐν τοῖς οὖσι τῆς προνοίας λόγων ἐπὶ τὴν τῶν ὑποδεχομένων ἀῤῥήτων τῆς θεολογίας λόγων τε καὶ μυστηρίων χώραν ἀναγόμενος, (**253** *a*) καὶ ταῖς κατὰ μέρος ἀναβάσεσιν ὑψηλοτέρας ποιῶν πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεαρχικωτάτου Λόγου, τὰς νοερὰς τῆς ψυχῆς πύλας.

A trata, atque in statum cessationis omnino qualicunque impetu et motu carentem, quo maxime properabat, per omnem rationem ac modum assumptus, a comitantibus veluti angelis quibusdam providentiæ in rebus exsistentibus rationibus ad excipientium ineffabilium theologiæ rationum ac mysteriorum regionem subductus, et singulis quibusque gradatim ascensionibus magis in sublime levans intellectuales animæ portas ad Sermonem recipiendum divinum.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Καὶ ἑτέρως δὲ πάλιν ἀνιόντι τῷ λόγῳ συνάνεισιν ὁ ἀπὸ τῶν κατ' ἀρετὴν τρόπων τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας ὥσπερ ἀπό τινος γῆς εἴς τινας οὐρανοὺς τοὺς κατὰ θεωρίαν πνευματικοὺς τῆς γνώσεως τῷ ἀνατατικῶς ἕλκοντι θείῳ συνυψούμενος Λόγῳ.

B

Alia in idem contemplatio.

Ἀλλ' ἦν κακὰ κυρίως, οὐ τὰ τὴν συνείδησιν (leg. σάρκα) *λυποῦντα, τὴν δὲ ψυχὴν καθαίροντα, ἀλλὰ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τέρποντα δὲ τὴν σάρκα.*

CENTURIA III,

Cujus hæc est acrostichis:

Verumtamen proprie mala sunt, non quæ carnem affligunt, animam vero purificant; sed quæ conscientiam quidem tristitia afficiunt, carnem vero titillant.

---

1. Bona de eo quod natura bonum cogita; sed et de omni homine sentias bene.

2. Verborum et operum ac cogitationum rationem reddituri sumus in die judicii[r].

3. Habitus virtutis vel malitiæ impellit nos, ut bene vel male cogitemus, vel loquamur vel operemur.

4. Mens cui affectiones imperant, cogitat quæ non decent; quales autem cogitationes sint, produnt sermones et opera.

5. Malæ cogitationis dux affectio; est affectionis auctor sensus, quo ut male utamur, in causa est mens.

6. Include igitur sensus, expugna phantasmata, et affectiones armis mandatorum diripe.

7. Malitia inveterata, longa opus habet exercitatione; stabilita enim consuetudo haud subito immutatur.

8. Monastica vita quam comitantur continentia ac charitas, per patientiam et quietem facile quæ injuncta sunt, exsequitur.

[r] Matth. xii, 36.

α'. Ἀγαθὰ διανοοῦ, καὶ περὶ παντὸς ἀνθρώπου καλὰ διαλογίζου.

β'. Λόγων καὶ ἔργων καὶ ἐννοιῶν ἀπολογίαν ἀπαιτούμεθα παρὰ Θεοῦ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

γ'. Ἡ ἕξις τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας κινεῖ ἡμᾶς ἐπὶ τὰ καλὰ ἢ τὰ κακὰ ἐννοεῖν, ἢ λέγειν, ἢ διαπράττεσθαι.

δ'. Νοῦς ἀπὸ παθῶν κεκρατημένος, ἐννοεῖ τὰ μὴ πρέποντα· φανεροῦσι δὲ τὴν ἔννοιαν οἱ λόγοι καὶ τὰ ἔργα.

ε'. Κακῆς ἐννοίας προηγεῖται πάθος, τοῦ δὲ πάθους αἰτία καθέστηκεν ἡ αἴσθησις, τῆς δὲ κακῆς αὐτῆς χρήσεως, δῆλον ὅτι ὁ νοῦς.

ς'. Ἀπόκλεισον τὴν αἴσθησιν· καὶ πολέμησον τὴν πρόληψιν, καὶ ὅπλοις τῶν ἐντολῶν ἀνελέ σου τὰ πάθη.

ζ'. Κακία χρονίσασα, ἀσκήσεως δεῖται χρονίας· συνήθεια γὰρ παγιωθεῖσα ἀθρόως οὐ μετακινεῖται.

η'. Ἄσκησις ἐπιτεταμένη ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης, δι' ὑπομονῆς καὶ ἡσυχίας ἀνεῖλε τὰ ἐγκείμενα.

Digitized by Google

θ'. Κίνει τὸν νοῦν εἰς προσευχὴν συνεχῶς, καὶ διαφθείρεις τοὺς λογισμοὺς ἐφεστῶτας τῇ καρδίᾳ.

ι'. Ὑπομονῆς δεῖται καὶ μακροθυμίας ἄσκησις· χρονίᾳ γὰρ φιλοπονίᾳ φιλῆδονία ἐξορίζεται.

ια'. Ῥᾳδίως γυμνάζῃ εἰς τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους, ἐὰν πάντα τῷ μέτρῳ καὶ κανόνι διαπράξῃ.

ιβ'. Ἴσον τὸ μέτρον τῆς ἀσκήσεως φύλαττε, καὶ μὴ λύσῃς κανόνα ἐκτὸς τῆς ἀνάγκης.

ιγ'. Ὥσπερ λογισμοὺς καθαίρει ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια, οὕτως πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον θεωρία καὶ προσευχή.

ιδ'. Συνείδησιν καθαρὰν πόνοι ποιοῦσιν ἀσκήσεως, οἷον νηστεία, ἀγρυπνία, ὑπομονή, μακροθυμία.

ιε'. Ὁ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν τὰς ἐπαγωγὰς ὑπομένων, ταπεινόφρων, καὶ δόκιμος, καὶ εὔελπις γίνεται.

ις'. Ὑπομονή ἐστιν φιλοπονία ψυχῆς· συνίσταται δὲ αὕτη ἐξ ἑκουσίων πόνων καὶ ἀκουσίων πειρασμῶν.

ιζ. Τίκτει ἀκακίαν ἡ τῶν δεινῶν καρτερία, καὶ ἀπόλλυσιν κακίας εἰς τὸ τέλος ἡ μέχρι τέλους ὑπομονή.

ιη'. Αἴσθησιν ὀδυνᾷ πόνων ἐπαγωγή, καὶ ἡδονὴν ἀναιρεῖ λύπης ἐπιφορά.

ιθ'. Τέσσαρά ἐστι γενικώτατα πάθη, οἷς σοφῶς κατ' ἀλλήλων ὑπόνοια κέχρηται.

κ'. Ἡδονὴν γὰρ συστέλλει λύπης ἐπαγωγή, καὶ ἐπιθυμίαν μαραίνει φόβος κολάσεων.

κα'. Νοῦς φρόνιμος γυμνάζει ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς πᾶσαν ἄσκησιν ἐθίζει τὸ σῶμα αὐτοῦ.

κβ'. Σπεῦσον δεῖξαι μοναχὸν, μὴ τὸν ἔξω ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἔσω τῶν παθῶν ἀπαλλάττων.

κγ'. Ἀποταγὴ πρώτη ἡ τῶν πραγμάτων ἀπαλλαγὴ, δευτέρα δὲ καὶ τρίτη ἡ τῶν παθῶν καὶ τῆς ἀγνοίας.

κδ'. Ῥᾳδίως τις βουληθεὶς τῶν πραγμάτων ἀπαλλάττεται, οὐκ ὀλίγῳ δὲ καμάτῳ, τῶν πρὸς αὐτὰ παθημάτων.

κε'. Κρατῶν ἐπιθυμίας, καὶ θυμοῦ περιέσῃ· αὕτη γὰρ αἰτία τῆς τοῦ θυμοῦ ταραχῆς.

κς'. Ἆρα ἀπηλλάγημεν τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀύλου ἀπολαύομεν προσευχῆς, ἢ οὔπω;

κζ'. Μέγας νοῦς, ὁ τῶν παθῶν ἀπαλλαγείς, καὶ τῶν ὄντων κωρισθείς, καὶ ἐν τῷ Θεῷ διάγων.

κη'. Ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ὁ προκόπτων φιλοσοφεῖ, ἐν ταῖς ἐντολαῖς, ἐν τοῖς δόγμασι, καὶ ἐν τῇ πίστει τῆς Τριάδος.

κθ'. Νοῦς παθῶν γυμνωθεὶς ἐν τούτοις εὑρίσκε-

9 Mentem assidue ad orandum incita, ut cogitationes in pectore obversantes disperdere queas.

10. Exercitatio religiosa, patientia opus habet ac longanimitate; voluptatis enim amor, multa laboris assiduitate in exsilium mittitur.

11. Facile hujus exercitationis labores exantlabis, si ad mensuram et regulam opera tua perfeceris.

12 Æqualem piæ exercitationis mensuram in omnibus serva, nisi ob inexcusabilem necessitatem regulam solvas minimum.

13. Ut continentia et charitas purificant cogitationes, ita omnem superbiam tollunt contemplatio precumque puritas.

14. Conscientiam puram faciunt labores monastici, quales sunt jejunium, vigiliæ, patientia et longanimitas.

15. Qui involuntariarum tentationum plagas patienter fert, modestus et probatus, atque bonæ spei vir erit.

16. Patientia gaudet in ferendis laboribus animæ, consistitque in tentationibus et laboribus qui sponte suscipiuntur, et tentationibus quæ invitis accidunt.

17. Tolerantia rerum gravium parit innocentiam; constantia autem in fine usque perseverans omnino malitiam exterminat.

18. Plagæ immissæ sensus affligunt, sed voluptas tristitia illata tollitur.

19. Quatuor sunt generales affectiones quibus prudentia sapienter vicissim usa est.

20. Voluptatem enim tristitia superveniens frangit et contrahit; concupiscentiam vero metus vindictæ abolet.

21. Mens prudentis animam suam exercet, et corpus suum omni piæ exercitationi assuefacit.

22. Propera ut monachum te ostendas, non exteriorem hominem, sed interiorem ab affectionibus alienando.

23. Abdicatio prima est ut quis ab operibus, secunda ab affectionibus, tertia ut ab ignorantia liber fiat.

24. Si quis volet, facile a malis operibus alienus erit; sed non item parvo labore ab eorumdem affectionibus.

25. Si imperas concupiscentiis, cohibebis et iram; nam eadem de causa quis et ira conturbatur.

26. An non liberati a cogitationibus quæ animam afficiunt, spiritali etiam ac pura oratione fruimur?

27. Magna quidem mens quæ ab affectionibus est libera, et sequestrata est ab his quæ sunt, et in Deo versatur.

28. Sapientiæ vacat, qui in tribus proficit, in mandatis scilicet, doctrinis, et in fide Trinitatis.

29. Mens affectionibus exuta in istis invenietur,

Digitized by Google

in tenuibus cogitationibus, contemplatione horum quæ sunt, et lumine nullam referente speciem.

30. Occultæ sunt in animabus nostris affectiones pessimæ; deprehenduntur autem ubi opera in lucem prodierint.

31. Imperturbata manet aliquando mens, tranquillitatem aliquam particularem nacta: quandiu tamen absunt opera, probata non est.

32. Per tria, scilicet memoriam, habitudinem corporis et sensus, ut prædictum est, excitantur affectiones.

33. Mens, custoditis sensibus et corporis habitudine, in obedientiam justam firmata bellum gerit adversus solam memoriam.

34. A sensibus oriuntur affectiones, quoties continentia spiritalisque charitas abfuerint.

35. Moderatum jejunium, vigiliæ et psalmodiæ parabile corpus reddunt.

36. Corporis habitudinem tria in deterius alterant, nempe diætæ inordinatio, dein aeris immutatio, tandem et dæmonum infestatio.

37. Rerum memoriæ quibus affectiones excitantur, precibus, lectione, continentia ac charitate minuuntur.

38. Sensus primum claude et quietiores facito, et postea armis virtutum adversus ea quæ memoriam infestant, præliare.

39. Ut cogitationum abusus, malitia est earum; ita et operum abusus eorumdem est malitia.

40. Tam cogitationum quam operum abusus, est eisdem non religiose et juste uti.

41. Affectiones turpes mentis vincula sunt, quibus in carnalibus operibus detinetur.

42. Perfectam tranquillitatem assecutus est, qui neque erga opera neque operum memorias afflicitur.

43. Anima bona proximum suum beneficiis prosequitur: et si ingratum experiatur, longanimiter fert; quin etiam tolerat sustinenter, si ab eo quid patiatur.

44. Tam gravia mala sunt, pravæ cogitationes, ut nisi quis eis renuntiet, scientiam veram non addiscat.

45. Christum qui audit [a], seipsum ad lucem adducit: qui vero ipsum imitatur, seipsum emendat.

46. Injuriarum recordatio, lepra est animæ, quæ vel ex ignominia, vel damno, vel suspiciosis cogitationibus accidit.

47. Mentem invidi excæcat Dominus; injuste enim de bonis proximi contristatur.

48. Obtrectatricis animæ lingua, hasta est tricuspis; nam et seipsam et audientem, quandoque etiam cum de quo obloquitur, lædit.

[a] Matth. VII. 24.

ται, ἐν τοῖς ψιλοῖς νοήμασι, ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων, ἐν τῷ ἀϋλίῳ φωτί.

λ'. Κάκιστα πάθη ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν κέκρυπται· τότε δὲ φαίνεται, ὅταν τὰ πράγματα ἐλέγχωνται.

λα'. Ἀνενόχλητος μένει ἔσθ' ὅτε ὁ νοῦς, μερικῆς τυχὼν ἀπαθείας· ἀδόκιμος δέ ἐστιν διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀπουσίαν.

λβ'. Κινοῦνται τὰ πάθη διὰ τῶν τριῶν τούτων, διά τε τῆς μνήμης καὶ τῆς κράσεως, καὶ τῆς αἰσθήσεως, ὡς προείρηται.

λγ'. Ὁ νοῦς τὴν τε αἴσθησιν ἀποκλείσας, καὶ τὴν κρᾶσιν ὁμαλίσας, πρὸς μόνην τὴν μνήμην ἔχει τὸν πόλεμον.

λδ'. Ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων τότε τὰ πάθη κινοῦνται, ὁπηνίκα ἐγκράτεια μὴ παρῇ, καὶ ἀγάπη πνευματική.

λε'. Νηστεία σύμμετρος, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ψαλμῳδία πέφυκεν ὁμαλίζειν τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος.

λς'. Τὰ τρία ταῦτα τὴν κρᾶσιν κατὰ τὸ χεῖρον δῆλον ὅτι ἀλλοιοῦσιν, ἡ τῆς διαίτης ἀταξία, ἡ τῶν ἀέρων μεταβολή, καὶ ἡ τῶν δαιμόνων ἐπαφή.

λζ'. Αἱ ἐμπαθεῖς μνῆμαι διὰ τούτων ψιλοῦνται, διὰ προσευχῆς, καὶ ἀναγνώσεως, καὶ ἐγκρατείας, καὶ ἀγάπης.

λη'. Τὴν αἴσθησιν πρῶτον τῇ ἡσυχίᾳ ἀπόκλεισον, καὶ τότε τοῖς ὅπλοις τῶν ἀρετῶν πρὸς τὰς μνήμας πολέμησον.

λθ'. Ἡ κατὰ διάνοιαν κακία, ἡ παράχρησίς ἐστι τῶν νοημάτων· ἡ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία ἡ παράχρησίς ἐστι τῶν πραγμάτων.

μ'. Νοημάτων καὶ πραγμάτων ἐστὶν παράχρησις, τὸ μὴ εὐσεβῶς καὶ δικαίως τοῖς ἀμφοτέροις χρήσασθαι.

μα'. Δεσμὰ ὑπάρχουσι, πάθη ψεκτὰ, κατέχοντα τὸν νοῦν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς πραγμάτων.

μβ'. Ἐκεῖνος τελείαν ἔχει ἀπάθειαν, ὁ μηδὲ πρὸς τὰ πράγματα πάσχων, μηδὲ πρὸς τὰς μνήμας αὐτῶν.

μγ'. Ψυχὴ ἀγαθὴ εὐεργετεῖ τὸν πλησίον, καὶ ἀγνωμονουμένη μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτῷ, καὶ πάσχουσα ὑπομένει τὰ παρ' αὐτοῦ.

μδ'. Ὑπάρχοντά ἐστι κακὰ, λογισμοὶ πονηροὶ, οἷς ὁ μὴ ἀποτασσόμενος, οὐ μαθητεύει τῇ γνώσει.

με'. Χριστοῦ ὁ ἀκούων, ἑαυτὸν φωταγωγεῖ, καὶ ὁ μιμούμενος αὐτὸν, διορθοῦται.

μς'. Ἡ μνησικακία λέπρα ἐστὶ ψυχῆς· συμβαίνει δὲ αὐτὴ ἀπὸ ἀτιμιῶν, ἢ ζημίας, ἢ λογισμῶν ὑπονοίας.

μζ'. Κύριος νοῦν φθονερὸν ἐκτυφλοῖ, ὅτι λυπεῖται ἀδίκως ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ πλησίον.

μη'. Κατάλαλος δὲ ψυχὴ τρίβολον ἔχων γλῶσσαν· ἑαυτὸν γὰρ καὶ τὸν ἀκούοντα, ἴσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸν καταλαλούμενον βλάπτει.

Digitized by Google

μθ'. Ἀμνησίκακός ἐστιν ὁ προσευχόμενος ὑπὲρ λυπήσαντος· καὶ ἀπαλλάττεται μνησικακίας ὁ μὴ φειδόμενος δώρων.

ν'. Θάνατος ψυχῆς μῖσος πρὸς τὸν πλησίον· τοῦτον ἔχει καὶ πράττει ἡ τοῦ καταλάλου γλῶσσα.

να'. Ἀκηδία ἐστὶν ὀλιγωρία ψυχῆς· ὀλιγωρεῖ δὲ ψυχὴ φιληδονοῦσα.

νβ'. Ἰησοῦν ὁ ἀγαπῶν γυμνάζεται ἐν πόνοις, καρτερίᾳ δὲ πόνων ἐκδιώκει ἀκηδίαν.

νγ'. Ῥώννυται ψυχὴ διὰ πόνων ἀσκήσεως, καὶ ἐν τῷ πάντα μέτρῳ ποιεῖν ἀπελαύνει ἀκηδίαν.

νδ'. Ὁ κρατῶν γαστρὸς, μαραίνει ἐπιθυμίαν, καὶ λογισμοῖς πορνείας οὐ δουλεύει ὁ νοῦς αὐτοῦ.

νε'. Νοῦς ἐγκρατοῦς ναὸς ἁγίου Πνεύματος· ὁ δὲ τοῦ γαστριμάργου, κατοικητήριον κοράκων.

νς'. Τῆς τῶν βρωμάτων ποικιλίας ὁ κόρος ποιεῖ ἐπιθυμίαν, ἡ δὲ ἔνδεια ἡδύνει καὶ αὐτὸν ψιλὸν τὸν ἄρτον.

νζ'. Ἀπαλλάττεται φθόνου ὁ συγχαίρων τῷ φθονουμένῳ κρυπτῶς τοῦ φθονοῦντος.

νη'. Τοῦ ἀμελῶς βιοῦντος μάκρυνον σεαυτὸν, κἂν ὄνομα μέγα παρὰ πολλοῖς κέκτηται.

νθ'. Ἄνδρα φιλόπονον κτῆσαι φίλον, καὶ εὑρήσεις σκέπην τῶν σῶν σφαλμάτων.

ξ'. Δεσπόταις πολλοῖς ὁ ἀμελὴς πέπραται, καὶ ὡς ἄγουσιν αὐτὸν, οὕτως διαγίνεται.

ξα'. Εὐνοεῖ σοι ὡς φίλος ἐν καιρῷ εἰρήνης, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ὡς ἐχθρὸς πολεμεῖ.

ξβ'. Τὴν ψυχὴν τίθησιν ὑπερ σοῦ πρὸ τῆς κινήσεως τῶν παθῶν, καὶ ὅταν κινηθῶσιν, τὴν ψυχήν σου λαμβάνει.

ξγ'. Ἡ χερσωθεῖσα γῆ, ἀκανθῶν πεπλήρωται, καὶ ἀμελὴς ψυχὴ παθῶν ἀκαθάρτων.

ξδ'. Νοῦς φρόνιμος χαλινοῖ ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ὑποπιάζει τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγεῖ τὰ πάθη.

ξε'. Σημεῖα τῶν ἔνδον τὰ προφανῆ κινήματα, ὡς καὶ τῶν ἀγνώστων δένδρων οἱ προφερόμενοι καρποί.

ξς'. Ὑποκριτὴν ἐλέγχουσιν οἱ λόγοι καὶ τὰ ἔργα, καὶ τὸν κεκρυμμένον ψευδοπροφήτην εἰς φανέρωσιν ἄγουσιν.

ξζ'. Νοῦς ἠλογημένος οὐ παιδεύει ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἀγάπης καὶ τῆς ἐγκρατείας ἀπομακρύνει αὐτήν.

ξη'. Ἐννοιῶν φαύλων αἰτία ἕξις πονηρὰ, ἀπὸ κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανείας καὶ ἀλαζονείας συνισταμένη.

ξθ'. Ἴδια τῶν προειρημένων ὑπόκρισις, καὶ δόλος, πανουργία τε καὶ εἰρωνεία, καὶ τὸ πάμφαυλον ψεῦδος.

ο'. Δουλεύουσιν τοῖς προλεχθεῖσι φθόνος καὶ ἔρις, θυμὸς καὶ ὀργὴ, λύπη καὶ μνησικακία.

49. Injurias obliviscitur, qui pro iis qui se contristarunt, orat : et ab injuriarum recordatione alienus erit, si eosdem liberaliter donis prosequatur.

50. Odium erga proximum mors est animæ; eam fert et infert obtrectatoris lingua.

51. Acedia, negligentia animæ; anima autem tunc negligens est, quando studio voluptatum dedita, morbida fuerit.

52. Qui Jesum diligit, laboribus exercet semetipsum : quos cum tolerat, fugat acediam.

53. Monasticis laboribus firmatur anima; et cum omnia cum mensura facit, abigitur acedia.

54. Qui ventri imperat, concupiscentias tabefacit, et cogitationibus fornicationum mentem suam servire non sinit.

55. Mens continentis templum est Spiritus sancti; gulosi autem mens, corvorum est domicilium.

56. Varietatem eduliorum appetere facit satietas; indigentia vero suavem facit siccum et decrustatum panem.

57. Alienus fit ab invidia, qui ei cui invidetur, in prosperitate congaudet, sese occultans ei qui invidet.

58. Ab homine vitam negligenter agente procul abscedas, etiamsi apud plerosque magnum ipsius sit nomen.

59. Amicum tibi para, virum laboris patientem et avidum, et in lapsibus tuis præsidium inyenies.

60. Negligens multis dominis venundatus est, et versatur utcunque duxerint.

61. Benevolus tibi erit et amici loco, tempore pacis; sed ut hostis, tempore tentationis impugnabit.

62. Antequam tribulationes moveantur, ponit pro te animam suam; ubi autem motæ fuerint, tuam etiam animam tollit.

63. Terra inculta et deserta, spinis densescit; mens autem torpida, immundis affectionibus.

64. Mens prudens refrenat animam suam, castigat corpus, et affectiones sibi servire facit

65. Gestus exteriores signa sunt motuum intrinsecus latentium, sicut ignotarum arborum fructus producti.

66. Hypocritam arguunt verba et opera; similiter et pseudoprophetam occultum manifestant.

67. Mens stulta animam suam non erudit, sed a charitate et continentia longe separat.

68. Improbarum cogitationum causa est malus habitus, ex inani gloria, et superbia, et arrogantia conflatus.

69. Vitiis jam memoratis peculiariter adhærent hypocrisis, dolus, versutia, irrisio ac improbissimum mendacium.

70. Prædictis etiam serviunt, invidia et contentio, furor ac ira, mœstitia et vindictæ meditatio.

Digitized by Google

71. Hæc est via negligenter agentium, et hic thesaurus qui intra me reconditus est.

72. Animam malorum tolerantia et humilitas salvant, et a prædictis affectionibus reddunt alienam.

73. Sermo utilis proprius est menti prudenti, sed virtutis opus animæ bonæ peculiare est.

74. Mens illuminata sapientes profert sermones; anima autem munda divinas producit cogitationes.

75. Cogitationes studiosi sapientiam meditantur, et verba ipsius auditores illuminant.

76. Si in anima virtutes fuerint, mens bonas cogitationes producit; sin vitia insederint, malas parit.

77. Anima affectionibus referta, officina est malarum cogitationum : ex suo thesauro profert mala [t].

78. Bonus thesaurus est habitus virtutis, et ex hoc mens bona profert bona [u-v].

79. Mens divina charitate afflata, bonas de Deo cogitationes excolit : quæ autem amore suiipsius tenetur, omnino diversas.

80. Mens quæ a charitate in proximum movetur, bona de ipso incessanter cogitat [x]; contra vero, quæ secus affecta est.

81. Bonarum cogitationum causæ sunt virtutes, virtutum autem, præcepta : cæterum ut in effectum prodeant, in causa est propositum.

82. Virtutes et vitia sive fiant, sive omittantur, quando vicissim cogitationes excitant, bene vel male animam afficiunt.

83. Malarum cogitationum causæ sunt vitia, vitiorum inobedientia, inobedientiæ vero sensuum deceptio, deceptionis autem sensuum mentis negligentia circa sui securitatem.

84. Proficientes, a suis dispositionibus facile excidere possunt, sive bonæ sint, sive malæ. Perfectorum autem habitus circa utrumque difficillime moventur.

85. Robur animæ est habitus virtutis difficile mobilis et immobilis; quem assecutus, dicat cum invicto Paulo : *Quis nos separabit a charitate Christi* [y]? et quæ sequuntur.

86. Antesignanus omnium affectionum est amor suiipsius, postrema vero omnium superbia.

87. Ex affectionibus amoris suiipsius tres generales concupiscentiarum cogitationes trahunt originem.

88. Intellige omnino cogitationes gulæ, inanis gloriæ et avaritiæ : quas sequuntur omnes aliæ cogitationes affectionum, sed non omnes communiter.

89. Gulæ cogitationem sequitur fornicationis cogitatio; inanis autem gloriæ cogitationem cogitatio superbiæ; reliquæ autem tres communiter.

90. Communiter tres sequuntur, cogitationes tristitiæ, iræ, machinationis, invidiæ et acediæ, et reliquæ.

οα'. Ἥδε ὁδὸς τῶν ἐν ἀμελείᾳ μοχθούντων, καὶ οὗτος ὁ θησαυρὸς τῶν ἐν ἐμοὶ κεκρυμμένων.

οβ'. Σώζουσι ψυχὴν κακοπάθεια καὶ ταπείνωσις, καὶ ἐκ τῶν προειρημένων παθῶν ἀπαλλάττουσιν αὐτήν.

ογ'. Ἴδιον ἐννοίας συνετῆς λόγος ὠφέλιμος, καὶ ψυχῆς ἀγαθῆς πρᾶξις σπουδαία.

οδ'. Νοῦς πεφωτισμένος λόγους προφέρει σοφοὺς, καὶ ψυχὴ καθαρὰ λογισμοὺς γεωργεῖ θείους.

οε'. Λογισμοὶ σπουδαίου σοφίαν μελετῶσι, καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ φωτίζουσι τοὺς ἀκούοντας.

ος'. Ὑποκειμένων ἐν ψυχῇ ἀρετῶν, ἀγαθοὺς γεωργεῖ λογισμούς· κακιῶν δὲ ὑποκειμένων, φαύλας τίκτει ἐννοίας.

οζ'. Πονηρῶν ἐννοιῶν ἐργαστήριον, ψυχὴ ἐμπαθὴς· καὶ ἐκ τοῦ ἑαυτῆς θησαυροῦ προφέρει τὰ πονηρά.

οη'. Ὁ ἀγαθὸς θησαυρὸς, ἡ ἕξις ἐστὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ ὁ ἀγαθὸς νοῦς ἐκ ταύτης προφέρει τὰ ἀγαθά.

οθ'. Ὑπὸ θείας ἀγάπης ἐνεργούμενος ὁ νοῦς, ἀγαθὰς ἐννοίας περὶ Θεοῦ γεωργεῖ· ὑπὸ δὲ τῆς φιλαυτίας ἐκ τοῦ ἐναντίου.

π'. Νοῦς ὑπὸ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης κινούμενος, καλὰ περὶ αὐτοῦ ἀδιαλείπτως λογίζεται, καὶ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ πονηρὰ ὑποτίθεται

πα'. Τῶν ἀγαθῶν ἐννοιῶν αἱ ἀρεταὶ αἰτίαι, τῶν δὲ ἀρετῶν αἱ ἐντολαί· τῆς δὲ τούτων ἐργασίας, ἡ προαίρεσις.

πβ'. Αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ κακίαι γινόμεναι καὶ ἀπογινόμεναι, εὖ ἢ κακῶς τὴν ψυχὴν διατιθέασι, κινοῦσαι εἰς ἐννοίας κατ' ἀλλήλων.

πγ'. Τῶν πονηρῶν ἐννοιῶν αἰτίαι αἱ κακίαι, τῶν δὲ κακιῶν ἡ παρακοὴ, τῆς δὲ παρακοῆς ἡ τῆς αἰσθήσεως ἀπάτη, τῆς δὲ ἀπάτης ἡ τοῦ νοῦ περὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς ἀμέλεια.

πδ'. Ἐν μὲν τοῖς προκόπτουσιν εὐμετάπτωτοι γίνονται αἱ διαθέσεις τῶν ἐναντίων. Ἐν δὲ τοῖς τελείοις κατ' ἄμφω ἕξεις δυσκίνητοι.

πε'. Ῥώμη ψυχῆς ἐστιν ἕξις ἀρετῆς δυσκίνητος, εἰς ἣν ὁ φθάσας ἔλεγεν· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ*; καὶ τὰ ἑξῆς.

πς'. Προηγεῖται μὲν πάντων τῶν παθῶν ἡ φιλαυτία, ἕπεται δὲ πάντων ἔσχατον ἡ ὑπερηφανία.

πζ'. Οἱ τρεῖς γενικώτατοι τῆς ἐπιθυμίας λογισμοὶ, ἐκ τοῦ πάθους τῆς φιλαυτίας τὴν γέννησιν ἔχουσιν.

πη'. Νόει πάντως τούς τε τῆς γαστριμαργίας καὶ κενοδοξίας καὶ φιλαργυρίας λογισμοὺς, οἷς ἕπονται πάντες οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ, ἀλλ' οὐ πάντες κοινῶς.

πθ'. Τῷ τῆς γαστριμαργίας λογισμῷ ἕπεται ὁ τῆς πορνείας, τῷ δὲ τῆς κενοδοξίας ὁ τῆς ὑπερηφανίας· οἱ δὲ λοιποὶ κοινῶς τοῖς τρισίν.

ι'. Ἀκολουθοῦσι κοινῶς τοῖς τρισὶν, οἵ τε τῆς λύπης, καὶ τῆς ὀργῆς καὶ τῆς μνησικακίας καὶ φθόνου καὶ ἀκηδίας, καὶ οἱ λοιποί.

[t] Matth. XII, 35. [u-v] ibid. [x] I Cor. XIII, 5. [y] Rom. VIII, 35.

Digitized by Google

ϰα'. Δέσποτα τῶν ἁπάντων Χριστὲ, ἐκ πάντων τούτων ἡμᾶς ἐλευθέρωσον, τῶν τε ὀλεθρίων παθῶν, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν τικτομένων λογισμῶν.

ϰβ'. Ἕνεκά σου γεγόναμεν, ἵνα σοῦ κατατρυφήσωμεν ἐν παραδείσῳ τιθέντες, τῷ ὑπὸ σοῦ φυτευθέντι.

ϰγ'. Τήν τε νῦν ἀτιμίαν ἑαυτοῖς ἐπεσπασάμεθα τῆς μακαρίας τρυφῆς τὴν ὀλεθρίαν προτιμήσαντες.

ϰδ'. Ἧς ἀντιμισθίαν ἐν ἑαυτοῖς ἀπελάβομεν, ζωῆς ἀϊδίου θάνατον ἀνταλλαξάμενοι.

ϰε'. Νῦν οὖν, Δέσποτα, καθὼς ἐπέβλεψας, καὶ εἰς τέλος ἐπίβλεψον· καθὼς ἐνανθρώπησας, καὶ σῶσον πάντας ἡμᾶς.

ϰς'. Σῶσαι γὰρ ἦλθες τοὺς ἀπολωλότας ἡμᾶς· μὴ χωρίσῃς ἡμᾶς τῆς τῶν σωζομένων μερίδος.

ϰζ'. Ἀνάστησον ψυχὰς, καὶ σῶσον τὰ σώματα, καθαίρων πάντας ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ.

ϰη'. Ῥῆξον τὰ θεσμὰ τῶν κατεχόντων ἡμᾶς παθῶν, ὁ ῥήξας τὰς φάλαγγας τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων.

ϰθ'. Καὶ ἀπάλλαξον ἡμᾶς τῆς ἐξ αὐτῶν τυραννίδος, ἵνα σοὶ μόνῳ λατρεύσωμεν τῷ αἰωνίῳ φωτί.

ρ'. Ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, καὶ σὺν ἀγγέλοις χορεύοντες τὴν μακαρίαν καὶ αἰωνίαν καὶ ἀκατάλυτον χορείαν. Ἀμήν.

91. Domine omnium Christe, libera nos ex omnibus perniciosis affectibus, et ex cogitationibus quæ ex ipsis oriuntur.

92. Propter te facti sumus, ut te delectemur, positi in paradiso a te plantato.

93. Ignominiam autem hanc nostram nobis contraximus, quia prætulimus beatis illis deliciis has perniciosas.

94. Quare dignam in nobis mercedem accepimus, æterna vita commutata pro morte.

95. Nunc ergo, Domine, sicut respexisti, ita in finem usque respicias : et sicut homo factus es, ita salva nos omnes.

96. Venisti enim ut salvos nos faceres [1], quia perditi eramus : ne separes nos a parte salvandorum.

97. Resuscita animas, et salva corpora, purificans nos ab omni inquinamento [2].

98. Rumpe vincula affectionum nos detinentium, qui rupisti phalanges immundorum dæmonum.

99. Et libera nos a tyrannide ipsorum, ut tibi, æterno lumini, serviamus soli.

100. Ut cum ex mortuis resurrexerimus, cum angelis beatam ac æternam et indissolubilem choream agitemus.

[1] Luc. xix, 10. [2] Ezech. xxxvi, 25.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Δ',

Ἧς ἡ ἀκροστιχὶς ἥδε

Ὅμως οὖν καὶ ἐκ τῶν κυρίως κακῶν, καὶ τῶν μὴ κυρίως, νομιζομένων δὲ, εὔξαι ἐκτενῶς πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν, λυτρωθῆναι ἡμᾶς.

CENTURIA IV,

Cujus acrostichis hæc est :

Igitur precare continue ad Dominum Deum nostrum, ut simul nos liberet a malis, tam ab his quæ proprie dicuntur, quam ab iis quæ improprie habentur mala.

α'. Ὁ τῆς πρὸς τὸν σάρκα φιλίας καὶ κολακείας τὸν νοῦν ἀποχωρίσας· οὗτος τῷ ζωτικῷ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος ἐθανάτωσεν.

β'. Μὴ νόμιζε κεχωρίσθαι τῆς πρὸς τὴν σάρκα σχέσεως, ἔτι ἐν τοῖς τῆς σαρκὸς οἰκείοις τὸν νοῦν ἔχων ἐνασχολούμενον.

γ'. Ὥσπερ τῆς σαρκὸς ἰδία ἡ αἴσθησις, καὶ τὰ αἰσθητὰ, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ἴδια ὁ νοῦς καὶ τὰ νοήματα.

δ'. Σύστειλον τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῶν αἰσθητῶν, καὶ εὑρίσκεται ὁ νοῦς ἐν τῷ Θεῷ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς.

1. Qui mentem ab amicitia ac adulatione carnis sequestravit, vitali spiritu opera carnis mortificavit.

2. Ne putes mentem a carnis amicitia descivisse, cum adhuc in his quæ carnis sunt propria, occupetur.

3. Sicut carni proprii sunt sensus et sensibilia, ita animæ intellectus, et quæ intellectu percipiuntur.

4. Abstrahe animam a sensibus et sensibilibus, et invenietur mens in Deo, et his quæ mente percipiuntur.

Digitized by Google

5. Familiares deitati sunt mentales naturæ, solaque mente perceptibiles; sensus autem et sensibilia in obsequium mentis creata sunt.

ε'. Οἰκεῖον θεότητος αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ νῷ μόνῳ ληπταί· ἡ δὲ αἴσθησις καὶ τὰ αἰσθητὰ εἰς ὑπουργίαν τοῦ νοῦ ἐκτίσθη.

6. Ministrent tibi sensus et sensibilia ad contemplationem spiritualium, et non vicissim sensibus ea quæ ad carnale desiderium spectant.

ς'. Ὑπουργείτω σοι ἡ αἴσθησις καὶ τὰ αἰσθητὰ, πρὸς θεωρίαν τὴν πνευματικὴν, καὶ μή σοι ἀντιστρόφως τῇ αἰσθήσει τὰ πρὸς ἐπιθυμίαν τῆς σαρκός.

7. Jussus es mactare opera corporis, ut voluptatibus per labores emortuis animam resuscites.

ζ'. Νεκρῶσαι ἐκελεύσθης τὰς πράξεις τοῦ σώματος, ἵνα τὴν ψυχὴν ἡδοναῖς νεκρωθεῖσαν τοῖς πόνοις ἐξαναστήσῃς.

8. Dominetur in te Deus, dominusque esto sensuum tuorum, et ne deteriori tu melior potestatem in te dederis.

η'. Κυριεύου ἀπὸ Θεοῦ, καὶ κυρίευε τῆς αἰσθήσεως, καὶ μὴ δῷς τὴν ἐξουσίαν ὁ κρείττων τῷ χείρονι.

9. Sempiternus Deus et immensus et indefinitus, sempiterna bona et immensa ac ineffabilia, iis qui se audierint, pollicitus est.

θ'. Ἀΐδιος Θεὸς, καὶ ἀπέραντος, καὶ ἀόριστος, καὶ ἀΐδια ἀγαθὰ, καὶ ἀπέραντα, καὶ ἀνεκλάλητα τοῖς αὐτῷ ὑπακούουσιν ἐπηγγείλατο.

10. Mentis proprium est in Deo semper versari, et cogitare de ipso, deque providentia ac terribilibus ipsius judiciis.

ι'. Ἴδιον τοῦ νοῦ τὸ ἐν τῷ Θεῷ διάγειν, καὶ περὶ αὐτοῦ διανοεῖσθαι, καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας, καὶ τῶν φοβερῶν αὐτοῦ κριμάτων.

11. Potestas tibi data est in utrumvis declinandi. Bis ergo meliori subditus, et deteriorem tibi subjicito.

ια'. Ἔχεις τὴν ἐξουσίαν τῆς ἐπ' ἀμφότερα ῥοπῆς, γενοῦ τοῦ κρείττονος, καὶ ὑποτάσσεις τὸ χεῖρον.

12. Boni sunt sensus, bona et sensibilia : nam opera sunt boni Dei; nullo tamen modo cum his quæ mente percipiuntur, conferuntur.

ιβ'. Καλὴ ἡ αἴσθησις, καὶ καλὰ τὰ αἰσθητὰ, ὡς Θεοῦ ἔργα τοῦ ἀγαθοῦ, οὐ συγκρίνονται δὲ ὅμως παντάπασι τῷ νῷ καὶ τοῖς νοητοῖς.

13. *Rationalem et spiritualem substantiam, capacem spiritus et cogitationis suæ creavit Deus; sensus autem et sensibilia in usum ipsius produxit.*

ιγ'. *Τὴν λογικὴν καὶ νοερὰν οὐσίαν δεκτικὴν τοῦ πνεύματος καὶ τῆς ἑαυτοῦ γνώσεως ὁ Θεὸς ἐδημιούργησεν· τὴν δὲ αἴσθησιν καὶ τὰ αἰσθητὰ, εἰς χρῆσιν αὐτῆς παρήγαγεν.*

13. Prædicta autem, quæ communia sunt omnibus in sancta Trinitate et per negationem attribuuntur, magis propria judicantur iis quæ per affirmationem sunt dicta. At non similiter in proprietatibus. Nam, ut prædictum, earum etiam aliquas per affirmationem, aliquas per negationem dicunt, ut genitum esse, et similia. Nam innascibilitas singulari significato differt a nativitate. Per illud enim significatur Pater non esse genitus, per hoc vero Filius esse genitus.

14. Sicut absurdum est subjicere bonum domino improbo servo; ita et absurdum, corruptibilis corporis mancipium esse rationalem mentem.

ιδ'. Ὥσπερ ἄτοπον δούλῳ φαύλῳ δεσπότην ἀγαθὸν ὑποτάξαι, οὕτως ἄτοπον νοῦν λογικὸν σώματι δουλαγωγῆσαι φθαρτῷ.

15. Mens nisi sensus moderetur, per eos in vitia mala ruet. Sensibilium enim illecebris inescata malitiam sibiipsi pariet.

ιε'. Νοῦς μὴ ἐπιστατῶν τῇ αἰσθήσει, δι' αὐτῆς περιπίπτει κακοῖς· ὑφ' ἡδονῆς γὰρ τῶν αἰσθητῶν ἀπατηθεῖσα, τίκτει αὐτῷ φαυλότητα.

16. Qui sensibus imperat, muniat etiam memoriam : simulacrum enim per sensus conceptum refricant affectiones.

ις'. Κρατῶν τῆς αἰσθήσεως, ἀσφαλίζου καὶ τὴν μνήμην· αἱ γὰρ διὰ τῆς αἰσθήσεως προλήψεις διὰ τῆς μνήμης ἀνακινοῦσι τὰ πάθη.

17. Castiga corpus et sedulo precare, statimque ab occursaculis cogitationum liberaberis.

ιζ'. Ὑποπίαζε τὸ σῶμα, καὶ προσεύχου συνεχῶς, καὶ τῶν ἐκ προλήψεως λογισμῶν τάχιστα ἀπαλλάττῃ.

18. Verbis divinis continue vaca : nam diligens in eis studium affectiones absumit.

ιη'. Ῥήμασι θείοις ἀδιαλείπτως σχόλαζε· ἡ γὰρ περὶ αὐτὰ φιλοπονία καταναλίσκει τὰ πάθη.

19. Lectio et vigiliæ, precesque cum psalmo Deo mentem sistunt, ne circa affectiones vagetur.

ιθ'. Ἵστησι τὸν νοῦν τῆς περὶ τὰ πάθη πλάνης ἀνάγνωσις, καὶ ἀγρυπνία καὶ προσευχὴ καὶ ψαλμῳδία.

20. Sicut ver facit germinare plantas, ita imperturbantia menti concedit contemplari ea quæ sunt.

κ'. Ὥσπερ τὸ ἔαρ πρὸς τὸ βλαστάνειν ἀνακινεῖ τὰ φυτὰ, οὕτως καὶ ἡ ἀπάθεια τὸν νοῦν, πρὸς τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων.

21. Mandata observa, et invenies pacem; Deum dilige, et scientiam assequeris.

κα'. Συντήρησον ἐντολὰς, καὶ εὑρήσεις εἰρήνην· καὶ τὸν Θεὸν ἀγάπησον, καὶ γνώσεως ἐπιτεύξῃ.

22. Sententia in te lata est, ut in difficultatibus, labore et sudore vultus tui panem scientiæ comedas [b].

κβ'. Κόπῳ καὶ μόχθῳ, καὶ ἱδρῶτι προσώπου τὸν ἄρτον τῆς γνώσεως κατεκρίθης ἐσθίειν.

[b] Gen. III, 19.

Digitized by Google

κγ'. Ἀμέλεια τὸν προπάτορα εἰς παράβασιν ἤγαγεν, καὶ ἀντὶ τῆς τρυφῆς παραδείσου κατέκρινε θανάτῳ.

κδ'. Κράτει καὶ σὺ τῆς Εὔας, τὸν ὄφιν φύλαξαι, ἵνα μὴ ἀπατηθεῖσα τοῦ ξύλου σοι μεταδῷ.

κε'. Ὥσπερ τὸ σῶμα κατὰ φύσιν ἡ ψυχὴ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ γνῶσις.

κς'. Νεφέλη ἐστὶν ἄνυδρος νοῦς οἰησίσοφος, ὑπὸ τῶν τῆς κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανίας πνευμάτων παραφερόμενος.

κζ'. Κενοδοξίας κρατῶν ἀπὸ τῆς πορνείας πρόσεχε, μήποτε τὰς τιμὰς φεύγων ἀτιμίᾳ περιπέσῃς.

κη'. Ἀποφυγὼν κενοδοξίαν, εἰς τὸν Θεὸν ἀπόβλεπε· εἰ δὲ μήγε, οἰήσει ἢ πορνείᾳ περιπίπτεις.

κθ'. Ἴδιον τῆς κενοδοξίας ἡ ἐπιδεικτικὴ ἐπιτήδευσις· τῆς δὲ ὑπερηφανίας τὸ ἐξουθενεῖν καὶ θυμοῦσθαι.

λ'. Τὴν γαστριμαργίαν φεύγων, τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν φύλαξαι, τὴν ὠχρότητα τοῦ προσώπου σου ἐπιδείξασθαι προσφαντάζουσαν.

λα'. Ὡραία νηστεία, ἡ βραχυφαγίᾳ χαίρουσα, καὶ λιτοφαγίαν ἔχουσα, καὶ ἀνθρωπαρέσκειαν φεύγουσα.

λβ'. Νηστεύων ἕως ὀψὲ, μὴ χορτάσῃς εἰς κόρον, ἵνα μὴ ἃ ἅπαξ καταλύεις, ταῦτα πάλιν οἰκοδομήσῃς.

λγ'. Μὴ πίνων οἶνον, μὴ χορτασθῇς ὕδατος· εἰ δὲ μήγε, τὴν αὐτὴν ὕλην τῇ πορνείᾳ παρέχεις.

λδ'. Ἡ ὑπερηφανία τῆς θείας ἀφίστασθαι ποιεῖ βοηθείας, ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθέναι, καὶ τῶν ἀνθρώπων κατεπαίρεσθαι.

λε'. Φάρμακα κατὰ τῆς ὑπερηφανίας δύο πρόκειται πράγματα· ἅπερ ὁ μὴ καταδεχόμενος, τρίτον ἕξει σφόδρα δριμύτατον.

λς'. Ὑπερηφανίαν ἀναιρεῖ προσευχὴ μετὰ δακρύων, καὶ τὸ μηδένα ἐξουθενεῖν, καὶ ἀκούσιοι ἐπιφοραί.

λζ'. Ῥάβδος ἐστὶν νοητὴ, ἡ διὰ πειρασμῶν παίδευσις, ταπεινοφρονεῖν ἐκδιδάσκουσα τὸν ἐν ἀφροσύνῃ ἐπαιρόμενον.

λη'. Ἴδιον ἔργον τοῦ νοῦ, τὸ μὴ ἀνέχεσθαι λογισμοῦ λάθρα καταλαλοῦντος κατὰ τοῦ πλησίον.

λθ'. Ὥσπερ ὁ κηπουρὸς, μὴ ἀπαίρων τὰς βοτάνας, ἀποπνίγει τὰ λάχανα· οὕτως καὶ ὁ νοῦς μὴ καθαίρων τοὺς λογισμοὺς, ἀπόλλυσι τοὺς πόνους.

μ'. Συνετὸς ἀνὴρ, ὁ συμβουλῆς ἀνεχόμενος, καὶ μάλιστα τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς κατὰ Θεὸν συμβουλεύοντος.

μα'. Νενεκρωμένος ὑπὸ παθῶν, συμβουλῆς οὐκ αἰσθάνεται, καὶ τῆς παιδεύσεως πνευματικῆς τὸ σύνολον οὐκ ἀνέχεται.

μβ'. Ὁ μὴ δεχόμενος συμβουλὴν, οὐ κατορθοῖ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, ἀλλὰ κατὰ κρημνῶν ἀεὶ καὶ φαράγγων φέρεται.

23. Negligentia primum parentem nostrum fecit transgredi, et pro deliciis paradisi morti adjudicatus est [c].

24. Impera et tu Evæ, et a serpente cave, ne delusa tibi quoque de ligno præbeat.

25. Sicut anima corpus secundum naturam vivificat, ita et animam virtus et scientia.

26. Mens opinione sua sibi sapiens visa, nebula est sine aqua a spiritu inanis gloriæ et superbiæ agitata.

27. Qui vanæ gloriæ dominaris, cave tibi etiam a fornicatione, ne dum honores fugis, incidas in ignominias.

28. Ab inani gloria fugiens, ad Deum respice. Quod si minus feceris, certum, vel in arrogantiam vel in fornicationem incides.

29. Inanis gloriæ proprium est ostentatio; superbiæ vero contemptus aliorum et efferata insolentia.

30. Qui gulam fugit, caveat ne quærat placere hominibus, pallorem vultus apparentem monstrare cupiens.

31. Pulchrum est jejunium modico frugalique cibo gaudens, hominibus placere fugiens.

32. Quando usque ad vesperam jejunas, cave ad satietatem usque implearis, ne videlicet iterum exstruas quæ paulo ante destruxeras.

33. Quando non bibis vinum, etiam aqua ne implearis; sin minus obtemperaris, fornicationi eamdem materiam suppeditabis.

34. Superbia facit divino destitui auxilio, confidere in seipso, et adversus homines insurgere.

35. Duo remedia adversus superbiæ mala proponuntur; quæ si quis accipere renuit, tertium longe acerbissimum habiturus est.

36. Superbiam tollunt precari cum lacrymis, contemnere neminem, denique damna præter voluntatem accidentia.

37. Eruditio per tentationes, virga spiritalis est: cum enim qui in superbia extollebatur, humiliter sentire docet.

38. Proprium mentis opus est, ne cogitationem quidem ferre proximo clam obtrectantem.

39. Sicut hortulanus non eradicans zizania, suffocat olera; ita et mens cogitationes non purificans, disperdit labores.

40. Vir intelligentia præditus, consiliis paret, maxime patris spiritualis ea quæ Dei sunt, consulentis.

41. Quem affectiones suæ perdiderunt, consilium non audit, sed et spiritualis eruditionis consilium respuit.

42. Qui consilium respuit, vias suas non corrigit, sed per prærupta et præcipitia fertur.

[c] Gen. III, 19.

Digitized by Google

43. Monachum verum agit mens quæ sensibus ita renuntiavit, ut ne videre quidem ferat cogitationem voluptatis.

μγ'. Μοναχός ἐστιν, νοῦς ὁ τῇ αἰσθήσει ἀποταξάμενος, καὶ λογισμὸν ἡδονῆς μηδὲ ἰδεῖν ἀνεχόμενος.

44. Medicum agit mens quæ sibi ipsi medetur, et e quibus curata est, dein curat etiam alios.

μδ'. Ἰατρός ἐστι νοῦς ὁ ἑαυτὸν ἰασάμενος, καὶ ἐξ ὧν ἰάθη τοὺς ἄλλους ἰώμενος.

45. Quære virtutem, et inventam serva, ne et vivas turpiter, et moriaris miserabiliter.

με'. Ζήτησον τὴν ἀρετὴν, καὶ μὴ ζημιωθῇς αὐτὴν, ἵνα μὴ καὶ ζήσῃς αἰσχρῶς, καὶ ἀποθάνῃς ἐλεεινῶς.

46. Dominus noster Jesus Christus omnibus lumen præbuit; sed si sibi inobedientes fuerimus, excæcamus nos ipsos.

μς'. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς πᾶσι τὸ φῶς ἐχαρίσατο, ἀλλ' οἱ μὴ πειθόμενοι αὐτῷ, ἑαυτοὺς σκοτίζουσιν.

47. Ne parvam existimes virtutis jacturam; propter eam enim mors in mundum ingressa est [d].

μζ'. Μὴ μικρὸν εἶναι νόμιζε τὴν τῆς ἀρετῆς ζημίαν· διὰ ταύτην γὰρ θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν.

48. Mandati observatio, mortuorum est resurrectio. Virtutem enim vita naturaliter subsequitur,

μη'. Ἐντολῆς ὑπακοὴ, νεκρῶν ἐστιν ἀνάστασις. Τῇ γὰρ ἀρετῇ κατὰ τὴν φύσιν ἐπακολουθεῖ ἡ ζωή.

49. Mente per mandati transgressionem emortua, necessario etiam mors corporis subsequitur.

μθ'. Νεκρωθέντος τοῦ νοῦ τῇ τῆς ἐντολῆς παραβάσει, ἐπηκολούθει ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ τοῦ σώματος θάνατος.

50. Sicut Adam in mortem incidit prævaricando; ita et Salvator obediendo mortem trucidavit [e].

ν'. Ὥσπερ ὁ Ἀδὰμ παραβὰς, θανάτῳ ὑπέπεσεν, οὕτως ὁ Σωτὴρ ὑπακούσας, τὸν θάνατον ἐνέκρωσεν.

51. Malitiam mortifica, ne mortuus non resurgas, et a brevi morte in longam transeas.

να'. Νέκρωσον τὴν κακίαν, ἵνα νεκρὸς μὴ ἀναστῇς, καὶ ἐκ μικροῦ θανάτου εἰς μέγαν μεταβῇς.

52. Propter transgressionem Adæ, Salvator homo factus est, ut paulatim solutos omnes exsuscitet.

νβ'. Διὰ τὴν τοῦ Ἀδὰμ παράβασιν ὁ Σωτὴρ ἐνηνθρώπησεν, ἵνα τὸ κατὰ μικρὸν λύσας τοὺς πάντας ἐξαναστήσῃ.

53. E vita in vitam transit is qui affectus mortificat, et ab ignorantia secedit.

νγ'. Ἐκ ζωῆς εἰς ζωὴν ἐκεῖνος μεταβαίνει, ὁ τὰ πάθη νεκρώσας, καὶ τῆς ἀγνοίας χωρισθείς.

54. Scrutare Scripturas, et invenis mandata: quod si feceris quæ dicunt, ab affectionibus liberaberis.

νδ'. Ἐρεύνησον τὰς Γραφὰς, καὶ εὑρίσκεις τὰς ἐντολὰς, καὶ τὰ λεγόμενα ποίησον, καὶ τῶν παθῶν ἀπαλάττῃ.

55. Obedientia mandati, animæ præstat puritatem; purificatio autem animam luminis facit participem.

νε'. Ὑπακοὴ ἐντολῆς, ψυχῆς ποιεῖ κάθαρσιν, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς κάθαρσις, φωτὸς ποιεῖ μέθεξιν.

56. Lignum vitæ est scientia Dei, cujus puri participes, permanent immortales.

νς'. Ξύλον ζωῆς γνῶσίς ἐστι Θεοῦ, οὗ μετέχων ὁ καθαρὸς, ἀθάνατος διαμένει.

57. Principium vitæ activæ, fides est Christi; finis autem, charitas Dei.

νζ'. Ἀρχὴ πρακτικῆς, πίστις Χριστοῦ, τέλος δὲ αὐτῆς ἀγάπη Θεοῦ.

58. Jesus est Christus Dominus noster et Deus, qui, ut nos vivificaret, fidem in se nobis concessit.

νη'. Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς, ὁ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν πρὸς ζωὴν ἡμῖν χαρισάμενος.

59. Qui ex anima et corpore et deitate nobis apparuit, ut animam et corpus ut Deus ex morte redimat.

νθ'. Ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, καὶ θεότητος ἡμῖν ἐπέφανεν, ἵνα καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ὡς Θεὸς ἐκ θανάτου λυτρώσηται.

60. Fidem possideamus, ut ad charitatem e qua scientiæ nascitur illustratio, pervenire liceat.

ξ'. Κτησώμεθα πίστιν, ἵνα ἔλθωμεν εἰς ἀγάπην, ἐξ ἧς τίκτεται ὁ τῆς γνώσεως φωτισμός.

61. Fidei possessione (1) consequenter etiam habentur timor Dei, abstinentia illecebrarum, tolerantia laborum, spes in Deum, mentis tranquillitas, charitas.

ξα'. Τῷ τῆς γνώσεως κτήματι ταῦτα καθεξῆς ἐπακολουθεῖ, ὁ φόβος Θεοῦ, ἐγκράτεια ἡδονῶν, ὑπομονὴ πόνων, ἐλπὶς εἰς Θεὸν, ἀπάθεια, ἀγάπη.

62. Ex charitate sincera nascitur naturalis scientia, quam theologiæ gratia summe expetenda subsequitur.

ξβ'. Ἐξ ἀγάπης εἰλικρινοῦς τίκτεται γνῶσις φυσική. Ταύτην δὲ διαδέχεται τὸ ἔσχατον ὁρεκτόν· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ τῆς θεολογίας χάρις.

63. Mens affectionibus imperans, extra pericu-

ξγ'. Νοῦς κρατῶν τῶν παθῶν, ἐκ φόβου παντὸς,

[d] Rom. v, 12. [e] I Cor. xv 22.

(1) Totam hanc sententiam de fide intellige inchoative; nam fides est initium nostræ justificationis.

Digitized by Google

κρατεῖ, πιστεύων τῷ Θεῷ, περὶ ὧν ἠπείλησε, καὶ περὶ ὧν ἐπηγγείλατο.

ξδ'. Ὦ ἐδόθη πίστις, ἀπαιτεῖται ἐγκράτεια· ἥτις χρονίζουσα τίκτει τὴν ὑπομονήν, ἕξιν οὖσαν φιλόπονον.

ξε'. Σημεῖον ὑπομονῆς ἡ τῶν πόνων φιλία, εἰς οὓς θαρρῶν ὁ νοῦς ἐλπίζει τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων, καὶ ἐκφεύγει τὰ ἠπειλημένα.

ξς'. Προσδοκία τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, συνάπτει τὸν νοῦν τοῖς προσδοκωμένοις· ἐν αὐτοῖς δὲ χρονίζων ἐπιλανθάνεται τῶν παρόντων.

ξζ'. Ῥίπτει τὰ παρόντα ὁ τῶν ἐλπιζομένων γευσάμενος· ὅλον γὰρ τὸν πόθον ἐν ἐκείνοις ἐκένωσεν.

ξη'. Ὁ Θεός ἐστιν ὁ τὰ μέλλοντα ἐπαγγειλάμενος ἀγαθά· ᾧ ὁ πιστεύων ὡς παρόντα ποθεῖ τὰ μέλλοντα.

ξθ'. Σημεῖον τοῦ ἐν τοῖς ἐλπιζομένοις ἀγαθοῖς διατρίβειν τὸν νοῦν, τὸ λήθην μὲν ποιεῖσθαι παντελῆ τῶν ἐνταῦθα, πλατύνεσθαι δὲ αὐτὸν ἐν τῇ γνώσει τῶν μελλόντων.

ο'. Καλὴ ἡ ἀλήθεια, ἣν ὁ Θεὸς διδάσκει τῆς ἀληθείας, ἀπεντεῦθεν πληροφορῶν τὴν θεοφιλῆ ψυχήν.

οα'. Ὑπεραιώνια εἶναι καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, τὰ ἀποκείμενα ἀγαθὰ τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας.

οβ'. Ῥυθμίσωμεν ἑαυτοὺς τοῖς κανόσι τῆς εὐσεβείας, ἵνα μὴ εἰς πάθη παρατραπέντες ἐκπέσωμεν τῆς ἐλπίδος.

ογ'. Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, οὗ καὶ συγκληρονόμος μέλλεις ἔσεσθαι.

οδ'. Ὁ τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων παρὰ Θεοῦ διδαχθεὶς οὐ δυσπιστεῖ τῇ Γραφῇ περὶ τῶν προειρημένων.

οε'. Νοῦν παθῶν γυμνωθέντα εὑρίσκον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μυσταγωγεῖ αὐτὸν ἀναλόγως περὶ πάντων τῶν ἐλπιζομένων.

ος'. Τῇ ἀναλογίᾳ τῆς τοῦ νοῦ καθάρσεως καὶ τὴν τῶν θείων γνῶσιν ἡ ψυχὴ χορηγεῖται.

οζ'. Ὁ τὸ σῶμα κανονίσας, καὶ ἐν τῇ γνώσει διατρίβων, ὑπ' αὐτῆς τῆς γνώσεως ἐπιπλεῖον καθαίρεται.

οη'. Νοῦς ἀρχόμενος τὰ θεῖα φιλοσοφεῖν, ἀπὸ πίστεως ἄρχεται, καὶ δι' αὐτῶν ἐν μέσῳ ὁδεύων, εἰς τὴν πίστιν πάλιν καταλήγει τὴν ἀνωτάτην.

οθ'. Θεωρεῖται τῇ μὲν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας φόβος ἐπόμενος, τῷ δὲ τέλει ἀγάπη προηγουμένη.

π'. Ἐκ πίστεως τῆς προσεχοῦς ὁ νοῦς ἀρχόμενος φιλοσοφίαν εἰς τὴν παντὸς ἐπέκεινα νοῦ καταλήγει θεολογίαν, ἣν ἄληστον πίστιν καὶ πράγματος ἀφανοῦς θεωρίαν ὁρίζουσι.

πα'. Οἱ περὶ Θεοῦ λόγοι οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν τοῖς ἁγίοις καὶ μακαρίοις ἡμῶν Πατράσι θεωροῦνται.

πβ'. Νοοῦνται δὲ οἱ περὶ αὐτὸν, δῆλον ὅτι τὸν Θεὸν, πάντες λόγοι, οἱ μὲν κατὰ θέσιν, οἱ δὲ κατὰ ἀφαίρεσιν, οἷον.

πγ'. Ἡ οὐσία, ἡ θεότης, ἡ ἀγαθότης, καὶ ὅσα ἄλ-

lum et timorem est, creditque Deo tam de his quæ interminatus est, quam quæ promisit.

64. Cui fides data est, ab eo continentia exigitur; quæ aliquandiu custodita gignit patientiam, habitum ad laborem impigrum.

65. Signum patientiæ est amor laborum, quibus freta mens sperat, se assecuturam quæ promissa sunt, et evadere quæ comminata.

66. Exspectatio futurorum bonorum, mentem bonis exspectatis conjungit, quibus immorando præsentium obliviscitur.

67. Præsentia rejicit qui gustavit ea quæ sperantur : omne enim desiderium in hæc impendit.

68. Deus ipse est qui futura bona pollicetur; cui si continens credat, futura quasi præsentia desiderat.

69. Signum est, mentem in bonis quæ sperantur, versari, si omnem præsentium memoriam abolet, et in cognitione futurorum dilatatur.

70. Bona est veritas quam docet Deus veritatis; persuadet enim pluribus argumentis piam animam ut credat.

71. Bona repromissionis hæreditatem accepturis reposita, super sæcula esse, et ante omne sæculum, supraque mentem et rationem.

72. Adaptemus nos regulis veræ pietatis, ne ab affectibus subversi spe excidamus.

73. Jesus est Christus unus ex sancta Trinitate, cujus etiam hæres futurus es.

74. Qui scientiam de iis quæ sunt a Deo, didicit, Scripturæ de prædictis haud difficile credit.

75. Mentem ab affectionibus exutam, comperies a Spiritu sancto convenienter ad omnia quæ sperantur, doceri.

76. Ad proportionem mentis purificatæ, anima divinorum cognitionem recipit.

77. Qui ad justam regulam corpus assuefecerit, in scientia versabitur, per quam et amplius purificatur.

78. Mens quæ in divina philosophia exercere se incipit, a fide auspicatur; et transiens ea quæ in medio interjacent, in summam rursus desinit fidem.

79. Hujus philosophiæ principium timor sequi, finem vero charitas præcedere cernitur.

80. Mens quæ a stabili fide exorditur, ultra omnem est philosophiam, desinitque in theologiam mentis, quam definiunt nulli obnoxiam oblivioni fidem, et incognitæ rei contemplationem.

81. Verba quibus beati sanctique Patres nostri de Deo considerant et loquuntur, non ex his quæ per ipsum, sed quæ circa ipsum, accipiunt.

82. Omnia autem verba quæ circa Deum, intelliguntur vel per affirmationem, vel per negationem dicta.

83. Essentia, deitas, bonitas, et quæcunque alia,

Digitized by Google

affirmativa, per affirmationem dicuntur : cæterum esse sine principio, et immensum, et incircumscriptum, et quæcunque negativa, per negationem dici intelliguntur.

λα καταφατικῶς λέγεται καὶ κατὰ θέσιν· τὸ δὲ ἄναρχον πάλιν, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀόριστον καὶ ὅσα ἀποφατικῶς, κατὰ τὴν ἀφαίρεσιν.

84. Cum una sit sanctæ Trinitatis unitas absconditior quam ratione vel mente capi queat, prædicta tamen et similia aiunt quæ circa ipsam considerantur.

πδ'. Μιᾶς οὔσης τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον καὶ κρυφίας θεότητος τῆς ἁγίας Τριάδος, τὰ περὶ αὐτὴν θεωρούμενα τὰ προειρημένα εἶναί φασιν, καὶ τὰ ὅμοια.

85. Sicut autem unam deitatem sanctæ Trinitatis dicunt, ita et tres hypostases unius deitatis glorificant.

πε'. Ὥσπερ δὲ μίαν θεότητα τῆς ἁγίας Τριάδος λέγουσιν· οὕτως καὶ τρεῖς τὰς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος δοξάζουσιν.

86. Intelligunt autem prædicta per negationem et affirmationem, ut communia sunt sanctæ uniusque essentiæ Trinitati, absque proprietatum denotatione, quarum nonnullas per affirmationem, nonnullas per negationem enuntiant.

πς'. Νοοῦσι δὲ τὰ κατὰ ἀφαίρεσιν καὶ θέσιν προειρημένα, κοινὰ ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος χωρὶς τῶν ἰδιωμάτων· ἐπειδὴ καὶ αὐτῶν τὰ πλεῖστα μὲν κατὰ θέσιν, τινὰ δὲ κατὰ ἀφαίρεσιν λέγουσιν.

87. Appellant autem divinarum hypostasium proprietates paternitatem, filiationem, processionem, et quæcunque alia proprie dicuntur.

πζ'. Λέγουσιν δὲ πάλιν τὰ ἰδιώματα τῶν θείων ὑποστάσεων ταῦτα, οἷον τὴν πατρότητα, τὴν υἱότητα, τὴν ἐκπόρευσιν, καὶ ὅσα ἄλλα ἰδικῶς λέγεται.

88. Hypostasin definiunt, essentiam cum proprietatibus : ideo unaquæque hypostasis habet quid commune essentiæ, et quid proprium hypostasis.

πη'. Ὑπόστασιν δὲ ὁρίζουσιν, οὐσίαν μετὰ ἰδιωμάτων, δι' ὃ ἑκάστη ἡ ὑπόστασις ἔχει ἓν τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας, καὶ τὸ ἴδιον τῆς ὑποστάσεως.

89. Prædicta autem communia omnibus in sancta Trinitate, quæ per negationem attribuuntur, magis propria judicantur his quæ per affirmationem sunt dicta. At non similiter in proprietatibus. Nam earum etiam aliquas, ut prædictum est, per affirmationem, aliquas per negationem dicunt, ut genitum esse, et similia. Etenim non esse genitum, singulari significato differt a genitum esse. Per hoc enim Filius genitus esse significatur; per illud vero, Pater non esse genitus.

πθ'. Τὰ δὲ κοινῶν πάλιν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος κατὰ ἀφαίρεσιν προειρημένα, τῶν κατὰ θέσιν λεχθέντων κυριώτερα κρίνουσιν. Οὐχ οὕτως μέντοι καὶ ἐπὶ τῶν ἰδιωμάτων· ἐπειδὴ καὶ αὐτῶν τὰ μὲν κατὰ θέσιν, τὰ δὲ κατὰ ἀφαίρεσιν, ὡς προείρηται, λέγουσιν, ὡς τὸ γεννητόν, καὶ τὰ ὅμοια. Ἡ γὰρ ἀγεννησία τῆς γεννήσεως, κατὰ μόνην διαφέρει τὴν σημασίαν. Ἡ μὲν γὰρ τὸ μὴ γεγεννῆσθαι τὸν Πατέρα, ἡ δὲ τὸ γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν σημαίνει.

90. Verbis insuper et nominibus usi sunt, ad declarandas rationes quibus ea quæ circa essentiam sunt sanctæ Trinitatis, ut dictum est, considerantur, non ut ea quæ ipsius sunt essentiæ, declarent : ejusmodi enim nulla mente cognosci, nulloque sermone eloqui possunt, sed soli divinitati sunt cognita.

ℓ'. Ῥήμασι δ' αὖ καὶ ὀνόμασι κέχρηνται πρὸς τὴν τῶν περὶ τὴν οὐσίαν, ὡς εἴρηται, τῆς ἁγίας Τριάδος θεωρουμένων λόγων σαφήνειαν· οὐ μέντοι γε τῶν κατὰ τὴν οὐσίαν· ἄγνωστοι γὰρ οὗτοι νῷ πάντι, καὶ ἀῤῥήτῳ λόγῳ πάντι, καὶ μόνῃ τῇ Τριάδι εἰσὶν γινωσκόμενοι.

91. Sicut autem dicunt unam essentiam trium hypostasium, sic et unius essentiæ confitentur sanctam Trinitatem.

ℓα'. Ὥσπερ δὲ τρισυπόστατον τὴν μίαν οὐσίαν τῆς θεότητος λέγουσιν, οὕτως καὶ ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν Τριάδα ὁμολογοῦσιν.

92. Enimvero Patrem contemplantur sine principio, et principium : et sine principio quidem, ut ingenitum, principium autem ut genitorem et eructatorem eorum qui ex ipso, nempe sempiterno, et in ipso exsistunt, Filii, inquam, et Spiritus sancti.

ℓβ'. Θεωρεῖται δὲ αὐτοῖς πάλιν ὁ Πατὴρ καὶ ἄναρχος καὶ ἀρχή· καὶ ἄναρχος μὲν ὡς ἀγέννητος, ἀρχὴ δὲ ὡς γεννήτωρ καὶ προβολεὺς τῶν ἐξ αὐτοῦ κατ' οὐσίαν ἐξ ἀϊδίου ὑπαρχόντων ἐν ἑαυτῷ, Υἱοῦ τε λέγω καὶ Πνεύματος ἁγίου.

93. Unitas apud ipsos ad Trinitatem usque promota manet unitas, et Trinitas usque ad unitatem iterum coacta manet Trinitas : quod valde admirabile est.

ℓγ'. Ἡ μονὰς μέχρι Τριάδος παρ' αὐτοῖς κινουμένη μένει μονάς, καὶ ἡ Τριὰς μέχρι μονάδος συναγομένη, μένει Τριάς· ὃ καὶ παράδοξον.

94. Intelligunt quidem omnes Filium et Spiritum sanctum non carere quidem principio, sempiternos autem. Et ideo non sine principio quia ad principium et fontem referuntur, Patrem scilicet. Sempiternos vero, quod a sempiterno, ille per modum generationis, hic per modum processionis Patri coexsistit.

ℓδ'. Νοοῦσι δὲ πάλιν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἄναρχα μὲν, ἀΐδια δέ· καὶ οὐκ ἄναρχα μὲν ὡς πρὸς ἀρχὴν καὶ πηγὴν ἀναφερόμενα τὸν Πατέρα, ἀΐδια δὲ, ὡς ἐξ ἀϊδίου, τοῦ μὲν γεννητῶς, τοῦ δὲ ἐκπορευτῶς Πατρὶ συνυπάρχοντος.

Digitized by Google

ιε'. Ἀδιαίρετον δὲ τὴν μίαν θεότητα τῆς Τριάδος φυλάττουσι, καὶ ἀσυγχύτους τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος διατηροῦσι. A

95. Unam autem Trinitatis deitatem inseparabilem custodiunt, et inconfusas tres hypostases unius deitatis conservant.

ις'. Ἰδιότητας δὲ τοῦ μὲν Πατρὸς, τὸ ἄναρχον καὶ ἀγέννητον λέγουσι· τοῦ δὲ Υἱοῦ τὸ ἐν ἀρχῇ, καὶ τὸ γεννητόν. Τοῦ δὲ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐ χρονικὴν λέγουσι τὴν ἀρχήν. Πῶς γάρ; ἀλλὰ τὴν αὐτὴν δηλοῦσιν, ἐξ ἧς, ὡς ἐξ ἡλίου τὸ φῶς, οὕτως ἐξ ἀϊδίου τὴν ὕπαρξιν ἔχουσιν. Ἐξ αὐτῆς γὰρ κατ' οὐσίαν, εἰ καὶ μὴ μετ' αὐτήν.

96. Proprietates Patris dicunt, non esse genitum, et esse ab initio. Filii vero esse in principio et esse genitum. At Spiritus sancti, cum principio esse et procedere. Principium autem Filii et Spiritus sancti non temporale dicunt. Sed quomodo? causam manifestant, ex qua, sicut ex sole lumen, sic ex sempiterno exsistentiam habent. Ex ipso enim secundum essentiam, non post ipsam.

ιζ'. Ἡ ἰδιότης πάλιν τῶν ὑποστάσεων, ἀκίνητος καὶ ἀμετάπτωτος παρ' αὐτοῖς φυλάττεται· καὶ ἡ κοινότης δὲ τῆς οὐσίας, ἤγουν θεότης ἀδιαίρετος.

97. Proprietas item hypostaseon ab ipsis servatur immobilis et stabilis, inque alteram non cadens. Communitas vero essentiæ, deitas videlicet inseparabilis.

ιη'. Μονάδα ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι ὁμολογοῦμεν, ὡς διαιρουμένην ἀδιαιρέτως, καὶ συναπτομένην διῃρημένως. B

98. Unitatem in Trinitate, et Trinitatem in unitate confitemur, utpote quæ separet inseparatos, et conjungat separatos.

ιθ'. Ἀρχὴν δὲ μίαν τῶν ὅλων τὸν Πατέρα οἴδασιν, τοῦ μὲν Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς γεννήτορα, καὶ ὡς πηγὴν ἀΐδιον καὶ συνάπειρον καὶ ἀόριστον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ἀχώριστον. Τῶν δὲ κτισμάτων, ὡς δημιουργὸν καὶ προνοητὴν, καὶ κριτὴν δι' Υἱοῦ, δηλαδὴ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. *Ἐξ αὐτοῦ* γὰρ, φησὶ, *καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.*

99. Principium autem unum omnium Patrem scimus. Et principium quidem Filii et Spiritus, ut genitorem et fontem coæternum, coæternorum et simul immensorum et indefinitorum, et unius essentiæ, et incircumscriptorum. Principium vero creaturarum, ut opificem et prospectorem, et judicem, nempe per Filium in Spiritu sancto. *Ex ipso* enim, ait, *et per ipsum et in ipso omnia. Ipsi gloria in sæcula* [f].

